N°. 134.

Concordatorum inter sanctissimvm dominvm nostrvm papam leonem decimvm et sedem apostolicam

ac christianissimum dominum nostrum Regem Franciscum huius nominis primum, & regnum æditorum, cum interpretationibus egregii viri D. Petri Rebuffi de Montepessulano iurium Doctoris & Comitis in Parisien. Decretorum facultate professoris, necnon in supremo Senatu aduocati, prima nondum typis demandata pars ad Rub. de reseruationibus protensa, incipit.

FACULTÉ DE DROIT DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

LVGDVNI
Apud Hugonem & hæredes AEmonis à porta.
1539.

Cum Priuilegio Regio.

Source : BIU Cujas

Le Priuiliege.

IL eſt permis par le Roy noſtre ſouuerain ſeigneur a maiſtre Piere Rebuffy docteur en chacun droict, & regẽt ordinaire en la faculte de Decret en luniuerſite de Paris, faire imprimer le preſent liure, a celuy que plaira audict Rebuffy, & deffendu par ledict ſeigneur a tous libraires & imprimeurs de ce royaulme de France, terres & ſeigneuries a luy ſubiectes, ne imprimer, ne faire imprimer ledit liure ſans expres cõmandemẽt & vouloir, & quil naye eſte par luy veu & corrige, & par ainſi la baillie a ſires Iehã Petit merchãt libraire a Paris, & a Hugues de la porte auſy merchãt & libraire de Lyon auſquelz eſt permis & nõ a aultre imprimer ledit liure, & ce ſur peine de cõfiſcatiõ de leurs biẽs & des liures quilz aurõt fait imprimer aucõtraire, aynſi que plus amplement eſt contenu au priuiliege, donne par ledit ſeigneur audit Rebuffy a Paris le vnzieſme iour de Mars, 1 5 3 0.

Et ſigne par le conſeil.

Guernadon.

Source : BIU Cujas

Super illustri ac christianiſ

SIMO FRANCISCO FRANCORVM Regi, Petrus Rebuffus S. P. D.



N MEROE NEMO ILLOrum quiſquam ſummum gerere imperium poterat, niſi qui præualido corpore præ cæteris anteſtaret inuictiſſime Rex, ſicut nec apud Catheos Iudæam gentem, ni qui præſtanti corporis forma alios antecelleret, qua in re, ſi hiſtoriographorum monumentis aſſentire volumus, traditur, tot ex milibus armatorum millitum, quos Xerxes in Græciam perduxit, neminem ſibi corporis magnitudine, aut ſpecie præſtitiſſe. Medi autem niſi qui viribus excelleret, præcipuoque robore omnibus emineret, iure gentis pro rege habebant neminem, nec Perſę quempiam, qui diſciplinis liberalibus imbutus non eſſet, pro rege admittebant. Iſta tamen cuiquam ſimul extra te vnum adſcripta fuiſſe, nuſquam legiſſe memini, ita vt apud omnes gẽtes ad regnandum requiſita iure optimo in te vno emineant, atqui cum hæc aperta & omnibus peruia ſint, nunc miſſa faciam, vnum tamen impreſentiarum non prætermiſerim, quod apud Parthos regiam dignitatem adire, vel eam ſalutare abſque munere nephas erat, quod animo perpendens tuam interpellare dignitatem auſus hactenus non fui: diu in mẽte reuoluẽs, quo munere tibi grato (& nõ Veneri ſuẽ (vt paroemia vtar) immolare) hilari vultu adire poſſem, obla[illegible] ſunt mihi, neſcio quo fato cõuentiones inter ſanctiſſimum Papam & maieſtatem tuam (quas concordata vocitant) in quibus enucleandis aliquantulum tam

Source : BIU Cujas

in ſcholis Decretorum Pariſiis publice interpretando, quàm pri uatim ſcribendo elaboraui, quæ etſi tale munus non decet princi pem, tu tamen pro tua erga omneshumanitate æqui boniq́ue (vt dici ſolet) conſules, & tuas leges (licet meis lucubratiũculis elucidatæ ſint, ſi tuæ ſedeat magnificẽtiæ) nequaquã cõtemnes. Mihi vero interim in mentem venit, quod non abſque animi prudentia ab Octauiano Auguſto prolatum extirit, dum quidam illi libellum trepide offerret, manum nunc proferens, nunc retrahens. An putas inquit, te aſſem elephanto porrigere? ſolẽt enim non extra metum pueri teruncios elephanto ſuppeditare, quos ille non ſine ſpectatorum admiratione probos eiſdem ſic corripit, vt illorum manus non lædat, moleſtum erat optimo Principi quod timeretur, cui conuenit Xenophanes Lagi filius, inquiẽs quemlibet nephariis in rebus timidum eſſe debere, in honeſtis vero rebus audacem oportere, quæ omnia me ita incenderunt, vt nulli mortalium hoc qualecunque opus extra te vnum dicare ĩ animo fuerit. Dicet quis? alios reges ſalutare, vel prĩcipes, & eis dicare hoc opus poteras? cuius verbis reſpondeo velle me huiuſcemodi Regem ſalute donare, qualem Auguſto contigit, qui poſteaquam Antonio Cleopatraq́ue in Aegypto deuictis Alexandriam ingreſſus fuiſſet, quod primum in ea vrbe optauit, conſpicere Alexandri magni corpus fuit, quod nõ verborum ſolum ſed etiam coronæ proſecutus honore, totum flagrantibus conſperſit floribus. Rogatus an Ptolomeorum Aegypti regum cadauera inſpicere etiamnum vellet. Reſpon. ſe reges, & non mortuos videre voluiſſe, graui oſtendens teſtimonio, inter eos vnum eſſe Alexandrum, qui fama & virtute viueret, ſic te vnicum Regem, & totius orbis phœnicem meo libello viſere percupio, qui eruditos diligis, honore proſequeris, ac muneribus locupletas. Pompei magni geſta ſecutus, qui cum clariſſimam ex oriente victoriam reportaſſet, omnes liberaliũ artium profeſſores Rhodi audiuit, auditos amplis muneribus donauit, ſic & tu tam theo-

Source : BIU Cujas

logos, iurium peritos, medicos, quàm etiam humaniorum litera
rum peritos iuſtis ſtipendiis honeſtaueris, & ita probe erga om-
nes te exhibuiſti, vt regnum doctioribus ac ſapientioribus viris,
quàm nemo vnquam vberius impleueris. Quod ſi id munus ea
animi benignitate, qua cętera alia ſoles, à te exceptum hominum
literatorũ ordo intellexerit, plane veterem tuum regium morem
obſeruaueris, ſimul virtutis ac literarum amatores ad maiora
grauioraque opera excitaueris, quibus honori ac vtilitati
non modo reipublicæ Gallicæ (cuius humanitatem ne-
mo non collaudat) verum etiam totius orbis te ar-
ridente imprimis conſuletur. Valeat tua il-
luſtris maieſtas, & me tuum commenda-
tum habeat. Pariſiis quarto Idus
Martii, Anno ſeſquimil-
leſimo trigeſimo
nono.

Source : BIU Cujas

Ioannis Poſchonii,

IN AMPLISSIMVM CVRIAE SVPREmę Parlamenti aduocatorum ordinem coaptati, ad eruditiſſimum peritiſſimumq; dominum Petrum Rebuffum, Iuris vtriuſque doctorem, ac comitem, decaſtichon.

Exi facturus liber ingenioſe pudorem
His, quos laudarunt ſecula priſca, viris.
Exi, quid trepidas? ne non tibi faſcinet ortus,
Quæ nocuit ſtudijs inuida lingua bonis?
Exi, ne trepides tuto tibi gloria conſtat:
Quæ nunquam inſidijs debilitata ruet.
Quid coniuratis? quid amice fœdera initis
Doctores iuris fama decusq; ſacri?
Cedite, non fas eſt tam certæ occurrere laudi.
Cedite, nam veſtro lumine maius adeſt.
Submitte huic faſces, quanuis ſis Barthole magnus:
Crede mihi, numen ſecula noſtra ferunt.
Non lucet nitidis, poſitis & in ordine verbis,
Parcus qui deceat legibus eſſe nitor:
Sed grauidus rerum, ſed acutis ſenſibus ingens,
Clarus, & ingenij dexteritate potens,
Exi Rebuffi monumentum inſigne laboris,
Exi, nam facile hoc ſecula priſca ferent,
Expectate liber, liber ingenioſe recuſas
Omnes diuitijs nobilitare tuis?

Aliud eiuſdem.

Quid poſſet priſcis noſtra ætas ponere contra,
Dum quærit, librum hunc obtulit, & ſtupuit,
Inuidet annoſis oculis, gemuitq; vetuſtas:
Vincor, nam hæc maior gloria laude mea eſt.
Vincor, ait: vinci decus eſt à principe tanto,
Et tulit aſtrictas in tua vincla manus.

Source : BIU Cujas

Aliud

Qui te non nouit, legat hoc Rebuffe volumen:
Ingenium, mores nouerit ille tuos.

Aliud

Quid concinnauit dignum mea muſa caducum
Conſcribo. ſed non fama caduca tua eſt.

Aliud

Cum te aſpexerunt doctæ Rebuffe Sorores,
Secum illæ, en tantum fecimus arte virum.
Deinde *vbi* viderunt librum, clamare Sorores,
Vincimur, ingenio præuenit iſte ſuo.
Adſenſere ſimul, ſimul adriſere Camœnæ,
Nulla eſt prærepti nominis inuidia.

Aliud

Vis dicam breuiter qui ſis quantusq; Rebuffe
Tantus es, vt nullus par queat eſſe tibi.
Quare qui ex æquo vult te committere ſecum,
Comparet hic ambos, ſentiet eſſe pares.

Aliud etiam eiuſdem.

Quod pauci timide, nullus quod protulit ante,
Rebuffi ſumma protulit arte liber.

Gloria ſit ſummo
Et intactæ virgini matri,

FINIS.

Source : BIU Cujas

FINIS.

Concordatorum regni FRANCIAE CVM D. PETRI REBVFFI de Montepessulano iurium doctoris ac comitis interpretationibus incipit Proœmium.

a Vnde dict⁹ sit Frā ciscus.



Ranciscus) A frangendis erroribꝰ dictus, fregit enim (vt ipse vidi) hæreticos anno domini millesimo quingētesimo trigesimoquīto & eorum errores per ignē, & ab eo tēpore deus optimus maximus statum suū a cōseruauit, ac omnia prosperè eidē successerūt, quod vt de cętero fiat, deū ipsum, virginem intemeratam & omnes sanctos rogo, felicitas quippe secularium principum augetur, quando iustitiæ ad ministrandæ dediti sunt. arg. c. certum. ibi felicitatis augmento. x. dist. ne longius exēpla petamus. scribit Petrus de palude in 4. sentētiarū in Francia quē dam dum in agro suo foderet, inuenisse humanam linguam loquentē, interrogata cuiusnam esset, Respondit fuisse linguam hominis pagani olim iudicis, qui eo quod nunquam sententiam protulerat iniquam, deus reseruauerat animam suam in illa lingua, quousque baptismum reciperet, & fuit baptizata, & statim in puluerem reducta. Refert Floren. in secunda parte summæ in titu. j. c. 19. §. 2. rub. de iniustitia. ac Traianum imperatorem & si infidelis esset, precibus beati Gregorii (quod iustitiam tempore belli viduæ administrasset) vita æterna donatum fuisse legimꝰ, si eidem Floren. in prima parte cronicæ, titu. vii. c. iij. §. fi. credatur. & Lucę de penna in l. ij. col. iij. C. de exacto. tributo. lib. x. præteribo ne Zaleucum Locrensem, qui postquam lege lata vtroq; oculo singulos puniri voluisset adulteros, & eiꝰ filius in illam legem incidisset, ne legis effectus abrogaretur, vnum oculum sibi, & alterū filio eruere iussit, vt est apud Valerium lib. vj. de iustitia. Igitur cum christianissimꝰ rex noster Frāciscus sit Zaleuci instar iustitiæ deditus, pro ipso debemus fundere preces, quod deus eū incolumē præseruet, vt quietam sub eo & tranquillam vitā agamus in omni pietate & castitate. Hoc expressè tradit diuus Paulus faciundum ad Thimoth. 2. c. in prin. & tex. in c. de hymnis. in fi. de consecra. dist. j. Et bonum & vtile esset, quod speciales orationes fierent pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, vt fuit statutū in synodo Nicena asserente Specula. in tract. de modo generalis cōcilij, rub. vj. quod solet in Frā cia fieri, & est vtile etiā orantibus, quia quilibet orans pro rege Franciæ lucratur decem dies indulgentiarum, teste glo. in prag. sanc. in proœmio in verbo tueretur. & Iohā. de Selua in tracta. de beneficio in secunda parte. q. 23. quos

Iudi igua ata

Orans p rege Frā cię indul gētias lu cratur.

Source : BIU Cujas

concessit, Innocẽtius quartus. referente beato Thoma in 4. senten. dist. 19. arti. 3. in solutione vlti. argu. & Clemens papa ad centum dies orantibus pro pace & salute regis ampliauit, si Iohãni Feraldo in. iij. priuileg. regis Francię assentire velimus, affirmãti se hui⁹ concessionis vidisse dyploma quod bullam vocat, imo etiam anno millesimo quingẽtesimo decimo quarto Leo decimus pontifex id tẽporis maximus, vnũ annum indulgentiarum prædictis concessit, testis est nobis Benedict. ĩ repet. c. Raynuti⁹. in verbo si absq;. ij. de pupilla. substi. nu. 44. de testa. & Helyas archiepiscop⁹ Turoneñ. in defensorio cõcorda. in. 4. ratione. Vel potest dici Frãciscus, quasi francus corde, ad benefaciẽdum omnibus. Vel Frãcus nulli seruituti subiectus. Cardi. in c. cum secundũ nota. 5 de præben. Argumẽntum ab allusione nominis proprij sequendum ne sit, turmatim scribũt iuris pontificij interpretes in prooemio decretalium Gregorius. & in ca. j. de iudic. Legum vero in. l. ij. §. appellata. ff. si cert. peta. & plene Nicolaus Euerard. in locis legalibus in loco ab ethimologia. Alia eiusdem regis præclara facinora, ne suis auribus seruire homines arbitrentur, missa faciam, etiam quia per historiographos tacta.

b ¶ Dei.) Si hic vellẽ (hoc quidẽ certe maximè affectarem) de deo scribere, nũquam materia deficeret, verũenimuerò quia theologorum est proprium, illis relinquo. Ego verò prosequar materiam iuri canonico conformem, & textui conuenientem, orabo tamen illum flexis (vt decet) genibus, vt ad laudem eius omnia mea dirigantur scripta, & ad legentium vtilitatem, dicam quandoquidẽ cum Psalte. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. ista cõcordata pro virili interpretando, sunt enim leges dei gallis homibus date mediate, cum sint eius vicarij.

[b] dei [c] gratia, [d] Frãcorum

c ¶ Gratia.) Potest dicere rex instar diui Pauli. j. ad Corinth. 15. Gratia dei sum id quod sum. Et sex modis dicitur gratia, quos not. Archi. in. c. gratia. j. q. j. glo. & doc. in cle. j. de magist. post theologos capi potest hic gratia pro dono dei, vt alibi in non paucis locis est videre, & firmat Barb. in c. eam te, col. 5. & seq. de rescrip. Sed apud canonum professores communius gratia dicitur concessio iuris ad bñficia, vt asserunt Card. & Barb. in rub. de commod. Panor. in ca. j. col. j. ibidem cle. gratiæ, de rescript. c. gratia illo titu. in vj. Accipitur etiam aliquando pro indulgentia, quæ delinquenti datur, vt plene dico in rub. des graces & pardõs. in ordina. reg. hic possem facere glo longiorem. c. fundamenta. de elect. in. vj. si vellẽ de gratia dicere, sed pauca gratiora permultis arbitror, adiuncta est autem paruis gratia rebus, vt vulgo dici solet.

Gratia quot modis dicitur.

d ¶ Francorum.) Franci eo dicuntur quia liberi, noluerunt enim subijci Imperatori, vt multis argumentis probat dominus Igneus præses Rothomageñ. excellentissimus in tractatu suo, an rex Franciæ recognoscat superiorem. Vel à Francione teste Gaguino, & glo. prag.

Source : BIU Cujas

ſancio. eo. verb. Varij ſuper hoc varijs vtuntur ſententijs, ſed quia res eſt antiqua, ſuper ipſa effari certo nõ poſſum[9].

Libera gẽs quæ dicatur. Notãdũ eſt tamẽ qd illa gẽs dicit libera cui lingua libera eſt. teſte Alberto magno lib. 15. de pprietate rerũ, quẽ refert Bal. in c. j. col. 2. de his quæ vi metuſue cau. fiunt. Barb. cõcil. 60. ſapiẽter, nu. 9. in j. volu. & certe in hac poſſeſſione multis antea annis fuit gallicus maximè Pariſieñ. popul[9], ſed hodie lingua eorum hęret palato, ideo vitia excreſcunt, & dicitur gallico populo, linguam tuã hęrere faciam palato tuo. c. niſi. §. propter. de renuncia. ne quicquid in buccam venerit proferas, & ne quidẽ aperte & ſimpliciter loquaris, quod ſatis durum videtur.

ota de ge Frã æ.

e ¶Rex.) Cuius appellatione per antonomaſiã venit rex Franciæ. c. Adrianus. ibi Carolum regẽ. 63. diſt. Bonifa. in proœmio cle. Ioannes col. 3. quia oẽs alios reges honore, magnificẽtia, & potentia longo anteit interuallo, quod mihi perfacile eſſet probare, ſi cronicorũ libros afferre cuperẽ, ſed cum hæc ſint omnibus magis nota, q̃ domus propria, ſoli lucem non addam. Itẽm eſt ſuper omnes reges. teſte Baldo in §. fina. col. penult. de prohibi. feud. aliena. per Federicum. merito dicitur excellentiſſimus. Decius in. c. nouit. in prin. de iud. & ſuper omnes reges obtinet coronam libertatis & gloriæ. teſtatur Bal. concil. 218. petita. col. j. in. 3. volu. alibi non minus ſcite quàm verè. de illo ſcribit idem Bal. his verbis, contra regis Frãcię decorem nemo præſumat honorem. concil. 217. ego puto, in. 3. volu. ab eo tamẽ tempore Deus opti. max. regis honorẽ, ac ſuum regnum multifariam multiſque virtutibus ac bonis auxit, adeo vt ſi eius magnificentiam plene tractare vellem Iuſtiniano maiorem codicem implerem, cum tanta ſit, vt nulla maior, & cum permulta ſuper his extent teſtimonia eam nunc omitto.

f ¶Dux.) Dicitur dux, qui inueſtitus eſt de ducatu. vt in rub. quis dicatur dux in feud. & in. c. vno de feudo marchiæ. §. præterea ducatus de prohib. feudi aliena. per Federicum. cap. fundamenta §. proinde. in glo. marchio. de elect. in vj. Fuit enim Ludouicus Rex Franciæ duodecimus à Maximiliano Imperatore inueſtitus de Ducatu Mediolanenſi pro ſe & hęredibus ſuis maſculis, & in defectum maſculorum domina Claudia eius filia, illiuſque futurus ſponſus, ac liberi & deſcendentes eorum maſculi his verbis, ſano ad hoc & maturo accedente Principum, Comitum, Baronum, & procerum noſtrorum conſilio, ex noſtra certa ſcientia, & de noſtræ Ceſareæ poteſtatis plenitudine prænominatum Ludouicum Francorum Regem chriſtianiſſimum pro ſe, & hęredibus ſuis maſculis ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, & in defectum maſculorum pro illuſtriſſima domina Claudia eius filia, eiuſque futuro ſponſo, ac liberis & deſcendentibus eorum maſculis, & ex ipſo matrimonio & ex corpore dictæ dominæ Claudiæ legitime procreandis, & ſi cõtingeret (quod deus auertat)

Dux Mediolani quare rex dicatur.

Ludouicus Rex Franciæ duodecimus à Maximiliano Imperatore inueſtitus de Ducatu Mediolanenſi pro ſe & hęredibus ſuis maſculis, & in defectum maſculorum domina Claudia eius filia, illiuſque futurus ſponſus, ac liberi & deſcendentes eorum maſculi his verbis, ſano ad hoc & maturo accedente Principum, Comitum, Baronum, & procerum noſtrorum conſilio, ex noſtra certa ſcientia, & de noſtræ Ceſareæ poteſtatis plenitudine prænominatum Ludouicum Francorum Regem chriſtianiſſimum pro ſe, & hęredibus ſuis maſculis ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, & in defectum maſculorum pro illuſtriſſima domina Claudia eius filia, eiuſque futuro ſponſo, ac liberis & deſcendentibus eorum maſculis, & ex ipſo matrimonio & ex corpore dictæ dominæ Claudiæ legitime procreandis, & ſi cõtingeret (quod deus auertat)

Source : BIU Cujas

ipſam dominam Claudiam decedere absq; deſcendentibus maſculis, & præfatum Regem Franciæ aliam, vel alias ſuſcipere filias, pro illa quæ erit primogenita, vel pro alia quam ipſe rex ad ipſum Ducatum eliget, ac pro eo cui contingeret eam deſponſari, & eorum liberis maſculis deſcendentibus, & eiſdem decedentibus ſine liberis pro hæredibus maſculis præfati Francorum regis, & maximè pro domino Franciſco duce Valeſij & comite Engoliſmenſi quantum ad dictū ducatū & ſtatū Mediolani ei⁹ hærede, ſolenniter & expreſſe inueſtiendum duxim⁹, ac tenore præſentium inueſtimus. &c. vt ex inſtrumento inueſtiturę omnibus eſt notum, cū igitur fuerit inueſtitus de hoc ducatu Mediolaneñ. dux iure vocatur. Dux etiam proprie dicitur à ducendo, qui ducit exercitum. l. duces. C. de offic. milita. iudic. Lucas de penna in. l. fina. in col. 2. c. de re milita. lib. xij. Iacob. in verbo dux. in tract. de feud. ſed non hic. Poteſt etiam large quilibet princeps, vel prælatus, ſiue rector, qui alios regit, dux vocari. 3. Reg. 1. c. & ipſe regnabit poſt me, illiq; præcipiam vt ſit dux ſuper Iſrael, & ſuper Iudam.

Aſtenſis Comes ac Genuæ ⁸Dominus omnibus literas has lecturis ʰſalutem. Quum

Dominꝰ qs dicatur, & q̄lis debeat eſſe.

g ¶ Dominus.) Largiſſimum eſt vocabulum adaptari valens cuicunq; homini etiam modicam ſuperioritatem habenti. Bal. in cap. j. col. vlt. de poſtu. prela. l liber homo 2. in fi. prin. ff de verb. obliga. l. j. rerū amotarū. l. in ſuis, de liber. & poſthu. maximè in Francia: vbi ferè omnes vocamus dominos, vulgo monſieur, & in Italia monſeignore, & omnes mulieres dominas, niſi ſint nobiles, quia tunc domicellæ vocātur, exceptis vxoribus præſidentum, & doctorū, ac militū, quæ dominę vocari debēt, niſi à maritis ſuis. Bar. in l. donationes. C. de dona. inter virū & vxo. Et de iſto dño loquitur Daniel xj. ca. Surget verò rex fortis, & dñabit poteſtate multa, in quo tres adſunt cōditiones, de quib⁹ Geneſis 27. eſto dominus fratrū tuorū, & incuruētur ante te filij matris tuæ. Primo eſt in domino conſtantia, quæ notatur ibi, eſto, vnde domin⁹ debet ſtare in bonis moribus, & firmus eſſe in via domini, Eccleſiaſti. 5. c. Eſto firmus in via domini. Secundo debet clementiæ dulcedinē præ ſe habere, quod oſtenditur ibi fratrum tuorū. ſubditos enim tanquā fratres debet reputare, & eos benigne tractare. Eccliaſti. 32. c. Rectorē te poſuerūt, noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. & Deutero. 17. in fi. Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos. Tertio in eo debet eſſe iuſtitię rigor, ibi dum dicitur, incuruentur ante te filij matris tuæ, incuruare eñ debet illos per iuſtitiam, quos per clemētiam nequit emendare. Eccleſiaſti. 33. c. Iugū & lorum curuant collum durum. Præpo. in c. j. 45. diſtinct. fuſius proſequor, in ordina. Reg. rub. Des ſeigneurs qui font exactions indeues.

h ¶ Salutem.) Vrbanius hic rex procedit quàm Alexander Macedo, qui

Source : BIU Cujas

postq̃ profligato Dario magnus est cognominat⁹, nulli, nisi Antipatro & Phocioni, literis dedisse salutem, testantur historiographi, ac Demetrium præter se & Antigonum patrem regẽ nec nominasse quenquam, nec salute donasse. Nero quoque Cesar nedum salute, sed ne *resalutatiõe* quidem aliquem impartiuit, & reges Numidarum pro maiestate habent *nulli mortalium impartiri osculum, nec salutẽ*. teste Alexã. lib. 2. genialium. c. 19. & libere (quod ei bene vertat) in hoc potest maximè cõmẽdari christianissim⁹ rex noster Frãciscus, qui sicut primus est in nomine, ita & in salutatione, quam omnib⁹ ferme exhibet, vt legatos sæpiuscule ob id (alijs suis virtutibus nunc omissis) in admirationẽ duxerit, Crassi instar, qui infimi etiam ordinis singulos proprijs nominibus resalutauit. effectus salutationis scripsi infra in forma manda. in glo. salutem.

i ¶ Non pridem.) Id est non longo tẽpore effluxo, dudum & iamdudum de paruo tempore vnius horæ, aut duarũ, alteriúsue breuissimi temporis intelliguntur. l. dudum. C. de cõtrahen. empt. c. dudum de elect. c. cum iamdudum de præben. nuper. pridem, & iampridẽ de longiore tempore, decem, aut viginti dierum, mensis, vel mensium, & nonnunq̃ annorum pro conditione materiæ. teste Lauren. Valla lib. 2. c. 34. de verbo iampridẽ loquitur text. in l. j. C. de ædilicijs actio. de pridem. l. j. C. si adu ers. transactio. & ca. nisi cum pridẽ. de renuncia. de nuper, in l. nuper. ff. de leg. 3. c. nuper, de bigamis. Nos verò dicim⁹ arbitrio iudicis relinquendum, quod tempus hęc vocabula denotẽt per iura prędicta. & not. ĩ l. lecta. ff. si cer. peta.

k ¶ Animę.) Hic Iohannes Dayma tradit materiam eleemosynæ orationũ & oblationũ pro defunctis quæ theologis relinquo, vt sorte mea contentus sim, ne mih possit dici quod prouerbio inoleuit, Ne sutor vltra crepidam.

l ¶ Lateranen̄.) De hoc dicetur infra titu. proxi. in rub.

m ¶ Concilium.) Quod supra papam in tribus casibus esse asserunt, videlicet in casu hæresis, schismatis, & quando vniuersalis ecclesia patitur scandalum. glo. sing. in. c. si papa. 40. dist. & sic fuit declaratum in cõcilio Basilien̄. rub. de colla. in prin. videlicet in his quæ ad fidem pertinent, ad schismatis extirpationem & reformationem ecclesiæ dei in capite & in membris, ac in pertinentibus ad ea. Rubric. de auctoritate sacro. cõcilio. c. sacrosancta. & ibi est glo. plena ĩ verbo obedire, in prag. & Barb. in cle. ne Romani, de electio. in vtranq; partem plene disputat. Vide Panor. in c. significasti, nu. 4. de electio. & in. ea. cũ venissent. col. 3. de iudi. & in c. propo suit. col. 3. de concess. præb. Decium concil. 151. Ias. consil. 95. volu. 4. & concil.

i non pridem superstite adhuc Ludouico, memoriæ commendabilis, Rege, Socero nostro (cuius[k] animæ propicietur altissimus) sacrum [l]Lateranen.[m] concilium sæ-

Source : BIU Cujas

98.Ibidem. Troilum Maluitium in tra
cta.de oblatio.in.2. dubio, nu.15. Bru-
nel.in repet.c.licet.fol. 22. cum seq. de
electio.& multa tradit hic Ioan. Day-
ma.de hoc dicitur Ecclesiastici.33.c.ve-
rum sine iudicio ni-
hil facias graue,sacra
enim res est consiliū,
dico effectus concilij
in authen.habita.C.
ne filius pro patre.

n ¶ Decretis.)Quot modis accipiatur, in quibus casibus interponatur,& quomodo anulletur.dixi in rub.de conclusio. Lateraneñ.concilij infra, vbi oportunius cecidit.

o ¶ Euocasset.)Id est citasset,de euocatione abunde scripsi, & de supplicatione(quam propositionem erroris practici dicunt)in repet.l.quod iussit in.2.no tab.ff.de re.iud.& in ordina.regijs rub. des euocations. & rub. de proposition derreur.

p ¶ Summas.)Id est supereminentes. l.cum vsusfructus.ff.quemadmo.vsusfruct.amitta, vel dicitur summa quasi maxima,excellēs,& suprema,quod nulla sit curia maior,nā deus dicitur summus,quia eo nihil est maius. Virgil.sūmæ deum pro deorum dicit. & Cicero lib.2. Tuscu.quęstio.summum, quo nihil sit superius.multa tradit. Bercho.in verbo summ°.in suo dictio.vnde papa dicitur summus pontifex,quia in eo est omnis summitas & celsitudo,cum non puri hominis, sed veri dei vices gerat in terris.c.quanto.de trāsla.episco.Cardi.in cle.si summ°.col.j.de sentē. excō.

pius æditis," decretis, eundem socerum nostrum ad eiusdem concilii conuentum° euocasset,cum eóque regni nostri curias[p] summas

Priuilegia curiarum supremarū hæc sunt. Primum quia non ambigitur se- natum ius facere posse.l.non ambigitur.ff.de legib. quod intellige legem in eorum iurisdictione siue ressortu.generalē verò solus princeps. glo.ibi.& Ioannes Fabri in.5. sed & quod prīcipi placuit. insti. de iure natura. &.l. fina. C. de legib. & vidi aliquando ordinationes fieri p se-

Priuilegia curiarum

natum,& ita debet *intelligi* opinio domini Boerij in tracta.de pręeminentia saeri magni consilij.fol. 40. articul.2. & Purpur.in.l.j.nu.52.ff. de officio eius cui mand.est iurisd. Firmantes illam.l. non ambigitur esse correctam,quod verum intelligo, quo ad faciēdam legem generalem, sed non specialem, quam potest princeps tollere,quādo videt ex causa tollendam,secundum eos, de quo dico in ordina. regijs. ¶ Secūdo summa curia in integrum restituere potest, alij magistratus non.l. vna in fi. ff. de offi. præfec.præto.in fi.&.l. præfecti de mino. ¶ Tertio à sententia supremæ curiæ non restituitur minor,vt firmat Benedict.in repet.ca. Raynutius. in verbo si absq;.2.de substitutiō. fideicom. nu.50. de testa. quia non præsumitur lædere quēquam,sed restitui minorem. In hoc casu dixi in repet.l.quod iussit nota.2. nu.41.ff.de re iud. & hoc in forensi iudicio seruatur, vt sępius in palatio audiui. ¶ Quarto non appellat ab arresto illorum,credidit enim princeps eos, qui ob singularē industriam explorata fi-

Source : BIU Cujas

de eorum & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis suę, q̃ ipse foret iudicaturus. l. vna. ff. & C. de offi. præfect. præto. ita tenet expresse Guido papę in decisio. delphina. q. 50. quia hæc curia.

Quinto, à sententia parlamẽtorum supplicari tantum potest. authẽ. quę sup*plicatio*. C. de precib. impera. offerẽ. quę est valde exosa parlamentis, tamen nõ obstante supplicatione arrestum potest mitti executioni, si pars in cuius vtilitatem est datum *præstiterit cautionẽ de restituendo vel reducendo* rem in pristinum (*si* opus fuerit) statum, ita seruat stylus curiæ parlamenti, teste Guido papæ vbi supra dicta. q. 50. sed hic non datur cautio, licet *eius* allegetur nullitas, vt vidi seruari in hoc senatu. per nota. in cap. suscitata. de in integ. restitu. sed post *appellationem* sententia iudicum non datur executioni, nisi in aliquibus casib⁹ quos cumulaui in ordina. regijs.

Sexto, rex non debet indicere bellũ sine consilio senatus, qui senatus est cõsilium regis, in quo sunt multi sapientissimi viri, verbis vtor. Bal. in. c. quanto. col. 2. de iureiurand. & erat olim Romanis prohibitum, vt nunq̃ citra senatus, aut populi iussũ, societates & fœdera inirent. teste Alex. lib. 5. genialium. c. 3. Imo Tiberius Cæsar tanto honore afficiebat senatores, vt illis quandoq; assurgeret, & de via decederet, & eos suos dominos vocare, seq; senatorem dicere non vereretur, vt est apud Sueto. lib. 3. titu. j. de venera. eius ad sena. sicut imperator vocat se commilitonem. l. j. ff. de testa. milit. maius quippe senatoris quã militis nomen esse nemo est qui dubitet, quia milites defensores sapientum esse decet, nõ dominos. l. ab hostibus. 2. C. de postlimi. reuersis, sed senatores maximi domini sunt, & Iustinan⁹ eos vocat colendissimos patres. in autẽ. cõstitu. quę de dignita. in. fi. colla. 6. & Põpo. Let⁹ rub. de senato. tract. de magist. Roma. eos dicit esse patronos, & defensores multitudinis & reipu. patres. multæ profecto prouinciæ & principatus in irritum cederent, nisi senatus consilio tuerentur.

Septimo, suprema curia cognoscit de paribus Francię, & eorum causis etiam in prima instantia, vt in rub. de causis parium Frãciæ in stylo parlamẽti in. j. parte declaratur, & in ordina. regijs ru. quelles causes peuuent estre introduictes en premiere instance a la court de parlement.

Octauo, cognoscit de abusu iudicum ecclesiasticorum, *Et alius iudex* nõ potest cognoscere, vt in concord. in rub. de protectio. concord. & hoc quatenus eis à iure conceditur, vel ex priuilegio. vt plenius dixi in ordina. regijs, & hic abusus multos deducet ad inferos.

Nono, potest curia suprema mulctã, quando non est taxata, vltra tres libras auri indicere, licet alię curię nõ possint. l. eos. C. de modo mulcta. & potest dicta curia vsq; ad quinquaginta libras auri, cũ peccatũ erit grauissimũ, mulcta re. l. illustres, illo titu. Imo etiã si videret expedire, maiorẽ imponere posset, cũ loco principis sit. l. j. ꝯ. de qua autẽ. ff. de postulan.

Source : BIU Cujas

Decimo ex cauſa curia ſuprema mul ctas pecuniarias,quas galli emẽdas vocant,etiam per regias ordinationes taxatas,diminuere,ſeu in totum(ſi viderit expedire) remittere poteſt.l.illicitas.§.fi.ff.de offi.præſid.facit.l.quid ergo.§.pœna grauior.& ibi Bart.ff. de his qui not.infa.&.l.& ſi ſeuerior.C.illo ti tu.ac glo.in.l.omnes prima.C. de annonis & tributis,lib.x. Guido papę deci ſio.206.in hac.Aufrer.deciſio.274.

Vndecimo,nullus extra principem & ſenatum poteſt prohibere aquam ex publico duci.l.quo minus.ff.de flumi nib.& ibi plene Bar.& Iaſ.

Duodecimo,omnes dilationes poteſt ex cauſa abbreuiare,etiam ſi per ordi tiones termin⁹ eſſet præfix⁹ inſtar prin cipis.l.2.ff.de re iud.Imol.in ca.ex ore. nu.8.de his quę fiunt à maiori parte ca pituli.

Decimotertio, quia curia ſuprema regis literas verificare ſeu approbare non debet,ſi cauſam videat iuſtam in contrarium rem trahentem.c.ſi quando.de reſcrip.& i ordina.regijs. Philip. pulchri,artic.11. vbi dixi,vnde ex noua cauſa vel antiqua,quam ignorabat dominus tempore mandati,poteſt impedire locum tenentem regis,vel aliũ , ne ſuo vtatur officio,quando eſt veriſimile quod dominus,ſi eſſet præſens,eſſet idem facturus,per tex.ſing.in l.ſi homi nem.& ibi multa addidi.ff.mãdati.alibi dicam fuſius.

Decimoquarto,quia cognoſcit de co mitatibus baronijs,& de vniuerſitatib⁹ etiam in prima inſtantia. Matthæus de afflictis in conſtitu. Neapoli.rub.39.fo. 104.& in ſtylo parlamenti in.3.parte, rub.de quib.cauſ.curia parlamenti cognoſcere conſueuit.

Decimoquinto,quanuis alij iudices adſtringantur iudicare ſecundum allegata & ꝓbata .l. illicitas.§. veritas.ff.de off.præſid.c.1.de off.ordina.tamẽ curia parlameti ex bono & ęquo iudicare ſolet,& ſecundum conſcientiam,& debet veritatem attendere,non ſubtilitatem ſeu formalitatẽ,vt practici dicũt,aliter peccat,teſte Bar.in l.vna.in fi.C.vt quę deſunt aduoca.Guido pape in deciſio. Delphina.q.29.in ſuperiori. Vide Feli.in c.paſtoralis.§.quia verò.de offi.deleg.Iaſ.in.§.ſi minus.inſti.de actio.

Decimo ſexto, conſpirans contra curiam ſupremam, vel contra aliquem ſenatorem,crimine læſę maieſtatis tenetur.l.quiſquis ibi ſenatorum etiam , nã & ipſi pars corporis noſtri ſunt. C. ad leg.Iuliam maieſt.alibi dixi quomodo intelligatur.

Decimo ſeptimo,quãdo rex vult delegare cauſam curię inferiori, ad quam cognitio iure ordinario nõ pertinebat, debet eam expreſſim committere,nec ſufficeret in literis dicere mandamus, ſed debet dicere committimus.per glo. & nota.in.l.ſæpe.ff.de offi.præſid.ſecus in literis curiæ parlamenti directis,vt in ſtylo parlamenti in tertia parte rub. de quib.cauſ.curia parlamenti cognoſcit.in fine.

Decimooctauo,in omni precatione pro ſenatu eſt habenda oratio & preca tio,& hic mos à Romanis lõgo tempo re manſit.teſte Alex.lib.5.genialium.c. 25. & bonum eſſet quod in hoc regno

Source : BIU Cujas

obseruaretur, & quod speciales preces pro senatu funderentur.

Decimonono, quãdo recredẽtia beneficij (quam doctores vltra montani tenutam vocãt) adiudicatur alicui per supremam curiam, is non tenetur ad cautionem, sicut quando datur per alios inferiores magistratus, qa non est verisimile qd secus super pleno possessorio iudicet. arg. l. vnicæ. ff. de of. pręfec. præto. sic vidi seruari in hoc senatu, vnde si tutor ex inquisitione datus fuerit à maioribus magistratib⁹, vtpote à curia suprema, non debet satisdare, secus si à minorib⁹. Bar. in l. si nemo. 2. §. 1. ff. de testa. tute. & l. tutores. de confirman. tuto. Ange. in §. sed ex his. insti. de Attilia. tuto. per glo. in §. fin. in authen. vt hi qui obliga. colla. vj. faciũt nota. per Bar. in l. ab excutore. in prin. ff. de appella. & hoc est propter excellẽtiam curię supremę. Porcus in §. 1. insti. de satisda. tuto.

Vltimo, ad supremam tantum curiã spectat anullare appellationem, id est pro infecta habere, & vt verbis senatus vtar, mettre an neant, & non ad inferiores iudices, sic fuit pronunciatũ contra præpositum Pictaueñ. anno. 1537. die quinta Iulij per hũc senatum & in magna camera. arg. l. eos. C. de apella. vbi habetur iudices pronunciare debere bene vel malè iudicatum, non habere appellationem pro infecta, quia ista pertinent ad principem, vel ad eius curiam supremam. glo. sing. in cle. vna. de immunita. eccle. vbi aliqua addidi. facit. l. verum vbi Decius. ff. de reg. iur. Ista etiã priuilegia cõuenire sacro magno cõsilio ac dñis generalibus iustitię non erit absonũ tenere, vt alibi de ipso plena manu scribo. Alia ne modũ glo. excedã dicam ĩ ordi. reg. vbi breuiter & commode licebit (si deo placuerit) videre. q ¶ Iura citare.) Nota ꝙ ꝓ corroboratione causæ citanda sunt iura, quia erubescimus cum sine lege loquimur. l. dissentientis. C. de repudijs. l. illam. de colla. §. consideremus. in auth. de triente & semisse. colla. 3. quod facit contra iudices proteruos & ignaros nolẽtes audire aduocatos allegantes iura, quippe deficiente lege sufficit allegare rationem naturalem. instar iurisconsulti in l. cum ratio. ff. de bonis dãnato. & papæ in ca. ratio nulla. de. præb. glo. in ca. consuetudo. 1. dist. & ca. ex eo. de elect. in vj. & bona ratio debet ita mouere iudicem ad iudicandum, sicut ipsa lex. Ias. in d. l. illam. col. 3. quod est intelligendum, quando est pręter legem, nãsi sit contra legem, tunc lex erit seruanda & allegãda, licet dura videatur. tex. in. l. prospexit. ff. qui & a quibus. Guido sing. 653. nota quod sufficit. & his deficientibus sufficit adducere auctoritatem maiorum. glosæ vel doctoris. tex. in. l. si idem cum eodem. ff. de iurisdic.

(quas parlamẽtarias vocamus) ecclesiã insuper vniuersam gallicam cunctásq; regni nostri gẽtes Delphinatísque nostri potentatus admonendos censuisset, vt si quid auctoritatis priscę afferre, si qua q iura citare

Iura an quot & quomodo sint allegan da.

Source : BIU Cujas

omnium iudicum.l.cum filio in princ. de vulga. etiam dictum alterius q̃ glosæ, vel doctoris.l.septimo mense.ff.de statu homi glo.in.l.mulier bona. de iure dotium. nec turba allegationum est facienda, sed iurisc̃ōsulti instar sufficit (nisi materia difficilima sit)vnum argumēti causa referre.l.si quis obrepserit. ff.ad leg.Corne.de falsi.l.ita vulnerat⁹. §.penul. ibi vnum interim proposuisse contentus ero.ad leg.aquil. quod summopere obseruãdum in his interpretationibus duxi, in quibus quod sentiebã non exactis rationibus vel argutijs, sed veluti citra artem synceriter & simpliciter expresse, licet aliquando in meis repetitionibus plura iura citauerim ad vnum propositum respondentia, vt si vnus tex.plane non faceret, quod alter saltem ad rogatum responderet,& vbi vnus doctor non dixit expressim, alter expressius loquatur,& quia sunt qui nō habent plures libros, ideo plures interdum allegaui,vt si vno careant, alterū saltem habebunt. Si tamē hincinde est conflictus rationum & iurium,tunc iudicandum est secundum eum,qui plures habet rationes,& iura conuenientia. glo.& doct.in c.subiectum.de iure patro.l.j.C.de iur.& fact.igno.quia multiplex funiculus difficilius rumpitur.c. 1.de treuga.ob id quandoque plura allegamus iura & rationes. Quomodo sunt alleganda iura. Respon.siue verbo siue in scriptis citentur, debet allegari caput legis, seu capituli & Paragraphi, si quis sit in illa decretali vel lege,& titulus. vt in autenthi.sed cum testator. C.ad legem falcidiam.Ioan. Calder.& alij in cap. vestra. de cohabita. cle. & mulier. & ita plane allegare quis debet,vt certum reddat eum,cum quo loquitur,vel cui scribit. Præposi.in §.huic etiam. cap. sed illud. 45.distinct. quod ita temperandum est, nisi fuerit papa, vel legislator, quibus sufficit dicere iure cauetur.l.alienatio. ff. de cōtrahend. emptio.& in Euangelio dicitur, Nos legem habemus cap. scriptum est in lege.6. quæst.3.cle. prima de foro competen. Idem in doctore speciem ad legem seu decretalem ponente,vt simpliciter omissis allegationibus, ne longa ambage auditores confundat, casum fingere post præfationes, debeat.postea rationem dubitationis & decisionis exprimere,quibus prolatis si lex sit difficilis,per partes iterum casum seu speciem depromat,& sic solit⁹ sum facere. Hoc debet etiam aduocatus seruare, vt nudis verbis factum referre debeat, quod iudex facile possit capere,& demum super eo iudicare, & in inuentario processus in ordina.regijs est statutum,vt describi debeat sine iuribus, ibi dicetur. Idem in iudice proferente sententiam. firmauit Præpo. in d.cap.sed illud. nec coram papa allegari debet lex, vel decretalis,quia eas præsumitur habere in pectoris scrinio ca.primo.de constitu. in.vj.nec scolasticus alleget coram suo doctore,nisi opponeret,vel esset lex singularis, vel canon, & deuians à regulis communibus, & paucis notus, quia casus singulares multi ignorant.glo. & ibi Salice.in.l.quod te.ff.si certum peta. Item in parlamentis maxime iura vulgaria dedecori sunt alleganti. glo.

Source : BIU Cujas

& ibi Doct. in cle. sepe in verbo amputet de verbo. significa. etiam sufficit legem vel decretalem famosam allegare sine titulo. l. 4. §. si fundum. ff. de vsucapio. in glo. videbitur §. primo insti. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur. vide glo. & ibi Præposi. in cap. si in adiutoriũ. x. dist. in scholis tamen plana & facilis fiat allegatio.

si rationes [r] consentaneas palã edisserere posse confiderent quominus sanctio pragmatica eiusdem concilii auctoritate ac sententia [s] antiquaretur [t] abrogaretur

r ¶ Consentaneas.) *Et sic non sufficit adducere iura, consuetudines, vel rationes, nisi respondeant ad rogatum, & sint consentaneæ, id est rei de qua agitur conuenientes, alioqui fatuus est qui iura vel rationes ad propositum non adducit cap. vno. §. si vero de cleri. egrotãt. & ibi domi. & hoc etiam expressim tenet Corneus concil. 73. visis. col. 3. & vlti. in primo volumine. Ias. in. l. furiosum. col. 3. C. qui testa. facere possunt, quia loquendo inordinate censetur habere memoriam inordinatam cap. filij de heret. in. vj. ex sermonibus. ergo mentis compotes vel stultos cognoscemus. l his qui §. fina. ff. de tuto. & curato. datis ab his. fatuus est enim, qui fatua loquitur cap. legimus. 93. distinct. & qui deridenda. l. ob quæ vitia. ff. de edili. edict. In lingua enim sapientia dignoscitur. Ecclesiasti. 4. ca. & eo dictus est Virgilius supremus poeta, quod vsus est proprijs vocabulis, & congruentibus materiæ. teste Barba. in repeti. cap. Raynaldus. col. 84. de testa. non tamen est inconueniens si aduocatus vel alius aliquando misceat rationes parum ad rem facientes. vt nota. in cap. non debet. de consanguini. Gomesius in dicto §. ęque in glo. altius. nume. 17. institu. de actio. quia aliquando iudices ignari plus mouebuntur rationibus & iuribus parum facientibus, quàm alijs fortioribus, cum illorum non sint capaces. Antonius Butri⁹ in cap. per tuas qui filij sint legitimi. col. vlti. Cepola cautela. 67. sunt multi. quod non debet fieri in parlamentis, quia est verisimile quod intelligãt fortiora iura. vt dico in ordina regijs, nisi ad confirmationem aliorum adducerentur.*

s ¶ Antiquaretur.) Id est aboleretur & res ad statum pristinum reduceretur.

t ¶ Abrogaretur.) *Id est in totum & penitus tolleretur, derogatur enim legi cum pars tantum detrahitur, Abrogatur cum prorsus tollitur. l. derogatur. ff. de verbo. significa. intellige tamen in aliquib⁹ Pragmaticam non esse correctam, vt in fine huius proœmij dicetur, & sic postquam pragmatica est abrogata, non debet allegari, quia allegans iura correcta punitur pœna falsi. l. fina. ff. ad legem cornel. de fal. & l. j. §. hunc igitur. C. de Iustinia. C. confirmã. quod ita temperatur nisi quis rationẽ constitutionis correctæ allegare velit. glo. singu. in cap. nouit, in verbo quicunque. de iudic. glo. & Barto. in. l. j.*

Iura correcta an & quando legari possint.

ff.de legiti. tute. vel nisi ad iuris noui elucidationem. text. in §.1.ibi vt nihil antiquitatis ignoretur.& ibi Iaſ.& Bauer.insti.de teſta.Etiam non procedit in habente poteſtatem legis condendæ,qui poteſt allegare leges correctas,etiam quas non habem⁹.l.admonendi.& ibi gl.ff.de iureiu.c. Raynuci⁹ de teſta. Poſſũt etiam allegari interpretationes & glo.pragma. nã licet tex.ſit correct⁹, non tamẽ glo.Et in quibus casib⁹ poſſunt allegari iura correcta. tradit Bauer.in d.§.j.& Corſe.i verbo abrogare in repert.& in his rebus nouis cõſtituendis euidẽs vtilitas eſſe debet, vt recedat ab eo iure,qd diu equum viſum eſt.l.2. ff.de conſti.prin.& euidẽs non debet.& ibi Anton.de Butrio in.3. no.de conſangui.quæ an in his concordatis iteruenerint.pulchre declarat Helyas quondã archiepiſcopus Turonen. in defenſorio concorda.& ego ipſe infra aperte indicabo.

v ¶ Induceretur.)Id eſt cancellaretur. l.inductũ.C.de ſolutio. & eſt inducere per medias litteras trahere, cancellare ad modum crucis,circũducere circũcirca pẽnam ducere.glo.in.l.ſi quis libertatem.in verbo inducatur.ff.de petitio. hęred.& proprie inducitur quãdo charactis attramento inducto,vel lineis,velut quodam tectorio ea quæ ſcripta ſunt, delemus,ab inducendo attramento.

v inducereturᵛ, irritáq; etiã nulla pronunciaretur, & ſchiſmatica id infra diem dictis decretis præfixã effi cerent. Quo neglecto talis denique ſacro approbante cõcilio decerneretur,dum autem ſtatimque nobis ˣ dyadematico faſtigio diuina benignitate auctis, regnũmque ʸauſpicato incuntibus cum rurſus huneceſſitas.c. ſubtilis iudicij quem ferunt traditum ſibi dyadema,priuſquam capiti imponeret retentum diu conſideraſſe,ac dixiſſe,o nobilem magis quàm fœlicem pannum,quem ſi quis penitus cognoſcat,quàm multis ſolicitudinib⁹ & periculis & miſerijs ſit refert⁹,ne humi quidem iacentem tollere vellet.

x ¶ Dyadematico.) Hic Ioan. Dayma plura parum vtilia congeſſit, alia multo plura ex hiſtoriographis adderem, quæ,cum pauci ſint emolumenti, miſſa facio.pulchra tradit Hiero.Balb.in tracta.de corona. impera.in c.quæ fuerint olim regũ inſignia.vide ibi,ſi nõ graueris,me ſane tãta circa vtiliora cupiditas iuaſit,vt elaborandũ eſſe in eis omnib⁹ neruis exiſtimẽ futilib⁹ omiſſis,non prætereundum tamen cẽſeo quod Valerius lib. 7.de ſapienter dictis de quodam rege his verbis ſcribit,Rex etiam ille ſubtilis iudicij quem ferunt traditum ſibi dyadema,priuſquam capiti imponeret retentum diu conſideraſſe,ac dixiſſe,o nobilem magis quàm fœlicem pannum,quem ſi quis penitus cognoſcat,quàm multis ſolicitudinib⁹ & periculis & miſerijs ſit refert⁹,ne humi quidem iacentem tollere vellet.

y ¶ Auſpicato.) Id eſt feliciter. Tereñ.haud auſpicato huc me appuli, nã fœliciter adept⁹ eſt chriſtianiſſim⁹ rex Franciſcus regnum,tam in coronatione facta in eccleſia ſancti Dioniſij,q̃ in felici ingreſſu ad hanc ciuitatum matrem Pariſien. vt patet pet Gagui.non tamen vult dicere hic tex.q̃ rex in ingreſſu ceperit auſpicium, vel auguriũ,

Source : BIU Cujas

ſicut olim veteres ſoliti erant,ipſi enim nihil rei magnę ordiebantur inauſpicato,ſed hodie hęc ſunt aliena à chriſtianis hominib⁹.c. ſors.& per totum.26. q.2.&.q.3.& ſeq.& per Hoſti.i ſumma de ſortileg.

z ¶ Alia atq; alia.)Et ſic tria edicta,id eſt citationes interuenerũt ante perẽptorium, vt iuris eſt.l.ad perẽptorium cũ quatuor .ll. ſequen.ff.de iud.

a ¶ Perẽptorio.)Eo dicitur peremptoriũ, quod perimat diſceptationem,hoc eſt vltra non patiatur aduerſariũ tergiuerſari. l.& tertiũ.ff.de iudi. De hoc edicto perẽptorio ſeu citatione perẽptoria, quod idẽ eſt, ſcribit Lanfran. Oria. in repet.c.quoniam contra.in verbo citationes.col.3.in magno volu.de proba. & Soci.in ſuo tracta.de citatio.art.27. & ego ipſe dixi in ordina.regijs.nẽpe firmat Bal.in c.conſuluit.col.1.de off.delega.tria eſſe,in quibus præcipuè reqrit̃ peremptorium, primum in miſſione in poſſeſſionẽ ex qua creatur ius pignoris,ſecundum in captura

iuſcemodi edicta[z] alia atq; alia ab eadem auctoritate manãtia innotuiſſent. Nobis etiam noſtríſque curiis eccleſiæ gallicanæ ac ſubditis populis edicto nouiſſimo ac cauſæ[a] perẽptorio ſpes omnis eſſet[b] purgande more pręciſa, vt ſi vlterius[c] cunctari in animum induxiſſemus futurũ omnino videremur in hæc diſcrimina incidere quæ ante dictæ pragmaticæ ſanctionis decretũ hoc in regno noſtro patriáque Delphinali locum ſibi vẽdicabant, ideo nos animo reputãtes quanta olim ante illius pragmaticæ ſanctionis promulgationẽ indignitas rerũ ac[d] deformitas in regno noſtro patriáq; Delphinali graſſaretur

perſonæ.l.conſentaneum.C. quomodo & quando iudex. Tertium in ſententia diffinitiua,vel habẽte vim diffiniti uæ.Alios caſus dico in ordina.

b ¶ Purgandæ.) Quæ poteſt purgari vſq; ad litem conteſtatã,poſt non.l.ſi inſulã.ff.de verb.oblig. & in.l.& ſi poſt tres ſi quis cautio.niſi in caſibus traditis ibidẽ per docto. quos non proſequor,ne glo.faciam lõgiorem.§.Calimach⁹.vt vulgo dici ſolet.Boer.in.§.fin. de conſue.feud.in cõſue.Bituriceñ.

c ¶ Cunctari.)Id eſt immorari,vel differre,diſpendioſa eſt em̃ cunctatio,& mora.dicit Ouidi⁹, nocuit differre paratis, Qui nõ eſt hodie,cras minus aptus erit, incunctanter dicitur ſine mora.c.referẽte in fi.de præb.c.2.de ſchiſmati.c.noli.& ibi Archi. 9.diſt.& glo.in.c.hęc quippe.3.q.6. de mora,licet videre per gl. in.l.mora.ff. de vſur. per docto.in.l.ſi ex legati cauſa. de verbo. obliga. & in .l. quod te ſi certum peta.

d ¶ Deformitas.) Quanta mala &

Source : BIU Cujas

quot essent ante prag. hic numerat Ioã. Dayma, ego ea missa facio; tanquã mo dici emolumenti sint, licet sexcẽta possim allegare incommoda.

e ¶ Res nummaria.) Ista est bona ratio pro regnicolis, vt res nummariæ gallię non exhauriantur, & pondero hoc infra sæpius, & in trac. nomi. q. 10. in doctoribus fẽtis extra regnum, & in alijs non paucis locis. Intellectus ergo ad hęc cõcordata, per quem nummi exhauriuntur, reijci debet per hunc tex. quem poteris adducere etiam, vt requisitio per inhabilem facta tollat papæ præuentionem hac ratione, vt dixi in gl. disposuerit in additio. §. si quis verò. de colla. infra. nã interest regis subiectos habere locupletes, in authẽ. vt iudices sine quoquo suffra. §. 1. colla. 2. abundantia enim regni (dicit ibi tex.) dependet à subiectis locupletibus, ideo interest reipub. ne quis res sua male vtatur. §. fin. institu. de his qui sunt sui vel alie. iur. interest eccleſiã habere aurum, vt in necessitatibus erogare & subuenire possit, ac se ab inimicis tueri. c. aurum. 12. q. 2. quia nũmus vincit, nummus regnat, nummus imperat, non tamen ab omni malo defendit, teste Ludouico Viual. in suo opere regali in. x. persecutione eccle. fol. 197. versi. ô quàm grauis. &c. alibi dicit quòd nummus est fideiussor futuræ necessitatis. Bal. in l. 2. C. de consti. pecu. Petrus Gerard. sing. 73. pauperes vbi allegat philosophum. 5. Ethico, notent ergo iudices, vt in dubijs intellectum ad hæc cõcordata, per quem res nummaria galliæ nõ exhauriatur, in iudicijs accipiãt, postquam est hic sic statutum.

cum videlicet res nũmaria (quibus veluti neruis respublica f subnixa est) ea maxi

Intellectus si his concordatis recipiendus.

f ¶ Subnixa est.) Id est suffulta. Virg. Parua philotecte subnixa petilia muro. facit l. 2. C. de pœnis. Et sic nota quòd respublica est suffulta pecunia, sicut corpus neruis. nã duplex est sanguis, vt dicunt auari, venarũ & bursarũ. & Ioã. And. in additio. ad Specula. in titu. de senten. §. species. versi. est autẽ differẽtia. & pecunia dicitur vita hominis. per text. iuncta glo. in l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iudicio quã Barba. dicit sing. in repet. rub. de testa. col. 68. & in consil. 53. præclare. col. 4. nu. 10. in. 2. volu. Bal. in l. si de tuis. C. de operis liberto. & pecuniam vocat secundum sanguinẽ homi nis. Rochus Curtius in repe. c. fi. col. 22. versi. secundo infertur. in fi. de consuet. vnde qui bona nostra tollit, vel pecuniam, inimicus nobis est. tex. in c. item cum quis, & ibi Bal. col. j. de restitu. spolia. & magna sunt opera eius, qui habet nummos, facit enim quod vult, & habet rem quam vult, etiam si vellet pulchram mulierem, sunt verba Bal. in. l. recepticia. col. 2. C. de consti. pecunia. Proinde dicit Card. in cle. vna de baptismo in. 6. q. magnos diuites posse dici principes, quia pecunia est omnium rerum regina, & sine pecunia contemnitur nobilitas, & doctrina, quę videtur apud homines maior propter diuitias, pecunia deseruit cuilibet humanę necessitati. Bal. in ca. cũ causa. in fi. de re iud.

De p nia i ta hi dunt

Source : BIU Cujas

& est honori possidenti. Ambrosius de officijs lib.2.c.21.vt refert Iaco.Bonād. in additio.ad Ioan.de terra rubea in.3. art.tertij tracta.contra rebelles regum versi.rebelliones. o.32. & nūmis oīa obediunt.Ecclesiastes ca.10.ac Ioannes Neuisan⁹ in sylua nuptia. amplia.prima.& expugnatur omne castrum,in quod potest pecunia ingredi,quāobrē potest dici magna opera eius, &c. amissio eius altera mors est. Hostien.in summa de pcura.5.in qua re.versic.& quod dixi,& qui aufert temporalia,aufert vitam.arg.c.si quis obiecerit. prima.q.3. multa priuilegia scribit Maphe.Vegi⁹ in sua disputatio. inter solem, aurum, & terram, vbi abunde videre licebit. Postremo dicitur Ecclesiastici ca.40. in fi.Mælius est mori quam indigere; nam vita indigentis semper est in cogitatiōe victus.Anto.de Petrucia in.3.effectu iuramēti.vide tamen quod amor pecuniæ modo est quasi cunctorum criminum materia.c.his igitur.23.dist.& multa per Lucam de penna in l.domini.C.de agrico. & censit.lib.11.hodie licet plurimi sint barbati,& antiquis philosophis quoad hoc similes, tamen ex illis vel alijs pauciss̄imi sunt qui contēnant pecuniam,& sic qui philosophentur.l.sed & reprobari.ff.de excusa.tuto. nam hodie id genus homines ludibrio

mè ac præcipuè Romæ exhauriretur cum præsulibus & antistitibus sacerdotiorum conferendorum libertas facultá que [g] adimeretur [h] cum peregrini & incolæ sacerdotiis gallicis sæpe numero donarentur cū [i] dyplomaribus apostolicis, quas

haberentur,ideo pecuniam expetēdam esse non propter suam vim, & naturam,sed propter fructum atq; vtilitatem.testatur Cicero in libro secundo de inuentio.

g ¶ Adimeretur.) Altera ratio concordatorum, ne facultas conferendi beneficia adimatur Antistitib⁹, & alijs collatoribus, nisi per mandata & nominationes, ac per ipetrationes iure præuentionis factas. in his enim casibus etiā per hæc sacra concordata adimitur potestas collatorib⁹,vt infra patet,nō per reseruationes & expectatiuas vt olim. possunt etiamnum ordinarij collatores mandatarijs & nominatis ac graduatis prouidere,& sic non aufertur in his collatio,si illis velint cōferre iuxta sua rescripta,& in his statuta.

h ¶ Cum peregrini.) Nota quod exterus non potest beneficia in segno habere priuilegio repugnante,& consuetudine regni,de qua in ordinatio.regijs habetur,& in stylo parlamē.rub.de præben.7.parte ordina.3.& in tract.de pacifi.posse.nu.217.scripsi.

i ¶ Dyplomatibus.) Ioan. Dayma dicit non esse vtēdū dyplomatę in impetrationib⁹,vt hic est tex.qui est oīno ab hoc alienus; & quotidie in impetrationib⁹ vti solem⁹ dyplomatæ,dū nō excedat modū verisimilē,de quo ī regula

Dyplomata qd sit.

Source : BIU Cujas

cancella. 28. & in glo. iure prę uentionis in §. declarantes. de manda. apoſto. infra. Item idem Dayma dicit expectatiuas dici duplomata, quia in eis impetrandis duplomate ſolemus vti, id eſt curſu diurno & nocturno, & omni tempeſtate contẽpta iter continuando. l. continuus §. cum ita. ff. de verb. obliga. vnde habuerit hanc interpretationẽ neſcio, nam habemus cum y dyploma, & nõ cum v, & dicit epiſtola ſeu ſcriptura miſſa ad alium, à verbo Græco dyploo, quod eſt duplico, inde dyploma duplicatio dicit, & expectatiuæ ſeu alię literę apoſtolicæ, ideo dicuntur dyplomata, quod duplicentur. teſte Catelia. Cotta. in ſecunda parte memora. in verbo dyploma. Alij putant dyplomata eſſe ſingulariũ virorum & vicorum priuilegia, in tabellis ſcripta, & in quibus principis nomen adſcribitur, vulgus bullas, ſemidocti ſupplicationes, docti ſupplices libellos vocant, quæ & breues dicuntur.

[k] expectatiuas nuncupabãt generatim ſigillatímque ſuperſtitum hominum ſpiritiúmque ſacerdotia[l] electiua [m] mixta ac [n] collatiua in diem mortis eorum conferrentur qui eis fungebantur id quod cum bonis moribus non conuenit, tum verò alieni [o] fati votum habet

mixta quando eligendo conferũt, vt ſi canonici eligant ad præbendam vacantem, & non requiratur alia confirmatio, tũc participat & de electione & de collatione, ideo mixtũ eſt, quia ex duobus ſapit extremis. l. imperiũ. & ibi Doct. ff. de iuriſdict. omniũ iud. not. in l. 2. de verbõ. obliga. ſed hic dicit tex. beneficia electiua, & collatiua ac mixta, ergo mixta dicuntur quæ ex collatione ac electiõe participãt. Nec aſſentio qđ beneficiũ mixtum dicatur, in quo proceditur per præſentationem & inſtitutionẽ, quia illud non accipit de electione & collatione, ergo mixtum proprie dici non poteſt. cõtra Ioan. Dayma hic, & præſentatio nõ poteſt dici collatio, nec proprie electio. c. cum in illis §. cum autem. de præben. in 6. Panor. in c. auctoritate. de inſti.

k ¶ Expectatiuas.) Quæ tam generales quàm ſpeciales in Francia reprobãtur infra in rub. de reſeruatio. in prin. & ibi dixi.

l ¶ Electiua.) Quæ dicantur beneficia electiua declaro infra in §. monaſterijs. in verb. electiuis de regia ad prælaturas nomina facienda.

m ¶ Mixta.) Illa dicnntur beneficia

n ¶ Collatiua.) Sunt quæ per collationem tribuuntur. Rub. vt eccleſiaſti. beneficia ſine diminutione cõferan. de quibus infra in rub. de colla. ſcripſi.

o ¶ Fati.) Id eſt mortis, & ſic reproba tur collatio, & impetratio beneficij viuẽtis, tũ quia bonis moribus non cõuenit vt hic, tum etiam quia inducit votũ captandæ mortis. c. 2. de conceſ. præbẽ. & c. ſi quis papa. 70. diſt. etiã ſi ille cui eſt collatum beneficium vellet expectare mortem illius, & eſſet bonus vir, qui veriſimiliter non deſideraret mortem

Bñfic viuen cõfer hibet fallit hic.

Source : BIU Cujas

proximi, quia ceſſante cauſa impulſiua adhuc non ceſſabit diſpoſitio.glo.in.l. 2.in fi.ff.de donatio.Doct.in.c.cum ceſſante.de appella.etiam ſi vellet conferre collegio,vel capitulo in titulum, ſecus ſi in proprietatẽ.Ancha.in ca.conſultationibus.de donatio.c.penul.3.nota.de eccle.edificand. nec tractatus collationis vel electionis deliberatiuus fieri debet,anteq̃ beneficiũ vacet.c.bonæ. in.2.de electio.Bertha.in tract. de epiſcopo in.j.&.2.queſt.primę partis.alias collator venit extraordinarię puniendus.Imol.in.d.c.bonæ. p tex.in.d.ca.2. Item beneficia anteq̃ vacent acceptari non poſſunt.c.ne captãdæ.de conceſſio. præb.in.vj.rota deciſio.431.ſi impetrãs in nouis. Papa verò non prohibetur cõferre etiam anteq̃ vacent,quia in beneficijs habet pleniſſimam poteſtatem.c. 2.de præb.in.vj.quod non toleraretur in regno,niſi interueniret cõſenſus ei⁹, cuius eſt beneficium, quia tunc videretur renunciare.c.beneficium.de regularib.in.vj.Doct.in.c.ex ore per illũ tex. de his quæ fiunt a maio.parte capitu. ca.ſicut.& ſeq.7.q.j.nã hic prohibetur. Sed conferri non prohibetur, quando eſt fama de morte beneficiati.glo.in.c. non oportet.de cõſecra.diſt.5. facit auten.hodie.C. de repud.tamen reuertente beneficiato collatio erit nulla.Card. concil.44.pro domino.Valeret etiam collatio ſi collator neſciret beneficium vacare, quod tamen vere vacabat,nam poteſt conferre ſi vacat.glo.in cap.2.de elect.in.vj.rota deciſio.172.in antiq.Et ideo dicunt quidam regulam de verisimili noticia non habere locum in ordinario,ſed cõtrarium fuit in hoc ſupremo ſenatu iudicatũ anno.1537. in cauſa vnius præbendę ſanctę Radegundis Pictaueñ. ciuitatis pro magiſtro Germano Cornuto contra Triſtand. fretard,etiam eodem tenore in parlamento Tholoſano in quadam prębenda eccleſię Auxitaneñ.in vigilia noſtræ dominę Auguſti anno prędicto idem fuit deciſum,& hæc duo parlamenta diuini tus vt plane creditur in eandem id temporis deſcenderunt ſententiam,vt fraudes maximè repellant,& illa regula eſt inducta ad tollendas fraudes & ambitiones,quæ forte maiores ſunt corã ordinario, alias ſemper & impune quis beneficium viuentis currere poſſet,etiã ſine vlla reſignatione, & ab ordinario petere,contra d.c.primum. Nec refragatur quod poſſit conferri ſi vacat,quia ſi ſic conferatur non poteſt impetrãs vel conferens argui conſcius conſpirationis, vel machinationis in mortem alterius,quia conditionaliter loquens nihil ponit.l.ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta. & quia non confertur tanquam vacans per obitum magis quàm per reſignationem,vel alias, ſed quando confertur impetranti per obitũ anteq̃ ſit veriſimile poſſe venire ad cõferentem, tunc cenſetur conſcius conſpirationis,ſeu mortis illius cum aliter nõ potuiſſet habere noticiã mortis illi⁹, ideo tũc habebit locũ regula illa tollens votũ captãdę mortis.teſtis eſt nobis de Ripa in ca.2.in fi. de reſcrip.ſed in hoc etiã fieri poſſet fraus ſcribẽdo in literis collationũ ſi vacat,ideo putarẽ ſimpliciter regulã ꝓcedere.Itẽ quãdo is qui poſ

Source : BIU Cujas

ſidet beneficium,requireret ſibi conferri illud,quod poſſidet,vt alium haberet titulum,non reprobaretur tũc collatio illius beneficij viuentis.ca.poſt electionem.de conceſſ.præb.Doct. in ca.inter. de fide inſtru. Idem in canonicatu dicitur.in.5.fin.de reſerua.infra.& ibi dixi. ſed tunc nou confertur canonicatus viuentis,quia extinguitur cum perſona.c. dilecto.de præb. Poterit etiam ante vacationem beneficium vniri ſine pręiudicio poſſidẽtis.ca.conſultationibus. de dona.cle.fina. de reb.eccle. non alienã. c.ſi tibi abſenti.de præb.in.vj.Et an poſſit conſtitui procurator ad præſentandum,anteq̃ beneficium vacet, & quando tradit Panor.in cap.fina.de conceſſ. præb.Imol.& Peruſ.in.d.c.ad hæc.j.de appella.Item non debet promitti beneficium antequam vacet. quod ſi contra fiat promiſſio non obligat.d.c.2.etiam ſi dicatur cum facultas ſe obtulerit.ca. deteſtanda.de.conceſſ. præb.in.vj.licet de iure decretaliũ ſecus.c.accedens illo titu. etiam ſi inſtrumentum obligatorium eſſet cõfectum ſuper hac promiſſione,& ſigillo regio ſigillatum nõ obligaretur promittens.c.ex tenore.de.conceſſ.præbẽ.etiam ſi iuramentum interueniſſet.Anto.de Butrio in.d.ca.ex tenore.quia dicitur eſſe contra iura & bonos mores,quod tunc non obligat.c.nõ eſt obligatorium.de reg.iu.in.vj.Doct. i.l.ſtipulatio hoc modo.ff.de. verb.obliga. dixi in repeti.l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo. imo non valeret conſuetudo in contrarium, quia eſſet contra bonos mores. Barba. in cap. conſtitutus. de reſcript.ca.fina. & ibi Curtius de conſuetud.niſi is cui fit promiſſio eſſet canonicus in eccleſia.c.relatum.de præb. & quando promitteretur eidẽ prębenda,ſecus quando aliud beneficium,quia canonicus non debet eſſe ſine præbenda.vt ibidẽ dicitur.Et in Papa hoc non procedit, nec ex ſuo ſpeciali priuilegio, ex quo poteſt fieri hec ꝓmiſſio.d.c. deliberatione. Proinde ſi poſt promiſſionẽ occurrat beneficij vacatio non tenetur promittens conferre ei, cui promiſit. nota.in.d.c. 2.&.c.relatum, nec poteſt patron° ſe obligare alicui, quod pręſentabit eum,quia non pactis ſed titulis canonicis beneficia obtinentur.vt probat Pet.Ancha.in.c.cum autem.in fi. de iure patro.Decius concil.541.viſa donatione.Imol.& alij in.d.c.fi.Tamẽ apud bonos & graues eſt turpe non adimplere promiſſum, imo ſic promittens ſaltem ad intereſſe tenetur,& vitę neceſſaria præſtare,donec prouideat ei cui ꝓmiſit. Peruſ.in.c.2.de conceſſio. præb. in.vj. quia promiſſa reſtituenda ſunt.l. vna.C.de ſuffrag.ideo hęc promiſſa nõ debent fieri per bonos viros, ſed dare potius quam promittere. Imo non poteſt dari poteſtas conferendi beneficia vacatura.c.cõſtitutus.de conceſſ. præb. glo.in.c.deliberatione.de offi.leg.in vj. Guido papæ concil.189.circa,niſi vicario generali.c.fi.de.offi.vicarij.in vj.Panor.in.c.fina.de conceſſ.præb.& hoc iure vtimur.Laicus etiã patron° poteſt cõſtituere ꝓcuratorẽ generalẽ cũ poteſtate pręſentãdi, quãdo ſubeſt iuſta cauſa, vtpote quia oportet eũ abeſſe.Panor.& alij in.c.fi.de conceſ.pręb.Vltimo nota vnũ caſum ſingularẽ,quod beneficium

Promiſſio beneficiũ, an poſſit & q̃n ante vacationem.

Source : BIU Cujas

Beneficiũ vacãs nõ põt conferri.

vacãs nõ poteſt cõferri, quãdo nõ eſt liberum, vtpote quia eſt collatũ abſenti, qui nondũ acceptauit, nec recuſauit, interim vacat, quia alteri non eſt acquiſitum. arg. l. nec vtilem. ff. ex quib. cauſ. maior. pro hoc eſt cauſus ſing. ĩ c. ſi tibi abſenti. de. præb. ĩ. vj. vide Feli. in c. cũ acceſſiſſet. col. j. de. cõſtitu.

Triplex eſt ſacerdotium.

p ¶ Sacerdotiorũ.) Id eſt beneficiorum, quæ ſacerdotibus debentur. c. ei cui ibi ſacerdotalem præbendam. de. præb. in. vj. Nota tamen quod in iure fit mẽtio de multiplici ſacerdotio. Primũ eſt ſacerdotiũ. C. de epiſcopis & cleri. l. preſbyteros. vbi ſacerdotes pro preſbyteris accipiuntur, & ſępius in iure canonico. c. j. 32. diſt. c. non minus. de immunita. eccle. & alibi multoties. Secundo de ſacerdotio doctorũ habetur in. l. j. ibi merito quis nos ſacerdotes appellat. ff. de. iuſti. & iur. Petrus de bella pertica. in. l. ſi quis in conſcribendo, C. de epiſcopis & cleri. Tertio eſt dignitas ad ſimilitudinem pręfectorum, de qua eſt tex. & ibi patruus meus magnus. Iacobus Rebuffus in. l. nec ꝓteſtaſie. C. de munerib. patrimo. lib. x. l. j. de natura. liber. plene Lucas de penna in. l. vna. de pericul. ſucceſſo. parẽt. lib. x. l. ſponte. ff. de munerib. & honorib.

q ¶ Liteſq; ſacræ.) Hic Ioan. Dayma intelligit ſacras lites, quando agitur de beneficijs eccleſiaſticis, quod non eſt mihi ex ſententia, alioqui tex. eſſet ſuperfluus, dum dicit ſacerdotiorum controuerſię. ſacreq; lites, &c. licet alias ſacrę dici poſſint. c. ſuper eo. de trãſactio. Intelligit etiam ſacras lites quando agitur de fœdere matrimonij, vel de cauſa natiuitatis, vel ſi agatur de vſuris, vel ſuper poſſeſſorio rei ſpiritualis, hæ vix poſſunt ſacrę lites dici, ſed proprię ſacra res dicitur, quando eſt tite per pontifices deo cõſecrata. §. ſacrę. inſtitu. de rerum diuiſio. Et ideo ſacrę lites dicunt, quæ ſuper rebus ſacris agitabantur. ff. ne quid in loco ſacro fiat, & in curia diſceptabantur cum ingenti regnicolarum diſpendio, vt ſequitur, ſed hodie in §. ſi quis verò. infra de friuolis appella. ſtatuitur, quod ſi quis appellauerit ad ſanctam ſedem, cauſa appellationis debet committi in partibus tractanda, niſi in caſibus ibidem exceptis, & ſic vitatur illud diſpẽdium eundi Romam pro appellatione proſequenda.

r ¶ Sumptibus.) Sine magnis ſumptibus non proſequuntur lites, ſicut dicitur de ſtudio. in. l. fina. C. de alimen. pupil. præſtand. in his ergo proſequendis & magni ſumptus vt hic, & ſummus labor, & diligentia expetenda eſt. ac optimum ius, & his cõinnctis etiam quis non debet eſſe facilis ad litigandum, nec promptus, ſed ad cõponen-

Facile quis nõ debet litigare.

Source : BIU Cujas

dum.sic Floria. in.l.fina. in fi.ff.familiæ herciscũ.c.1.90.dist.c.1.14.q.1. nam cum pari contendere anceps est,cũ superiore furiosum,cum inferiore sordidum.Seneca quem refert Bal.in consi. 218.petita venia.col. 2.in.3.volu. saltẽ pro modico qs nõ debet litigare. glo.decẽs in cap.requisisti.in fi.de testa.per legẽ si merces.§.vis maior.ff. loca.l.2.C.de rescindẽ. vẽd.quia propter has lites quis efficit̃ pauper.in authen.vt differẽ. iudices.in prin. colla.9.Ideo boni viri eas execrant̃.l.itẽ si res.§.fi.ff.de aliena.iud.mutan.cau.facta.diebus & noctib⁹ torquetur anim⁹ litigantium,sicut amasiorum,& maior est tortura animi quam corporis,& dicitur seruum dei non oportet litigare. c.sicut.2.q.7.si tamẽ bono iure munit⁹ fueris,& non possis componere, prosequere tunc causam tuam,& in his deo te commẽda,quia per varios casus per tot discrimina rerum peruenies ad sententiam. Quæ causæ generent lites.tradit Lucas de penna in.l.litibus.col.j. C. de agrico.& censit.lib.xj.& ego ipse in præfatio.ad ordina.regias,& tres cautelas quas debent habere homines antequam lites ingrediãtur,ibi descripsi,idque planum feci.

tari vel labori sufficere nequirẽt,hi aut iuri suo cedere aut causas [s] deserere ac pro derelictis habere cogerentur.simul ea accedebat deformitas,vt literarũ studiosi & [t] disciplinis liberalibus iucumbentes aut sacerdotia

ipsum tot calumnijs totq; falsis accusationibus suum collitigantem vexando, qui omnino peruenient ad egestatem. Prouerb.13.Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam,&ad inferos cũ dæmonib⁹ perpetuo cruciabuntur. Vide quæ dixi in glo. deseruerint.§.j.infra de colla. & Azo in summa in rub.pro derelicto. & Benedict. in repet.c. Raynutius. in verbo & vxorẽ.nume.923. cum seq.de testa.

s ¶ Deserere.) Multi propter lites deserunt veritatem,quam prius seruabãt. Prouerb.28.c.pro buccella panis deserit veritatem,ac charitatem,imo deum

t ¶ Disciplinis liberalibus.) Non solum intellexit hic de septem artibus liberalibus,videlicet de grammatica,dialectica,Rhetorica,Musica,Aritmetica,Geometria & Astronomia,sed etiã de disciplina theologiæ,canonum,legum,& medicinæ,nam disciplina est rerũ quarumque scientia,à discendo. Archid.in cap.consuetudo.col.vlti.prima distinc. & ideo expressit hic de liberalibus &c. & à philosophis olim hæ artes dictæ sunt liberales,quia filij liberorum hominum & nobilium eas solum addiscebant,teste Archidia.in cap.de quibusdam.37.distinct.& eas addiscentes debent esse ab omnibus oneribus & muneribus liberi.authen.habita. C.ne filius pro patre,quod an sit hodie inter priuilegia schola.scripsi,& disciplina dicitur ex parte ei⁹ cui infunditur: doctrina ex parte doctoris. Lucas de penna in l.vna.col.j.C.de stu.libera. vrb. Romæ lib.xj.licet aliquãdo ꝓmiscuę capiant̃.

Artes liberales & quæ dicãtur

Source : BIU Cujas

adipiſci [v] nequirent, aut qui adipiſci cuperent, literarum ſtudium [x] abiicere aut certe [y] deponere cogerentur. paſſimque per vrbes errabunde vagari, vt id periculum immineret videretur. ne literarum tandem amor & ſcientia per incuriam exoleſcerent. Quũ igitur ſummopere nobis videndum eſ ſe exiſtimaremus, ne huiuſmodi indignitas in Regno noſtro exoriretur, id quod fututum intelligebamus, tẽpori vtiq; inſeruiẽdum eſſe duximus, ac rebus noſtris periclitantibus pro re nata cõſulẽdũ. imminẽtiáq; detrimẽta minore ac [z] leuiore diſpendio redimẽda. Quare quum Bononiã cũ omni noſtro comitatu veniſſemus exhibẽdæ gratia [a] reuerẽtiæ

v ¶ Nequirent.) Nec hodie adipiſcuntur ſacerdotia paruo negocio, ſeruatnr enim dictum Euangelij, vt omni habẽti detur, & ſimilis ſimiles quærat, dico plene inter priuilegia ſchola.

x ¶ Abijcere.) Id eſt longe iacere, cogebantur enim olim ante pragma. per ſex decẽ plus minuſve annos ſtudium intermittere, vt ſacerdotia obtinerent, alias ſtudere non poterant, quia dicit Iuuena. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat Res angusta domi, vel deponere vt ſequitur.

y ¶ Deponere.) Id eſt dimittere. Cice. Exiſtimaui honeſtiſſimè moleſtias poſſe deponi, ſi me ad philoſophiam retuliſſem, vel cum quadã deſperatione relinquere. Cicero in Verrẽ actio. prima. Itaq; mihi videor iudices magnã & maximè ægram & prope depoſitam reipublicę partem ſuſcepiſſe, vel abijcere ad tempus, deponere in totum, multi propter bona habenda ſcientiam deponunt, non inſequendo philoſophum Cratem Thebanum, de quo in ca. gloria epiſcopi. 12. q. 2. ibi. Crates ille Thebanus homo quondam ditiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, neque putauit ſe poſſe & virtutes & diuitias poſſidere, quæ ſententia mihi ſemper vera viſa eſt, & eam, niſi inſecutus hactenus fuiſſem, nõ hæc pauca ſcripſiſſẽ, De[o] opti. maxi. ſit benedictus in eternum & vltra, dico iter priuilegia ſcholariũ me (quia nunquam potentiorum foribus affixus fui) omnib[9] deſtitutum opibus, igitur hoc in lucro ponere atque aliud agere patientur homines.

z ¶ Leuiore diſpendio.) nam ex duobus malis minus eſt eligẽdum, ſeu vt verius dicam maius eſt fugiendum. cap. hij qui. 26. quæſt. 2.

a ¶ Reuerentiæ.) Et ſic rex chriſtianiſſimus Chriſti vicario, papę videlicet, & more boni fili habuit reuerentiam & honorem, prout tenetur. vt traditur in epiſtola, Nos reddentes. C. de ſumma trinita. vbi Imperator de-

Reuerentia papæ ab omni. b[9] eſt habenda & quare.

Source : BIU Cujas

fert honorem papæ,ſic etiam debet facere quilibet alius, tum quia eſt pater omnium fideliũ,vt infra patet ſanctiſſimo patri.vbi dico,& filius honorat patrem. Malachię. 1.c. ſi ergo pater ego ſum.vbi eſt honor meus.& ad Hebre. 12.c.patres habuimus eruditores,& reuerebamur eos,tum quia eſt prælat⁹ & doctor totius populi Chriſtiani.Eccleſiaſti.10.c.In medio fratrum rector illorum in honore. Tertio,quia vicarius Chriſti,& ideo infideles,qui deum honorare tenentur,debent etiam eius vicarium honore decorare,nam dicitur Lucæ.10.Qui vos odit,me odit: qui vos ſpernit,me ſpernit.ſuper quo dicit ibi glo. diſcat vnuſquiſque in amonendo vel ſpernendo eccleſiæ paſtores,non vires quaſque perſonas,ſed dominnm ſaluatorem,imo ipſum patrem ſpernere. vel odire, quia in diſcipulo magiſter oditur,in filio pater honoratur. Hinc beatus Cyrillus in libro 5.theſaurorum dicit,quod iure diuino papæ omnes caput inclinant,& primates mundi tanquam ipſi domino IESV CHRISTO obediunt. Præpo.in ſumma.93. diſt.& diuus Paulus primæ ad Theſſaloniceñ. 4.cap.ſic inquit,Qui hęc ſpernit,non hominem ſpernit, ſed deum, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctũ in nobis. Quarto,quia eſt ſuperior,dicit enim CARISTVS, tu vocaberis Cęphas.Ioan.j.cap. & Lucæ 5.cap. duc in altum,alijs verò apoſtolis dixit, Laxatæ rhetia,& minores debent reuerentiam exhibere ſuperioribus.cap.ſtatuim⁹.de maio.& obe.cap.iuxta. & ſeq. & in ſumma.93.diſtinct.glo.in l.j.§.ſicut.ff.de aqua pluuia arcen. laudabile namque & diſcretum eſt exhibere reuerentiam & honorem prioribus. cap. ſicut inquit.2.quæſt.7.& tex.in cap.fina. & ibi Panor. vlti.notab.de confirma.vti.quem ſequitur ibi Decius per illum textum,dicens ſubditos debere ſuperiori reuerentiã & obediẽtiam,quædam alia iura traduntur in cap.cõquerente. de offi. ordina. maximè ſubditi prælatos reuereri debent,tum dilectione.c.eſto ſubiectus.95.diſt.c.habet.2.q. 5.tum obedientia.cap.1.& 2.93.diſtinc. c.ſacerdotes.2.q.7. Ad hæc communicando & inſequendo.c.non oportet.95. diſt.ſimul eorum officium temere non vſurpando.c.preſbyter.95. diſtinct.atq; eorũ ſtatuta ſeruando.ca.quia.7.quæſt. prima.cap.ſi quis de maio.nec prælatos temere arguere vel iudicare debet.cap. nolite.21.diſtinct.nec defectus eorum reuelare ſed tegere dẽbet.cap.in ſcriptu ris.96.diſtinct. Lucas de penna in l.j. col.2.C.de colleg.lib.xj.& qui non exhibet hanc reuerentiam,meretur relin qui à domino.Eccleſiaſti.20.ca.Vir repromittit de proximo ſuo,& cum perdiderit reuerentiam derelinqueretur ab eo,& talis reuerentia eſt deo placens. ad Heb.12.ca.in fi.ſeruiamus placentes deo cũ metu & reuerentia,quia eſt act⁹ boni moris,& ideo nõ poteſt pacto remitti.l.fin.C.de bonis liber.& ibi Bal. & in.l.liberti.col.3.de operis liber.Feli. in ca.cum non liceat.col.j.de præſcrip. cuius reuerentię ratione poteſt papa nõ ſolum à prælatis ſed à principibus ſecularibus petere auxilium contra hoſtes. cap.maximianus.& cap.ab imperatori

Source : BIU Cujas

bus.23.quæſt.3.& illos principes auxilium non præbentes excommunicare. ca.adminiſtratores eadem cauſa.quęſt. 5.imo principes ſeculares ſi requiſiti nõ præſtiterint auxilium eccleſiæ acrius pa

pa punire poteſt,maximè Imperatorem. arg.ca. venerabilem. de elect.Panormi. in *cap.fina.col.2.de dila.* nam & eos deponere poteſt.cap.alius. 15. quæſt. 6. hoc expreſſe tenet Maleret. *in tracta. elect. folio. 55.* hæc ſunt notanda cõtra eos qui euaginata lingua ſummum pontificem proſequuntur,& in illum latrare non ceſſant.

[b] ſanctiſſimo [c] patri noſtro Leoni decimo Pontifici ſummo, quam ei Franciæ Reges maiores noſtros, vt primos ac maximos ſacroſanctæ eccleſiæ [d] filios ex-

ſummus pontifex,pater ſanctus,pontifex maximus,& alia quæ notant doct. in.c.j.de conſti.in vj.

c ¶ Patri.] Quis dubitet ſacerdotes Chriſti regum & principum omniũque fidelium patres, & magiſtros cenſeri? nonne miſerabilis inſanię eſſe cognoſcitur, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum, ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationibus illum ſuæ poteſtati ſubijcere,à quo credit non ſolum in terris,ſed etiã in cœlis ligari poſſe & ſolui? Verba ſunt beati Gregorij in cap.quis dubitet.96.diſtinct.textus in Epiſtola nos reddentes. C.de ſumma trinita. infames enim fiunt(vt canonum tradit auctoritas) omnes qui in patres armantur,& qui doctorum ſuorum vitã reprehendunt, vel accuſant.cap. plerunque.5.fina.2.quæſt.7.hodie quidam ſceleſti religioſos & ſacerdotes odio & cõtẽptu proſequũtur, & hos ſceleſtos etiã deus contemnit, & in infernum deijciet illos.

Sacerdotes ſunt regum & aliorũ fidelium patres.

b ¶ Sanctiſſimo.] Belliſſime conuenit Romano pontifici,vt in ſupraſcriptione epiſtolæ nos reddẽtes. C.de ſumma trinita.aperte mõſtratur,quis enim ſanctum dubitet eſſe,quem apex tantæ dignitatis attollit.cap.nõ nos.40.diſt. & ſicut perſona patris vel magiſtri debet videri ſancta filio & diſcipulo.l.liberto.ff.de obſequijs. ſic cuilibet bono Chriſtiano debet videri ſancta perſona papæ,alioqui errore labitur,imo cõtemnens ſummum pontificem,& ſic patrem ſpiritualem,plus peccat, quam ſi patrem contemneret carnalem.tex.in c. qualis.2.q.7. quandoquidem habetur de eo. Hiere.j.conſtitui te ſuper reges & regna, ergo honor eſt eidem exhibendus,vt ſupra dixi. Conuenit etiã ei verbum beatiſſimus, ſacratiſſimus,

d ¶ Filios.] Reges tamen non ſunt filij papæ generatione, nec adoptione, ſed cura & honore.teſte Bonifacio in proœmio clemen. col.2. nota. 4. quid honorificentius quam vt Imperator filius eccleſiæ eſſe dicatur?c.cõuenior. 23. quæſt. 8. vide tex. in cap. ſi Imperator.96.diſtinct.& quæ dixi in forma manda.apoſto.in verbo dilectis filijs.

Source : BIU Cujas

Et dicuntur reges Franciæ primi filij sanctæ Ecclesiæ catholicæ (sicut vniuersitas Parisiensis vocatur prima filia, & primogenita regis, quia primo ei nata est, & primo fidem ac regis honorem tuetur) quia sanctam sedem primo & ante omnia tutati sunt, vt est in historijs multa videre, & Helyas archiepiscopus Turonen. in defensorio cõcorda. in. 3. ratione multos Francorum reges cõgerit erga sedem apostolicam feruentissimos, & illius veros filios. infra dico titul. proximo in glo. benemeritis. & sicut rex dicitur filius papæ, ita iurisdictio temporalis dicitur filia iurisdictionis spiritualis, & ei tenetur tanq̃ matri suę. Bal. in ca. si duobus, de appellatio. sed hodie filia conatur suffocare quibusdam exquisitis medijs matrem suã, quod est summe condolendum.

Vniuersitas Parisien. dicitur regis primogenita.

hibuisse nouimus, [e] obnixis præcibus ab eo contendimus vt si Pragmaticę [f] nomen omnino esset abrogandum, saltẽ [g] vice illius bona mine rex, eratq; non annuũ sed perpetuum sacerdotium, ab omni bellorum tumultu immune, neq; enim rex sacrorum militare, stipendiâve facere, aut castris & legionibus præesse poterat, nam eius potestas sola religione & templis tenebatur. teste Alexand. lib. 3. genialium. c. 17. multo minus summ⁹ põtifex. vide Ludoui. Viuald. in opere regali in 4. persecutio. ecclesiæ, vbi adducit viginti imperatores vel principes, qui contra sedem apostolicam vel summum pontificem insurrexerunt, aut contra prælatos, statim defeciisse, nec in hoc seculo diu prospere vixisse, dicens his verbis se nunquam vidisse alchimistam diuitem, neq; incãtatorem bene morientem, neq; rebellẽ ecclesiæ bene prosperantem. vide Platinam in vita clementis. 4. & maleret. in tracta. de. electio. fol. 60. col. 3. potest tamen Papa etiam armis se defendere à tyrannis, cũ omnibus liceat. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. c. dilecto de senten. excom. in. vj. Cicero. in oratio. pro Milo.

e ¶ Obnixis pręcibus.) Sic pręcibus cõtendere debent filij cum patre, & non armis, nempe dicitur in §. sed quod sancitum. in auten. de nup. colla. 4. erubescit enim lex castigatores filios genitoribus statuere, & noli contendere cum parentibus, & si iusta dicas. Ecclesiasti. c3.. scribitur. iudicium patris audite filij, & sic facite et salui sitis, Nec etiam Papa contendere armis cum filijs debet, quia oratiões & lachrimę sũt arma clericorum. cap. conuenior. 23. q. 8. Item exactis regibus Romæ sacrificulus rex creatus extitit, qui sacrorum rex dict⁹ est, sine regio tamen imperio solo no-

Papa cõtra principes arma mouere non debet, nec econtrario.

f ¶ Nomen.) Et effectum, quia si nomine eximitur & fructu carebit. l. à nullo. C. de ferijs. si enim nomẽ non habẽt, qualiter officiũ habebũt. dicit tex. in. c. cor episcopi. 68. dist. an liceat arguere à nomine plene tradũt legũ ꝓfessores, in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert peta. & doct. decretorum in. c. j. de iud. & Cicero in suo Topicorum lib. genus hoc arguẽdi notationem vocans.

g ¶ Vice.) Et sic hæc concordata suc-

Source : BIU Cujas

Concordata ī locum pragmaticæ subrogata sunt.

cesserūt in locum pragmaticæ sanctionis, ideo sæpius arguemus infra per argumentum à subrogatis, de quo traditur in.l.si eum.§.qui iniuriarū.ff.si quis cautionibus. Docto.in.c.ecclesia de constitu.& ī.§.fuerat.insti.de actio.plene per Nico.Euerard.de locis legalibus. fol. 101. *in* arg.de subrogatis planius probatur in tit.pximo.& in rub. de electio.derogatio. *in fine.*

h [Concilijq;.] *Scilicet sui, & sic rex voluit ex consilio papæ has leges ī regno suo habere, dicebat enim,* bene cognoscimus, q̄ cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri regni,& ad nostram gloriam redūdare.l. humanum. in fine.C.de legib. Item dubium non est omnia,quæ consilio recte gerūtur,iure,meritoq; effectu & firmitate niti.l.dubium.C.de repu.& Prouerb.13.c. Qui autem omnia agūt cum consilio,reguntur sapientia, & postea astutus omnia agit cum consilio.ca.8. ego sapientia habito in consilio,& eruditis interfum cogitationibus.& ca.2. Consilium custodiet te,& prudētia seruabit te, priuilegia consilij dico in repe. authen.habita.C.ne filius pro patre.

i [Imperium.] Rex Franciæ est Imperator,& habet iura imperij in suo regno.vt concludit Ioan.Ferald.in tract. de iuribus & priuileg.Regis Franciæ per totum,& ego fusius dixi in ordinatione regijs,habet etiam quilibet rex Imperiū.Iudic.j.c. Alphaxat itaq; rex Medorū subiugauerat multas gentes Imperio suo.& in.l.penul.in fine dicitur de prætore,qui salua maiestate imperij,&c.ff.de iusti.& iu.Ioā. Fabri in proœmio institu. in verbo IESV Christi.imo dico q̄d maius imperium habet Rex Franciæ in suo regno, quam Imperator in suo Imperio,vt omnibus patet, & de iure dignitas regalis fuit antequam imperatoria.l.2.ff.de orig. iur. ex iure gentium regna orta sunt.l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.& cor regis in manu dei est, epistola inter claras. C. de summa trinita. & quia venit ex successione,& ideo illud transmittit ad successores. Lucas de penna in l.vna.col.j. C.de conduc.lib.xj.Soc.concil.67.q̄d. col.2.& cōcil.165.visis inuestituris.col. 2.in secundo volu.repetit. Franciſqui. Curtius concil.j.nu.30.nempe Deus optimus maximus rex vocari non dedignatur. Ecclesiastici.j.c. Vnus est altissimus creator omnium, omnipotens, &

Iura Imperij habet Rex in suo regno.

h sua conciliique venia certas nobis leges cōditionésque meditari comminiscique liceret, quibus i imperium nostrum supradictum in posterū vteretur. Quod ad ea quidem pertinet quæ sanctione pragmatica cauebantur, quibus nostris præcibus exorata pōtificis sanctitas (nam ei quoque cordi erat regni nostri ecclesiam recte atque ordine ad ministrari) haud ægre nobis indulsit, vt conuenta

Source : BIU Cujas

rex potens,& metuẽdus nimis,& Esaię 33.c.in fi. Dominus enim iudex noſter, dominus legifer noſter, dominus rex noſter,& in proœmio decretalium. rex pacific⁹. & alibi in non paucis locis,ſed quod nomen Imperatoris aſſumpſerit in multis locis non inueni, quãuis ſæpiſſimè repererim ſperiũ habere & imperare.

k ¶ Meditari.] Et ſic ad leges condendas, & intelligẽdas requiritur meditatio. Dauid Pſalmo primo,In lege eius meditabitur die ac nocte, ſup quo dicit Hieronimus ꝙ meditatio legis eſt,nõ ſolũ in legendis ſcripturis, ſed in his quæ ſcripta non ſunt faciẽdis. Deutero.6.c. Eruntq;(inquit) verba quę ego præcipio tibi in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis,& meditaberis ſedẽs in domo tua, & ambulans in itinere,dormiens, atq; conſurgens, ecce ergo quomodo debemus meditari iura,ſi ea velimus vel dictare,vel intelligere, quod notent volentes adipiſci iura,vt ſumma ope,ſummoq; ſtudio conentur ea habere. Nam dicitur Geneſ.24.quod cum Iſaac exiuiſſet ad meditandum in agro, obuiauit illi Rebeca pulcherrima,& prudentiſſima puellarum, quæ facta eſt eius vxor, ſic meditans in iure, vel in alia ſcientia, inueniet ſcientiam puellam pulcherrimam, & efficietur vxor illius,eamque anulo doctoratus deſponſabit, de meditatione, quam debemus habere ad deum, relinquo theologis & Bercho.tradit in hoc verbo.ne multa.

Meditatio ad ſcientiã adipiſcendã neceſſaria eſt.

l ¶ Commentari.] Id eſt tractare, & diſputare. Cicero in Lęlio cũ in hortis D. Bruti commentandi cauſa(vt aſſolet) veniſſemus. Aliquando commentari eſt commentarium ſcribere, vel fingere, ſed non hic.

quædam nobis [k] meditari [l] commentariq; liceret pragmaticæ ſanctionis vicem regno ac potentatui ſupradicto vbique præbitura, quæ ipſa eiuſdem concilii auctoritate aſſenſuque confirmarentur quam homologationem vocant cum irritante decreto huius commentationis curã, quã tũc ſua ſanctitas & nos [m] mandauiſſe-

m ¶ Mãdauiſſem⁹.] Ciuili modo loquitur hic rex,vt in ſimili. Celſus in.l.ſi cui.ff. de ſeruitu. quia mandatum gratuitum eſſe debet in.l.ſi tibi.in prima &.2.ff.de prę-ſcript. verb. per quod oſtenditur quod viri conſultiſſimi & litteris pręditi nõ ſunt pręceptis trahendi,ſed ſuaſionibus alliciendi, ſtudium certe liberum eſſe debet,& alacri animo leges ſunt & ſuſcipiendę, & dictandę.§.fina.in proœmio inſtitu.exitus inutiles ſolent cõactiones generare.cap. cum locum.de ſponſa.Ideo hic rex mãdauit viris conſultiſſimis, non autem præcepit, vnde perperam exponit glo.in.§.cumque hoc deo.in proœmio inſtitu. mandauimus, id eſt præcipimus.per prædicta,differentiam inter mandatum & præceptum tradit Panor.& cæteri in ca.eam te.de reſcript.&. Lauren. Valla. lib.5. elegan.cap.68.

Literat ſuaſion bus& n p̃cepti trahen ſunt.

Source : BIU Cujas

mus viris quibuſdã [n] conſultiſſimis: ita confecta temperatáq; ſunt ea conuenta, vt pleraq; pragmaticæ ſanctionis capita [o] firma nobis poſthac ratáq; [p] futura ſint. qualia ſunt ea quæ de reſeruationibus [q] in vniuerſum [r], aut ſigillatim factis ſtatuunt [s] de collationibus, de cauſis, de fruſtratoriis appellationibus, de antiquatiõe cõſtitutionis clemẽtinę quã literis vocãt, de libere quieteq; poſſidentibus, de cõcubinariis, quædãq; alia quibus [t] nihil ſanctio. erant & infra ī rub. de reſerua. ſcriptum extitit.

n ¶ Conſultiſſimis.] Eiſdem eſt committendum, vt dicitur in prima conſtitu. Cod. & in .§. ſed cum ſit neceſſarium C. de. Iuſtinia. Codice confirmand. ibi dum dicit electis viris doctrina legum, quã experientia rerũ, ſtudioq; reipublicæ indefeſſo, & laudabili propoſito pollentib⁹, & idẽ habetur in .§. cumque hoc deo ꝓpicio. in ꝓœmio inſtitu.

o ¶ Firma.] De fato. glo. ſingu. in. l. id quod pauperibus. C. de epiſcopis & clericis.

p ¶ Rata.] De iure. Ideo ſi quis promiſerit ratum habere cõtractũ ſub pœna, non incidit in eam, ſi de facto contraueniat. Bar. in. l. metum. §. volenti. ff. quod metus cauſa. Guido papę ī deciſi. 367. ī aliquo. Barb. in. ca. Raynaldus. col. 67. de teſta. Corſe. in ſingu. incipieñ. pena. 8. ſecus ſi promiſerit habere ratum, & firmum. vt communius in inſtrumentis deſcribi ſolet.

q ¶ In vniuerſum.] Id eſt de reſeruationibus vniuerſalibus ſeu generalibus.

r ¶ Aut ſigillatim.] Id eſt ſpeciatim vult dicere tex. tam reſeruationes generales quã ſpeciales ſublatas, vt in prag. intelligit ſi priores leges facerent cõtra legem nouam, alias non corrigit, quæ ſaluari poſſunt. tex. & ibi glo. ſingu. in authen. de hęredib. ab inteſta. venienti in principio. colla. 9. quam ſing. dicit Bal. in Margarita. in verbo ſtatutum. q. 37. & in verbo clauſula. in. 8. quæſt. Paul. in. l. non eſt nouum. ff. de legibus. & in. l. ſciendum. in princi. qui ſatiſda. cogã. Roma. conſil. 399. vt præſens. col. 3. nu. 1 c.

s ¶ De collationibus.] Quæ immutentur per titulũ. de collatio. infra & alios dico in pręfatio. illius rub. & per totam, & etiam in alijs titulis.

t ¶ Nihil.) Vt de titulo quomodo diuinum officium ſit celebrandũ, nec de alijs titulis poſtea ſequentibus, vſque ad rubr. de publicis concubinarijs eſt aliquid detractum, abrogatúm ve. Ideo cum non ſit illis titulis pragmaticę derogatum, adhuc ſeruantur in Regno, nam quãdo lex noua ſtatuit, qđ prioribus legibus & conſtitutionibus vacantibus decętero iſta ſola (quam nunc conſtituim⁹) obſeruetur,

Source : BIU Cujas

iis conuentis derogatũ abrogatúmve fuit, niſi ſi in quibuſdam capitibus nonnulla interpretanda immutandáve cẽſuimus, quod ita referre vtilitatis publicę arbitraremur. Quod verò ad electiones pertinet minimè quod [v] optabamus obtinere potuimus, cauſis in dictis [x] conuentis latiſſimè inſertis, ac nihilo ſecius tamen, cum ab eiuſdem pontificis ſanctitate dilationem ſemeſtré ĩpetraſſemus, iis rebus trãſigẽdis ſuper iiſq; [y] viros

v ¶ Optabam'.] Nec iniuria, videbat enim rex durũ eſſe iura tot vigilijs excogitata ſubuerti.c.eccleſia.2.de elect. l.ſi quando.C.de inoff.teſta. mirũ enim videri non debet, ſi optabat, quod totis neruis reges olim Frãciæ tutati etiam fuere. Legimus nanque Carolum magnũ electiones eccleſiæ Romanæ reſtituiſſe.c.ſacrorum.63.diſtin. & Clodoueũ primũ Frãciæ Regem conuocatis ſui regni apud Aureliam prælatis electiones in pẽdulo exiſtentes canonicæ faciendas & ſeruandas in hoc Regno voluiſſe, ſi Vincẽ. hiſtoria. lib.22.& ſeq. credamus, quem refert gl. in verbo *reſeruationes*. in titu. de reſeruatio. ĩ prag. ſed illi ſperãdum eſt, quod corrigens corrigetur, & ius (ſi modo electores ad electionem, quaſi inſpiratã redierint) ad priſtinum ſtatum reducetur. l. quoniam. & ibi Bal. C. de ſecun. nup. & tunc perfectum regis optatum ſpiritus ſanctus reſtituet, quod electorũ iniquitas ſubſtulit, de qua eſt videre infra de electio. derogatio. & amiſſio electionis eſt pena. glo. notab. in cle. j. in verbo & in ꝓœnam. de iure patro. quod eſt notũ his, qui ſoliti erant quicquam pro electionibus recipere.

x ¶ Conuentis.] Id eſt per hæc conuẽta, & ſic hæc concordata poſſunt vocari conuenta inter papam & regem. Idẽ habetur in rub. de proroga. dila. ad approbandum concord. infra.

y ¶ Viros.] Nota ꝙ rex cepit conſiliũ ad dictandum hæc concordata, ſicut ad dictandum leges Imperator in codice componendo, vt ipſe atteſtatur in prima conſti. codicis. & ĩ. l. vna. C. de Iuſtinia. codice confirmã. & in. l. j. ibi cõſulto. ff. de legib. & hoc ex humanitate debet facere, nõ ex neceſſitate. l. humanũ. C. de legib. vbi dicit bene omnia regi, quãdo fiunt cũ cõſilio. ſumat ergo cõſiliũ princeps, & illud ſequat, vt bene regat. Prepo. in. c. in iſtis. 4. diſtin. quia omnis ſcientia & omnis ratio non eſt in vno capite. *Secũdo* dicit qđ cepit cõſiliũ à viris, nõ ergo à mulieribus debet ſumi cõſiliũ in lege vel ordinatione condenda. *l. j. ibi* virorũ. ff. de legib°. Itẽ cum fœminis apud Romanos nulla fuit cõmunio, ideo mulieres nec comitijs intereſſe, nec ſuffragia ferre, neq; foro aut concionibus immiſceri debebãt, quod etiam erat apud Athenienſes conſtitutum, vt nulla fœminarum concilijs publicis aduocaretur. teſte Alexan-

Con
dati
ſunt
cari
uen

Prin
cõſi
bere
bet à
ris n
muli
bus,
ab in
beri

Source : BIU Cujas

dro lib. 4. genialium. ca. 13. & hoc propter fragilitatẽ sex⁹, vel quia non sunt prudẽtes, sed omnes fatuæ. vt Claudius Aqueñ. testat in. d. l. j. post Salomonem in Prouer. quod ego dicere nõ auderẽ, nã multas inueni (vt mihi videbatur) prudentes, & in Euangelio, quinq; erãt prudentes, & quinque fatuæ. & sic vltra mediam partem non possunt dici fatuæ. Et Imperator non recusauit consiliũ mulieris, vt habetur in. §. hæc autẽ omnia, in authen. vt iudices sine quoquo suffra. colla. 2. nec etiam recusauit consilium mulierum. Ioan. Calder. vt and. testatur in ca. cum inter vniuersas. de. electio. nec Ioan. And. in. c. cum secundum. de præbẽ. & in ca. 1. de. deposito. & putarem consilium posse requiri, quia interdum stultorum etiam consilium bonũ est, vt legitur de consilio fatui Parisieñ. in. c. ad nostram. de cõsuetud. & coniugati in lecto solent habere consilia suarum vxorum, & illud est fidelius, quando nullo modo est præmeditatum. Item cõsilium debet peti à viris, & sic non ab impuberibus, cum virorum appellatio solos comprehendat puberes. tex. & ibi Bar. in. l. cum quis. §. codicillis. ff. de leg. 3. Bal. in. l. j. col. 2. C. de dignita. ipsi enim nihil sciunt, vel scire præsumuntur, ideo consulere non possunt. l. fina. ff. de legib. cum non habeant, nisi semiplenum intellectũ. Bal. in. c. j. quo tempore miles inuesti. pete. debeat. possunt tamen filij regis etiam impuberes interesse in ordinatione, vel in alio actu arduo explicando, vt discere valeant deinceps, quæ agenda sunt, non quod cõsulant alijs, sed alios.

Tertio etiã princeps ad cõsilium vocare debet multos viros, non vnum solum, nam iudicium est integrum, quod plurimorum sententijs confirmatur. c. prudentiam. in fi. princi. de offi. iud. deleg. facit tex. in. l. cum ex filio. in princi. ff. de vulga. l. diuus. de iure patro. l. si idem. de iurisdict. omnium iudicum. Et multi dicuntur quatuor ad minimum. glo. in. l. j. ff. de lega. primo, & alijs multis modis, de quibus glo. ordina. tradit in cap. latores. de cleri. excommunica. ministran. Hoc tamen relinquo arbitrio principis, quod velit euocare sicut dicit glo. in simili. in cap. statutum. §. insuper. de rescript. in. vj. Literati & boni ad principis consilia sũt vocandi.

Quarto vocandi sunt docti, non omnes, sed eximia doctrina literarúmque peritia præditi, vt hic, nam paria sunt nullã scientiam habere, vel paucam. Bar. in authẽ. sed nouo iure. C. si certum peta. & ideo hic vsus est superlatiuo consultissimis, & eximia &c. Quinto consulẽdi sunt practici & experientes, vt hic. vsque rerum callentissimos. & in. §. cumq; hoc deo. in proœmio insti. & in cap. estote. j. quæst. prima. §. quia verò competens, in authent. de iudicib. colla. vj. practica enim est veritatis lumen. l. per hanc. in fine. C. de tempo. appella. & ibi Salice.

Vltimum & precipuum est, quod boni & iusti vocẽtur, non illi qui sunt venales, sicut dicitur de Triboniano quod leges venales habebat, vt licet in eius vita videre, sed qui habeant optimum testimonium. d. §. qui verò. & si hoc obseruet princeps, optimas leges, & perpetuas habebit in suo regno, vt plenius dico in ordina. reg.

Source : BIU Cujas

z ¶ Quoniam ita.] Nota tria quę mouerunt regem ad acceptandũ concordata. Primũ ratio. vt hic nã ſunt rationabilia, vt per diſcurſum oſtendo, & videre eſt. Secundum temporis difficultas, quæ aliquando permittit non concedenda. cap. licet. de ferijs.

Tertium neceſſitas rerum circunſtantiũ, quæ non habet legẽ. l. j. ff. de offi. conſul.

Quartum quod debet eſſe in conſtitutione noua cõdenda eſt vtilitas. l. in rebus. ff. de conſti. princi. & ſupra ibi ita referre vtilitatis publicæ arbitraremur.

a ¶ Tenor.] Qui eſt diligenter attendendus. ca. recepimus. de priuileg. ex tenore apparet mens & intentio diſponentis. tex. in. c. cum dilecti. de dona. & l. ad probationem. j. ibi quẽ tenor ſcripturę deſignat. C. de proba. alibi dicitur ꝙ iudex debet proferre ſententiam ſecũdum tenorem reſcripti. l. cum precibus. C. de probatio. quod facit pro iudicibus regijs Franciæ, quibus diriguntur reſcripta ad verificãdum, ſeu vt practici dicunt ad interinandum, quia alijs iudicibus dominorum non diriguntur communiter literę regię iuſtitię de ſtylo Franciæ, vt dico in ordina. reg. rub. des lettres de Chancellerie, & illud quod conſtat ex tenore ſcripturę dicitur euidẽs. tex. nota. in c. cum contingat ibi. ſi ex ipſarum tenore deprehenderis euidenter. de reſcript. l. cũ tibi. C. de euictio. & quale ſit reſcriptum recurrimus ad eius tenorem. cap. ex tenore. de reſcrip. & capi. ex tenore & ibi Barba. notat de foro compet. quando de priuilegio dubitamus recurrimus ad eius tenorẽ. ca. porro. & cap. ſequen. de priuileg. inſpicienda ergo ſunt priuilegia, & ipſorum tenor eſt diligentius attendendus. cap. recepimus ibidem, & quãdo dubitatur de emphiteoſi, recurſum habere debemus ad contractum. l. j. C. de iure emphi. idem in feudo, in quo tenor inueſtiturę feudalis eſt pręciſus, à cuius tenore non eſt recedendum. cap. vno. de duob. fratri. Bal. in cap. j ſ. denique col. j. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. & in præludijs feudo. in. 4. diuiſio. Albert. Brunus conſil. 8. & conſil. ſequẽ. in princi. & conſil. 39. circa col. 2. vbi dicit tenorem inueſtituræ & conceſſionis eſſe ſuper omnia attendendum, qui derogat omni naturæ feudorum, & maximè in materia feudali iuſtum eſt, quod tenor inueſtituræ inſpiciatur. Ioannes de Aua. concil. 7. & Albertus cõſil. 41. viſo col. 2.

multos doctrina eximia literarumq; peritia prędituos, vſuq; rerum callentiſſimos conſuluiſſemus, tandem de eorum ſententia, z quoniam ita ferebat ratio difficultáſque temporis rerumq; nos circunſtantiũ neceſſitas, ſæpe dicta conuenta in regno noſtro ac Delphino promulgãda cẽſuimus, ita vt ſãctionis vicem inſtárque plenum habeãt: quorũ cõuẽtorũ ſeu approbatiõis cõcilii, a tenor ſequitur, & eſt talis.

Source : BIU Cujas

Item intentio ex tenore diſpoſitionis colligitur.tex.& ibi pōderat ad hoc Barb.in c.ſuper quæſtionum.§.intentionis.2.nota.de off.delega.& commiſſio ex tenore reſcripti dignoſcitur.c.præterea.de dilatio.Barb.in cap.1.col.3.de probatio.& vt inſtrumentum aliud referens probet,tenor inſtrumenti relati debet ſcribi.cap.penul.ibi tenor compoſitionis inſertus &c.de confirma vtili.

Item in contractibus tenor contract⁹ & verba inſpici debent,de ſtipulatione eſt textus in.l.ſi ita ſtipulat⁹.§.Griſogonus.in fine.ibi plerunque enim in ſtipulationibus verba,ex quib⁹ obligatio oritur,inſpicienda ſunt.ff.de verb.obliga. &.l.ſi quis ſtipulatus ſit ſtichū.ibi quærentibus reſpiciendus erit ſermo ſtipulationis ibidem.Idem in fideiuſſore.l.ſi deiuſſores magiſtratuum.§.j. ibi lecta ſubſcriptione fideiuſſionis.ff.de fideiuſſori.&.l.ſancimus. ibi niſi pacti tenor ad hoc reclamauerit.C. de fideiuſſo. Ex ipſo compromiſſo ius metimur.l.non diſtinguemus.§.de officio.ff.de arbi.ca. Raynaldus.in princi.ibi prout ex forma compromiſſi.de teſta.tenor libelli eſt diligentiſſime inſpiciendus.l.2. ibi ex his pręcibus,quas libello complexa es. C.de inſti.& ſubſti.ſub conditio.factis.l.gallus.§.1.ibi ex verbis concipi poteſt.ff.de liber.& poſthu.& pactorum. l.fina.C.de rebus alienis non alienan. ex verbis teſtamentorum iudicamus.§. nos igitur.ibi verbis ipſis inuenimus.in authenti. de reſti.fideicom.colla.9.Bal in.l.ſi cum dotem.§.ſi pater.in fine.ff.ſolu.matrimo. & in cautione.l.lecta. ff. ſi certum petatur. & in omni materia.l. vt reſponſum.C.de tranſac.& ibi Doc. &.l.precibus.de impub.l.vna.§.ſed & ſi qs.ibi neceſſariū & cōſentaneū effectū huius ſcripturæ obſeruari.C.de latina liberta.tollen.cap. cum veniſſet. & ibi Feli.in.2.nota. de teſtib. Sexcentas ad hoc allegationes cumulaui in rub.quid ſit inueſtitu.in meo volu.ſed hæ ſufficiant de tenore,vno tenore ſcripta.

De approbatione conuentorum per Lateranen. concilium facta.

COncilium Lateraneñ.eſt multiplex,ſed de duplici loquūtur maximē iura canonica. Primū fuit celebratum tempore Alexā.tertij anno dñi 1179.ſeu circa,de quo ſępi⁹ fit in iure mētio,vt in.c.Iudæi.cū ſeq.de Iudæis.& in.c.nō min⁹.de īmu.eccle.c.dilect⁹.&.c.2.de cōceſ.præbē.Io.and.in.c. cum apoſtolica.col.penulti de his quæ fiūt à præla.Anfrer.in deciſio. Tholoſa. quæſt.439. Alterum verò tempore Innocentij tertij anno.1215.& iſtud vocant iura generale.cap.de multa.& ſequen. de præbend. Ioan. Andr.in cap. nemo.col.2.de electio.in.vj.& in cap. penulti. col.2. de decimis. Cardina. in cap.fina.de capellis monacho.Soci.conſilio.297.viſo priuilegio.colum.2. verſicu.quinto.in ſecundo volu.& cap.adueꝛſus.de immunitate eccle.cap.ne pro

Source : BIU Cujas

defectu.de.electio. Et eò puto dici generale,quia in eo interfuerunt patriarchę Hierosolimitanus & Constantinopolitanus,metropolitani septuaginta, episcopi quadringenti duodecim,Abbates & priores cõuẽtuales octingenti, Græci & [b] Romani imperij legati,regum verò Hierusalem,Franciç,Hispaniæ,Angliæ,& Cipri oratores, & sic valde fuit generale, teste Platina in vita Alexandri tertij & Floren.in.3.parte cronicę titu.17.c.j. §.10.Aliud est cõcilium Lateraneñ.de quo hic habetur mentio, quod ideo dicitur,quia in ecclesia beati Ioãnis Lateraneñ. Romæ fuit factum, & eo dicta est illa ecclesia Lateraneñ. quasi latens Rana,nam rana, quã vomuit Nero intra illã ecclesiã,statim latuit,nec potuit amplius cõspici,vt legitur in Actis sanctorum Petri & Pauli. hoc ex Alber. mutuatus sum in dictio.in verbo Lateraneñ. & puto dyabolum cor tyranni Neronis fuisse ingressũ,& postea sic euo muisse illum in ranę specie.

b ¶Leo.] Hic dicit Ioan.Dayma,q̃ si alius à Papa scribat vniuersis, nõ debet nomen suum pręmittere,quia eius litere ad maiorem peruenire possent. citat Io.And. in proœmio lib. sexti in lectura. *Sed cum in tẽporalibus non habeat maiorem*, Eodem stilo vtitur rex Franciæ,sic dicens, Charles par la grace de dieu Roy de France a tous presens & a venir, Salut. *vt in ordina.reg.patet. Itẽ* iurisconsulti, rhetores, alijq; permulti nomen suũ quãuis maioribus scribant

LEo [c] episcopus [d] seruus seruorum dei ad perpetuã rei memoriã sacro

pręmittere pro absurdo non habuere. tex.in.l.nesennius.ff.de nego.gest.& ad leg.falci.& de re iud.& l.publia. depositi. honoris verò causa solemus aliquã do pręmittere eum, ad quẽ scribimus, cũ digniora sint præponẽda.c. auaricię.& ibi plene Decius. de præb.notarij tamẽ so lẽt practica. Io.And. vti, dicentes vniuersis & singulis &c.

n ¶ Canonice intrantiũ. Elicitur ex c. ego N. ibi successoribus cononice intrãtibus, de iureiur. & tunc dicitur canonice intrare, quando secundũ regulas canonicas eligitur, & quando intrat per ostium. c. relatum de iure patro. & quãdo est electus à duabus partibus cardinalium, vel à maiori parte, & iure c. licet deuitãda, de electio. c. vbi periculũ illo titu. in vi, alioqui anathemate cum suis authoribus, fautorib⁹, & sequacibus à liminibus sanctæ dei ecclesiæ separatus abijciatur, sicut antichristus, & inuasor & destructor totius christianitatis c. prio col. 3. dist. 23. dixi in glo. quilibet in §. primo de manda. aposto. infra, illi ergo, qui canonice ītrauit. est faciẽda nominatio, nõ alij, vt hic, etiam si alter vi esset in possessione, quia non canonice intrauit, vt hic reqritur, alioqui est fur & latro, qui nõ intrat per ostium, vt est in Euangelio, etiam non dicitur papa, qui non intrat per ostium, sicut nec comes, vel prælatus, qui nõ est de iure. Refero verba Bal. in §. marchio, in princi. qui feud. dare possunt, dixi in repet. l. vnice in præfa. nu. 76. C. de senten. quę pro eo quod interest, & in dubio pręsumitur, quod canonice intrauerit, quia delictum non debemus præsumere. L. merito ff. p socio. maxime in papa, qui vices dei in terris gerit, vt non semel scripsi supra.

norũ põtificum n canonice intrantium o sponte factam

o ¶ Sponte.] Secus si quis coactus sit abire sacerdotio, vel prælatura, quia tũc sicut resignatio non debet recipi per papam, ita non debet Rex nominare, imo non obstante tali resignatione metu facta, poterit is quis resignauit repetere episcopatum, vel aliud beneficium metu resignatum. cap. abbas & cap. ad aures & cap. sequẽ. de his quæ vi metusve causa fiunt, scripsi in tracta. de pacific. posse. limita. 4. nu. 230, quippe metu gesta rata non habentur, L. pria & per to-

Source : BIU Cujas

tum ff.quod met.causa, & sic verbū spō te excludit omnem metū,adeo ꝙ actus postea factus nō valebit,teste Barb.con suluit. 60.sapiēter in prīo volu.vbi con dit actum esse tunc ipso iure nullū,quā do sponte debebat fieri,& non fit.Vel quan do voluntas & libertas debent interuenire,ideo cōcludit ordines receptos metu, vel professionē factā coacte,esse nullā,vnde īfert Bal.in ⁊.iniuria col. penult. de pace iuramen. firma. notariū cōmittere falsum, si dicat reū coram tormentis sponte cōfessum , sed voluntarie confessum potest scribere,per l.velle non creditur, ff. de reg.iur.dicens esse nouum , & in margarita in verbo notarius q.23. ideo solent in instrumentis notarij apponere, talis N.non vi,non dolo,non metu coactus, sed sponte &c.& de leur bon gre & vouloir , facit glo. in c.2. & quæ ibi notant doctores de capellis monacho. in verbo sponte,& non præsumitur metus,nisi præcedant verba , vel verbera, quia metus est res extra naturam innatę libertatis , & ideo non præsumitur cadere , præsertim in animum sapientis, nec præsumitur inferri à sapiente , nisi probetur, quia delictum est. Bal.verbis vtor in c. causam primo de officio delega . Quid si coacte quis resignauerit, postea facta prouisione recipit prouisum, an cōualescat resignatio? Respoñ.non , per regulam non firmatur de reg.iur. in vi , & regulam quod in initio ff.illo titu. quia fuit intrusus, qui executionem non habet, c. si quis deinceps.16.q.7.vide glo.in c.primo ⁊. ad tollendum in verbo procedatur de electio.in prag. & in verbo non violentus de pacifi.possesso. ibidem,plene prosequitur Petrus Falco,olim collegij Edueñ.primarius in tractat. de appetitu prælaturarum &earum multitudine sacris canonibus inimica,quem inueni in bibliotheca eiusdem collegij Parisiensis, vbi nunc habito.

p vacantibus illarū capitula

p ¶ Vacantibus.] Quomodocunq; tum quod hic indefinite tex.loquitur,indefinita autem æquipollet vniuersali.c. vt circa de electio.in 6.tum etiā quia iste tex.in versi.alioqui excipit hos casus,videlicet quādo vacat in curia per obitū, & quādo rex non prouidit intra nouē menses,ergo illa exceptio firmat regulā in alijs casibus non exceptis , iuxta l. primā ff.de reg.iur.dy.in proœmio regula sexti,ita vt hic tex.velit dicere,qđ quomodocūq; vacabit episcopatus , vel alia dignitas de qua hic , canonici non possint eligere,nec alij prouidere de illa dignitate, nempe verbū vacare adaptatur cuilibet vacationi.l.si quis sic stipuletur,ff. solu.matrimo. glo.in cap.si propter de rescript. in vi.glo. in verbo vacātia ⁊. statuimus prīo.ī.de colla.Ioan.Franciscus in tracta.de offi. & potesta.capi. sede vacante in vltimo prælu. col.2. Bal.nūcupatim in c.ex parte prīo per illum tex.col.prīa de offic.delegat. ¶ Ex quo infero glo.in ⁊.quibus in verbo clausis de electio. in pragma. perperam hoc tempore sensisse,dū dicit translationes episcoporum posse per Romanum pontificem tantum fieri,in quo er

Au qua vaca ne nati gi co petat

Repre ditur prag.

Source : BIU Cujas

rore etiã perſtitit Guiller.de mont ſerrat in tertia parte ſuper prag. ſanctio. cum iſtæ tranſlationes epiſcoporũ fiant pro communi perſonarum & eccleſiarũ vtilitate,vel neceſſitate,c. ſcias & c. mutationes 7.q.1.& c.quãto de trãſlat. epiſcopi.& publica vtilitas & neceſſitas ſemper dicitur excepta, c. venientes de iureiur. etiã quia hæc tranſlatio habet vim permutationis,& ideo ſecundũ eũ cum hæc tria æquiparentur à iure,videlicet ceſſio,depoſitio,& tranſlatio,ſolus papa in his caſib⁹ prouidebit p reſeruationem in corpore iuris clauſam, glo. in c.inter corporalia de tranſla.epiſcopi,c.niſi cum pridem de renũcia. & ſeq. & canonici in his caſibus nõ poſſunt eligere,ergo nec rex nominare hæc gloſa & mont ſerrat vbi ſupra, poterant adducere text, in c.primo ibi ac per hoc tranſlationes epiſcoporum ac ſediũ mutationes ad ſummum poteſtatis antiſtitem de iure pertineant,de tranſla.epiſco.Ego vero puto regem poſſe nominare etiam in reſeruationibus iure exceptis,tum quod in d. verſi. alioqui infra eo.excipitur tantum reſeruatio vna in corpore iuris clauſa , ergo aliæ excluduntur , quia papa reſeruauit ſibi tantum quando vacaret per obitum in curia,ergo quando alio modo vacabit, etiam reſeruatione in corpore iuris clauſa nominatio pertinebit ad regem, qui vnum excipit, aliud videtur concedere c. nonne de præſumptio. & ſi voluiſſet papa ob alias reſeruationes in corpore iuris clauſas prouidere, ſibi retinuiſſet, ſicut vnam ſibi retinuit,c. ad audientiam de decimis, & longa in hoc eſt differentia inter prag. ſanction. & concordata. In pragmatica enim papa non conſenſerat, & etiam ſunt alia verba , nam concilium retinet prouiſionem papæ in reſeruationibus clauſis in iure,quod non facit hic papa,potuiſſet ſi voluiſſet. Item regula ſub generalitate omnes caſus comprehendit. Vnde ſi aliquis caſus ſpeciatim excipitur,alij ſub regula remanebunt, argu. l.cum prætor,ff. de iud. hoc nuncupatim tenet Decius in l. prima nu.27. ff. de reg. iur. Roman. conſil.337. quoad primum col. 2. etiam quia reſeruationes ſunt in hoc regno ſublatæ ex ſententia text.in Rub.de reſerua.infra vbi abunde ſcripſi, ex his patet, quod ſine Regis conſenſu papa non transfert in regno Franciæ epiſcopos, cum ſapiat permutationem , quam diximus non poſſe ſine regis conſenſu fieri , etiam ſi fieret ex cauſa publicæ vtilitatis, vel neceſſitatis,cum in hoc regno magis interſit regis & regnicolarum,&concordatum etiam in vtilitatem regis & regni promulgatum eſt, vt ſupra patet, nec obſtat dict.cap.primũ,quia tranſlationes per papam fiebant illo iure. ſed hoc iure nouiſſimo concordatorum ſecus per hunc textum , vbi occurrente vacatione , rex poteſt nominare. Item ſi epiſcopatus vacet per c. auaritiæ de electione in vi, videlicet quando electus ante confirmationem adminiſtrauit, vel alio modo eſt priuatus , niſi per breue eidem concedatur adminiſtratio , vt fieri aliquando ſolet , etiam tunc regi competet nominatio, quia vacat prælatura,idem

Source : BIU Cujas

quando vacat per regulam cancellariæ, vt quia non leuauit bullas intra sex menses, sed non vidi seruari illam regulam in Francia, quod ob hoc quis priuetur. Item si quis procurauerit habere nominationē per simoniā, dādo alicui petēti pro eo nominationem à rege mille, tūc nominatio de illo est irrita. c. si alicuius & c. nobis de simonia. Ideo rex qui nō peccauit, poterit iterum nominare papæ alium idoneum, & hic simoniacus repelletur, imò est excōmunicatus, & nō pōt absolui ab alio, q̄ à papa, nisi in mortis articulo. §. si vero de electio. in prag. & in extrauag. cū detestabile de simonia in communibus, vt supra titulo proximo plenius dixi. Itē si matrimonium contraxerit episcopus, poterit rex ad illū episcopatum nominare, quia vacat. c. Ioānes de cleri. coniuga. Roma. cōsi. 483. dubitatur primo. col. 2. idem dicens. si matrimonium esset nullum, quia fecit quod potuit. dixi in tracta. nomi. q. vlti. num. 13. Et regulariter quomodocunque vacet, rex poterit nominare. Fallit quando episcopus esset captus à scismaticis, vel à turcis, tunc papa poterit dare coadiutorē sine regis nominatione. cap. si episcopus de supplen. negli. præla. in vi. quia nō vere vacat episcopatus, & vacātibus rex tantum nominat eadē ratione. Item si episcopus valetudine perpetua vel morbo detineatur, vel alio modo papa sine regis nominatione coadiutorem dabit ca. vno. §. si autē de cleric. ęgrotā. in vi.

q ¶ Et canonici.] Expone pro, id est capitulorum canonici. per glo. in rub. C. de vindicta & libert. & ibi cumulaui multas glo. ī codice meo antiquo, & sic vult dicere tex. qđ vacāte ecclesia pastore capitula & canonici. i. canōici capitulares & cœt° seu cōgregatio canonicorum nō possūt procedere ad electionem futuri prælati, quia regulariter alij extra canonicos non eligunt, ideo de his tantum dicit. nota. in ca. cū ecclesia de causa posse. ca. nouit de his quæ fiunt a pręla. Nam curia Romana tenet, quòd soli canonici faciunt capitulum cum prælato. Compostella in c. primo. col. 2. de electio. Ioannes Franciscus in tract. de off. & potestate cap. sede vacāte in. 5. prælud. col. prima vbi multa vide de capitulo, & eo dicit capitula & cononici, quia tantū illis vult prohibere electiones, secus ergo si electio spectaret ad alios q̄ ad canonicos, vt infra dico in glo. seq.

r ¶ Ad electionem.) Quæ est alicuius Qui elect
personæ ad prælationem canonicè facta vocatio. Doct. in rub. de electio. & infra dicetur in. §. fina. & ideo hic conditores præmiserunt electionem, quia prius, si possit, fieri debet q̄ postulatio, & frequentius prouidetur ecclesijs per electionem, q̄ per postulationem. D. Boerius in additio. ad Madagot. in tracta. de electio. in prima parte c. 53. & prius etiam prohiberi debet, vt papa hic fecit, quia est de iure communi, postulatio vero ītitur gratiæ, sed fortius est ius commune, q̄ priuilegium. l eius militis. §. militia. ff. de testa. milit. licet cōtrarium seruauerit papa in decretali-

Source : BIU Cujas

bus,prius tractãs de poſtulatione prę-
latorum,quia eſt pręparatoria electio-
nis,ideo ad docendum pręparatũ prius
præparatoria edoceri debent. Bal.in.l.
ordinarij.C.de rei vend.quod ſecus eſt
hic. Alia de electio
ne dicam in §. fin.
infra.eo. & ſi colla
tio epiſcopatus iu-
re ſpeciali ſpectaret ad aliquem,rex nõ
poſſet nominare ad illum , tũ quia hic
tantum prohibetur electio, & poſtula-
tio collatio non, cum ſint diuerſa.c.cũ
in illis §.1. & ſeq.de pręb.*in vi*.quod ra
rũ eſt,*ideo prohibuit electiones*,& po-
ſtulationes, quæ frequenter in eccleſijs
cathedralibus fiebant, & vnius appella
tione non venit *aliud* d. c. cum in illis
§.primo , & quia hic non fecit mẽtio-
nem niſi de capitulo, & canonicis,ergo
de alijs non intellexit. arg.c.nonne de
præſumptio.l.cum prætor. ff.de iud.in
§.ſeq. fuſius forte tradetur , & ſic alijs
non prohibuit,vt non conferrent ſicut
capitulis,quod eſt notandum.facit ca.
cũ veniſſent & ibi doct . de in integrũ
reſti.Imol. Peruſ. & alij in d.c.cum in
illis dicunt intelligi tãtum de electio-
ne requirente confirmationem,ſi cano
nici eligendo conferrent,non cenſere-
tur hic prohibitum . per §.ſeq.hoc ex-
preſſe dicentem,& dixi in glo.quanuis
aliam in §. præfatiq; ordinarij de col-
la.infra.

seu poſtulationem inibi futuri prælati procedere nõ poſſint

s ¶ Poſtulationẽ.)Quę eſt gratia quę-
dam à ſuperiore facta,de promouendo
aliquem ad pręlaturam,ad quam de iu
re communi propter aliquod impedi-
mentum eligi non poterat . Docto.in
rub.de poſtu.prælato. & ibi Hoſtien.in
ſumma tradit vnam diffinitionẽ glo.
alteram, & aliam habes in c. Oſius. 61.
diſt.tu eas (ſi lubet)videto. Primo dici-
tur gratia , nã poſtulatio de gratia ad-
mittitur, non de ri
gore iuris.c.1.cap.
bonę.& per totum
de poſt.pręla. poſt
ea dicitur à ſuperiore in definitiõe,quia
a ſuperiore, qui ſuper tali defectu diſ-
penſare poteſt, concedi ſolet glo.in ca.
fina.de poſtu.præl. & in c.indemnitati
bus,in verbo eligatur.de electio. in vi.
demum dicitur ad prælaturã,per rubr.
de poſtu.pręla.in alijs etiam poteſt ha-
bere locum poſtulatio.Imo. & alij in c.
primo de obliga.ad ratio.Decius in ru
bri.de poſtula.præla,col.1,refert. Poſt-
ea dicitur propter aliquod impedimen
tum,non dicit delictum, quia crimino
ſus regulariter non poteſt poſtulari.c.
primo & fina . eo.titu.de poſtu.prælat.
Vltimo dicitur eligi non poterat, quia
ſi eligi poſſet, non debet poſtulari cap.
vno eo.titu.in vi glo . in d.cap.fina.eo.
titu . Ideo ſi aliquis illegitimus fuerit
diſpenſatus,vt poſſit obtinere epiſcopa
tum,non tamen poterit eligi,ſed poſtu
lari,quia adhuc remanet illegitimus,&
ſic impedimentum . Bal.in ca.fina.col.
prima de tranſla.epiſcopi.& duplex eſt
poſtulatio,vt notat glo. in §.ſed quod p
electionem.in verbo poſtulationibus.
de electio.in prag.

t ¶ Non poſſint.) Per hoc verbũ poſ- Electo-
res an
poſſint
eligere
de cõſen
ſu papæ
vel regis
ſint præcedente negatiua vt hic , tolli-
tur omnis potẽtia eligendi, & poſtulã-
di,niſi canonici habeant priuilegiũ, vt

Source : BIU Cujas

in.§.fina.infra.eo. nam negatiua præcedens verbum potest inducit necessitatem.glo.in c.1.de reg.iur.in vi.l.non potest. ff.de furt.l.nō possunt de legib. Bar.& alij in.l. gallus in princi.ff.de liber.& posthu. Cors.in sing. incipien. potest. Barb. cōsil.72.scripsit. col.4.in.2. volu.Hippo.consi.57. perlecto num.9.& reddit actum de iure impossibilem ca.primo de causa posse.c.1.de fide instrumen.& si contra fiat,non valet actus, Bal.in.l. vltima nu.22.C.de fideicō.& huic constitutioni partes renunciare non possunt.Barba . consil.43.præclare.col.11. in primo volu.& consil.70.illud.col.5. in.3.vol.& huic sentētię est ordo comitū lōgissimus,quē trahit D. Tiraquel. in tracta.de legib. connubial.in glo.2. actū esse nullū asserēs, vbi aufertur potentia,si electores essent sancti viri, & vellent eligere sanctum virum,eligere tamen non poterunt, nam licet rationes supra in tit.proximo cessent in electione sancti viri, tamen non cessabit hæc dispositio, quia illæ rationes sunt impulsiuæ,quibus cessantibus non cessat lex.glo.in.l.2.§.fina. ff.de dona.docto.in cap.cum cessante de appella.l.1. §.sexum. ff. de postuland . & ibi dixi. Etiam si papa permitteret, quia sicut vnus sine altero nō potest tollere totū cōcordatū, vt.i.dico in pręfa.ad rub.de coll.ita nec partē cū totius ad partē sit bonū argumentum.l. quæ de tota.ff.de rei vendicati . Nec obstat cap.generaliter.7.quæst.prima,vbi papa solus dat facultatem eligendi.Fateor,quando eā non sustulerit per cōtractum, quia tūc contractui vnus solus nō potest derogare.l.prima C. quando liceat ab emptio.discedere.

v ¶ *Sed illarum.*) Aut illius,nam si occurrat vacatio cathedralis tantum,rex nominabit,vel si occurrat vacatio Metropolitanę ecclesiæ,etiā rex nominare poterit, sed vsus est numero plurali , vt comprehēderet quod vtraque vacante rex nominare poterit , & pluralis locutio etiā in vno multotiens procedit. per tex.in.l.4.§. primo.ff.de nego. gest . dixi fusius in.§. præfatiq; graduati in glo. nominationis de colla.infra.

x ¶ *Occurrēte huiusmodi vacatione.*) Et sic rex ad vacantem episcopatū nominare potest , & quoties occurret vacatio,non ad vacaturum, quia vacatio non occurrit,vt hic requiritur , & quia episcopatus esset duorum, quod esse nō potest.c.cum non ignores de præb.cap. quoniam de iure patro.& sicut collatio de vacaturo vel electiō non potest fieri,vt dixi supra in glo.alieni fati in ,,præmio. sic nec nominatio,& si fieret, non valeret,ideo rex iterum occurrente vacatione posset nominare,Nec rex promittere debet aliquē nominare , antequam episcopatus vacet.per ca.2.de cō cess.præb.quod si fecerit,nullius est momenti. vt dixi in d.glo.alieni supra in proœmio.& ob importunitatem fecisse videtur , quamobrē reprobatur.in.l. prima.C.de petitis bono . subla. lib.10. est tamen turpe nō adimplere promissum, maxime regibus quibus conuenit

Source : BIU Cujas

dicere qđ dixi, dixi: & qđ ſcripſi ſcripſi.

y ¶ [Rex Frãciæ.] Ergo delphinus, vel alius extra regem, etiam ſi eſſet regina, vel mater regis, nominare non poterit, quia non eſt rex Franciæ, cui conceditur nomina

tio hic, non alij. [y]Rex Franciæ[z] pro tempore ideo dicit tex. in

l. ſeruus ſi hæredi. in fine princ. ibi perſonæ dũtaxat eius, qui demõſtratus eſt adhęret. ff. de ſtatu. liber. quia priuilegiũ regię dignitati eſt conceſſum, quãobrem ad dignitatem tantum tranſit. cap. quoniam abbas de offi. delega. ſed hoc poteſt rex etiam ante coronationẽ quæ in æde ſancti Dionyſij, vbi corona cuſtoditur, ſolet fieri) nempe imperator ante coronationem priuilegia cõcedit. Bar. & alij in proœmio digeſtorũ, quæ ad coronationem attinẽt, magis honoris cauſa vel officij fiunt, quàm vel neceſſario, vel vt ex hac coronatiõe quicquam iuris regibus accedat. teſte[a] Hierony. Balbo in tracta. de corona. impe. fol. 63. rationes &c. licet per tex. & ibi not. in c. venerabilẽ de electi. Lucas de penna in l. vna. col. 2. C. de reis poſtula. lib. 10. idem aſſerit. Nec refragatur quod filius regis viuẽte etiam patre dicatur rex. c. fin. & ibi glo. 24. q. prima. Bolog. in ſecundis interpret. per illum tex. in l. cum quaſi. §. plerunque. ff. de fideicõ. libert. Corſe. in tract. de poteſta. regia. q. 25. & filij Imperatorum Auguſti, & Cæſares etiam parentibus eorum viuis vocantur. tex. cum glo. in c. Adrianus primo. 63. diſt. ibi ad Baſilium Imperatorem, & ad filios eius Leonem & Cõſtantinum Auguſtos &c. filij comitum & baronũ, comites & barones etiã viuentibus parentibus nominãtur. Lucas de penna in l. vna. col. 2. C. de reis poſtula. lib. 10. quia quodammodo domini ſunt. l. in ſuis. ff. de liber. & poſth.

Reſpon. verum eſſe ſpe. & non re. Archi. in d. c. fina. vel fictè & impropriè, & quo ad nomen, ſed reges dicuntur minime quo ad veritatem & effectum. per d. l. in ſuis. ibi quodammodo. & §. ſui Inſti. de hæred. quali. & diff. ibi dictio quodammodo importat improprietatem, vt dixi in tracta. meo de fictio. vbi tradidi verba fictionẽ importãtia, & huius ſentẽtiæ eſt Iaſ. poſt alios in d. l. in ſuis, & in conſil. 192. in pręſenti. col. penult. in. 2. volu. Item in d. c. fina. 24. q. prima non dicitur ſimpliciter rex, ſed rex iuuenis. cum adiuncto, vel ibi forte habebat aliud regnum q̃ patris. Lucas de pẽna in rub. C. de auro coronario. col. prima. lib. 10. quod eſt diuinare, & in hoc regno Franciæ filius regis primogenitus vel alius non ſolet vocari rex viuo patre, ſed primogenit[o] vocatur dominus ſimpliciter & delphinus, ſecundo genitus vocatur dux Aurelianeñ. tertius dux Engoliſmeñ. & ſic non vocantur de conſuetudine Reges, ergo nõ poterũt nominare ad epiſcopatus. &c. D. Iacob. Bonãd. in addit. ad Ioannẽ de terra rubea in tract. contra rebelles regum fol. 23. conclu. 6. quod eſt notandum.

z ¶ [Pro tempore.) .i. tũc tẽporis quãdo vacabit prælatura, & complectitur totum actum à principio vſque ad finẽ. tex. & ibi notat Bal. in. c. cũ terra. col. 2.

Source : BIU Cujas

de electio. & significat tēporis aptitudinē. Bal. in c. veniēs primo. col. 1. de test.

Vicegerēs an rege absente possit nominare.

a ¶ Existens) Id est, apparens. l. quotiēs §. si tutor. ff. de noxa. actio. vnde si Rex non appareat, vtpote quia est a turcis captus, quod deus auertat, tunc dicunt quidā quod gerens vices in regno poterit, per ea quæ notat Archi. in cap. reatina 63. dist. dicens q̄ si requiratur consensus Regis ad electionem si sit extra regnum, vicarium requirēdum, quod an sit verū decidas, vt per Maleret in trac. de electio. fol. 75. versi. quæro duodecimo. Iste tamē tex. loquitur in rege Frāciæ, ergo in alio non procedit, ideo forte tunc non esset absonum, quod ecclesiæ Franciæ eligerent, quia electiones sunt sublatæ in fauorem regis, vt nominare possit, quo non existēte melius est quod eccleſiæ eligant, sicut dixi nominatis non existentibus collationē alijs posse fieri. §. teneātur, de colla. infra cogitandum est, egeret enim declaratione conditorum.

existens b vnum

b ¶ Vnum.) Nō ergo duos, vel plures, vt omnes admittātur, simul poterit rex ad vnum episcopatum nominare. per tex. in c. primo. 26. dist. & ca. licet vniuersis, de test. ib. l. si ita relictum in prin. ff. de lega. 1. quia episcopat⁹ vnius & nō duorū esse debet. ca. cum nō ignores de præb. scripsi in §. primo in glo. vni magistro, de colla. infra. Nota tamē quòd vnū pluribus modis dici pōt: Primo ratione viuificationis, vt Christus & ecclesia sunt vnum corpus, vna anima, & vnus spiritus, id est vno spiritu coadiuuantur. Secundo vir & mulier vnū dicuntur, videlicet vna caro, & vnū corpus quoad sobolem procreandam, quia materia duorum vnum gignit, licet qñ se verberibus afficiunt sint duo. Tertio etiam dicitur vnum quoad cōsensum, vnde in definitione matrimonij habetur, viri & mulieris coniūctio &c. Quarto quoad veritatem, vt electio & consecratio faciunt vnum episcopum, scilicet iustum per electionem, verū per cō secrationem. Archi. & Præpo. in ca. sicut. 4. dist. omitto q̄ dialectici vnum in cōmuni seu in generali, alterum per numerū dicūt, vt memini me aliquando legisse in lib. prędica. Potest igitur rex tēpore vacationis vnum tantū nominare, qui si per papam recusetur, alterū, vt infra est videre, & si nominauerit duos simul, primo nominatus præfertur. per cap. eam te, de rescript. & ca. si eo tempore eo. titu. in vi. l. quotiēs. ff. de vsufructu. etiam si secundo nominato fuerit prīo prouisum Ratio est, quia rex non poterat nominare secundum, nisi à die recusationis primi, vt in hoc text. patet. ergo si nominauerit, illa nominatio non valet, nisi prior recusetur, qui si non recusetur, etiam post prouisionem factam secundo, valebit prouisio facta primo, & sic est differētia inter hanc nominationem & præsentationem, quę potest fieri cumulatiue, secus in hac nominatiōe per istū text. & Panor. in ca. quod autem & ca. cū autē per illum tex. de iure patro. glos. in cle. plures illo tit. in nominatione qđ non sit locus variationi. concludunt Domi. de rota decisio. 22. nota quòd vbi ordi-

Vnum quot modis dicitur.

Source : BIU Cujas

narius in antiq. & decisio. 35. ibidē per l. apud. ff. de optio. lega. nisi hoc fuerit expresse concessum, vt hic dicitur, si nō appareat de ordine, vel de prioritate, papa gratificare poterit. arg. c. duobus de rescript. in vi, & sicut ad vnum episcopatum, vnum de c grauem bet rex, non plures nominare, ita vnum non debet ad plures episcopatus, abbatias, vel prioratus, nominare, quia ille solus ad duas ecclesias nec officium valet persoluere, nec reb⁹ earum necessariam curam impendere. c. vnio, 16. q. 3. pulchre scribit D. Gregor. in cap. singula. 39. dist. vt nullus presbyter duas habeat ecclesias. cap. per laicos 16. q. 7. cap. quia in tantum. & c. de multa, cum multis alijs quæ possem adducere. de præb. quia nemo pōt duobus dominis seruire. cap. primo. 21. q. 1. & vix vni ecclesiæ digne quis valet deseruire c. primo de consuetud. in vi: ideo hi plurales tam in prælaturis, quàm in alijs beneficijs a deo maledicuntur. Esa. 5. ca. Vę qui coniungitis domum ad domū, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci, nunquid habitabitis vos soli i medio terræ. Et is qui habet duos episcopatus, vel episcopatum cum abbatia, dicitur *bigamus*, quia carnem suam diuisit in plures. glos. in §. prīo in verb. pluralitatis de colla. in prag. vbi refert Paul. 2. Pontificem summum cuidam supplicanti pro filio Regis vt ad duos episcopatus secum dispensaretur dixisse, absit (inquit) vt in ecclesia dei ponā bigamiā, quo ergo ibit anima hui⁹ pluralis in beneficijs? ex prędictis apparet, ne plura.

c ¶ Grauem.] Non intelligas obesum & pinguem vel superbum, sed grauem, id est, maturum ex grauitate, & temperantia morum. 4. q. 3. c. si testes, versi. in testibus. & l. 2. ff. de testibus vel dicitur persona grauis, id est, non leuis ingenij, sed bonæ famę & opinionis. glo. in cap. licet ex quadā de testib. ca. cum in tua de sponsa. vnde solemus dicere hos leuis ingenij homines de tribu Leui emanasse. Graues etiā dicūtur seniores à quinquagesimo anno. Arch. ca. estote prīa quęst. 1. seniores enim meliores existimātur. ca. si officia. 50. dist. & maior in eis sapientia præsumitur. c. porro. 84. dist. & maior morum grauitas. ca. primo. 12. quæst. prima. Isti ergo archiepiscopi & episcopi debēt esse graues, id est maturi, honesti, humiles, & virtutibus honestati, ac periti, de ista grauitate loquitur Apostolus ad Titū. 2. ca. teipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, & grauitate. ca. cum in cunctis de elect. momentaneus nanque episcopus nescit humilitatem seruare, & modos personarum & sese contemnere, non ieiunauit, non fleuit, non se correxit, nō pauperibus erogauit. in summa. 48. distinct. vnde dicit tex. in cap. fina. 41. distinct. in incessu autem debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris mentis maturitatem ostendat, inconpositio enim corporis (vt ait Augustinus) inæqualitatem indicat mentis, isti nempe archiepiscopi & episcopi graues .i. maturi volunt inferius descendere per humilitatē, subsistere per perfectionem, nec facile moueri possunt,

Graues qui dicā tur.

Episcopi quales esse debeant.

Source : BIU Cujas

per tentationem, & hi grauitate iſta præditi nominari debent, teſte Petro Bercho. in ſuo dictio. morali in verbo grauis. faxint dij vt tales ſemper nominentur, & eccleſiæ bene habebũt, & regentur.

d ¶ Magiſtrum.] Hi magiſtri dicũtur, qui bus præcipua rerum cura incumbit, & qui magis q̃ cæteri diligentiam, & ſolicitudinem rebus, quib⁹ præſunt, debent. l. quibus. ff. de verb. ſignifica. quippe cuiuſlibet diſciplinę prę ceptores magiſtri vocari poſſunt. vt dixi in §. primo. in glo. magiſtro infra de colla. ideo hic tex. declarat magiſtrum in theologia, & ſic proprie in theologia dicitur magiſter, vt dixi in glo. magiſtro. quia maiorem curam & ſolicitudinem de regimine eccleſiæ, quàm alij habere debẽt, epiſcopum nempe doctorem eſſe debere teſtatur. diuus Paulus primæ ad Timoth. 3. cap. vnde dicebat etiam Conſtantinus epiſcopus Cypri, nõ oportet nos, qui epiſcopi ſumus, indigere doctrina, ſed aliorum doctores eſſe. c. conuenientibus. prima quæſt. 7. doctor & doctus debent eſſe tam epiſcopus quàm archiepiſcopus. c. cum in cunctis de electio.

d magiſtrum e ſeu licentiatum in theologia aut in vtroque ſeu altero iurium

Optio regis eſt vt doctorẽ vel licentiatũ nominet.

e ¶ *Seu* licẽtiatũ.] Ad regẽ ergo ptinet optio, an velit nominare in theologia doctorẽ, vel licentiatũ, quia dictio ſeu alternatiue capitur. c. ſi quis preſbytero rũ & ibi Barb. de reb. eccleſiæ, nõ alienand. dixi in glo. ſeu. in forma manda. apoſt. infra. & in alternatiuis eſt electio debitoris. l. 3. ff. de eo qd certo loco. & l. plerũq; de iure dotium. Etiã eligere poterit rex, an velit doctorẽ theologũ, aut iurium, ſeu in altero, vel licẽtiatum in theologia, aut in altero iure nominare & præſentatus huius qualitatis nõ debebit recuſari p papã, dũmodo alias ſit idoneus, & qualitatis hic reqſite. Quæro an rex teneatur prę ferre theologũ doctori iuris canonici? Reſpon. q̃ ſi pullulent hæreſes in dicto epiſcopatu, vel ſit hæreticis vicinus, tunc debet theologũ nominare, alias ſi in illo loco magis vẽtiletur cauſarũ cognitio, prę ferret canoniſtã. c. 1. & ibi Hoſtien. & alij de conſangu. vbi his verbis dicit Petr. Ancha. qd theologus per ſuam theologiam neſciret populo & clero prouidere, nec temporalia gubernare, nec eccleſias & perſonas regere, & vidi plures theologos præſertim mendicantes promotos ad epiſcopatus, & maiores dignitates, per quos nec bona eccleſiarum, nec clerus, nec populus bene regulati ſunt, nec ius reddere ſciunt, & credentes ſcire præ cæteris intricant, & canoniſtas ſecundum ius procedentes odio habent, de caſibus dubijs interrogati contra iura ſæpe reſpondent, aliud inconueniens naſcitur, quod eorum ordines propter iſtas promotiones in bonis fratribus deficiunt, ex digno igitur religioſo & venerabili epũs qualis qualis efficitur, hęc ille. ſi ergo rex miſtũ inueniret, illũ nominare magis eſſet iuri cõforme. p nota. in ca. clerici de iudic. ſed non paſſim inueniuntur, ſicut mẽdatia & lunatici.

Source : BIU Cujas

f ¶ Doctorem,] Et sic probatur hic, q̃ doctores in Theologia dicuntur magistri, in iure vero canonico & ciuili doctores. Si tamen papa promiscue scribat doctoribus alicuius vniuersitatis, solet omnes vocare doctores, vt in proœmio decreta. patet. Ibi Gregorius seruus seruorum dei dilectis filijs doctoribus & scholaribus vniuersis Bononiæ commorãtibus. sic dicitur in proœmio sexti, & clemen. Aliquando tamen magistri solẽt vocari doctores cuiuslibet facultatis. c. j. de loca. & hoc maxime ꝓcedit apd̃ Parisios, qui oẽs vocant magistros nostros, licet in glo. magistro infra in §. j. de col. dixerim conuenire tantum doctoribus theologiæ, ideo excludit iste tex. medicos, quia scientia eorum non tendit ad ecclesiæ gubernationẽ, vt dixi in §. præterea de col. infra, & in tracta. nomina. q. 21. nu. 42. male se haberet ecclesia, si in manibus medicorum esset, sicut dicimus de iurisdictione commissa medico, de qua exemplum in montepessulano olim videri poterat, & hic tex. vult doctorem nominandum esse, non doctorculum magis sumptuosum quàm quęstuosum, nec doctorem de placebo, sed doctorem deo placere, non hominibus, instar diui Pauli affectantem.

f doctorem aut licẽtiatum g in vniuersitate h famosa &

g ¶ In vniuersitate] regni, & delphinat⁹ quia hæc concordata sunt in fauorem regni & regnicolarum, vt supra satis superq; dictum est, introducta, non esset fauor regni, quod quisq; sumeret gradũ extra regnum, & postea in regno virtute illius gradus episcopatus haberet, sicut dixi in §. præterea. ī. de colla. nec est hic credendũ Ioanni Dayma, quia gradum sumpserat vltra montes sub decio eo vocat illum patrem, & suum gradũ tueri volebat. Item præcedentia declarant sequẽtia, & ecõtrario L. si seru⁹ pluriũ §. fi. ff. de leg. prio sed supra est locutus de regno & delphinatu, ergo de vniuersitatibus regni & delphinatus ac comitatus intellexit, & de promotis in illis, sic indefinita ista restringetur per præcedẽtia, & per regni ordinationes, vt plene dico in tract. nominatio. q. x. quia certe qualitates positæ in §. præterea. ī. de collat. sunt seruandę in istis graduãdis in vniuersitatibus Francię, quas non obseruant aliæ vniuersitates, ergo promotus omissis his solennitatibus non erit aptus ad regni priuilegia, & regis nominationẽ, & in pragma dicebatur, in vniuersitate priuilegiata, videlicet ad hoc sed vniuersitas extra regnũ, ad hoc non est priuilegiata. Igitur nõ potest quo ad hæc priuilegia extra regnum promouere, sed cõcordata successerũt in locum pragma. vt supra non semel visum extitit. ergo &c. Item promotus sub bulla, non est huius regiæ capax nominationis, cum non fiat ab vniuersitate, vt dixi in glo. docto. §. statuimus j. de col.

h ¶ Famosa.) dicitur quælibet vniuersitas regni famosa, in qua est literarum exercitiũ, vt dico in §. præterea infra de collat. Ioãnes Dayma hic famosas vniuersitates regni nominat, & vniuersitates extra regnum non, quasi non sint famosæ, quoad huius tex. priuilegia, licet

Source : BIU Cujas

quoad exercitium dicantur famosæ, & egregię, vbi sunt soliti semper doctissimi viri iura interpretari, & cũ magnis stipendiis.

Clausulæ quæ solent poni in literis licentiæ.

i ¶ Cum rigore examinis.) examinatũ intellige, & oportet ꝙ hæc qualitas sit inser ta in literis licentiæ, vt talẽ &c. licentiatũ cũ rigore examinis nomino, alioquin non censetur eius qualitatis. Nam hæc qualitas, cum sit extrinseca, non præsumitur nisi probetur, c. si forte, & ibi. glo. de elect. in. 6. L. quæcũq; §. j. ff. de public. in rem actio. valeret etiam nominatio dummodo res ita se haberet, licet in literis nõ esset expressa illa qualitas examinis. Quid si vniuersitas non est solica concedere gradum licentiæ, cum hac clausula de rigore examinis, sed tãtum cum clausula de gratia, pro ignaris, vel de bona iustitia pro mediocriter doctis vel de bona & mera iustitia pro diuitibus & ciuibus, vel de bona & mera iusti cia & benemerito pro doctissimis, vel fauorẽ habentibus, nunq̃ tamen vel raro concessit cum rigore examinis, sicut vniuersitas Tholosana, Montispessulani, & Caturcen. quæro an talis licenciatus sic promot⁹ sit capax huius regię no minationis? videtur ꝙ non, quia vbi nõ conueniũt verba, nec dispositio. L. 4. §. toties. ff. de damno infecto, sed non conueniũt verba huius tex. ergo, nec dispositio, quandoquidem hæc verba nõ debent esse superfluè posita, cum in constitutione non debeat poni aliquod verbũ sine virtute operandi, teste Bal. in Rub. C. de cõtrahend. emp. q. 9. Item qui debet admitti vt talis, debet se talem probare. l non ignorat. C. qui accusa. non pos. quod non potest facere, ille qui talẽ non habet qualitatem, alioqui sequeretur ꝙ tam ignari q̃ docti admitterẽtur in contrariũ inclino, quia conditores se retulerũt ad loca & vni uersitates, vbi hæc facta sunt concordata, seu dictata, sed dictata fuerũt in Francia, vbi omnes licẽtiati sine discrimine fiũt cũ rigore examinis, ergo noluit alios excludere, nam si conditores cogitassent, ꝙ in alijs vniuersitatibus regni, vt Tholosæ & alibi, non promouerẽtur cum rigore examinis, idem in illis sic ꝓmotis statuissent. Ergo & nos dicere debemus. l. titius. §. j. ff. de libe. & posthu. glo. in l. tale pactũ. §. fi. ff. de pact. alioqui has leges in fauorẽ certarum personarum alicuius loci tulissent, cõtra ea quę dicũtur supra de approba. conuento. ibi regnorum personæ & in procę. circa finem, ibi regno ac potentatui supradicto vbiq; prębitura, & in. c. cũ omnes de const. & in dubio beneficium principis debet esse vniuersale, non locale, tex in §. j. vbi Ange. nota. inst. de vsucapio. Item non est verisimile ꝙ rex & regnũ acceptassent hæc cõcordata in priuilegium vniuersitatum aliquarum Francię, & in aliarum præiudicium, & quod locale esset concordatum, contra ea quę dicta sunt in proximo titulo, ibi pro communi & publica regni sui vtilitate acceptauit, & idẽ habetur titulo. 2. supra, & ibi vbiq; præbitura &c. sed credo per hoc verbũ cũ rigore examinis, cõditores velle intelli-

cum rigore examinis, & in. xxvii. suæ ætatis anno

gere, quod sit per doctores examinatus &quòd sine examine ad gradum non sit receptus,&ita bene examinabit Tholosæ,& in alijs vniuersitatibus regni, q̃ in his consuetudinarię Franciæ vniuersitatibus,ergo sic examinati nominari poterũt per regẽ, etiam si essent facti sub titulo de iusticia, dum modo in literis illa clausula de gratia,quia doctores nõ possunt in hoc casu facere gratiã examinis,etiam si ille esset notorie doctus, q̃*uis* aliàs contra,*per tex.&ibi docto. in cle.vna.de iureiur. cum hic* detur rigor *examinis*, caute igitur iste textus nõ ex presit promotũ,quia *licet quis non fuerit promotus cum rigore examinis*,sed de bona iusticia,*vel* cũ alia clausula necessaria, dũ tamen fuerit cũ rigore *examinis receptus* &examinatus,sufficit.& ideo non placet id, quod Ioan. Dayma supplet promotum, quia p hoc excluderet omnes promotos Tholosæ,vel in alijs vniuersitatibus quę nõ vtũtur hac clausula, cum rigore examinis in ꝓmotione.Ideo ego intelligo regem debere nominare vnum grauem doctorẽ, aut licentiatum in vniuersitate famosa, & cum rigore *examinis* examinatũ, q̃is non sic promotum, quod est notãdum.

k ¶ Constitutum.)*Et* sic videtur requiri annus vigesimus septimus cõpletus,p hoc verbum constitutus,probatur in.c. 2.& .c.indecorũ,de ęta. & quali. & per hoc verbum ad minus.Item cõstitutus in minoribus requiritur qd habeat ordines minores totos,c.pręterea &.c.tua de ęta.& qua.sic &totum tẽpus.Ad hæc derogat iste tex.c.cũ in cunctis in prin. de elect.c.presbiter.78.distinct. vbi requirebãtur. 30.anni cõpleti, ergo & l ic & non est verisimile quod in duob⁹ voluerũt corrigere iura,& in ętate,& quod annus non sit completus.Contrariũ tenet Ioã. Dayma hic dicẽs hunc annum haberi pro completo,per hoc verbum cõstitutum, quia is qui annum incepit vigesimum septimum,est iam in ea ætate cõstitutus, ela pso.27.anno non est amplius constitutus in vigesimoseptimo, sed in vigesimo octauo, probatur in c. cõstitutus de appel.nec obstant text. supra allegati,illi nempe verbo infra vtuntur,non verbo constitutũ vt hic. Nec refragatur verbum ad minus,quia verificatur in eo, q̃ est in ætate.xxvij.annorũ,licet nõ compleuerit,nã adminus debet esse in. 27. suę ætatis anno, nec obest dictum.c. cũ in cunctis,vbi episcopus debet compleuisse.30.annum instar Christi,qui in ea ætate baptizatus fuit,&cœpit prędicare c.presbiter.78.dist.ibi enim hoc est expressum,hic contrarium per hoc verbũ constitutũ,vide extrauag.vnam de postul.pręla.in cõmunibus p quã hic text. videtur declarari. Ibi illum,qui vigesimumseptimum non attigerit annũ,ad cathedralem postulari edicto perpetuo prohibemus, & sic sufficit attingere, & ideo non requiritur annus completus.

l ¶ Alias idoneũ.] Id est de iure cõmuni,vltra sequentia hic requisita. Primũ hic requiritur ,q, archiepiscopatus, vel episcopat⁹ vacet,quòd probatur in hoc tex.ibi occurrẽte huiusmodi vacatione

Qualitates requisitæ ad hoc vt quis possit per regem nominari.

Source : BIU Cujas

&c. & ibi dixi.

Secundo requiritur, quod vacet in regno, vel dephinatu, vel comitatu Dieñ. vel Valeñ. si ergo vacaret in prouincia, vel in Britannia, nõ procederet hic tex. ibi in regno dicto &c. cum ibi concordatum non sit receptum.

Tertio quod ille archiepiscopatus vel episcopatus spectaret (si electio fieret) ad electionem, vel postulationẽ capituli, & canonicorum, alias si collatio vel electio ad alios spectaret iure speciali, non haberet locum nominatio, quod probat hic tex. ibi, illarũ capitula, & canonici ad electionem seu postulationẽ &c. & ibi dixi.

Quarto requiritur, quòd rex Frãciæ nominet, nõ delphinus, vel alius, ibi. rex Francię, & supra in eodẽ verbo scripsi.

Quinto quòd nominet papæ, seu sedi apostolicę, hoc elicitur ex tex. ibi. nobis & successoribus nostris Roma. põtificibus, seu sedi prędictę nominare, &c.

Sexto quòd fiat Romano põtifici canonice intranti, alioqui si per violentiã aut alias indigne intraret, nominatio eidem fieri nõ debet, ex tex. legitur ibi. canonice intrantiũ, vbi plenius scripsi.

Septimo, requiritur quòd nominatus per regẽ sit magister in Theologia, vel in ea licentiatus, aut doctor iurium seu in altero, vel licentiatus, nec sufficeret quòd esset bacchalaureus etiam formatus, vel vtriusq; iuris, vel doctor in medicina, cum tantũ hic admittat doctores, & licentiatos, ibi. magistrum seu licentiatum in theologia, &c. quod nõ procedit in consanguineis regis, & alijs ibidem descriptis in versi. consanguineis ĩ eo. vbi plenius elucidatur.

Octauo, quòd sit grauis persona honestæ vitæ, & non leuis capitis, vel iudicij in tex. ibi. grauem &c. & ibi declaraui.

Nono, quòd rex nominet vnum, nõ duos, ibi vnũ &c. alioq; dic vt ĩ glo. vni. in. §. j. de col. ĩ. & supra dixi in verbo vnũ.

Decimo, quòd sit graduatus in vniuersitate, ergo gradatus sub bulla non posset nominari, vt hic in tex. vniuersitate probatur, vbi dixi.

Vndecimo, quòd illa vniuersitas, in qua sumpsit gradũ, sit famosa, vt in tex. ibi famosa, &c.

Duodecimo, quòd in vniuersitate regni, vt supra dixi in verbo vniuersitate.

Decimotertio, quòd sit examinatus, ibi cum rigore examinis, si ergo aliquis esset sine examine factus, caligatus doctor, nõ gauderet hoc priuilegio nominandi, ibi probat tex. cum rigore examinis, vbi dixi, facit tex. in c. qui episcopus. 23. dist. vbi sic inquit, text. qui episcopus ordinãdus est, antea examinetur. licet de alio examine loquat, de quo infra versi. decimoseptimo.

Decimoquarto, quòd talis nominatus saltem sit constitutus in vigesimoseptimo suę ętatis anno, ibi. in. 27. suæ ætatis anno ad minus constitutum, &c.

Decimoquinto, q, fuerit nominatus intra sex vel nouem menses, vt infra patet in hoc textu.

Decimosexto, q, noiatio regis prędecedat prouisionẽ papę, vt. ĩ. versi. alioqui ibi prędecedente noiatione, quis Dayma duo requisita tantũ ex tex. eliciat, ętatẽ videlicet & gradũ, sed ponderando celebrius tex. vides alia multo plura.

Source : BIU Cujas

Decimoſeptimo requiritur, q̃ alias ſit idoneus, ſcilicet de iure communi, & quando dicatur idoneus de iure cõmuni declarat text. in c. qui epiſcopus. 23. diſt. cuius verba ſunt, qui epiſcopus ordinandus eſt, antea examinetur, ſi natura ſit prudẽs, docilis, ſi moribus tẽperatus, ſi vita caſtus, ſi ſobrius, ſi peruigil, ſi ſemper ſuis negotijs cauẽs, ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericors, ſi literatus, ſi in lege domini inſtructus, ſi in literarũ ſenſibus cautus, vel acutus, ſi in dogmatib⁹ eccleſiaſticis exercitatus. & ante omnia ſi fidei documẽta verbis ſimplicibus aſſerat, &c. Hodie dicebat quidã hos verſus præſulibus quibuſdam conuenire.

Præſul amat marcham, pluſquam diſtinguere marchum,

Plus amat & lucrũ, q̃ facit ipſe Lucã. Item non debent nominari, qui in hæreſim lapſi ſunt, vel defectũ membrorũ habent, vel fornicarias ſeu concubinas habuerunt, ſeu qui ambitu honorẽ quę runt, qui honorem muneribus obtinere moliuntur, qui à deceſſoribus in ſacerdotium eliguntur, hęc & alia deſcribuntur in. c. fi. 51. diſt. Nullus etiã p ambitũ ad epiſcopatus honorẽ permittatur accedere, c. nullus itaque. j. q. j. ſed debet quodammodo inuitus promoueri, meritis tamen ſuffragantibus. c. in ſcriptu ris. 8. q. j. Bal. in l. ſi quenq̃. C. de epiſco. & cleri. Bertach. in tract. de epiſco. in. j. parte. 2. lib. nõ enim nomẽ facit epiſcopũ, ſed vita. c. plerũq;. 2. q. 7. vñ his verbis dicit Barb. in c. literas. col. 5. de iura. cal. vtinã regnaret illa antiqua bonitas, quæ nihil ambiebat, imo donata recuſabat, nec voluit epiſcopus Bononien. tũc tẽporis inuenire aliquẽ, qui vellet acceptare canonicatus illius eccleſiæ cathedralis, extra vnũ ſartorẽ clarũ & honeſtũ virũ, hodie inuenirẽtur fere tot acceptantes, quot in orbe figuræ. vide p Alua. in tract. de plãct. eccleſię lib. j. c. 69. & per Pet. Falco. in ſuo tract. de appet. prę lat. vbi plene pſequitur. Itẽ natus ex illegitimo matrimon. etiã nõ eſt idone⁹. c. cũ in cunctis in pric. de elect. vel patiẽs aliquẽ defectum ex his, quos ſcripſi in tract. de pacifi. poſſeſſo. in. 4. limita. vide etiam in epiſto. j. ad Timothe. 3. ca. & ad Tit. j. c. & in prag. ſanct. ti. de ele. §. deinde. ſi fuerit nominat⁹ aliquis nõ idoneus, poterit per papã recuſari, vt in hoc tex. habetur. Vltimo nota qđ an teq̃ prelatus in hoc regno habeat exercitiũ ſuæ prçlaturę, ſolet prçſtare iuramẽtum fidelitatis regi Francię, cle. vna, & ibi Bonifa. not. xi. §. porro de iureiur. c. Adrianus. 63. & per extrauag. in iũcte de elect. in communibus, quę omnia notes, quia non paſſim tacta inuenies.

Prælati regni Frãciæ præſtãt regi fidelitatẽ

m [Intra ſex menſes.) hic additur ad c. ne pro defectu de elect. vbi electio in his maioribus dignitatibus intra tres mẽſes fieri debebat. c. poſtq̃. 50. diſtin. c. obeũtibus. 63. diſt. ſed hic dãtur ſex mẽſes regi ad nominandũ ratione loci diſtãtis lõge à Frãcia, intra quos ſi nõ nominauerit, vel inhabilẽ, adhuc ĩtra tres mẽſes nominare poterit, vt ſequitur in tex. Item patronus clericus intra ſex mẽſes prçſentare tenetur, laicus vero patronus intra quatuor, vtrunq; probatur in c. vno de iure patro. in. 6. qui compu

Tempus requiſitũ in omnibus electionib⁹ & collationibus & quibuſuis ꝓmiſſionibus.

Source : BIU Cujas

tantur a die notitiæ veræ vel præſumptæ rota deciſio. 263. ſi propter in nouis gloſ. in verbo putandum §. viſum eo.titu.in prag.Ioan. de Selua in tract. de benefi.in.3.parte.q.50. vel à die,quo de nouo cõſtructa eſt eccleſia,vel conſecrata,Frederi.cõſil.129.caſus talis eſt teſtator. Et mãdatarius ratione clauſulę motus proprij habet decẽ dies ad eligẽdum beneficiũ pinguius iuxta c. ſi pluribus de pręben.in.6.optio intra.xx.dies fieri debet.c.fin.de conſuetu.in 6. Alia vero beneficia regulariter conferri debent intra ſex menſes, alioqui collatio ad proximum ſuperiorẽ deuoluitur c.2 de conceſſio præb.& ibi dixi. Idẽ in electione,vt intra ſex menſes, niſi in maioribus dignitatibus fieri debeat, tradit Panor.in c.cum noſtris,per illum text. in.2.nota.& .c.dilectus,& c.poſtulaſtis in.3.nota.de conceſſ.præb. Item cõferri per id tempus debent tam per epiſcopum,q̃ per aliũ collatorem. Panor.in d. c.cum noſtris etiã ſi collator fuerit exẽptus,cle.vna,de ſupplen. negli.prelato. etiã ſi iure deuoluto cõferat.d.c.2.&c.licet ibidẽ ſiue collator ſit in diœceſi ſiue extra.c.nouit,de officio lega.etiã ſi fuerit in curia Ioã.Andre.in c.ſi apoſtolicę de pręben.in.6.legatus vero tãdiu poterit cõferre,q̃diu alij prelati ſuę legationis iure proprio vel deuoluto poſſunt, ſed ſi collatio ſit deuoluta ad prelatũ extra legati collationẽ exiſtentẽ, tũc non poterit legatus cõferre,donec ſit deuolutio facta ad papã,Imol.& alij in.d.c.2. & d.c.licet Ioan.de Selua. in trac.de benefi.q.54.in.3.parte,&Brunell⁹ in trac. de dignit.lega.q.19. papę vero cũ nõ habeat ſuperiorẽ qui poſſit ſupplere eius negligentiã,nõ eſt aliquod tẽpus præfixũ.c.cũ noſtris de cõceſſ.præb.c. aliorũ 2.q.3.niſi in beneficijs vacãtibus in curia,quæ ſi non cõferat intra mẽſem,poterit is ad quẽ ſpectat collatio,conferre papa nõ excluſo,c.ſtatutũ de pręb.lib.6 itẽ papæ executori nõ eſt à iure pręſtitutũ tẽpus ad conferendũ,ſi nõ fuerit eius poteſtas limitata,cle.j.de cõceſſ.pręben. glo.& doct.in cle.ſi de bñficio.de pręb. glo.in.§. viſum in verbo reſpectiue eo. titu.quod tẽpus non currit,quãdo collator ordinarius eſſet impedit⁹.c.quia diuerſitatẽ de cõceſſio.præben. idẽ ſi non inueniret idoneũ glo.ĩ c.bene nouit.61. diſt.& in.§.in eccleſijs in verbo poterũt de col.in prag.quod in regno nõ poſſet allegari,cũ in eo bñ multi periti reperiantur,vel qñ lis ſup collatiõe duraret p annũ, & poſtea per ſententiã fuerit dictũ collationẽ ad talẽ N.&c. pertinere is adhuc poterit intra ſex mẽſes cõferre cũ tẽpore litis nõ fuerit negligẽs,nõ curret eidẽ tẽpus,qđ ſecus eſt in præſentatiõe.d.c. quia diuerſitatẽ ſic expreſſe cõſuluit Feder. cõſ.232.caſus talis &c.cui ſententiæ ſubſcribit per illa iura Panor. & alij in c.quoniã &.c.cũ ppter de iure patro.in inſtitutione ppe nõ eſt certũ tẽpus à iure præfixũ,ſed ſi is ad quẽ pertinet inſtitutio,fuerit negligẽs, poterit ſuperior eidẽ pręſtituere terminũ ad inſtituendũ glo,in reg.cãcell. 40. Panor. in d.c.2.Roch.de curte.in tract. de iure patro.in verbo honorificũ.q.25.& Paul. de citãdinis in eo.trac.parte.6.q.53.idẽ in cõfirmatione,vt is qui debet confirmare,non habeat à iure certum pręſti-

Source : BIU Cujas

tutum tempus, secus in eo, qui eam petere debet, hoc enim intra tres menses facere tenetur, glo. & doct. in c. cũ in cũctis. §. j. de elect. c. q̃ sit illo titu. in. vi. idẽ tẽpus datur ad petendũ consecrationẽ, quod cõputatur post confirmationẽ obtentã. c. quoniã. 75. dist. c. quoniã. 100. dist. idẽ ad petendũ pallium. c. j. 100. dist. idem in permutatione, vt superiori nõ sit prę fixum tẽpus, ad eãapprobandã, glo. in §. visum, in verbo respectiue eo ti. in pra. & Nicola. Milius in verbo beneficiũ. q. 46. Itẽ quãdo nõ est certus prębendarũ numerus, potest conferri præbẽda post sex mẽses. c. ex parte de concess. præbẽ. glo. in verbo tempus in. d. §. visum, idẽ in collatione hospitaliũ tradit Federi. de senis in tracta. de permuta. benefi. q. 29. & 64. Feli. in. c. de quarta col. 4. de præscrip. Ioan. de Selua. in. d. 3. parte. q. 64, intellige vt tradit̃ p tex. & not. i cle. quia cõtingit de religio. domi. qñ hospitale nõ datur in bñficium, vt dixi in trac. nomina. q. 15. versi. 6. nu. 12. & seq.

Vltimo, nominatus & graduatus intra sex menses beneficium requirere debet, alioqui excluditur ab illo beneficio, non à suis nominationibus, glo. in §. itẽ quod vniuersitates in ver. scilicet eo ti. in prag. dixi in tract. nominatio. q. 17. in princi. & sic summatim habes intra quod tempus beneficia conferri, vel de illis prouideri debeat, quæ nota quia alibi non sic inuenies breui descripta. Postremo figendum est mẽti, quod eo casu quo episcopus non valet conferre, vel prouidere de beneficio, vtpote quia est reseruatum, vel deuolutum ad papã, si non sit aliquis, qui interim valeat illis beneficijs prouidere, poterit episcopus deputare administratorẽ idoneum donec per papam fuerit prouisum arg. c. Regula. 10. q. j, hæc est pulchra decisio Panor. i c. cũ nobis olim vlt. nota. de elect. quã sequitur Prob⁹ in addi. ad Ioan. mona. in c. 2. in fi. de præben. in. 6. & est notanda quia episcopis vtilis.

a die vocationis ecclesiarum earũdem cõputandos

Tempus currit a die vacatiõis quãdo hoc dicitur in constitutione.

in.6.Barb.in repet.l. cũ acutissimi col. 52.C.de fideicom. Quęro an cõsanguineus regis vel sublimis ꝑsona, licet non sit qualificata, possit nominari ad abbatias? de quibus in.§.seq.sicut potest ad archiepiscopatus & episcopatus, videtur ꝙ sic, quia hi sunt excepti à qualificatione pręmissa, & clausula hic posita refertur ad sequẽtia.l. talis scriptura.ff. de leg.j. c.secundo requiris de appel. Item excepit eos in maioribus, videlicet in episcopatibus, & archiepiscopatib⁹, ergo in minorib⁹ videtur eos excepisse, per authẽ. multomagis. C.de sacrosanct.ecclesi.& ca.cui licet quod est plus, vtique licet quod est minus de reg.iur.in.6. Tertio iura fauent consanguineis regum, & sublimibus personis.c. de multa de præb. extrauag.execrabilis Ioan.22.illo tit.ergo & hic. In contrarium videtur, quia hic consanguineos regis excipit à præmissa prohibitione, ergo non à sequẽte ibi in textu sub prohibitione præmissa minime comprehensis. Item in textu dicitur dictis ecclesijs poterit libere prouideri, ergo non dicendis, sic arguit in simili Alexand. consil.140. viso dicto. col.2.in.6.volu.& sic cum prioratus & abbatiæ non sint dictæ, nec expresse supra, non comprehendentur hic, ideo non poterit his sublimibus non qualificatis vel consanguineis regis prouideri de istis abbatijs. Pręterea hoc probat.§.sequens, dum semper loquitur de religioso qualificato ibi prioratus vero personis vt præfertur qualificatis duntaxat conferri libere possint, ergo alijs personis non quia dictio duntaxat limitat & restringit.l.solutũ.§.si in sortem.ff.de pigno.act.& est dictio exclusiua.Bar.& alij in l.j.in princi.ff. si quis ius dicenti non obtempera.ergo excludit alias personas non qualificatas, alio qui conditores dixissent, si voluissent & excepissent, in.§.seq.sicut in hoc.§. Nec refragatur primũ quòd ad omnia hic versic. consanguineis referatur, respondeo tũc clausulam in vno loco positam non referri ad alia, quãdo facta est per materias diuisio.& paragraphos, glo.in c.vno de postul.præla.in.6.ca. vt circa de elect.eo.lib.& cle.j. de sepult. sed hic est facta diuisio de materijs per.§.§. nã.§. monasterijs est ab isto diuisus, ergo hæc clausula ad illum.§.non extendetur, etiam quia est dare diuersam rationem in.§.seq.vt infra dicam, & est diuersa materia. Igit̃ hæc clausula ad eũ.§. non extendetur, vt plene dixi in repeti. l.vnice in glo.& non ex quibusdam C. de senten. quæ pro eo ꝙ inter.vel nõ refertur ad proxima, quãdo cõstat de mẽte vt hic, per verbũ à præmissa prohibitione, &c.ergo non à sequente. Nec obstat regula, cui licet plus. Respondeo, ꝙ plus est pręficere religiosis secularẽ, qui regulam nõ est expertus, q̃ eidẽ cõcedere archiepiscopatũ secularẽ, nã dicit̃ abbatib⁹ & alijs administrationẽ habẽtib⁹ 3.Reg.20. Custodi virũ istũ, q si lapsus fuerit erit aĩa tua ꝓ aĩa ei⁹, & ad Heb.vl. c.ipsi peruigilãt, quasi rationẽ ꝓ animamab⁹ vestris reddituri. Vñ monach⁹ potest eligi ad episcopatũ in eccl̃ia seculari, sed secularis ĩ eccl̃ia regulari nõ.cle. j.de ele.qa cleric⁹ secularis nõ est instructus in regula monachali, sed monach⁹ cũ sit cleric⁹, est instruct⁹ in officio cleri

Consanguinei regis non qualificati an possint ad abbatias nominari.

Dict dun limi restr

cali,ideo eligi non prohibeť, & in hoc ſunt melioris cõditionis monachi.glo. prima in c.cum ad noſtrã de elec.& in magiſtrum aſſumi non debet,qui formam diſcipuli non aſſumpſit, nec eſt præficiendus, qui ſubeſſe non nouit.c. cum in magiſtrum de elect.c.nullus eo.titu.in.6. & prius quis debet eſſe diſcipulus,q̃ magiſter c.ordinatos.59.diſtinct.ca.miſerum. 61.diſt. facit.c.preſbyteros.16.q.prima , & qui ſub tutela aliorum eſſe debet videlicet ad profeſſionem faciendã,alios ſub tutela habere nõ debet.l.fi.C.de legi.tut.

ualis ebet eſſe abbas.

vnde in cõcilio Triburienſi. fuit ſtatutum in hæc verba , ſiquis abbas cautus in regimine,humilis,caſtꝰ, miſericors, diſcretus,ſobriuſq; non fuerit,ac diuina præcepta verbis & exemplis non oſtenderit , ab epiſcopo,in cuius territorio conſiſtit,& à vicinis abbatibus,& cæteris deum timẽtibus à ſuo arceatur honore,etiam ſi omnis congregatio vitijs ſuis conſentiens,eum abbatem habere voluerit.ca.ſi quis abbas.18.q.2.& Auguſt.de abbatibꝰ & alijs prælatis ſic ſcribit,ſeipſum ſcilicet prælatus bonorum operum præbeat exemplum,corripiat inquietos,cõſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos,patiẽs ſit ad omnes, diſciplinam libens habeat, metuendus imponat,& tamen magis amari à ſubditis appetat,q̃ timeri.hæc proſequitur Floren.in.3.parte ſummę tit. 16.c.7.§. primo , & ſic abbas debet eſſe Roſcius hoc eſt mire (vt apud Romanos vulgo dicebatur) & pfecte probitatis homo. En ergo magnũ in abbate periculũ, nã expers regulæ quomodo poterit monachos inducere ad regulã? quidem certe deuotionem potius tollet, & monaſterium euertet,diſcutiat bonus,ac doctus iudicet.ego vero ſic tam in foro ſeculi, q̃ poli iudicarem, & ſic iudicare debemus,ſi vere religioni fauere(vt tenemur) volumus.l.ſunt perſonę.ff. de relig. & ſump.fune.

[b] Præfati regis ac perſonis [c] ſublimibus

b ¶ Præfati regis.) Secus in cõſanguineis reginæ per hunc tex.qui tantũ regis cõſanguineos excipit,& conſanguinei reginę non ſunt regis cõſanguinei, quia non ſũt ex eodem ſanguine nati, & q̃is auguſta gaudeat eodem priuilegio quo Auguſtus.l.prĩceps.ff.de legib. quod eſt verũ niſi concedatur regi tantum,vt hic præfati regis, quia tũc perſonale priuilegium non egreditur pſonam.Reg.priuilegiũ de reg.iuris in.6. & quanuis auguſtę priuilegia extendi poſſint,verum eſt per principẽ,ſed non per iudicem,vel doctorẽ.Lucas de pena in.l.3.col.vlt.C.de præpoſ.ſac.cub. lib.xij.fallit quando haberent qualificationes ſupradictas,& etiam in aliquibus credere eſſe eis deferendum, vt pulchre loquitur tex.in.c.fi.de offi.delega. in.6.& c.ne aliqui de priuile.eo.lib.in hæc verba regibus & reginis , qui ſicut dignitatis altitudine præeminẽt:ſic prę rogatiua gratię ipſos conuenit ante ferre.Multas prærogatiuas regum tradit Corſe.in tracta.de dignit.reg. vbi licet videre,ne ſolius tranſcriptoris perſona fungar.

Cõſãguinei reginæ non qualificati an poſſint nominari.

c ¶ Sublimibus.) In qualificatione ſupra poſita non comprehenſis, vt patet

Source : BIU Cujas

Qui bicãt sublimes.

infra & fundatur in ca.de multa in fi. de præb.vbi papa erga sublimes in pluralitate beneficiorum dispensat. Dicũtur enim sublimes personæ, nobiles in altum eleuate,dicte à limine superiori, quod est supra nos, sicut sublimes personę sunt supra nos. Card.in d.ca. de multa circa finem. vbi dicit sublimes sunt nobiles magni status. arg.c.solite in princ.de maior.nam sublimis dicitur excelsus,quasi supra limen eleuat⁹, & sic qualificationes supra positæ non requiruntur in his. Quæro in istis exceptis quæ idoneitas requiratur? Respondeo illa quæ traditur in epistola Pauli ad Titum cap.primo,oportet enim episcopum sine crimine esse,sicut dei dispẽsatorem,non superbum,non iracundũ, non violentum,non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalẽ,benignum,sobrium,iustum,sanctum,continentem,&c. & alia quæ sunt de iure cõmuni,quæ tradidi supra in glo.alias in versi.17.quia istis remittũtur qualificatiões hic positæ,quas in d.glo.alias, enumeraui. Aliæ vero,quæ sunt de iure diuino, vel positiuo, non remittuntur hic,nec sufficeret quod hic nominandus esset magnus grãmaticus,vel orator, sed tali scientia pręditum eum esse decet,qua sciat soluere quæstiones,quæ habent ventilari in curia sua,& in hoc canonista præfertur philosopho.verba subijcio. Bal.in cap.cum in cunctis.col. 2.de elect.licet hodie multi sacrã theologiam, & iura relinquant propter fucos verborum. Non tamen requiro hic vtrunq;,videlicet ꝙ sit consanguineus & sublimis simul:licet ista dictio,ac in textu posita videatur contrarium notare,sed coniungit, vt consanguinei sint excepti à qualicatione supra posita, ac sublimes personę:& sic loquitur hic de magnis nobilib⁹,non de omnibus nobilibus, sed de principibus, vel filijs principum, in quibus etiam relaxatur ius canonicum.in cle.vna de baptismo cap.fina.de pœnis,quia hi gallicum loquendi ornatum, & fucum verborum à pueris didicerunt,& pro scientia sibi retinuerunt. vide glo.in verbo sublimitatem in d.extrauagã. execrabilis Ioã. 22.Benedict.in repet.ca. Raynutius in verbo & vxorem Num.385.de testa.& omnes consanguinei regis sunt sublimes,sed omnes sublimes non sunt consanguinei regis, vt omnibus est obuiũ.

ex causa d rõnabili &

d ¶ Rationabili.) Causa rationabilis dicitur, quæ non est pro libito voluntatis,sed ex ratione ꝓcedit,cle. vna circa prin.de excessi.præla.Guill.de Montserrat in quarta pte sui tract.sup prag. sanctio. Vel dicitur rationabilis.i.iusta c.cũplures &.c. statuim⁹ & ibi Archid. de offi.deleg. in vi. An sit rationabilis statur iudicio papę,qui habet nominatum per regem admittere.arg.l.1,ff. de iure deliberand.& postq̃ est facta prouisio de his personis exceptis,præsumitur ꝙ iusta causa rationabilis interuenerit,cum ab honestis & prouidis viris videlicet à papa & rege factum extiterit.c.nisi de præben. Nam quis dubitat illum honestum & prouidum, quẽ apex tantæ dignitatis attollit? c.primo. 40.dist.ideo ꝓuisus non tenetur alias

Causa rationabilis quæ catur an in gis sanguineis quira

probare iſtam cauſam, poſtquam erit in literis expreſſa, & ſic intelligitur hic tex. quod ſublimes perſonę ſint exceptæ. ex cauſa tamen rationabili & legitima. Nam vltra ſublimitatē requiritur ſecundum quoſdā in eis cauſa rationabilis, & legitima, quæ in conſanguineis regis non exigitur, ſed ſufficit conſanguinitas: Nec in alijs ſequentibus requiritur alia cauſa, q̄ eminens ſciētia, & reformatio, quia vtraq; cauſa eſt rationabilis, ideo hic adiecit cauſam ad ſublimes, quia cū plures ſint in Francia, ex cauſa rationabili vt puta, quia perpetuo grati eccleſiæ fuerūt, & ex alia cauſa nominabitur ſine qualificatione præcedente. Alij cauſam tā in regis conſanguineis q̄ in ſublimib⁹ requirunt, ſed non eſt veriſimile regē ſuos conſanguineos velle vti iure aliorum, & tantū dilexiſſe extraneos q̄ ſuos cōſanguineos, Nam in dubio nemo præſumitur carnem ſuam odio habere. ca. non exiſtimemus. 13. quæſt. 1. vel poteſt intelligi, ꝙ hic conſanguinei regis & ſublimes cēſeātur excepti à qualificatione prædicta ex cauſa rationabili in literis exprimenda, ſcilicet cōſanguinitate & ſublimitate. Volens dicere tex. ꝙ ex cauſa rationabili & legitima hi conſanguinei ac ſublimes ſunt excepti à prędicta qualificatione. Nam rationabile eſt, quòd his prouideatur, vt ſupra probaui, & cauſa eſt legitima, id eſt a iure approbata. in cap. de multa de præbē. & in extra. execrabilis. Ioā. 22. illo titu. hæc tamen cauſa eſt in literis exprimenda, videlicet an ſit conſanguineus, vel ſublimis: & aliam vix cauſam requirit papa extra conſanguinitatem, vel ſublimitatem. Poteſt tamē eſſe cauſa rationabilis & legitima, vtpote quia epiſcopatus eſt ſitus iuxta inimicos regis, & opus eſt habere hominem potentem, tunc nominabuntur hi. c. officij de elect. Panor. in cap. cōſtitutis. 3. de appella.

[d] legitima in noīatione & apoſtolicis literis [f] exprimenda

e ¶ Legitima.) Non ſufficit, ꝙ cauſa ſit rationabilis, niſi ſit legitima vt hic, id eſt a lege vel canone approbata. l. legitima. ff. de pactis. l. vna. C. quādo non petentium partes & ibi *Salicet*. Decius conſil. 258. in caſu. col. 2. ca, legitima de appellat. in. 6. dic vt in proxima glo. ſcripſi.

f Exprimenda.) Requiritur ergo expreſſio conſanguinitatis ſecundū quoſdam in nominatione regis, vt nomino ſanctitati veſtræ Petrum. N. cōſanguineum noſtrum, alioqui non valet quod factum erit, quia hic datur pro forma, quæ ſeruari debet. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de trāſact. idē in ſublimibus, vt Nomino D. V. talem. N. ſublimem virū, & magni ſtatus ac nobilitatis ad talē epiſcopatum. N. Quia ſi actus non poſſit fieri niſi in certis caſibus, tunc qui vult illum actum facere debet exprimere quod eſt in aliquo illorum caſuum. Inno. & Panor. in cap. ad noſtram in fi. de appella. vbi appellans a correctione debet exprimere exceſſum, & in citatione facta die feriato requiritur, ꝙ exprimatur cauſa alimētorum, vel alia cau-

Cauſa an ſit in bullis exprimenda.

Source : BIU Cujas

sa permissa.l.2.in fi.cum glo.& ibi Bartho.ff.si quis ius dicen.non obtempera. iuncta.l.1.&.2.ff.de ferijs faciunt not. per Inno.in cap.præterea de appella.& Roma.consi.483. dubitatur.colũ.3.nu. 14.Bar.in.l. non solũ.§. sed vt probari.ff.de nou. ope.nuncia. Itẽ post- [g]necnon [h]religiosis ea in literis apostolicis dicetur: prouidemus tali consanguineo regis &c. vel tali sublimi personæ &c. & idẽ statuebatur in prag.vt reseruationes non fierent nisi ex magna rationabili & euidenti causa in literis apostolicis exprimenda.§.decreuit de electio. in prag. & ibi glos. in verbo exprimenda dicit non præsumi causam,nisi exprimatur, quia vbi constitutio requirit expressionem causæ,non præsumitur nisi exprimatur.cap.vt debitus de appella.cap.1. illo tit.in.6.nec in principe præsumitur causa,quando veniret contra suum contractum. Panor.in cap.quæ in ecclesiarum nu.14.de constit.Alias posset recedere a contractu,quod non potest.vt cõclusi in præfat.ad Rub.de col la.infra.Et si rex expresserit, non solet papa inquirere an causa vera sit, sed solet nominato prouidere, sicut etiam dicitur.in ca. in nostra de rescrip.p doct. quando quis exprimit aliqua in impetrationibus,nam tunc papa etiam credit impetranti, sed postea opponi potest de subreptione, & quotidie ita fit, nec sufficeret exprimere in nominatione, si in literis apostolicis non exprimeretur. per hunc textum copulatiue loquentem, nec posset causa haberi pro expressa, cum hic expressio necessario requiratur.licet alias regulariter sufficiat. vt dixi in glo. pro expressis in forma mandati Apostolici infra.

Quęro an alia sint exprimenda videtur quod non,postquã de vno expressit, Ergo aliud nõ vult exprimi,in contrarium inclino,vt consanguineus vel sublimis a rege nominatus teneatur etiã exprimere si quem defectum habeat, vtpote quia erat regis spurius legitimatus tamen,vel minor.27.annorum,& etiam alia quę de iure sunt exprimẽda,vt dixi in forma mandat. in glo. pro expressis,quod est menti tenendum.

g Necnon.) Hic addit religiosos reformatos eminentis scientiæ & doctrinæ non comprehendi in qualificatione supra expressa, & duæ negationes æquipollent affirmationi.l.duobus.ff.de verborum significa. vbi plenius scripsi, & sic tres tantum personæ a qualificatione supra tradita hic excipiuntur. Primo regis consanguinei,secundo sublimes,tertio religiosi mendicantes reformati eminentis scientiæ & excellentis doctrinæ viri,vt sequitur.

h ¶ Religiosis.) Proprie hic accipitur pro eo,qui fecit professionem in aliqua religione approbata,in qua solent profiteri tria substantialia regulæ, scilicet paupertas castitas,& obedientia,subijciendo se imperio prælati.cap.ex multa de voto Panor. & alij in rub.de reg. & cap.si religiosus de elect.in.6.& talẽ religiosum non facit habitus,sed pfessio facta in manib⁹ eius,qui potest incorporare religioni.c.porrectũ de re-

Qui cat ligi & q lige gan

Source : BIU Cujas

gula. Card. in consil. 138. in aliquibus, & hi habent noue mligamina, quibus religantur. Primum est castitas, & hęc ligat luxuriam, quia religiosus non castus, hircus est fœtidus. Paupertas auaritiam, nẽpe sepeliri debet in sterqlinio religiosus auarus pecunias congregans. c. cum ad monasteriũ de statu monacho. Obedientia & humilitas ligat superbiam, pro mõstro est videre religiosum superbum & elatum. Cõmunitas inuidiam, quæ vix contra hosce succumberet in casu nouitatis, & interdicto vti possidetis. Parcitas gulæ immunditiã, pauca habentes parcitatem gulæ sequũtur. Charitas iracundiam. Taciturnitas oris insolentiam & maledicentiam. labor accidiam, vnde illis dicitur Eccles. 9. c. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare. Habitus vilitas inanem gloriam, quę prosequitur Bercho. in dictio. in verbo religio. Quanuis religiosus largissime vocetur omnis Christianus, ide dicitur religio Christiana. c. 1. de homici. in. 6. c. 1. 97 dist. vnde quis dicitur effici religiosus per leges, quia religant hominũ volũtates, & coarctãt ad bene viuendũ, in præmio Inst. in principio. Item large dicitur religiosus omnis Christianus honestæ vitæ instar religiosorũ. c. ecclesia sanctæ Mariæ de Const. c. fina. de rebus ecclesię nõ alie. Aliquando accipitur pro prælatis, vel alijs clericis secularibus si dicatur religiosus vir. glo. & doct. in. c. 1. 23. dist. & c. obeuntibus. 63. dist. sed proprie capitur hic, vt dictum primo extitit,

¶ Mendicãtibus.) Quidã sunt mendicantes validi, de quibus in rub. C. de mendic. valid. lib. 11. Alij sunt mẽdicantes, & hi dicũtur quibus ad congruam sustẽtationẽ reditus, aut possessiones habere professio sua regula vel cõstitutiones interdicũt, sed per quęstum publicũ tribuere victum solet incerta mendicitas. ca. vno. 5. primo de religio. domib. in. 6. & glo. in c. vno de excess. prælato. eo. libro. vnde hi mẽdicãtes nõ habẽt aliqd certi, ex quo victũ sumant, nec dicũtur mẽdicãtes, qui propriũ habere possunt, licet non habeãt, & mendicent. teste Bal. consi. 438. viso. col. 1. vol. 1. Calde. cõsi. 17. An ordo rub. de regula. ĩ hoc tamẽ tex. puto cõprehendi Carthusieñ, quib⁹ permissum est in cõmuni habere possessiones, nõ tñ villas, aut castra, vel feuda quæ homagia dicit. tex. in c. recolentes de statu monacho. etiã alios religiosos reformatos nõ excludit hic tex. videlicet S. Victoris, & Celestinos, aliosq; omnes qui iuxta sui ordinis regularia instituta ad gradus huiusmodi assumi nõ possunt, & sic obseruãtes hic cõprehẽdũtur, quia ex statutis eorũ prohibentur sumere gradũ doctoratus, aut aliũ, licet alij quatuor mẽdicãtes non prohibeantur. Bonifa. in cle. prima in fine de regula. & istorũ paupertas felix est, cũ sit volũtaria, & propter charitatem, & de ea dicitur, Beati pauperes spiritu: secus de illa quæ præter animi spem venit, forte propter prodigalitatẽ. de qua in c. diaconi. 5. dist. 93. cuius text. verba hic reddã. Mendicat infelix in plateis clericus, & seruili operi mãcipatus pu-

Mendicãtes qui dicãtur

Source : BIU Cujas

blicam à quolibet poſcit eleemoſinam qui ex eo magis deſpicitur à cunctis, quo miſer & deſolatus iuſte putatur ad hanc ignominiam deueniſſe facit. l. 3. in princ. ff. de teſtib. l. cura. §. deficientiũ de munerib. & hono. ſicut illi qui ex fundatiõe ſuæ regulæ vel de iure mẽdicantes ſunt, licet de facto nõ mendicent, mendicantes dicũtur, vtpote, quia cõtra ꝓhibitionẽ retinẽt poſſeſſiones, vel quia ſuper hoc à papa habent priuilegiũ, qđ poſſint certas poſſeſſiones retinere, & illarum fructus recipere, vt ſunt moniales ſanctæ Claræ, & religioſi dominicani ſancti Maximini in prouincia, qui etiã curati ibidẽ ſunt, & diuites, vt ipſe vidi, & not. Lappus allega. 4. diſpoſitio. ideo quo ad alia, priuilegia retinent mẽdicãtiũ, vt Carthuſiẽſes & mẽdicãtes dicũtur: quia eſto quod ſint habiles ad poſſeſſiones non tñ ad alia, & ſic de iure mendicarẽt, ſi non haberent poſſeſſiones, & ideo poterũt nominari ſine qualiſicatione prædicta.

[k] Reformatis

k ¶ Reformatis.) Non ſufficeret quod eſſet religioſus, niſi eſſet reformatus, reformatio enim eſt rei veteri facta additio, aut eiuſdẽ renouatio, glo. in verbo reformat de authoritate generaliũ conſil. in prag. vnde. 2. Machab. 5. c. dicitur, non propter locũ, ſed propter gẽtem locũ deus elegit tex. in ca. quantũ libet. 4. c. diſt. & ad Roma. 12. ca. nolite conformari huic ſeculo, Sed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quę ſit volũtas dei bona, beneplacens, & perfecta. Notandũ eſt quod qñ agitur de reformatione, parlamentum in hoc Franciç regno cognoſcit, & cõpellit epiſcopũ, vt creet v carios generales certos cõſiliarios clericos, qui faciũt ſtatuta, & alia ad reformationem pertinentia, vt vidi ſæpius practicari in hoc ſenatu, licet de iure ſecus. c. tuam de ętate & qualit. c. relatum ne cleric. vel monach. per Dynũ conſilio. 22. monaſteriũ. Quęro an religioſi poſſint cõpelli ad reformationem ſubeundam? videtur quod non, quia ab initio datur annus probationis ingreſſo, vt aſperitatẽ ordinis experiat c. ad apoſtolicã de regula. vnde videtur quod poſtea ad duriorẽ vitã, & ad viuũ (vt dicitur) reſecari cõtra ſuã volũtatẽ ac aſtringi nõ poſſit, niſi alius annus ſibi de integro concederetur. ſic cõſuluit Oldra. conſi. 96. nun quid &c. facit glo. in c. geſta. 74. diſt. glo. in ca. integritas 22. q. pri. Contrariũ eſt verũ, quia religioſi proprię volũtati renũciauerũt, ca. nõ dicatis. 12. q. 1. & ideo nolle non habent. c. ſi religioſus de electiõe in. 6. ob id ſuſtinere debẽt iugũ, licet videat intolerabile. c. in memoriã. 19. diſt. ꝓbat in c. vno de ſtatu monach. in. 6. vbi monialibꝰ perpetua inducitur clauſura, & ſic ſtrictior regula, q̃ in principio eſſet.

Quis de reformatione cognoſcat, & an reformatꝰ dum ad regulam ſubire cogatur.

Primo fallit, qñ profeſſio eſſet limitata. vt egovoueo ſeruare regulã ſancti Frãciſci, quę nũc ſeruat, tũc ſi alia addatur, non tenebit ſic profitẽs, nã actus agentiũ operari nõ debẽt vltra eorum intentionẽ. l. nõ omnis. ff. ſi cer. peta. & limitata cauſa nõ capit acceſſionẽ. l. in agris. ff. de acq. rerum dominio Hoſt. ita placet in ſumma de voto. §. vtrum. ſed raro fit ſub hac forma.

Source : BIU Cujas

Secundo fallit,qñ tanto t ̄pore regula relaxata fuisset, cuius initij memoria nō esset in contrariū, quandoquidē propter tantā t ̄poris taciturnitatē reputaretur noua austeritas, de qua ígressus nō cogitauit. Panor. in ca. Deus qui.col. 2.de vita& honest.cleric.vbi dicit, quod si in certo monasterio non est memoria in cōtrariū, quod esus carniū fuerit prohibitus,licet per regulam phibeatur, si aliquis ibi sumat habitū, non peccat comedēdo carnes,& sequēdo mores lōgo tēpore per alios obseruatos,& maxime papa sciente & tacente,ac tolerante. Nam cōsuetudo tāti tēporis inducit præsumptionē alicuius tituli.c.1.de præscript.in.6.Card.in c.cū ad monasteriū. de stat.monach.& ibi Panor.col.penul.& in c.sup eo.col.penult.de regula.Alias limitationes vide p Deciū in c.ad nostrā de appellat.vbi limitat etiā si propter corporis debilitatem ingressus non posset tollerare,vide alia ibidē.& per Præposi. in c.1.dist.31. & ista sunt notanda pro reformationibus quæ indies fiunt.

l ¶Eminentis scientię.) Illa dicitur eminens scientia,qñ quis per eā potest bene explicare quęstiones sine reuolutiōe librorum ex sentētia Inno. & cōmuniter alia in c. cum in cūctis in principio de elect.vnde Barb.se nunq̄ inuenisse aliquē in consil.34.præclare.col.18.in.2. volu.scieter & plane, fatetur,ideo Decius in d.c.cū in cunctis dicit scientiam eminētē esse,qñ quis scit oēs quæstiōes etiā difficilimas iure decidere cū reuolutionelibrorū, alias nullus inueniret. & sic hic text. nihil nobis seruiret,nec alij tex.iuris canonici loquētes de scientia eminente.Eminēs dicitur eo, quasi præ alijs manens, vnde scientia eminēs est,q̄ manet penes aliquē præ alijs, allusionem vocabuli insequēdo, quæ bona aliqñ est. l.2.§.mutui datio.ff.si certū petat. Ille ergo dicitur eminētis scientiæ,qui præ alijs maiorem habet scientiā,& bñ scit respōdere quæstionibus propositis.Ego vidi aliquos respondentes ad oēs quæstiones ex tēpore, tñ non dicebam eos habere scientiā eminentē,quia non bene respondebāt,sed quodā casu (Appollinis instar)omnibus respōsa dabāt indiscriminatim, & melius forte ex tempore respōdebant,q̄ cū librorū reuolutione.Mediocris est illa,qñ scit respondere cū reuolutione chartarū, secundū Panor.in d.c. cum in cunctis. Ego intelligerem mediocrē scientiā,qñ habet multos sibi pares. Nam mediocris dicitur quasi mediū tenens. Aduocatus ergo vel doctor qui est doctus,sed nō excedit alios in doctrina, dicitur habere scientiā mediocrē,vnde ingenuus,q manifestauit desertorē immunitate mediocris loci potiatur.dicit.l.j.C.de desertorib.lib.12.vbi glo.exponit mediocris.i.pauper,ego tñ exprimerē mediocris loci,id est mediocris rei,vel fortunarum.per.l.quidā in testamento.ff.de legat.2.ibi aut ex magnitudine eius pecuniæ,aut ex mediocritate facultatū.vi de tex.in.l.cū hi.§.si in annos.ibi honestioris loci.ff.de transact.&c.

Sufficiēs vero dicitur, qñ per illā expedire scitea,quæ sibi,& suo beneficio,

Source : BIU Cujas

vel officio incũbunt, quæ arbitrio iudicis relinquuntur. teſte Bonifa. de vitali. in cle. prima. q. j. de ætat. & qualit. ideo nobilis, qui ſequitur militiã, eſt ſufficiẽter literatus, ſi ſit inſtructus in grãmaticalibus & hiſtorijs. teſte Barb. in d. conſi. 34. nu. 36. in. 2. volu. quia tã exactam ſcientiã non requirit militia, nec verbera, ſed prouidentiam, robur & vigilantiã, teſte Vegetio de re militari.

Quæ dicatur ſciẽtia excellens.

m ¶ Excellentis doctrinæ.) Id eſt excedentis, vel maxime, & ſic ratione excellentiæ fit, quod alias nõ fieret. Nam ratione excellentiæ in mulierem compromitti poteſt cap. dilecti de arbitris. Specu. eo. tit. §. poteſt eſſe in principio. Vnde licet inter rotæ auditores nõ debeat admitti quis, ni prius examinetur, etiam ſi ſit doctor. & not°, vt dicit Bal. in cap. ſcriptum. col. vlt. de elect. Tamẽ ſi eſſet doctor valde excellens, & maximi nominis recipi poterit ſine vllo examine. arg. l. ſed & reprobari. §. amplius. ff. de excuſa. tutor. ibi valde diſciplinatos & ibi Bal. dicit recedi ab ſtatuto propter eminentem ſciẽtiam alicuius, vel ſaltem eſt iuſta cauſa diſpenſandi, & ita quandoq; fit Romæ. teſte Decio in cap. cõſtitutis not. 4. de appell. idem ſeruatur in parlamentis Franciæ, vt nõ ſoleant cõſiliarios recipere ſine examinatione, niſi ſint doctores valde excellentes & magni nominis per ſupradicta, vel niſi ſint nominati ab eis, quia non poſſunt reprobare, quod ſemel nominando approbarũt. l. in arenã. C. de inoffic. teſta. Item doctor legens extra patriã ſuã gaudet priuilegijs, & excuſatur à muneribus ſuæ patriæ datis præſentibus, qñ eſt excellentis ſcientiæ. per d. §. amplius, quia vbicunq; ſit, dicit eſſe decus & gloria ſuæ patriæ. Barb. in tracta. de præſtã. cardinal. in. j. q. prim partis, nu. 58. & in proœm. clemẽt. in verbo ſalutẽ. col. 11. verſi. 8. ſi doctor. Et minor. 18. annis ſi ſit excellentis doctrinæ (quæ in eo nõ præſumitur) põt gradũ doctoratus aſſumere. Benedic. in repeti. c. Raynuti° in verbo adiectæ. nu. 18. de teſta. allegat Bal. in. l. j. §. interdũ. ff. de legit. tutel. nu. 31. & ſeq. facit. l. ad beſtias. ff. de pœnis & ibi multa addidi. Nõ ergo eſt mirũ, quod hic reſeruetur noïatio de hoïe excellẽtis doctrinę, licet nõ ſit vt ſupra qualificatus, qđ intellige verũ, qñ eſt religioſus reformat°, ſecus ſi ſit ſecularis, qa is põt, ſi velit, has text° qualificatiões habere, ſi nõ habeat, imputet ei, etiã ſi ſit excellentis doctrinę, nõ poterit, vt ſupra dixi, p regẽ noïari, & multũ attẽdit vita, vt patet in beato Nicolao, fuit eñ, licet laicus eſſet id tẽporis, ob ſanctitatẽ vitæ in epiſcopũ electus, & D. Ambroſius in archiepiſcopũ, anteq̃ eſſet baptizatus. c. ſtatuim°. §. his oïb°, 61. diſt. Et ſic hæc exceptio eſt valde elegãs. Nota tñ, qđ ſi aliqs ꝓpter falſum rumorẽ eſſet à rege noïat°, poſt ea reperit ignarus, qui perit° credebat, debet caſſari eius noïatio. glo. ſing. in. c. veniã. 35. q. 9. in practica tñ eſſet difficile obtinere, vide Bar. in. l. cũ quid. & quę ibi addidi i fi. ff. ſi certũ petat. & quę dixi in tractat. noïat. q. 21. nu. 11.

m excellentis doctrinæ qui iuxta ſui ordinis regularia ĩſtituta

Source : BIU Cujas

n ¶ Ad gradus.] Doctoratus, licentiæ vel baccalaureatus etiam in Theologia, vt obseruantes Carthusieñ. Celesti ni, & alij id genus religiosi, nec assumi possunt etiam habita licentia ab eorum superioribus, quia cum sit statutis illorũ prohibitũ, & illa statuta sint per papam confirmata, non poterit inferior â papa illis quoad hoc derogare, nec dispensare, per tex. in c. dilecto de præbend. ad gradus tamen honoris *in suis conuentibus* admitti possunt, ideo potest quis esse pincerna, clauiger, sacrista, prior, vel alios gradus monasterij recipere, nec prohibet hic text. cũ dicat huiusmodi, & supra locutus fuerat de gradu doctoratus & licentiæ, & in religionibus est dare gradũ teste Alberico, in verbo religio. versic. sed nunquid. nam primum gradum tenent, qui ordinantur ad docendum, seu prædicãdum, secundum illi, qui ad contemplationem. Tertium illi, qui ad exteriores actus præficiuntur.

n ad gradus huiusmodi assumi non possunt, sub prohibitione præmissa o minime comprehensis sed de eornm p personis

o ¶ Minime comprehensis.) Scilicet cõ sanguineis regis, sublimibus, ac religiosis, & sic hij tres hic excipiuntur, vt supra dixi.

p ¶ Personis.) Apparet igitur per hunc p textum regem posse nominare consanguineum suum, vel sublimem nõ qualificatum ad episcopatum, vel archiepiscopatũ, oportet tamen quod ille sit persona, id est rationabilis creatura. Card. in c. 2. §. cum vero de concessio. præbẽ. Quippe persona dicta est, quod per se sonat, & est natura rationabilis, indiuidua substantia. Lucas de penna in. l. 2. col. 2. C. de delato. lib. 10. vnde philosophi tria esse necessaria, antequam persona dicatur, arbitrati fuere. Primum vt sit indiuiduũ, Secundũ q̃ sit in genere substãtiæ. Tertium q̃ sit rationale, & p̃ hoc excludit nõ natus, vel natus & adhuc infans, vel puer, quia non est persona, id est, rationabilis creatura, & si fuerit nominatus, debet per papam repelli, quia istis non debent committi tot milia animarũ, quibus non committerentur duo falcones vel pira, seu poma, custodienda, vndedicebat quidam:

Petro non puero claues deus ecclesiarũ
Tradidit, atq; dei iussit habere vices.

Hodie vero dicitur his puerulis:

Est puer, & nondum discernere possumus, vtrum
Fœia, vel mas sit, & modo p̃sul erit.
Talib⁹ est hodie cleri populiq; potestas,
Atq; dom⁹ domini cura regẽda data.
Talib⁹ eccl̃ia est Christi suffulta colũnis
Decidit ante suã præiugulata diem.

¶ Item per hoc verbum amens, furiosus, & prodigus prohibentur nominari, quia proprie appellatione personę hic non veniunt, vt dixi in glo. personis. §. statuimus. 2. de collat. infra, licet quandoq; in alia materia posthumus persona vocetur. §. posthumi insti. de exhæredat. liberorum. Item si essent alias inhabiles, non debent nominari, de quib⁹ scripsi in tracta. de pacifi. possesso. in 4.

Source : BIU Cujas

limita. Vult ergo hic dicere text. q̃ iſti conſanguinei & ſublimes poſſunt nominari, licet non ſint doctores, & ſupra dicto modo qualificati, requiritur tamẽ q̃ ſint perſonę, & habiles de iure naturali, alias nõ poſſent nominari. De religioſis ſi ſunt reformati excellentis ſciẽtiæ & doctrinæ vt requirit hic tex. nõ eſt dubiũ, quin ſint perſonæ.

q ¶ Dictis eccleſijs.) Et ſic eccleſiæ debet p uideri de perſona, & non perſonæ de eccleſia, quod nõ fieret, ſi prouideretur de iſtis inhabilibus. Item dicit tex. dictis eccleſijs, ſcilicet metropolitanis, & cathedralibus, & ſic de alijs beneficijs non ſolet iſtis mendicantibus in hoc regno prouideri etiam per diſpenſationẽ papę, cum per hoc auferatur ſubſtantia regulæ, & generetur ſcandalũ laicis, imo ſi illis fiat alicuius beneficij collatio, & illud per triennium poſſideat mendicãs, nõ iuuatur decreto de pacificis poſſeſſo. vt nu. 258. in tracta. de pacifi. poſſe. dixi. Præterea dictis eccleſijs poteſt prouideri de his non qualificatis, ſed de eccleſijs dicendis, vtpote de abbatijs nõ vt ſupra dixi in glo. cõſanguineis eo titu. & de his tamen religioſis reformatis non eſſet iuri contrarium, etiam abbatijs ꝓuidere vel prioratibus, quia in his ceſſat ratio, quæ in conſanguineis & ſublimibus militat.

r ¶ Libere.) Id eſt ſine qualificatione ſuprapoſita, de hoc verbo eſt videre gloſ. in §. præfati. i. de collat. in verbo libere infra, & glo. in §. ſimoniace, in verbo libere de elect. in prag. & ſupra in eo. verbo. Et ſic nota requiſita in his religioſis anteq̃ à rege nominari poſſint.

Primo, requiritur qd̃ ſit religioſus, ibi religioſis, ſi ergo eſſet ſecularis, licet eſſet ſanctæ vitę, vel excellentis doctrinæ, non poſſet nominari ſine qualificatiõe ſupra dicta, quia poterit habere qualitates has, ſi velit, aſſumat, vt capax fiat, de quo ſupra dixi.

q Dictis eccleſiis pro tempore vacantibus ad dicti regis nominationem per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu ſedem huiuſmodi r libere prouideri poſſit.

Secundo requiritur, quod ſit religioſus mendicans, ibi mendicãtibus, ſecus ergo in alijs, quia de his expreſſit, ergo de alijs negat. l. cum prætor. ff. de iudic. dixi in glo. mendicãtibus quomodo intelligatur. Tertio requiritur, q̃ ſit reformatus, ibi reformatis, ſi ergo eſſet religioſus diſſolutus, vel bonus curialis, eum non admitterem. Quarto requiritur, q̃ ſit eminentis ſcientiæ & excellentis doctrinę, ibi eminentis. & declaraui ſupra in glo. eminentis, & glo. ſeq.

Quinto, q̃ ille religioſus non poſſit aſſumere gradũ propter ſtatuta ſui ordinis, ibi qui iuxta &c. ſi ergo poſſet, requiritur qualificatio ſupra ſcripta, vt aſſumat gradum, & alię ſupradictæ, ſi vero eſſet pauper, cuius ratione non poſſet aſſumere gradum, non tamen excuſaretur, quia difficultas non excuſat, ſed impoſſibilitas ſic. l. continuus §. illud. ff. de verbo. obligat. l. impoſſibiliũ de regul. iuris. Sexto, q̃ nominetur per regẽ, ibi ad dicti regis nominationẽ. Septimo,

Source : BIU Cujas

requiritur quòd ecclesia sit vacans, ad quam nominatur, & eo tempore quo nominatur, ibi pro tẽpore vacantibus.

Octauo, q, per papam nominatio recipiatur, ibi ꝓuideri possit, & intellige concurrentibus supradictis papã teneri huic nominato per regem ꝓuidere, alias veniret contra suam conuentionem, & sic cũ his declaratus erit hic primus. §. transeo ad sequentem.

§. Monasterijs.

Hic §. diuiditur in quatuor partes. in prima concedit regi nominationẽ in monasterijs & prioratibus conuentualibus & vere electiuis in suo regno vacantibus & delphinatu comitatuque Dieñ. illiq; præstituit. primo, tempus sex mensium ad nominandum habilẽ & idoneum. Secunda, concedit regi, qui primo nominauit nõn qualificatum, vt possit variare, & qualificatũ ꝑsonã intra alios tres mẽses noiare, ibi si vero idem rex. Tertia excipit duos casus, in quibus papa libere ꝓuidet, ibi alioq; dictis &c.

Quarta, electiones & prouisiones cõtra præmissa factas irritat, ibi electiões &c. & sit hoc loco summarij ad istum §. a ¶ Monasterijs.] Monasteriũ proprie monachorũ vocatur habitatio. l. generali C. de sacrosanct. ecclesijs, & dicitur monas vnitas, & steron habitatio, quasi vna habitatio multorum. 16. q. j. c. placuit. 2. An cõprehẽdantur hic monasteria monialiũ videt qđ sic ꝑ tex. c. moste ria de vita & honest. clerico. &c. monasteria. 18. q. 2. c. vno de statu regul. in vi, tex. iuncta glo. in clement. j. de elect. vbi vocantur monasteria, & rex in monasterijs per hunc text. habet nominationem, ergo & in istis. In contrarium videtur, quia illa non dicuntur simpliciter monasteria, sed cum adiuncto monialium, & quãdo aliquid profertur cũ adiuncto, nõ est illud ꝓprie sicut cũ dicitur, homo mortuus, sententia arbitri. Bar. in l. lucius. §. quæsitum. ff. de legat. 3. facit. l. j. §. j. ff. de donat. vbi donatio conditionalis non dicitur ꝓprie donatio. Decius in Rub. de probat. col. 10. versic. 6. Aretinus. Dixi in repetit. l. qđ iussit nu. 67. in præfa. ff. de re iud. Tantum abest quod verbum huius tex. presbiterum conueniat mulieribus, vt iure satis est cautum. ergo nec huius tex. decisio. l. 4. §. toties. ff. de damno infect. Itẽ forma .c. quia propter in electionibus monialium non seruatur, quã requirit hic tex sed forma. c. indemnitatibus de elect. in vi Panor. in c. ad probandũ col. vlt. de re iudic. glo. in §. & cũ humane in verbo abbatis de electio. in prag. Et in materia odiosa vt hic & pœnali appellatione abbatis non venit abbatis sa. c. quoniam de simonia &. c. postulastis. §. vlt. de cleric. excommunicato ministrant, vbi exprimuntur moniales, & in cle. vna de consang. quandoquidẽ si cõditores de monialibus intelligere voluissent, expressissent. c. ad audientiã de decimis. Maius quippe est periculum in monialibus q̃ viris, quia hæ potius facerent se saracenas, q̃ odiosam illis reciperent. c. tua nos de iureiuran. Ideo vidi quasdam nominationes per regem factas, in quib⁹ dicebat papa, prouidemus tali N. dummodo monialium maioris

rex
mina.
possit
mona
a mo
ium.

Source : BIU Cujas

&ſanioris partis conſenſus interueniat. Et ſic hæ moniales eligere poterunt etiam hodie,& in his ceſſabit regis nominatio. Item priuilegium conceſſum fratribus minoribus, vel prædicatoribus, non extenditur ad ſo rores etiam illorũ ordinum. Alexãd conſ. 15.viſoteſtamẽto.col.2.volu.4. & Bar. conſ.50. clementiſſimũ in fine volu.4. Etiam rex nõ nominat in monaſterijs conuerſarum meretricum, de quibus p collecta.in.c.2.de regula, nec ad monaſteria viduarum,ſed ipſę eligent, vel ſi ex fundatione competat prouiſio papę, ille prouidebit. Nam in hoc tex.nõ cõprehenduntur, dum dicit illorum conuentus,non dicit illarum &c.& ibi,illorum occurrente &c.

[b] prioratibus cõuẽtualibus

Priorat⁹ conuentuales q dicantur

b ¶ Prioratibus conuentualibus.] Conuentualis prioratus,dicitur religioſorũ tam ex proprietate q̃ ex communi vſu loquendi. De ripa in.c.cum eccleſia in 3.not.de cauſa poſſ.&propr.doct.in cle. & ſi principalis de reſcript. Panor.in c. cum terra not.j.de elect.vbi congregationem religioſorum dicit conuẽtum. ſecularium aũt capitulum,dixi in.5.volumus in glo.collegiatis de colla.infra, hoc pulchre declaratur in hoc textu,ibi dũ dicit religioſum eiuſdẽ ordinis,&in verſi.ſi vero, vbi ſecularis eſt inhabilis ad iſtos priorat⁹,ergo intelligit de regularibus,alias ſecularis,nõ eſſet inhabilis Prioratus vero nomen ſimpliciter prolatum ad ſecularem & regularẽ extẽdi poteſt,eſt enim prioratus verbum generale,glo.&doct.in.c.cũ de bñficio de prębend in vi,tamẽ hic debet intlligi tantum de prioratu conuentuali ex fundatione, vel ex præſcriptione.d.c.cũ de beneficio.Et ſic ratione adiuncti verbi cõuentualis, nõ cõprehenduntur hic prioratus eccleſiarum collegiatarum ſeculariũ,& per ea quę cõſuluit Geminia cõſil. 131. quoniam beneficia col.2. vbi dicit cõſtitutionem papæ diſponentẽ prioratus conuentuales vacare,ſi electi non fuerint intra ſex menſes promoti ad ordines requiſitos, non comprehendere collegiatas eccleſias ſecularium,præpoſituras vel decanatus illarum eccleſiarũ, quia in materia exorbitanti,quæ diſponit cõtra ius antiquũ, vt eſt iſta,appellatione monaſterij non cõprehenduntur eccleſiæ ſeculares, tex. & ibi glo.& ibi glo. in clem.j. de elect. in verb. monaſterijs.c.grãdi de ſupple. neglig.prælat.Ioh. And.in.c. Iohannes col.2.de regula, etiam appellatione eccleſiæ conuentualis venit eccleſia regularium,non ſeculariũ.cle.j.de rebus eccleſiæ non aliæ.Item quia tex.in.5.fina. infra eodẽ ponit differentiam inter capitulum &conuentũ,&exprimit vtrũq; ideo ſi voluiſſet iſte tex.de vtroq; intelligere,etiam expreſſiſſet.c.ad audientiã de decimis,ergo non habebit locum, ſi dignitas ſecularis eſſet electiua,& in ea ſeruaretur forma capitu.quia ꝓpter extra expreſſas in.5.ſupra proximo glo.in .5. ſed quod per electiones in verbo collegiatis de elect.in prag.quod eſt notãdum,quia vidi ſæpius dubitari. Quid ſi declaratum fuerit per papam velle cõprehendi,an cõprehendantur? Reſpoñ. non per modum declarationis,cum hic

an rex ſecula dignitates nare ſit

Source : BIU Cujas

nullo modo comprehendantur seculares dignitates electiuę non expressæ supra, eo. sed bene per modum additionis, in qua eadem solemnitas requiritur, quæ in faciendo vel in destruendo authen. econtra. C. de repud. in hoc casu requiritur noua acceptatio per regnum, sicut in alijs. Item noua proclamatio & recitatio de quibus dixi in Rub. de regia acceptatione infra, nec poterit retrahi hæc declaratio, etiam si diceretur quia extrema sũt inhabilia. Primũ videlicet à quo, quia non comprehendun tur sub his verbis, vt notat. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Nota quod is qui habet hunc prioratum conuentualem, dicitur in dignitate. c. nisi in fine de præbendis', ideo potest esse iudex delegatus papæ. c. statutum in princip. de rescript. in vi. clem. & si principalis illo titulo, quia ex quo habet collegiũ, & iurisdictionem in illos de collegio, iuxta notata in. c. cum ab ecclesiarum de offic. ordin. Oldrad. consilio. 257. fa ctum tale nu. 34. Si vero nullos habeat monachos, non dicitur habere illam dignitatem, Ias. consil. 77. præsupponitur col. 6. in primo volu. Poterit tamẽ rex nominare ad illum prioratum cõuentualem, licet nõ habeat monachos, tum quia non desinit esse prioratus cõuentualis, tum etiam quia alias esset in potestate prioris, remouendo religiosos regem sua priuare nominatione, quod nõ est pmittẽdũ, & hic textus requirit prioratum esse conuentualem, & vere electiuum, & non religiosos, ergo

[c] & vere electiuis, videlicet in quorum electionibus for

si desint, non minus nominabit rex, & quia est vere electiuus habitu saltẽ per nota. in c. j. de elect.

c ¶ Vere electiuis.) Hic probatur melius q̃ alibi in corpore iuris, quod illud beneficiũ dicatur vere electiuum, in quo ꝓceditur per electionem, & postea requiri tur confirmatio, allegatur tex. in clem. quia contingit de religios. domib. iuncta glo. feli. in c. in nostra correla. 32. de rescript. dixi in tractatu nominationũ q. 15. nu. 25. & iura loquentia de beneficio electiuo, in dubio intelliguntur de isto, in quo requiritur electio & confirmatio; aliud est beneficium electiuum, sed non vere, vtpote quando canonici eligunt, & eligendo conferunt, nec alia expectatur confirmatio, & de isto non loquitur hic text. qui expressit vere electiuis & confirmationem requirentibus, de quibus per glos. in verbo electiuis in §. sed quod per electiones, de electio. in prag. glo. in regula cancellar. 33. vide Oldra. consilio. 146. factum est tale. col. 2. Et sic excludit hic prioratus cõ uẽtualis collatiu⁹, postq̃ de electiuo expressit, arg. c. qualis. 25. dist. itellige siue sit electiu⁹ ex fundatiõe, siue ex prescriptione, priorat⁹ em̃ ex ꝑscriptione collatiu⁹, l cet ex fundatiõe fuisset electiu⁹ nõ cõprehendit hic, sed qualitas presentis tẽporis est inspicienda, c. cum de beneficio de præbend. in vi & possess. præsentis temporis attenditur. c. cũ ecclesia de causa possess. c. cõsultationibus, de iure patro. & sufficit prioratũ esse electiuum de consuetudine antiqua. Card.

Quis dicat prioratus electiu⁹, collatiu⁹, & an vterq; hic cõprehendatur

Source : BIU Cujas

consil.103. casus super quo col. 3. nu. 17. licet ex fundatione non esset, vide Dec. consil. 126. in causa, an prioratus dicatur collatiuus, si semel papa contulerit, quod nō ibidē cōcludit, quia iure deuoto cōferre potuit Card. in cle. j. de supplend. neglig. prælat. Feder. consil. 61. vacante.

d ¶ Quia propter.) de electio. Et sic nota hic, ꝙ non allegatur titulus, dum allegatur decretalis famosa, vel alia cōstitutio, vt abūde scripsi supra, ī pœmio. ī glo. iura.

Quid sit & quotuplex sit confirmatio.

e ¶ Confirmationes.) quæ in camera regis non debent fieri, quia ratione loci timetur impressio, dictū est Bal. in Rub. de postula. prælator col. pria allegat. c. qua fronte de appellat. & cōsensus præstitus per episcopū & canonicos ad mādatum regis, videtur exortus per metū, ideo potest fieri reuocatio, tex. & ibi nūcupatim Panor. in. 5. not. in c. cū olim 2. de priuileg. Et scias, quòd electio dat principium, confirmatio perfectionem ingressus officij possessionē. Bal. in Rub. de elect. col. vlt. & confirmatio est iuris quęsiti per electionem corroboratiua declaratio. Card. in cle. prima §. nos itaq; 2. not de iureiur. ¶ Nota quod cō firmatio est triplex, Prima fit occulte per surreptionem, vt ius forsan alterius supplantetur, & hæc non valet arg. d. c. quia propter in fine, & c. vlt. de elect. in vi, nec producit aliquos affectus, arg. c. cum olim de dolo. & c. cū olim de causa possess. & proprieta. Secunda est, quādo superior præmissa quadam citatione generali, nemine se opponente confirmat, & hæc approbatur in c. vlt. de elect. in vi, quę citatio habet etiā locū in electione abbatissæ, glo. in c. indēnitatibus §. j. in glo. non obstante de electio. in vi, de Ripa, consil. 14. nō videntur in 2. lib. respon. Tertia est quando superior contradictorib⁹ citatis nominatim & auditis in iudicio confirmat electionem, & de ista loquitur. c. Bonæ memorię primo de electio. & c. cum dilectus ibidem. d. c. final. de electio. in vi, & textus in. c. primo §. facta illo titulo in pragm. in glosa inquisitionis. Et quid debeat confirmans inquirere tradit ibi glosa, in verbo circunstantiæ, & si nolit confirmare, vide glos. in ca. penul. de postula. prælat. ¶ Nota tamen, quod si ad eligentem spectet electio & confirmatio eodem iure, tunc electio habet vim confirmationis, secus si diuerso. glosa in verbo electiones. c. vt circa, & in capit. primo, in verbo prouisionem de elect. in vi. Compostell. in c. cū inter canonicos de elec. Nicol. Milius in verbo elec. q. 2. Quæro an electus in abbatē & confirmatus, si post appellationem inducatur in possessionem, possit inhiberi, ne lite pendēte se immisceat? & an electione & confirmatione cassatis acta per eū valeant? tradit Aegidius de Mandelbertis in. q. 2. titius &c. Et an rex videatur confirmare statuta ciuitatis, quando iurat ea seruare, quod sic cōsuluit. Bal. cōsilio. 86. per statutū in. 3. volu. p. tex. in l. cum pater §. filius matrem. ff. de legat. 2. quod est bene notandum,

ma d c. quia propter seruari e & confirmationes electionum huiusmodi

Source : BIU Cujas

f ¶ Solemniter peti.) Vt in ca.fina.de elect.in vi, & hæc confirmatio debet peti ab electo, vel eius procuratore intra tres menſes,computandos à die prę ſtiti conſenſus, ſeu acceptatæ electionis,quam intra men ſem tenetur iuſto ceſ ſante impedimento, acceptare, alioqui ele ctio in irritum ca det.c.q̃ ſit,&.c.ſi ele ctio de elect.in vi po terit etiam confirmatio requiri per ele ctores.c. cum eccleſia & ibi notat An char.& Card.de cauſa poſſe.vel p amicum electi etiam ſine mandato, dummodo electus intra tres menſes ratam habuerit huiuſmodi petitionem. arg.l. bonorum.ff.rem ratam haberi,gloſ. in ca.dudum.2. in principio de electio. c. poſtquam &ibi Prępoſi.5°.diſt.gloſ. in verbo præſentata.§. facta de electio. in prag. vbi etiam dicit populum poſſe pe tere confirmationem electionis ſui prę lati per c. quod dei timorem de ſtatu monachorum,quia eorum intereſt habere bonum prælatum, & hæc confirmatio poterit fieri vbique,tam in eccle ſia,quam in loco ſolito reddi ius, vel in alio loco honeſto, arg.l. ſi cum dies.§.ſi arbiter. ff. de arbitris hoc expreſſim tra dit Bal. in.l. ſi vt proponis.2. in fin.C. quomodo &quando iudex,Imo. & Perus.in.c.qua fronte per illum tex.de appellat. Item papa confirmat electos ad dignitates,quæ immediate ſubſunt Romano põtifici,ſiue ſint epiſcopatus,ſiue abbatię,vel alię ſuperiores dignitates.c. nihil de elect.vbi dicit Innocent.cõſuetudinem in curia eſſe, vt non ſoleat cõ firmare,niſi duobus, qui interfuerãt electioni,præſentibus, quæ conſuetudo hodie nõ ſeruatur, vide quomodo petatur iſta confirmatio à papa, per tex.in.c.cupiẽtes de electi.in vi, imo etiam hæc cõfirmatio poteſt à papa fieri, ſiue immediate ſubſint electi, ſiue non,qa papa concurrit cũ poteſtate &iuriſdictione cum quolibet alio inferiore, ca. ad Romanam.2.q.6. c.cuncta per mundũ, & c.per principalem.9.q.3.ſic expreſſe tradunt,Card.& Imol.in.d.c.cum eccleſia de cauſa poſſ. Legatus in prouincia ſibi decreta poteſt cõfirmare. Ioan. And.& alij in.d.c. nihil in c. cũ venerabilis de conſuetud.per c.ſi abbatem de elect. in vi,& quia in prouincia ſibi cõmiſſa cõcurrit cũ quolibet ordinario,c. 2.de offic.legat.in vi. Epiſcopũ vero non exẽptum confirmat archiepiſcopus.c.illud 64.diſt.c.cũ dilectus de electione, etiã ſi archiepiſcopus nondum eſſet cõſecratus.c.quoniam.10°.diſt.arg.c.noſti.&c. tranſmiſſam.de elect. Archiepiſcopum confirmat primas ſeu patriarcha, ſi ſit, alias papa.c.qa igitur &ibi glo.63. diſt. Archid in c.de pſona. 65.diſt.&.c. mos ibidẽ.c.j.de tranſlat.epiſco.Electos autẽ ad dignitates inferiores epiſcopo, ſi nõ ſubſint immediate papę, epiſcopꝰ poterit cõfirmare in ſua diœceſi,vt abbates, &alios.c.j.18.q.2.& ibi gloſ.ca.cũ olim de maiorit. &obediẽ.Et ſede vacãte capitulũ poterit cõfirmare eos, quos epiſcopꝰ potuiſſet,glo.i.d,c.cũ olim,&in.c.j

ſolemniter peti conſueuerunt in regno, delphinatu & comitatu huiuſmodi nũc & pro tempore etiam per

Source : BIU Cujas

de tranſlat.epiſcop.Innoc.&alij in.c.ad abolendã de hæret.Ioan', de Pauinis in tract.de offic. & poteſtate capituli ſede vacañ.in.2.parte.q.4. Electionẽ vero Imperatoris confirmat papa, qui illum examinabit.c.venera bilẽ de electione. Ele ctionẽ papæ null' cõ firmat,nẽpe quia in mũdo nõ habet ſuperiorẽ.c.j.23.diſt.&hęc cõfirmatio prius fieri debet,q̃ cõſe cratio, alias non valet.c.,puida de elect.in vi,glo.&doct.in c.cũ olim de dolo.Et ſi ꝑ hac confirmatione detur pecunia , ſimonia eſt.c.j.§.ſi vero in verbo ſimoniaca de elec.i prag. Et qd' requiritur in epiſcopo cõfirmãdo vel alio,& qualiter fiat confirmatio, & quis ſit effectus cõfirmationis, declarat Bertachi.in tract.de epiſcopo,in.2.parte.3.libri , & in parte ſequeñ. vſque ad finem. In hoc regno ſublatæ ſunt, cum electionibus.

g ¶ Ceſſionem.)Factã in curia, de qua in princip.huius tituli ſupra dictũ extit. Et licet quidã voluerint ſubtilẽ præbere differentiã inter ceſſionẽ &reſignationẽ,vt gloſa in regula cãcellariæ. 43. dicens reſignationem eſſe,quando quis poſſidet beneficium , ſed cedere eſt, ius quod habet dimittere, etiam ſi non poſſideat,tamen hic non fit illa ſcrupuloſa differentia,quia ſiue abbas cedat iuri quod in abbatia habet , ſiue eam poſſideat,ſiue non, requiritur regis nominatio,vt hic probatur,&illa differẽtia gloſę confunditur per text.in c.ſuſceptum de reſcrip,in vi.ſi bene inducatur.

Ceſſio & reſignatio an differant.

h ¶ Vacantibus.] Nunc , & ſic ſecundũ quoſdam comprehenduntur abbatiæ, ſeu prioratus vacantes tempore horum concordatorum, licet alij dicant non comprehendi, ſed primæ opinioni adhæreo per hæc verba text. nunc & pro tempore &c.vide gloſam in verbo vacationem §. præfatique graduati de collat.infra , & quæ dixi infra in verbo vacantibus §. prío ſupra eodem. Quæro quot modis dicatur beneficiũ vacare? reſpõdeo multis.

ſimilẽ[g] ceſſionẽ[h] vacãtibus

Prío p mortẽ.c.ſuſceptũ de reſcr.i vi.

Secũdo p depoſitionẽ &priuationẽ c. ex literis &,c.grauẽ de exceſſib. prælat.

Tertio,per electionum caſſationẽ.c. conſiderauimus, &.c.ſuper eo cum ſimilibus de electione.

Quarto,per poſtulationũ repulſionẽ tex.in extraua.ex debito de elect. in cõmunibus.c.2.&.3.de poſtul.prælato.

Quinto per renunciationẽ ſimplicẽ, vl' ex cauſa pmutatiõis factã.c.j.de rer. pmutat.i vi.&ptotũ titul.de renũciat.

Sexto,Etiã p tranſlationẽ,nã eo ipſo qd' trãſlatus cõſentit trãſlationi , vacat prior eccleſia.c.in apibus.7.q.pria poſt tamen adeptam poſſeſſionẽ ſecũdi glo. & doct.in c.ſi quis iã tranſlatus.21.q.2. c. quanto de tranſlatione epiſcopi, cap. cum ſingula §. prohibemus de præben. in vi.

Septimo,per ingreſſum religionis & profeſſionem ibidem factam.c.beneficiũ de regula.in vi,facit c.ex trãſmiſſa. de renunciatione.c. Conſaldus.17.q.2.

Octauo, vacat primum beneficium, quãdo quis aliud violẽter occupat alio in poſſeſſionem exiſtẽte.c. eum qui.vbi dixi de præbendis in vi.

Source : BIU Cujas

Nono, Per contractum matrimonium, vel ſponſalia per verba de præſenti. glo. in cap. primo de cleric. coniugat. in. 6. Panorm. in cap. primo illo titulo.

Decimo, Per adeptionem beneficij ſecundi incompatibilis pacificam vacat primum. cap. de multa de præbē. ca. primo de cōſuetudine & in extrau. exe crabilis de prēben. in extrauag. Ioā. 22. Etiā ius ad rē Clem. gratię de reſcript.

Vndecimo, Si habens eccleſiam parochialem non fuerit promotus intra annum c. licet Canon de elect. in. 6. ni ſi iuſto fuerit detentus impedimēto. c. commiſſa de electione ibidem.

Duodecimo, ſi electus intra mēſem à tempore electionis præſentatæ, vel ſi à tēpore ſibi præſtituto nō conſenſerit, vacat prælatura. ca. q̄ ſit de elect. in. 6. extrau. ſi religioſus in cōibus de elect.

Decimotertio, Si electus intra tres menſes poſt conſenſum electioni præſtitum non petierit confirmationē iure quod habet per electionem priuatur ipſo iure. d. c. quàm ſit in fine.

Decimoquartò, vacant beneficia epiſcopi electi poſt confirmationē & tres menſes datos ad petendum conſecrationem. c. cum in cūctis. §. cum vero de elect. in. 6.

Decimoquinto, Quando habet pro derelicto. c. primo de officio vicarij. c. ex parte primo de clericis nō reſiden.

Decimoſextò, Per non oſtenſionem tituli. ca. ordinarij de officio ordinarij in. 6. & habet in rub. de pacific. poſſeſſ.

Decimoſeptimo, Quando violatur ſequeſtrum. cle. prima de ſequeſt. poſſ. & fruct.

Decimooctauo, Si quis ingerat ſe adminiſtrationi ante confirmationem cap. auaritiæ de elect. in. 6. iſta fere tradit Io. Franciſc. in tractatu de off. & poteſt. capituli ſede vacante in vl. prælud.

Decimonono, Quādo quis adipiſcitur poſſeſſionem beneficij cum ſimplici ſignatura. Feli. in cap. veniens. col. 2. de accuſat. ſed hoc iure non vtimur in Francia conſuetudinaria.

Vigeſimo, Quando qs ſe ingerit adminiſtrationi tempore ſuſpenſionis. c. primo in fine & cap. cupientes. §. cæterum de elect. in. 6.

Vigeſimoprimo, quando quis alienat res ſui beneficij, quia tunc ipſo iure vacat beneficiū illud, cuius res alienauerit. extrau. ambitioſe de rebus eccleſiæ non alien. in communibus. & dixi in compendio alie. rerum eccleſ.

Vigeſimoſecundo, per crimen hæreſis commiſſum per illum, qui poſſidet beneficium. c. ad abolendum de hæreti. etiam ſi fuerint tātum fautores, defenſores, vel hæreticorum receptatores, quia eadem pœna puniūtur. c. excommunicamus de hæret. & cap. vt commiſſi illo tit. in. 6. & dixi in bulla cœnę domini, art. primo.

Vigeſimotertio, Vacant beneficia illorum, qui ea ad preces hęreticorum dignitates, aut perſonatus ſunt adepti, & ſi illa receperint ſciēter, inhabiles ſunt ad alia. c. quicunque. §. ad hæc de hæret. in, 6.

Vigeſimoquarto, Vacant beneficia ſimoniacorum. c. inſinuatum & ibi Feli. de ſimo. extrau. cum deteſtabile illo

Source : BIU Cujas

tit. in cõmunibus.

Vigesimoquinto, Falsarij literarum papæ, c. ad falsariorũ de crimine falsi.

Vigesimosexto, Beneficia percutientis cardinalem. vt in cap. Felicis de pœnis in. 6. & cõmittentis crimen læsæ maiestatis. vt scripsi in titulo de pacif. possess. num. 201. vbi alios casus inuenies.

Vigesimoseptimo, Occidentis clericum vacant etiam beneficia. Feli. in c. inquisitionis de accusat. idẽ in alio homicida qualificato. cap. primo de homicidio in. 6.

Vigesimooctauo, Si quis cœperit clericum, & in carcere detinuerit, donec resignaret beneficium suum, est suis beneficijs priuatus. iuxta cle. multorum de pœnis.

Vigesimonono, Vacat beneficiũ illius, qui id resignauit, si non superuixerit per viginti dies, vel nõ fuerit regulæ cancellariæ derogatum. Regula. 18.

Trigesimo, Quãdo resignatio fit in curia, & non publicatur in eadem intra sex menses, vel si fiat extra curiam, & non fit intra mensem resignationis publicatio. in regula cancell. 34. quam nõ vidi i hac patria seruari, sed sufficit publicari & possessionẽ adipisci ante obitum resignantis ex consuetudine.

Vltimo, vide alios text. in quibus vacare dicitur beneficium in ca. nemo de elect. in. vj. cle. attendentes. §. statuimus de statu monachorum. extrau. vna de postul. prælatorum in cõmunibus extrau. vna. de pœnis in extra. Ioan. 22. & in extraua. vnica de sententia excõmunic. ibidem. & in cap. fundamenta de elect. in. vj. cle. fin. de prębend. not. in. c. fin. de cleric. coniugatis cap. Miror. 7. distinct. vbi præpos. c. cum bene de ęta te & qualit. & not. in ca. primo de iud.

illorum cõuentus ad electionẽ

vide alia per Ioan. Francisc. in tract. de offic. & potest. capituli sede vacãte in vlt. præludio, & quot modis capiatur hoc verbum scribit Roma. consi. 350. in casu. colum. vlt. post Ioan. Frãcisc. vbi supra in quibus locis enumerant multos modos, q possunt videri ibi.

i ¶ Conuentus.) Ergo si iure quodam speciali spectaret electio abbatiæ, vel prioratus ad clericos seculares, nominatio non pertineret ad regem, tum quia non conueniunt verba huius textus, tũ etiam quia horum requireretur mẽtio, Et hic vult derogare electioni faciẽdæ per cõuentum, & sic non per alios, nec debemus ampliare hunc textum in eo, quod ad iuris correctionem venit, quia in correctorijs non est licita extensio. tex. & ibi glo. Bar. & Ias. in authẽ. quas actiões. C. de sacrosan. ecclesijs tex. iuncta glo. in authen. de administran. off. in sacris appella. colla. 3. idem si spectaret electio ad conuentum simul cũ aliquo patrono laico, cui papa cõcessit, vt haberet suffragium in abbatia vel prioratu vacãte, tunc propter laicum reseruatur electio conuentui. per. l. si cõmunem. ff. quẽadmodum seruit. amittãt. canonũ interpretes in cap. nobis de iure patro. Dixi in tractatu nominationum. q. 15. versi. tertio nu. vj. Et sic rex non poterit tunc nominare. Item quia

Rex nom qñ iu spec elec spec ad a

Source : BIU Cujas

nunquam derogatur iuri patronat⁹ laicorum, nisi illius sit expresse facta mẽtio. c. cũ dilectus de iure patro. Roma. in repetit. l. si vero §. de viro, col. 28. ff. solu. matr. Feli. & alij in cap. in nostra de rescript. sed in hoc cõcordato nũq̃ est facta mẽtio patroni laici, sed tantum ecclesiastici. ergo illi non intẽdit derogare, nec electioni per laicum faciendæ. Præterea postquam expressit vnum, videlicet patronum ecclesiastic-cum, ergo laicum voluit excludere, vt supra sæpius dixi. Item in cap. 2. de prę bend. in. 6. prohibetur, ne quisquam cõferat beneficia in curia vacantia, & tamen non comprehẽduntur beneficia, quæ sunt sub patronatu laicorum. vt nota. in d. cap. 2. Ergo episcopatus sub præsentatione laicorum existẽtes tempore horum concordatorum non comprehenduntur, Nec aliæ dignitates in hoc tex. comprehẽsæ vt rex ad illas nominare possit. Perusi. in c. cũ i illis §. 1. de præbendis in. vj. Nec refragatur, qđ electiones sunt prohibitæ supra in ꝓximo §. secularibus, & hic regularibus, ergo nec seculares cum regularibus, nec contra eligere poterunt. Respon. in §. j. supra esse prohibitas electiones secularibus ad archiepiscopatus & episcopatus, hic regularibus tãtum ad abbatias & prioratus, ergo secularibus non est prohibitum eligere nisi in Metropolitana ecclesia, & cathedrali, ideo in alijs censetur esse permissum. arg. l. præcipimus. C. de appell. & quia in §. fin. referuantur electiones habentibus speciale priuilegium eligẽdi, igitur & istis si haberent, Sed ista hodie cessare videntur per ea, quæ in §. fina. l. eo. scribo ratione indulti post hæc concordata concessi ad vitã regis tantum.

seu [k] postulationem [l] abbatis seu prioris procedere [m] non possint sed idem rex illorum [n] occurrente huiusmodi vacatione

k ¶ Postulationem.) Prohibet hic electionem & postulationẽ, sed nõ collationẽ, præsentationẽ, & istitutionẽ. cũ magna iter ista vocabula differẽtia noscat. c, cum in in illis de præbend. in. vj. Ergo rex nominabit, quãdo electio ad cõuentum spectabat, vel postulatio. secus si præsentatio, istitutio, vel collatio abbatiæ, vel priorat⁹, ad eos pertineret, cõsiderando verba huius tex. à quibus nõ est recedendum. l. non aliter. ff. de lega. 3. sed ei est inhærendũ, sicut Bononien. carrotio glo. in. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iuris & dixi in ꝓxima glo. supra.

l ¶ Abbatis seu prioris.) Et sic nõ ꝓcedit in alijs officijs, vel dignitatibus, cum hic duo tantum exprimat. Nã qui de vno exprimit, vel duob⁹, de alijs negat. c. nonne de præsump. Nec procedit in his nisi requisita in text. interueniant, quæ infra dicam.

m ¶ Non possint.) Quod si de facto procedant, electio erit nulla. & postulatio⁹, vt patet infra in fine huius §. ibi electiones autem &c.

n ¶ Occurrente.) Ergo rex ante vacationem nominare non potest, vt supra eo. dixi in §. primo. in eo verbo & quomodocunque vacet, dum tamẽ mo

Source : BIU Cujas

do nō per obitum in curia) rex nominat, vt supra eo. dixi in verbo vacantibus in d. §. primo. Nec obstat iste tex. in verbo huiusmodi vacatiōe, qui nō debet referri ad huiusmodi vacationem, per cessionē videlicet, sed debet intelligi occurrente vacatione huiusmodi abbatiæ, vel prioratus, rex debet nominare. Et hic intellectus efficacior videtur: tum quod intellectui conueniat, tum rei subiectæ ad hæc verbis, demum scripturæ. testis est nobis Stepha. de Federic. in interpretatione legum in tertia parte sui tractatus.

o ¶ Religiosum.) Expresse professum, de abbatia est tex. in c. cū in magistrū de elect. & cap. nullus illo titu. in. vj. de prioratu in clem. ne in agro. §. sane, 2. de statu. monacho. tum quod ante professionem non dicatur proprie religiosus, quia potest religionem dimittere: doct. in Rub. de relig. domibus & supra dixi, tum etiā quia hoc exprimitur in ordinationibus regijs. rub. des mādatz. art. 6. ibi, & des ordres desquelz ilz sont profez, et non autres &c. Et in hac professione requiruntur sequentia. Primo p profitens masculus compleuerit annum. 14. Fœmina, 12. cap. primo de regula in. 6. Secundo requiritur, quod p professio fiat ei, qui potest religioni incorporare, vel de eius licentia, seu nomine eius sequente ratihabitione. ca. porrectum de reg. Sic consuluit Calder. consilio. 26. professus. Rub. de regu. Tertio quod fiat in aliqua religione approbata, c. vno de vot, & voti redemp. in. vj.

Quot in p fessiōe requiran tur.

Valeret etiam si fieret domi in manu prælati. d. c. porrectū. Et quomodo fiat? vide in cap. omnes. 27. q. prima. Quarto q p prelatus requirat consilium sui capituli, quod sequi nō tenetur, nisi ex statuto, vel regula ad id astringeret. Ioā. And. & Panor. in c. ad apostolicam in fine de regul. quia quod omnes tangit, &c. per regulam iuris. Quinto quòd expresse fiat de trib⁹ votis, alias si tantum vellet profiteri castitatem, vel vnum sibi ex tribus votis reseruaret, non valeret professio, quia contra substantiam regulæ. ca. cum ad monasterium de statu. monach. Valeret tamen si profiteretur regulam sancti Benedicti, vel aliam, non exprimēdo vota. secundum iuris pōtificij interpretes in d. c. cum ad monasterium de statu. monach. Et quod requirantur in professione tacita? declarat Panor. in c, vidua & in cap. ad nostram de regul. Siluester de Prierio in sua summa in verbo religio. 3. in q. 10. Floren. in. 3. parte summæ titu. 16. cap. 3. Si vero rex nominaret religiosum non professum, & papa illi prouideret cum derogatiōe iurium & horum concordatorum in literis expressa, an valeret? Sentit Panor. & alij in cap. 2. de testa. Ioan. de Selua. in tract. de beneficio in. 3. pte. q. 11. intelige quod in hoc casu abbas non poterit pro volūtate prioratū remouere ab isto notato p regē, postq̄ à papa est eidē p̄uisum. Dom. in. c. cū singula de præbēd. in. 6. scripsi abunde in tract. de pacif. poss. in numero. 274. cum sequen.

p ¶ Eiusdem ordinis.) Si ibidem ido-

Source : BIU Cujas

neus reperiatur. Alioqui religiosus alterius ordinis nominari poterit c. q̃ sit 18. q. 2. ca. inter quatuor de maiorit. & obedien. Tamen potest quis sana. conscientia præferre idoneum, qui est de gremio, idoneiori non existẽti eiusdẽ ordinis, nec de gremio. Panor. in c. constitutis. 2. de appellationib⁹. Nã dicitur Deuteron. 17. c. Eum constitues, quem domin⁹ tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui nõ sit frater tuus. Et sic de eodem collegio debet nominari, si sit aliquis ibi idone⁹. cap. in nomine. 23. dist. & ibi glo. & Io. de turre crema. alias facta diligẽti inquisitione alius nominari poterit. cap. obitum & ca. nullus. 61. dist. valeret tamẽ electio facta de aliquo alterius collegij. Licet male faciat eligens. c. cũ inter canonicos de elect. & ibi glo. in verbo aliam. Et si semel rex nominauerit aliquẽ alterius ordinis, vtpote qñ non inueniebatur aliquis ĩ illo monasterio idoneus, non prẽiudicatur monasterio quominus in alia noiatione debeat recipi de eodẽ ordine, si tũc idoneus reperiatur. glo. vl. in c. abbate S. Siluani de verborum signifi. Monachus vero vni⁹ monasterij nõ põt eligi in abbatẽ alteri⁹ monasterij, & ordinis cle. prĩa. de ele ctio. idem dicitur in prioratibus & officijs. in c. cum singula. 5. fina. de prębẽd. in. 6. sed hic debet nominari religiosus eiusdem ordinis, non dicit eiusdẽ monasterij. Et sic poterit noiari licet sit alteri⁹ monasterij, dum tamẽ modo sit eiusdẽ ordinis, quanuis doct. in d. cle. prima dubitẽt cũ hic non prohibeatur.

in ætate q viginti trium annorũ ad minus cõstitutum, infra simile tempus sex mensium a die vacatiõis monasteriorũ & prioratuum huiusmodi computandorum nobis & successoribus nostris, aut sedi huiusmodi nominare, & de persona per regẽ huiusmodi monasterio vacanti nominata, per nos & successores nostros seu sedem huiusmodi prouideri. Prioratus vero personæ ad illum per eundẽ regem nominatæ cõferri debeat.

q ¶ Viginti triũ annorum.) Hic derogatur c. cum in cunctis 5. inferiora. de elect. & cle. primæ. 5. cæterũ de statu monachorũ vbi tam in Abbatia, q̃ in prioratu conuentuali requiruntur de iure. 25. anni incepti, sed per hunc tex. sufficiunt viginti tres incepti quia semper vita hominũ minuitur, sicut mores, nec tantum homines hodie viuũt quãtũ olim, ideo variãtibus temporibus necessum fuit variare iura humana. c. non debet de consangui. & affinit. Et citius hodie efficiuntur homines sagaciores, & mali, q̃ olim, ideo abbreuiatum fuit tẽpus. Nec refragatur, quod ante 25. annos non poterit promoueri ad ordinem sacerdotalem. cle. vlt. de ætate & qual. quia esto sane, tamen poterit retinere abbatiã, vel prioratum. Postq̃ enim est secum dispensatum vt possit in ætate. 23. annorũ tene-

Source : BIU Cujas

re abbatiam, vel prioratũ, censet̃ dispẽsatum vt non teneatur promoueri intra annũ. iuxta notata in c. licet canon de elect. in .. facit glo. sing. in c. quia in tantum de præb. & in c. non potest eo. tit. in 6. & c. si quis in clero. .q. j. Sic expressim firmat Barba. in clem. prima, col. 54. versic. 24. de elect. Et q̃uis de iure requireretur quod abbas esset sacerdos. c. primo, & c. tuam de æta. Tamen hodie consuetudo se habet in contrarium, quę valet vt notat Præpo. in c. accedens. col. vlt. 5. dist. sequẽtia. declaraui in §. supra proximo, vsque ad versic. si vero.

Si vero idem rex presbyterum secularem aut religiosum alterius ordinis aut minorem vigin

r ¶ Secularem.) Qui dicitur omnis, q non profitetur regulam. Bal. in ca. licet de offic. ord. Et per hoc patet, ꝙ secularis non debet præfici in ecclesijs regularium, quia non congruit rationi, vt homines diuersæ professionis in vnũ congregẽtur cle. prima de elect. c. deus qui de vita & honestate cleri. ratio abhorret in vnitate deformitatem, & diuersitatem vnde statuit Innoc. 8. in reg. cancell. 41. quod nulli seculari de regulari beneficio, & nulli religioso de seculari commenda detur, nisi in signatura sup petitione huiusmodi cõmendę. de commenda. ipsa mentio fiat vide tex. in c. fi. §. prohibemus. de statu regul. incongruum enim videtur vt regulares secularibus supponantur c. dilectus circa finem de statu monach. & tres causas habiles ad depositionem prælati regularis tradit Panorm. in c. monachi, col. 2. de statu monacho. Quid si rex nominauerit secularem, dummodo intra annum sumat habitum, papa concedit isti nominato per regẽ abbatiam in commendam per annum, & posteaq̃ sumpserit habitum in titulũ. non sumit habitũ, an possit rex post annum ad abbatiã prædictam nominare alterũ? Quod sic videtur, quia deficiẽte cõditiõe deficit actus sub qua actus est factus. §. sub conditione institu. de verborum oblig. & ibi nota. Et papa sub hac conditione potuit ꝓuidere. c. si gratiosè, de rescript. in vj. postq̃ sic ꝓuidit, nõ valebit actus, nisi cõditio adimpleatur. Quid si papa solus dispẽsauerit durante anno, vt iste ꝓuisus non teneatur sumere habitum an valeat? Dicerẽ quod non, per verbũ nullatenus infra positum, quia non põt solus derogare huic cõcordato, interest enim regis & regni ĩter quos est factũ: Et quia eidẽ tũc ꝓuideret̃ sine regis nominatione. Nã lapso anno vacat abbatia, vel episcopatus. ideo papa ꝓuidẽdo nõ seruat hęc cõcordata, quãobrẽ nõ valet, quod factũ extitit, ideo nõ obstãte hac dispẽsatione poterit rex, noĩare alterũ elapso anno, qa abbatia vacat deficiẽte cõditione, vtpote qa nõ est factus religiosus intra annum. facit quod no. D. de Rota. decisi. 331. supposito in nouis. vbi concludunt dispẽsationẽ papæ nõ tenere in pręiudiciũ collationis laicorũ, & in præiudiciũ regaliorũ fuit arrestũ ꝓnũciatũ in hoc senatu. prout refert D. Ruseus ĩ tract. iuris regal. in. 18.

priuileg. per multa iura, quæ per eũ videre licet. Et an papa possit rehabilitare personã inhabilẽ in præiudicium iuris regalio. vide eundẽ D. Ruse. vbi supra in. 25. priuileg. concludentem quod non p rationes ibi dem scriptas.

ti trium annorum vel [s] alias [t] inhabilẽ nobis aut successoribus nostris infra dictũ semestre seu sedi huiusmodi nominaret, talis nominatus recusari & [u] nullatenus sibi prouideri [v] debeat. sed

s ¶ Alias.) Exclusiue ponitur. vt in l. alias. ff. de in litẽ iurã. & in. l. admonendi in fi. de iure iuran. Not. Bal. in pract. sua rub. de signific. dictionum quasi velit dicere iste tex. quod si rex putauerit secularem, vel religiosum alterius ordinis, aut minorẽ viginti triũ annorũ, vel alias inhabilẽ, q̃ supra expressum fuerit, talis noiatus recusari poterit, vt si homicida vel inhabilis de quibus in seq. glo. noẽtur.

t ¶ Inhabilẽ.) Forte nõ ꝓfessum, cle. prima. §. cęterum de statu monach. vel alia inhabilitate notatũ, de qua dixi in glo. alias idoneum supra eo. §. pximo. & in tract. de pacif. possess. in. 4. limitatiõe.

u ¶ Nullatenus.) Etiam per dispẽsationẽ. glo. in cle. vt hi qui de ætate & qualit. Et sic vult dicere tex. quod si rex nominauerit inhabilem, ꝙ papa non possit circa illũ dispensare, nec poterit eum admittere. Nam dictio nullatenus annullat actũ ipso iure. glo. in cle. vna in verbo nullatenus de sequest. possess. & fruct. similis in. l. siqua. C. ad Velleia. Et idẽ est dicere nullatenus sibi prouideri debeat, quantum si diceremus, si secus actum fuerit decernimus irritum & in auth. glo. i regula Cancell. 43. Feli. in c. cum accessissent col. 4. numero octauo & c. ex parte. col. 5. num. 7. de cõstit. vide quæ in illis locis congessi. Sed licet tollatur dispẽsatio inferioris ꝓ hoc verbũ nullatenus, non tamen superioris Corset. in sing. incipiẽ. nullatenus. Quod est verum, nisi ponatur in cõtractu, vt hic. Alioqui papa semper admittere posset primum, & nũquam haberet locum iste text. quod regularis obtineret abbatiam, sed secularis quidã iuuenis male instructus reciperet, ob id & monachi, & abbatia in irritũ caderẽt, ideo hic tex. dicit, qd̃ recusari debeat. Alias conuentus se opponere poterit in receptione istius, quia contra legẽ regno datam fit, nisi forte magna & rationabili ex causa per ambos dispẽsatum esset, quæ non præsumitur, nisi in literis regis & in literis papæ habita sit expressa mentio per supradicta. & per glo. sequentem. Et nisi hæc seruentur actum est (proh dolor) de monasterijs huius regni.

v ¶ Debeat.) Cum negatiua præcedat necessitatem importat. cap. proposuit cum glossa de appellat. cap. primo de regu. iuris in. 6. Et sic astringitur papa ad prouidendum hoc modo. Quid si aliter prouideat? Respond. non valebit prouisio etiam cum derogatiõe. Tũ quia hic ligatur clausula derogatoria, quæ est appositа in fauorẽ regni & regnicolarum, ideo regnicolę se oppone-

Source : BIU Cujas

re poterunt c.nullus.61.distinct. ibi sit facultas clericis renittendi si se viderint prægrauari &c. Nam cõtractus est etiam factus cum regnicolis, ideo sine eorum facto rescindi non debet.l.sicut C.de act. & oblig.

Dixi in præfa. ad rub.de collat.infra eo. & rex non intẽdit in ecclesijs sui regni inhabiles esse recipiendos. Et quãdo pro aliquo ihabili scribit prẽsumitur circunuentus. Bal. in ca.cum olim de re iud.&c.

x ¶Intimandæ.) Quid si papa non recusauerit, sed admiserit inhabilem, postea alius impetrat. An ista impetratio regi debeat intimari, quod non crederem,quia tantum loquitur de recusatione intimanda regi,quando est intra tempus,intra quod rex potest nominare,si ergo lapsi fuerint nouem menses, excluſus est rex, ergo pleno iure papa cõfert,iure videlicet deuoluto,arg.not. in cap.2. de conces.præbendæ. Et hæc prouisio non est regi intimanda, nisi vt prouisus iuret fidelitatem illi, ad quam rex istũ admittere debet,nisi regi sit odiosus, & infestus vt in.§.primo supra eodem in verbo ꝓuideri scripsi.

Tredecim req. sita antẽ q̃ possit qs nosari ad abbatiam.

y ¶[Modo supradicto.) Requiritur primo,quod nominandus ad abbatiam vel prioratum conuentualem sit religiosus, patet in hoc tex.ibi religiosum.

Secundo, quod sit eiusdem ordinis, ibi eiusdem ordinis,& dixi supra in eo. verbo.

Tertio,quod sit saltem in ętate viginti trium annorũ in tex.ibi in ætate 23. annorum vt supra declaratũ extitit.

Quarto,ꝙ nomi net à rege, ibi sed idem rex &c.

Quinto,ꝙ vacet abbatia, seu priora tus,quia ad vacatura non potest rex nominare, ibi occurrente huiusmo di vacatione.

Sexto, ꝙ rex intra tempus sex mẽsium nominet, vel à die recusationis primi, postea per alios tres mẽses,vt supra dictum extitit.in.§.j.supra eo.

Septimo,ꝙ hæc recusatio facta p papam intimetur solicitatori regis, ibi supradicto modo intimandę vt est dictũ in.§.primo supra eo. Octauo,ꝙ priorat⁹ sit vere electiuus, nõ collatiuus,ibi vere electiuis & supra scripsi.

Nono,ꝙ electio spectet ad cõuẽtum, secus ergo si ad seculares vel alios vt supra dixi. Decimo,ꝙ in eius electione seruetur forma. c. Quia propter.de elect.i.vt est in hoc tex.videre.

Vndecimo, ꝙ sit cõuentualis prioratus,ergo nõ cõprehendetur alius,ibi in tex.cõuẽtualis. Duodecimo,ꝙ hęc nominatio fiat papæ,ibi nobis aut successoribus nostris &c. Vltimo requiriẽ, ꝙ noiand⁹ sit'expresse ꝓfessus glo.i verbo religiosũ. supra eo.& hęc notãda sũt.

rex ipse infra trimestre à die recusationis[x] supradicto modo[y] intimandæ computandum alium modo supradicto qualificatum monasterio seu prioratui tũc vacanti nominare,& de persona ad monasteriũ noĩata illi prouidere. Ad prioratũ vero noĩato prioratus ipse per nos & successores nostros seu prædictã sedẽ

Source : BIU Cujas

cõferri debeat. [a] Alioqui dictis nouẽ mẽsibus [b] efluxis [c] nulla seu depersona minus idonea, & mõ præmisso in qualificata facta noïatione, ac etiã vacãtibus [d] apud sedẽ prædictam semper etiã nulla dicti regis [e] expectata nominatione per nos & successores nostros seu sedem prædictam, monasteriis prouideri, prioratus vero personis vt præfertur qualificatis duntaxat conferri libere

a ¶ Alioquin.] Mirabilis dictio est, nõ solùm faciens orationem conditionalem, sed in seipsa continet dispositionẽ contrariam præcedenti dispositioni. Et exponitur id est si prædicta nõ fuerint. Bar. in l. prima, col. 3. ff. de cõdit. & demõst. Corneus consil. 253. li cet, col. 3. Perus. in. c. mãdato, col. 2. de præbend. in vi. Alijs etiã modis accipitur, vt p Alberic. i diction. in verbo, alioquin, & plene per Ias. in §. in personam. col. 3. inst. de actio. Panor. & alios in c. quoniam in fine de decimis glo. in l. si cui legata. ff. de fidei commissa. libertatib. glo. & docto. in c. constitutus de testib.

b ¶ Efflúxis.] In totũ Alioqui si vnus dies remaneret, non poterit papa prouidere c. commissa de electio. in vi. Et si ante prouiderit, nulla erit prouisio, vt in versic. electiones sequeñ. Nam in priuatiuis requiritur, quod totum tempus sit elapsum. Bal. in. c. cum in cunctis, col. j. de elect. intellige tamen vt scripsi supra eo. §. primo, in glosa dispendiose.

c ¶ Nulla.] Nota ex hoc verbo cum sequenti, quod paria sunt non nominare, vel nominare minus idoneum. l. quoties. ff. qui satisdare cogan. & ibi Ias. & alij, & nulla differentia est, non interueniat auctoritas tutoris, an perperã adhibeatur. l. 2. ff. de aucto. tuto. quippe non quæuis exhæredatio submouet filium à contratabul. bono. possessione, sed quæ rite facta est. l. non putauit §. nõ quæuis ff. de bono. posse. contra tabul. Multa addidi ad l. 4. §. condẽnatum. ff. de re. iud. & ad. d. l. quoties quę alibi seruient.

d ¶ Apd sedẽ) Per obitum tantum, cum in princip. huius titu. voluerit beneficia etiam per cessionem vacantia, spectare ad nominationem regis, quæ potest fieri in curia, & ideo vacabit tũc in curia, p glo. in cle. pria vt lite penden. sed intellexit vt supra §. primo, versi. alioqui qd si vacet in curia p obitũ, papa sine regis nominatione prouidere poterit. Nam sequentia declarantur ex pręcedẽtibus. l. hæredes §. sed si notã. ff. de testa. & l. si seruus plurium, in fine de lega. prío, proinde supra in princip. huius §. expressit etiam per similem cessionem vbi scripsi.

e ¶ Expectata.) Et sic papa tenetur expectare regis nominationem per nouẽ menses, quando antea non fit, sed si fiat prima & altera intra tres menses nõ tenebitur amplius expectare vt supra dixi in hoc titu. §. primo, glo. dispendiose, & hic traduntur limitationes. Prima, quando rex non nominauit intra nouẽ

Tres casus in quibus papa quidet sine regis nominatiõe

Source : BIU Cujas

menſes,tunc libere papa prouidet, non expectata regis nominatione. Secunda quando nominauit inhabilem, & non qualificatum,vtſupra,in.§.primo dixi. Tertia, quando vacat in curia tantum perobitum in his etiã caſibus tenetur qualificatę perſonæ papa vt ſupra prouidere. Nã licet poſſit prouidere libere,id eſt ſine regis nominatione, debet tamen puidere de perſona qualificata. Et hoc videt ſentire tex. ibi: Prioratus vero pſonis(vt præfert qualificatis)dũtaxat cõferri libere poſſint, &c. Dicit in ſimili Bal. in c.fin.col. prĩa de electi.q licet canonici poſſint dare ſpõſum eccleſiæ, tamen intelligitur de tali ſponſo,quem habere non ſit luctui, nec dedecori eccleſiæ,arg.l.3.§.ſi emancipatus.ff.de bono.poſſ.contra tabu. Sic nec pater,qui in poteſtate habet filium, poteſt luctum filij procurare.l.final.C. de ſentẽtiã paſſ. nec patrimonij onus euertere,vel diſſipare.l.Imperator.ff.ad Trebel. Bal.in.c. fina.col.prima de elec. Sic videtur in papa,& alio prælato,vt non debeat monaſterium euertere,& luctũſiliorum procurare,quod multi non ſeruant,ideo ſi hominum conditiones nõ mutentur,in vanum deſcriptus erit hic §.quia monaſteria inuenientur nulla, vel admodum pauca, quod dolẽdũ eſt. totis enim neruis probi veteres religionem induxerũt. Hodie peruerſi iuuenes religiones vt cum maxime abolere conantur,ſed ij deſtruentes deſtruẽtur, & in inferni ignem mittentur perpetuũ.

Tres caſus in q̃b papa qui det ſine regis nominatiõe

poſſint.[f] Electiones autem & illarum confirmationes, necnõ prouiſiones per nos & ſucceſſores noſtros, ac ſedem prædictam contra prę miſſa pro tempore factas nullas irritas & inanes eſſe decernimus.

¶ [a] Per præmiſſa tamen non intendimus [b] in aliquo

f ¶ Electiones.) Ecce clauſulam derogatoriam ad prædicta eadem eſt poſita in §.ſupra proximo in verſi. decernẽtes &c. & ibi dictum extitit. Sequitur §.vlt. quem interpretandum aggredior.

§.Per præmiſſa.

a ¶ Per præmiſſa.) Hic §.vlti. tres habet partes. Prima reſeruat electiones eccleſijs habentibus ſpeciale priuilegium eligẽdi. Secũda declarat quam formam electores ſeruare teneãtur,ſi forma in priuilegijs expreſſa nõ fuerit. Tertia tradit quomodo ſit faciẽda fides de huiuſmodi priuilegijs. Secunda ibi,Et ſi in eorũ. Tertia ibi,Dũmodo,& hoc fit loco ſum marij ad iſtum §.vltimum.

b ¶ In aliquo.) Nec in forma,nec in electione libere facienda per illos.nam dictio aliquo hic poſita ſignificat, q̃ non vult prę iudicare etiam in minimo,glo. in cle.vna, in verbo aut eorũ aliqua.de for.compet. Et ſic per iſtum text.dicũt quidam Romanum pontificem nõ poſſe in dignitatibus vel in officijs electiuis in hoc regno electores præuenire, alias prę iudicaret electionibus iſtorũ. Sed in contrarium facit quia Rom. Põtifex infra de mãda.apoſtolicis.§.d. clarantes reſeruauit ſibi generaliter prę-

An in e uis p præ nire gent

uentionem in omnibus, ergo & in iſtis electiuis nec refragatur iſte tex. quia dicit per præmiſſa, non intendit papa præiudicare capitulis habentibus ſpeciale priuilegium eligendi, ſed per prȩuentionē quod nolit præiudicare, non prohibet hic tex. Et cum plenaria diſpoſitio omnium beneficiorū ad papam pertineat. c. v. de præben. in vj. ergo & iſtorum electiuorum, etiā quia non inuenitur prohibitum, & ſic permiſſum, q̄uis per pragmaticā eſſet prohibitum, tamen eſt abrogata per hæc concordata, quę ſuccedūt in locū illius, vt ſupra ī proœmio patet, & per hęc cō cordata nō eſt prohibita prȩuētio, imo permiſſa. Ergo poterit papa etiā in electiuis eligentes præuenire, licet quidā teneant cōtrarium, quorum opinio eſt vera, quando nominatio ſpectat ad regem per ſupra dicta. Secus ſi electio ſpectat ad capitula, vel conuentus per. d. 5. declarantes, & quia maiorem ſibi papa poteſtatem retinuit, q̄ cōceſſerit his eligentibus, per. c. dudū de præbend. in. 6.

c præiudicare d capitulis

c ¶ Præiudicare.) Id eſt præiudiciū dare, poterit tamen fieri permutatio, vel ſimplex reſignatio prioratus, vel abbatiæ, ſeu alterius dignitatis coram papa, quando nominatio non ſpectat ad regem, ſed eligentes ſpeciale habent priuilegium eligēdi, nec prohibetur hic, quia per hunc textum non intendit tollere electionem, quando habent priuilegia eligendi, tamen ſe non adſtringit papa quo minus occurrēte vacatione (de qua dixi ſupra) quin per eum poſſit fieri prouiſio, nā de iure hoc poteſt, ergo in hoc non eſt iuri derogatum per hunc textū. Nec refragatur quod ſupra dictum eſt, videlicet papam non poſſe prouidere, quādo nominatio ad regē ſpectat, quia illud intelligitur, quando conceſſit eidē nominationem per contractum vt hic, ſecus ſi per priuilegium ſeu per legem, quia hoc ſicut legem reuocare poterit, vt dixi infra, in prȩfa. ad Rub. de colla. Contractus enim difficilius tollitur q̄ priuilegium, & ſic poteſt papa hic derogare capitulis eccleſiarū habentibus priuilegium, tam quoad ſuſpenſionem q̄ prȩuentionem.

Electiones non ſunt ſublatę in eccleſiis collegiatis ſecularibus.

d ¶ Capitulis.) Et per hoc dicebant quidam ſumendo argumentum à contrario ſenſu, quod hic cōprehenduntur eccleſiæ collegiatæ, videlicet vt etiam nō poſſint eligere Decanum, Præpoſitum aut ad aliam dignitatem, cū hic faciat mentionem de capitulo, quòd eſt eccleſiarum ſecularium. c. capitulum de reſcript. Sed reſpoñ. per hunc tex. nō cōprehendi eccleſias collegiatas ſeculares quo ad regis nominationem, vt in eis illam habeat, quia inducta ad vnū finem non debent operari contrarium. l. lega ta. ff. de legat. primo, ſed hęc clauſula eſt inducta ad tollendā dubitationem, per quam poſſet quis dubitare, an per ſupra dicta ſit etiam abrogata electio in eccleſijs habentibus ſpeciale priuilegium eligendi. & tex. reſpondet, quod non p præmiſſa intendimus præiudicare capitulis eccleſiarum cathedraliū, vel metropolitanarum, quominus eligere poſſint ſi habeant priuilegia eligendi à papa, & idē in conuentibus decreuit. vide Ioan.

a in. tiui's efi. tiões pere it.

Source : BIU Cujas

Francis.in tract.de offic.& potestate capit.sede vacante,in 5.præludio. Hodie vero ratione benemeritorũ Regis Frãciæ papa Clemens septimus sperans eũ dem in persona nominanda,deum præ oculis semper habitu rum,de fratrum consilio suspendit priuile legia capitulis metro politanarum & aliarum ecclesiarũ cathedralium,&conuentibus monasteriorum,præterq̃ eorũ, quæ per generales suorum ordinum reguntur,seu regi consueueruut, eligendi sibi prælatũ concessa,q̃diu vixerit rex Fran ciæ nunc existens,& potestatem nominandi in his ecclesijs eidem regi cõcessit,electiones &postulationes cõtra præ missa attentatas nullas decernendo, vo luit tamen idem summus põtifex regẽ seruare in nominatione qualificationes prædictas in.§.j.&.2.supra eo. Alias cas sa &irrita omnia quæ fierent contra cõ cordata,statuit. Hoc fuit concessum an no.1531.quinto Idus Iunij, pontificatus sui anno.8. publicatum & registratum in magno consilio,anno 1533.die sexta Octob.&sic vides regẽ posse nominare etiã in ecclesijs habẽtibus speciale priui legium eligendi,ex hoc edicto. Nonne requiratur per prelatos Franciæ ac regni noua acceptatio,& publicatio,cogita,&decidas per ea quę dixi in glo.prio ratibus supra eo.§.monasterijs, proinde non prohibet edictum hoc(Per edictũ enim nihil est immutatum) quominus possint adhuc eligere Decanũ,Prępositũ,vel ad alias dignitates iferiores,quia edictum tantum expressit archiepiscopatus,episcopatus,abbatias,& prioratus conuentuales. Ergo ad alias dignitates non extendetur ,etiam quia nõ excedit terminos concordatarum, quæ in proxime dictis tantũ pro cedunt, quod est not. quia sæpius super his fui consultus.

Suspẽsio generalis alectionũ ad vitam regis.

ecclesiarum &conuentibus monasteriorum & prioratuum huiusmodi [e] priuilegia [f] a sede apostolica

e ¶ Priuilegia.) Non ergo sufficit quod de iure cõmuni habeant facultatem eligendi,sed requiritur priuilegiũ,nec obstat si dicatur facilius tol li priuilegium q̃ ius commune.l.eius.§. si militia.ff. de test.milit. Respoñ.verũ esse,quando conditor iurium priuilegiũ vult tantum tollere,secus si ius cõmune tollat tantum, & priuilegium reseruet, vt hic Lãcel. galiaula,in.l.cẽturio col.3 not.3.ff.de vulga. Item quando quis ha bet priuilegium eligendi & ius commune, duplex funiculus difficilius rũpetur.c.primo de treug. Authen.itaque C. cõmunia de succession. & sublato iu re communi adhuc remanet priuilegium.l.si domus.ff.de seruitu.vrba.prædio.c.ex tuarũ de auctoritate & vsu pal lij text.reputatus singul.in.l.decurionibus .c.de silentia.lib.12. vbi per reuocationem priuilegiorũ nõ videntur reuocata priuilegia alicui specialiter cõcessa, sic cõsuluit Alex.consil.vlt.in fine volu minis quarti,maxime hic, quia exprimitur. Nã priuilegiũ potuit dari ob bene merita,ideo hic noluit ea tollere, & sic reseruat electionem habentibus priuilegia eligendi.

f ¶ A sede apostolica.) Hic patet à quo

Source : BIU Cujas

debet haberi iſtud eligẽdi priuilegium, quia à ſede apoſtolica, quæ in his plena riam obtinet poteſtatem.c.2. de prębẽ. in vj. Adeo quod ſi eccleſia haberet priuilegium eligẽdi ab alio, videlicet â legato,vel alio,non reſeruaſ hæc electio ecclesijs habentibus illud priuilegiũ ab alio q̃ à ſede apoſtolica, vt patet hoc in tex. ibi à ſede apoſtolica proprium eligendi prælatum obtinẽtibus,&c.ideo opus eſt quod oſtendant à quo habuerint, vt infra dicitur. Et nota quòd hoc priuilegium conforme *iuri* communi eſt latiſſime interpretandum,licet alias regula riter contra. Bal.per illum tex.in c.inter corporalia col.2.de tranſlat.epiſcopi.Bar. & alij in l.beneficium.ff.de conſtit.principum Fely.in c.cauſam de reſcrip.Electio ergo poteſt alicui competere,tam ex priuilegio,q̃ de conſuetudine,vel de iure tex.in.c.cumana,iuncta glo.de elect.non tamẽ reſeruaretur hic ſi alia ex cauſa q̃ ex priuilegio competeret, vtpote ſi ex præſcriptione, vel conſuetudine, per not.in c.cum eccleſia de cauſa poſſe.& gloſ.in.d.c.cumana.

g ¶ Propriũ.] Ergo ſi electores haberẽt priuilegiũ eligẽdi prẹlatũ in alia eccl'ia, &ſic nõ propriũ,nõ poſſẽt eligere p hũc tex.dicẽtẽ ꝓpriũ, de quo tractaſ in c. cũ eccleſia ſutrina.de cauſa poſſ. &.c.cũ dilectus de conſuet.vnde dicit tex. nemo dicat propriũ,qd' eſt cõmune, in c.ſicut hi.47.diſt. Proprius dicit multis modis,propri⁹ hæres,dicitur cõſanguineus l.j. ibi vel in hæredes ꝓprios iure ſanguinis trãſfuderũt, vel in extraneis.C. de anno ciuil.lib.11.plene ꝓbat.d.Chaſſa.in cõſuetud.Bur.in Rub. des ſucceſſions.§.3.glo.a ſes vrays heritiers. Item cauſa ſeu lis dicit ꝓpria, cuius dãnũ vel emolumentũ ad aliquẽ ſuo nomine pertinet.l.j.§.propriũ.ff.qñ appellandũ ſit, glo.in c.auctoritate de priuileg.in vj.vnde ſi canonici Aurelianeñ.haberẽt priuilegiũ eligendi prẹlatũ Pariſieñ.nõ reſeruaretur eis hoc in tex.priuilegiũ eligendi,quia prælatus Pariſieñ. non eſt ꝓprius prælatus Aurelianeñ. & hic tantum loquitur de proprio prælato,quod eſt notandum.

8 Proprium eligendi[h] prælatum[i] obtinẽtibus, quomi

h ¶ Prælatũ.) Large accipit tã ꝓ archiepiſcopis,epiſcopis,q̃ etiã abbatib⁹,&priorib⁹ cõuentualibus,glo.c.null⁹de elec. in.6.glo.&doc.in cle.j. in verb.prẹlatũ de elect.vñ vult dicere hic tex.qd' papa nõ vult prẹiudicare eccleſijs habẽtibus priuilegia eligẽdi ꝓpriũ prẹlatũ,ſiue habuerit priuilegiũ eligẽdi archiepiſcopũ, ſiue epiſcopũ,ſiue abbatẽ, ſiue priorẽ cõuentualẽ,vt j.declaraſ, illi eiñ dicunt p̃ lati,ſi ſint ꝓpetui. Bonifa.in cle.j.col.j. de ſupplen.neglig.prælatorũ. Et ſic rex nõ poterit noíare ad prælaturas triẽnales, de quibus in eccleſia ſancti Sulpitij apud Bituriges,quia cõditores nõ intendunt reformationẽ ſic factã tollere, & dare eiſdẽ abbatẽ reformatiõis religioniſq; deſtructorẽ, vt reperiuntur multi hodie.Sed vẹh illis,neſciũt quid faciũt, ſcietis enim(vt teſtatur Chriſt⁹)poſtea, ſcilicet cũ in inferno cruciabimini,vide quę dixi de prælato.in tractat, de pacif.poſſe.in.10.ampli.nũero.63.&ſeq.

i ¶ Obtinẽtibus.) Cũ effectu, vt dixi in

Source : BIU Cujas

glo. obtinet in forma mandat. infra. An hoc priuilegiū ꝑdatur per nō vſum, &intra,quod tēpus? vide tex, & ibi plene doct.in c.cū acceſſiſſent de cōſt.glo. & doct. in c.vt priuilegia de priuileg.l. primam.ff. de nundinis & Ioan. Franciſ. Bal. in trac.de præſcri. in.4.par te.5.partis.q.4.col.60.& ſeq.Et Claud. de Seycel.& Iaſ.in l.beneficiū.ff.de conſtit.princ. Et vndecim modis perditur priuilegium,quos tradit Lucas de penna in.l.pennlt.C.de vetera.lib.12.

k ¶ Ad electionem.)quæ tripliciter accipitur. Primo paſſiue, vt eligatur is.q eſt de gremio.c.cū dilect⁹, & ibi Barb. col.14. de conſuet. vel idoneus.c.cū in cunctis de elect. ſicut teſtamēti factio. §.teſtamēti inſt.de hæred. qualit.& diffe. Secundo capitur pro confirmatione, & hoc quando emanat ab eodē fonte, vtpote ab eo qui per negligentiam nō eligentiū ꝓuidet, gloſ.in c.j.de elect. in. vj.c. ne pro defectu de elect. Barba.in proprijs terminis in.d.c.cū dilect⁹.col.14. Tertio capitur ꝓ electione actiua vt hic, & regulariter in Rub. de elect.in decre.& in.vj.glo.in cle.vl. illo tit.&ad hanc electionē admittitur quilibet de collegio,niſi à iure ꝓhibeatur.c.j.de elect.Hoſtien.in ſumma illi⁹ titul.§.quis poſſit. Proinde qui perdidit electionē actiue non perdidit paſſiue, vtor verbis Bal.in c.irrefragabili in fine de offic.ord. Vitiaturq; hæc electio pluribus ex cauſis. Prima eſt, quando fuit facta p ſecularis poteſtatis abuſum c.nullus.63. diſt.c, quiſquis de elect. & ſupra tit.ꝓximo in gloſa ꝓ abuſum quā

Electio quot modis vitiet

nus k Ad electionem

do hoc modo dicatur fieri enucleaui. Secūdo ſi fuerit facta per canonicos & laicos ſimul.c. Maſſana de elect. Tertio ſi omittatur forma,cap.quia propter de electio.vel vna ex illis formis,vel mox non publicetur, vt ibidē dicitur. Quarto ſi fiat electio à ſuſpēſis, vel de ſuſpēſo.c.cū inter R.de elect.&.c.cū dilectus,& ibi gloſ.& doct.de conſuetudi. Quinto ſi à minori parte capituli facta fuerit.c.cumana de elec.nec ſufficit maior pars,niſi ſanior ſit c.eccl̃ia.2.de ele. &dicitur maior reſpectu totius capituli &nō aduerſariorū,c. licet ī fine de elec. Sexto,quādo nō prę̃ſtito iuramento ante electionē eſt proceſſum ad eligendū, in prag.ſanctio.Rub.de elect. c.j. Septimo,quādo nō audita miſſa ſpiritusſancti eligūt,vt ibidē dicitur. Octauo, qñ ſacramentū euchariſtiæ eligētes añ electionē nō ſuſceperunt,vt ibidē patet,& glo.in verbo ſuſcipiāt,dicit hoc ꝓcedere in electionibus epiſcoporū & abbatū in electionib⁹ vero aliorū, vt prioratuū non. Nono, ſi tractare incipiāt de electiōe,&eligāt anteq̃ corpus epiſcopi ſit traditū ſepulturæ,c.bonæ memorię,ſupra de elec.vbi dicit Panor. hoc eſſe de honeſtate,& nō neceſſitate,ideo ſi canonici timēt impreſſionē principis,ſtatim mortuo prælato eligere poterunt.c.epiſcopo primo ibi,qui poſt obitum quieſcētis poteſtatem habent.8.q. prima ſequitur Guido papæ in conſilio.206. circa. Decimo, quando habitus eſt tractatus ſeu collegium cum illo, qui erat eligendus,vel cum amicis ſuis.c.per inquiſitionem de elect. quia tunc videtur

Source : BIU Cujas

præsumptio simoniæ,&ambitus, hodie omnes electiones vitiarentur,quia vix fit electio sine rogitu,&promissionibus præcedentibus,vt titulo proximo dictũ extitit supra,& ideo poterãt dici requirentibus sumptuosæ electiones. Vnde cimo, si fiat electio post appellationem legitime interpositã.c. considerauimus &.c.cum nobis ac.c.auditis de elect. de ripa lib.2.respon.c.13.appellatio. Duo decimo, si præstitit suę electioni assensum,anteq̃ eligeretur ratione ambitionis.c.cum post petitam de elect.satis dicuntur hodie præbere assensum, postq̃ *ante electionẽ promittunt,& ante mortem currunt* ad eligentes,ita quod non expectant mensem ad consentiendum vt dicitur in.c.q̃ sit de elect.in vi.cõtra *id* quod in c. fina. 4.dist.habetur,quicũque desiderauerit primatũ in terra inueniet cõfusionẽ in cœlo, nec inter seruos Christi cõputabitur,qui de primatu tractauerit. Decimo tertio,si fiat clã.c.qa propter.§.fin,de elect. Perus. in c.si tibi absenti de prẽben.in vi. Decimo quarto,si fiat simoniace,etiã ignorãte electo. c.si alicuius de electio.nisi hoc fuerit in fraudẽ electi factũ.c. nobis de simo. & supra tit. ꝓximo dictũ extitit in glos.simoniacis. Decimoquinto,si fiat electio secũda,prima nõ quassata.c. cõsiderauimus de elect.quia ꝑ primã contractum fuit matrimoniũ inter ecclesiã &electũ c.cũ inter canonicos de elect. Ideo non potest aliud contrahere,illo non dissoluto, nisi esset secunda electio facta de primo electo.de Ripa lib.2.respoñ.c.15 canonica. vel nisi prima sit ipso iure & notorie nulla.c.cum terra eo titu. Panor.in.c.auditis,col.penult.ibidem &c. illud de iure patro. Decimo sexto, si compromissarij contra formam eisdẽ datam eligant.c.cum dilectus de elect. facit.c.cum dilecta de rescrip.& ibi plene doct. Decimoseptimo, si fiat ad clamorem populi.c.Osius de elect.vanę enim voces populi non sunt audiendæ, l.decurionum. C.de pœnis, vnde non valet manumissio ad clamorem populi facta.l. si priuatus. ff. qui & à quibus manu.lib. non fiant. Decimooctauo, si non fiat in ecclesia.c. quod sicut de elect.vel in capitulo,vel in loco, in quo est solita fieri.c.cum terra de elect.glosa tamen in.§.&cum humanæ, in verbo locum de elect. in pragm. dicit non esse vim vbicunque fiat, dummodo intra ambitum ecclesiæ, quod intelligerem,nisi consuetum esset eam facere in capitulo,tunc facta extra sine causa nõ valebit.c.in nomine versic.quod si prauorum.23.distinct. Decimonono, si fiat post tres menses.c. ne pro defectu de elect. nisi iusto impedimento fuerint impediti. Rofre. in summa libello. iuris canonici Rubr.de causis propter quas vitiatur elect.10. Vigesimo, si electus añ confirmationẽ administret c. auaritiæ de electione in vi. &.c.qualiter &.cap.bonæ illo titulo.in decreta. nec valet consuetudo in contrarium. Aucha.consil. 51. Vigesimo primo, si fiat ab excommunicatis,vel de excommunicato.c.venerabilem de elect. cap. constitutus,& ibi glos.de appellat. dixi in repetitione.c.postulastis in.2.notab. de cleric. excommunic.ministran.

Vigesimosecundo, si fiat ab interdi-

Source : BIU Cujas

ctis,vel de interdicto.c.primo de postu lat.prælator.c.cum inter.R.de elect.

Vigesimotertio,si eligatur inhabilis &indignus.c.cũ in cũctis.§.fin.&,c.scri ptum de elect.& quis dicatur inhabilis tradit Hostien. ĩ sum ma.de elect.§.quis eli gitur,vbi scribit hos versus.

Anni triginta,sacer ordo, pura volũtas
Et morum grauitas, sapientia, sponsa parentis,
Concurrens fama,decus hoc dant pon tificale.

Prosequere vt per eũ,&per ea quę dico in tract.de pacifi.poss.in.4.limitatiõe.

Vigesimoquarto, si de aliena ecclesia fuerit electus,,& nõ postulatus,c. innotuit,de elect. Vigesimoquinto, si fiat per subreptionis astutiam.c. cum dilectus de elect. Vigesimosexto,qñ electio fuit sigillatim &singulariter facta c.in Genesi de elec.glo.in.c.nullus. 63. dist. & in c.sicut de electio. in vi. glos. in verbo conueniant.§. & cum humanę de elect.in prag. idem si non fiat vno contextu. Bonifa.in cle. ne Romani.§. porro circa finem de elect. sicut testamentum.l.hæredes.§.fina.ff.de testamẽ.

Vigesimoseptimo,si in abbatem, vel in priorem eligatur non professus.c.cũ in magistrum &.c.officij.&c.cum causam de elect.c.nullus illo titu.in vj.

Vigesimooctauo, si aliquo vel aliquibus contemptis fiat.c. quod sicut & c.venerabilem eo.titu. idem in postulatione,c.bonę.de postula. prælatorum. & in permutatione facta non vocato patrono, qui habebat ius præsentandi, glosa in verbo die.§.&cum humanę de elect.in prag.

Vigesimo nono, si electio fuerit sine causæ cognitione confirmata. c. nihil de elect.&.c.fina.illo titul.in vj.

Trigesimo, si fuerit factus monachus ea causa vt eligeretur c.cum ad nostram de electi.

Vltimo,si fiat electio conditionalis, vel alternatiua. c.2. de elect. in vi.alia quę cõtra electiones opponi possunt,tradit Nepos de mõte albano in rub.cõtra electiones prelatorũ. vbi licet alia videre. Hęc tamẽ ita cumulata &in ordinẽ redacta nusq̃ reperies, licet multa tradat Petrus Viassius in tractat.directorium electionũ nũcupato in.2. parte.c. vlti. Notandum est, q̃ quando electio annullatur vitio personę, electus nõ potest promoueri,si vero vitio electiõis sic c.super eo de elec. vnde cautela est, qd quando cassatur electio,quod causa inferatur,sicut quando quis remittitur ab exercitu. l. 2. ff. de his qui nota. infa. Et quãdo tutor à tutela remouetur, alio qui vitio electionis censetur electio reprobata.l. hæ enim. ff. de suspect. tutor l.si præses de pœnis. Io.An. & alij in.d. c.super eo.

1 epiſcoporũ ac abbatũ &prio

l. ¶ Episcoporum.) Idem si haberent priuilegium eligendi archiepiscopum, quia non intendit papa derogare capitulis ecclesiarum obtinentibus speciale priuilegium eligendi,si ergo metropolitana ecclesia habeat speciale priuilegium eligendi,eligere poterit, licet hic non fiat speciatim de ea mentio. Episcopatus quippe in ecclesia est nomen

Source : BIU Cujas

generale, quod ſibi etiam papa non ve
retur aſſumere, vt in proœmio Decre-
ta.& Sext.& Clem.patet, & ſupra eod.
rub.de conſtit. Item conueniunt verba
huius tex. metropolitanis, dum reſer-
uat ius eligendi p-
prium prælatū ob- m rū iuxta priuilegia eis n cōceſſa.
tinentibus priuile-
gium,ſed dicitur proprius prelatus etiã
archiepiſcopus. Ergo & hæc diſpoſitio
ad eum extendetur cap. indemnitatib⁹
§.ſupra dicta,de elect.in.vj.Et non in-
tendit præiudicare capitulis eccleſiarū
hic papa,capitula etiam dicuntur in ec
eccleſia metropolitana,vt omnibus eſt
obuium,per cap.graue de præbend.cle.
primam in fine de magiſt. Præterea p-
mittit vt eligãt iuxta priuilegia eis cō-
ceſſa pro archiepiſcopis eligendis, eli-
gent & libere,& iuxta formam in pri-
uilegijs contentam. Item ſi cauſa eſſet
cōmiſſa epiſcopo Seneñ,& poſtea cau-
ſa pendēre epiſcopus eſſet erectus in ar
chiepiſcopū,poterit archiepiſcopus co-
gnoſcere, quia archiepiſcopus epiſco-
pus eſt. Panor. in cap. quoniam abbas.
col.penult.de offic.delegat.

m ¶ Iuxta priuilegia.) Et ſic eligentes
non debent tranſgredi priuilegia, ſicut
nec mandatarius mandatum.cap.cum
dilecta de reſcript.ſcripſi in .notat.pe
petit.l.vnice.C.de ſenten. quæ pro eo
quod intereſt. Igitur ſi capitulum ha-
beat priuilegium eligēdi prælatum de
gremio,non poterit eligere illum, qui
eſt extra gremium,quia nō fieret iuxta
priuilegium conceſſum,vt hic dicitur.
Nempe dictio iuxta ponitur relatiuè
hic. & in.l.prima.& ibi Bal.C.de epi-
ſco.& cleri. & exponitur pro ſecundū.
Cle. Ne Romani §.ſane de elect.cle.
ſi iuxta de præbend.& cap. ſi is cui illo
titu.in vj. plene Feli. tradit de hac di-
ctione in cap.2. col.4.verſi.clauſula ſi
preces.de reſcript.
poſt patruum meum Rebuffum ī.l.
decernim⁹ & ibi in additio.ad eum.C.
de aquæ ductu lib.11.& Bal.in.l.fina.ff.
de ſeruitu.vrba.prędio. vide de Viaſſio
in prima parte in directo.electio.c.3.
n. ¶ Cōceſſa.) Secus ergo ſi papa poſt-
hæc concordata concederet, quia non
valeret priuilegium cum hic nolit de-
rogare iam habenti. Ergo ſi nondū ha-
beat,non poterit eſſe detrimento regi,
quin poſſit nominare non obſtante pri
uilegio à papa de nouo conceſſo poſt
hæc cōcordata,niſi huic cōceſſioni rex
conſentiret.arg.l.penult.C.de pact. Et
hoc priuilegium eligendi cōceſſum ca
nonicis regularibus nō amittitur,ſi ec-
cleſia in alium locum trāsferatur,& de
regulari in ſecularem iure cōmutetur.
Innoc.in cap.2.de operis noui nūcia.&
expreſſim conſuluit de ripa in libro.2.
Reſpon.c.2.canonici in vltim.q.Quia
eccleſia ad quam eſt facta tranſlatio,&
canonici ſeculares ſūt ſubrogati in lo-
cum & ius regularium canonicorū,er-
go & in priuilegia ſubrogati intelligū
tur.§.fuerat inſt.de actio.clem. vna de
ſupplenda neglig.prælatorum. Item in
religione debent etiam eſſe & deuotio
ne ſubrogati,ne diabolici potius quam
canonici dici mereantur, quando la-
queus cōtritus erit,quia ſubrogat⁹ &c.
l.ſi eum §.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau

Eccleſia regularis erecta in ſeculare an priuilegiū eligēdi perdat.

Source : BIU Cujas

tionibus plene Feli.in cap. cum accessissent,col.7.numero.18. cum sequẽ.de constitu.maxime quando est fauorabile ecclesiæ.Henric.Bric.in cap.ecclesia vbi plene distinguit vt lite pendente. sequitur Soci. consil. 93.eleganter in fi. volu.3.Imò si prædia donata sint monasterio ea lege, quod redirent ad dantem,si contingeret eos mutare habitũ, vel à loco recedere, si de licentia papæ mutent habitum,non poterunt prædia repeti,quia habitus nouus cẽsetur subrogatus in locum alterius. Ioã.And.& Perus.in d.c. primo.§.ad hæc de relig. domib.in vj.quia mutatio status auget ius antiquum non vero aufert.l.penul. ff.de senat.l.falsa.§.primo de condit.& demonst.glo. in cap.ex parte in verbo Andegauensis & ibi doct.de foro competent. Bar.in.l. fina.C.de præpo.agẽt. in rebus lib.12.vbi dicit nunquam tolli data priuilegia per concessionem noui,quia non debet operari diminutionem quod ad augmentum inductũ est l.legata.ff.de legat.primo.Item eadem ratione priuilegia cõcessa prioratui,nõ amittũtur, si erigatur in cathedralem. Oldra consil.267.quod domino.col.1. & Dominic. consil.125.dubia in fine. Nam si ecclesia priuilegiũ eligendi nõ haberet,rex non perderet suam nominationem,quanuis mutaretur status ecclesię,sic nec perdet ecclesia priuilegiũ, etiam si mutet statum. Etiam bona nõ perdit regularis ecclesia,quæ transfertur in secularem,vel contra. Petrus de Perus.in tract.de mutatione status ecclesiarum cap.3.q.prima.arg.ca. ecclesia,vt lite penden. hoc etiam plene probat Philippus probus in adit. ad Ioan. monachum in ca.cum de beneficio de præben.in vj.in mutatione status ecclesiæ Bituriceñ & quando fuit è regulari in secularem reducta.Ad tollendum tamen dubiũ rex solet consentire huic translationi & mutationi,vt nuper cõtigit in ecclesiæ Magalonę mutatione & translatione ad Montempessulanũ. Fallit quando priuilegium esset certo ordini concessum propter strictiorem vitam,tunc si nõ seruetur regula instituta antiquitus,amittitur priuilegium. Panor.per illum tex.in.2.not.in ca.recolẽtes de statu monachorum.arg.clericorum negociantium, vt nõ gaudeãt priuilegijs in illis bonis.cap.fin.de vita & honest.cleric. Quid si monachus dederit aliqua bona monasterio priori& postea translatus fuerit in alterũ monasterium? Respon.tunc vsufructus bonorum acquisitorum primo monasterio dabitur secundo monasterio, & deinceps acquiret isti secundo monasterio, ne onerosus eidem existat, sed proprietas bonorum ante translationem acqsita primo monasterio, penes illud remanebit.ca.de lapsis & ibi glo.16. q.6. Specul. in titu.de statu monacho.§.2. versi.sed quęritur.& q.23. Bar.in.l.2.§. fina.ff.de bono. posse. secundum tabul. Panor,& alij in cap.quod à te.col.vlti. de cleric.cõiugatis.& cap.cum olim.2. not.6.de priuileg. Cald.consil.23.quidam fecit rub.de regula.Henric.de piro in.§.de his instit. per quas personas nobis acq.Barba.consilio.19.vbi.col.5. in.3.volumine facit glo.vlt.in.cap.fin. de regula. nisi primum monasterium

De monacho transl. ad ali. monasteriũ cu erunt li⁹ bo

esset destructū, quia tunc secundo monasterio aplicabitur etiam proprietas, cum primum amplius non extet, ita tenet Petrus de Perus. in d. tract. de mutat. status ecclesiarum. ca. 2. Et ne sit secundo monasterio onerosus dicit tamen in fine, quod si in illo monasterio non sit aliquis religiosus, vel religiosa, episcopus cū consensu sui capituli poterit donare illa bona aliis ecclesijs, vel ædificare ecclesiam, & illa bona assignare pro dote illius ecclesiæ, cum sint vacantia, vel episcopus poterit hoc largiri pauperibus, prout melius viderit expedire. tex. in. c. vno de relig. domibus in vj. vbi reseruat illa bona sedi apostolicæ in terræ sanctę subsidium, vel in alios pios vsus, per locorum ordinarios vel alios quibus hoc papa commiserit conuertenda &c. Itē nominato religioso vnius monasterij ad abbatiam alterius monasterij tenebitur primū monasterium prouidere de victu & expensis, donec pacificam possessionem habuerit in secundo monasterio. per cap. cum ad monasteriū. §. porro de statu monach. vbi monasterium tenetur prouidere suo monacho in victu & vestitu, & talis sic nominatus per regem & prouisus per papam est prioris monasterij monachus, donec sit plene trāslatus c. si qs. 21. q. 1. & nō dicit plene trāslatus donec pacificam possessionem habuerit, vel per eū steterit, quominus haberet. c. cū in cunctis. §. cum vero de elect. c. commissa illo tit. in vj. Calde. consil. 13. an promotus. Rub. de regula. & consil. 24. monasterium ibidem decidit, quod si monasterium abundet fructibus, & patiatur defectum monachorum, quorum recep tio spectet ad abbatē & cōuentū si abbas recusset, monachi nō poterūt recipe.

o ¶ Libere.) Id est sine regis nomina tione, & iuxta priuilegia eisdē concessa. Quid si rex nominet idoneū his electoribus? Respōd. non tenentur eum recipere, cum liberam habeant electionem. Alioqui non eligerent libere, si tamen ipsi illum nominatum per regem eligerent, valeret electio, vt tradit Maleret ī tit. de elect. fol. 36. & seq. licet eoipso quod princeps præcipit aliquem eligi, non valere electionem, quia est iusta causa timoris. asserat glo'. expressa in cap. conuenior. 23. q. 8. in verbo morere. Quid si postulauerint aliquem, an valeat? videtur qd sic, quia iura loquentia in electione, habent etiam locum in postulatione. glo. in cap. 1. de postula. prælat. & in cap. fi. de elect. in. vj. Contrariū forte erit verius de stricto iure, quia supra eodē in §. primo interdicitur electio & postulatio, hic tantum reseruatur electio habentibus priuilegium eligēdi iuxta formam eis concessam, & non postulatio, ergo postulare non poterunt, quia vno hic reseruato aliud remanet sublatum.

Postulare an possint habētes priuilegiū eligendi.

p ¶ Possint.) Facta prius canonicorum absentium per nuncium vel literas vocatione, quę debet fieri per decanum, vel illum ad quem de iure, vel cō suetudine huiusmodi pertinet conuocatio, vel per antiquiorē prædictis deficientibus. l. 2. C. de Decur. Innoc. & alij

Ad quos spectet citatio canonicorū in causa electiōis.

Source : BIU Cujas

in ca. primo de maiorit, De Viaſſio in tertia parte cap. 4. *in d. directo. elect.* & formam *huius citationis* tradit Mandagot. *in tract. de elect.* in ſecũda parte cap. 50. in prima forma & ſeq.

q (Formam.) *Sed quam cum tres exprimantur in d. cap. quia propter. de elect.* Reſpon. vnam ex illis contentam in eorũ priuilegiis, & expreſſam, & ſic non tenẽtur omnes firmas ſeruare in qualibet electione, vt eſt tex. in d. ca. quia propter. Cardinales vero quia vice dei eligunt ad aliquam formam non aſtringũtur. Bal. in d. c. quia ꝓpter. col. prima. Quippe hę formæ à iure poſitiuo introductę fuerunt propter ſcandala & deceptiones euitandas, quæ in electionib⁹ quandoque interuenire ſolent. teſte Petro Viaſſio in directo, electionum in tertia parte cap. 20. Notãdũ eſt quod tres ſunt formæ dicti cõcilij. Prima eſt, per viam ſpiritus ſancti qua fuit elect⁹ diuus Ambroſi⁹, Nicolaus, Seuer⁹, & multi alij, de quibus in c. ſtatuimus. 61. diſt. & ibi per glo. & Ioan. de turre crema. & hæc non indiget confirmatione, quę enim ſpiritu dei aguntur non ſunt ſub lege. c. duæ ſunt. 19. q. 2. poſt diuũ Paulum cap. licet de regula. Et de hac non eſt tractandum, cum non ſit hodie in vſu apud nos propter peccata noſtra. Nam fabuloſe dicitur ꝙ columba quæ ſolebat ſanctum ſpiritum deferre, fuit occiſa per coruum per Ioan. And. in d. ca. quia propter de elect. col. 61. & quod ſpiritus ſanctus occupatus circa alia intereſſe electionibus non valet. Alia eſt, quæ fit quaſi per inſpirationem, vtpote quando omnes eligentes in vnum conſentiunt, tunc ratione pacis & concordiæ præſumitur inſpirata, quia ſpiritus ſanctus eſt in vnitate. & concordia. vt patet euãgelio Vbicunq; fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi egoſũ. & non inter ſegregatos. c. ſciſma. 24. q. prima & cap. de illis eadem cauſa. q. 7. glo. in §. & cum humanę, in verbo inſpirare de elect. in prag. requiritur tamen quod talis electio fuerit facta abſq; vitio ſimoniæ, conſpirationis, coniurationis, requiſitionis, ſeu conſenſus habiti extra capitulũ, alioqui nõ dicitur quaſi per inſpirationẽ. Hoſt. in §. qualiter, verſi. tertia eſt de elect. in ſumma per cap. per inquiſitionem cum ſimilibus de electio. poterit tamen generalis tractatus interuenire, vtpote præſidens in capitulo dicere poterit, Oremus deũ pro bono prælato habendo, non tamen debet fieri perſuaſio certæ perſonæ, vt eligatur, Ioã And. & Panor. in d. c. quia propter, ſed ſi vnus ex eligentibus proponeret, quid videtur de tali perſona, & omnes ad vnum eam eligerent, dicitur illa electio quaſi inſpirata. teſte Anch. in d. c. quia propter. Et quia non eſt certum de inſpiratione, ideo requiritur cõfirmatio. c. niſi de renuncia. quia nõ eſt qui poſſit vias ſpiritus ſancti perſcrutari. Baruch cap. 3. & iſta eſt etiam admodum rara, & vix in vita hominis ſemel fit, cum domina ambitio totum poſſideat orbem, & cum homines eam omiſerint, & nũc ego. Alia eſt forma com-

iuxta ⁹formam in eorum priuilegiis contentam

Triplex eſt forma in electionibus.

promissi,vtpote quando eligentes com promittunt in aliquem,vel aliquos,qui omnium vice eligant, & requiritur in hac forma singulorum consensus.cap. in causis de elect. Et potest fieri cõpromissum i vnũ,siue is fuerit de collegio, siue non,c.causam quę de elect.vbi moniales cõpromiserũt in episcopũ.& ibi hoc tradit Panor.dummodo non fuerit laicus.c.Massana de elect. Domi.in ca.si compromissarius illo tit.in.vj. Et debent eligi cõpromissarij in numero impari,vt à maiori parte facta electio valeat alijs præsentibus.ca.cum in iure & ibi Compostellanus de elect.arg.legis si in tres.ff.de arbit.&.l.duo ex tribus de re iud.si tamen minor pars elegerit dignum,maior indignum prę fertur electus à minori parte. Panor.in c. cũ in iure.col.vlt. de elect. Sed cũ hæc forma hodie raro vsu veniat, quia pauci volũt (propter lucrũ quod ex electionibus habẽt) suffragijs priuari,ideo alijs nolũt cõmittere.glo. in ca. cũ expediat de elect.in vj.nisi aliqñ dubitẽt incurre re regis vel alterius principis indignationẽ,vel qñ timent in electiõe impressionẽ fieri,ideo eã etiã hic amplius non tractabo. Alia est forma scrutinij,quæ est in frequẽti vsu, quamobrem abũdãtius eam prosequar,& quia hæc forma est valde difficilis, & in ea quandoque periti deficiunt,si practicam ignorent. glo.in cap. cum expediat in verbo inquisitis de elect.in vj.

¶ Notãdum est in hac forma requiri sequentia. ¶ Primũ,ꝙ eligentes in vnũ cõgregẽtur. Nam spũs sanctus descẽdit in discipulos in vnũ cõgregatos,Act.2. c.& Matth.18.vbi sunt duo vel tres cõgregati in noĩe meo &c.ca.audiuimus. 24.q.pr a not.in c.cõgregato de elect. tex.in c.in Genesi illo titulo & ibi glo. in verbo cõmuniter glo. in cap.sicut in verbo formã illo ti.in vj. ¶ Secũdo requiritur,quod scrutatores honesti ac fide digni per collegiũ assumãtur.c.quia propter de elect. Alioqui se ingerentes redderentur suspecti.arg.l. quæ omnia ff.de procura.valeret tamẽ cõis electio, quãuis scrutatores nõ essent assumpti, postq̃ sciente & tacẽte cap.procedunt, qa agitur de re meritoria, videlicet de canonica prouisione.Innoc.in d.cap.in Genesi.col.2. Tutius est tamen vt assumãtur.secundũ Panor. in d.c.quia propter vel si fuerint infames electio non vitiabitur,quia approbati sunt per electores.c.nulli de accusa.c.in psentia de sentẽtia excõicat. Host.in d.c.qualiter. si tñ potẽtes & terribiles eligerent scrutatores,esset iusta causa appellãdi secũdũ eũ,& doct.in d.c.quia ꝓpter. ¶ Tertio,ꝙ tres scrutatores assumãtur, & nõ plures,vel pauciores.d.ca.quia propter & ibi Io.And.& cõiter doct. tenẽt non valere electionẽ,si plures vel pauciores assumerẽtur. arg.l.si vnus de testa.C.licet Innoc.ibidẽ dicat nõ esse de substantia, qd est verũ qñ in collegio nõ essent nisi duo vel tres,alias secus. Panor.in c. 1. de elect. ¶ Quarto requirit ꝙ scrutatores sint de collegio ecclesię vacãtis, Innoc.Ioã.And.Bal.Panorm. & alij in d.c.quia ꝓpter. quia præsumit quod hi fidelius tractabũt negociũ electionis,& procurabũt ecclesię vtilitatẽ.arg.ca.cũ in officijs de testa.Hostiẽ. in d.§.quali-

Source : BIU Cujas

ter versi. de collegio & etiã quia nõ est honestũ exteris secreta collegij pãdere .arg.l.2.C.quãdo & quibus quarta pars debetur lib.x. ¶ Quito, ꝙ suffragia singulorũ electorũ &vota secrete per scrutatores exquirantur, vt quilibet eligentium liberius loqui valeat, & suũ mani festare consensum d.c.quia propter.ibi secrete,& ne vnus instruat aliũ. glo.in ca.venerabili de testib. possunt tñ duo pluresve testes interesse,ne scrutatores alia renuncient q̃ fuerint dicta per eligentes. Panor.in cap.cũ causam in primo.col.2.de testib. ¶ Sexto scrutari debent suffragia eligentium sigillatim nõ bini,nec terni, ideo debet quilibet interrogari per scrutatores,quẽ eligere velit d.c.quia propter ibi sigillatim. c.in causis ibi ad tractandũ de electione secessissent in partem de elect. exemplo Danielis ca.13.quod in testibus seruatur.l. testium. C. de testibus vt dico in tractatu de reprobationib.testiũ & saluat. ¶ Septimo requiritur ꝙ suffragia omniũ eligentiũ pręsentiũ exquirantur. d.c. quia propter. ibi vota cunctorum diligẽter exquirãt,ex cõsuetudine solẽt scrutatores ante se missale habere, & sanctã crucem,vel euãgelia & adiurare ipsos eligẽtes,hac verborũ serie, postq̃ eligens manum super missale posuerit, & crucẽ genibus flexis tetigerit,sic vn⁹ scrutatorũ inquiet. Nos tales N.& N. scrutatores nomine nostro ac vice & mãdato omniũ eligentiũ & totius capituli sancti Petri Montispessulani ex potestate nobisper dictũ capitulũ attributa adiuramus te N.coeligentẽ,vel conscrutatorẽnostrũ,per patrẽ,filiũ & spiritum sanctũ,vt semotis quibuscũq; fauoribus odijs & rancoribus secũdũ deũ & conscientiã tuã illũ in prælatũ ecclesiæ sancti Petri Mõtispessulani eligas, quẽ in spũalibus & tẽporalibus reputaueris vtiliorẽ,hæc ꝓbãtur in c.cõstitutis.2.de appellat.in electiõe abbatis qđ monachi debeãt iurare ꝓpositis sacrosanctis euangelijs.est tex. in §.iubemus igitur in auth.de sanctiss. episcopis, col. 9. ¶ Octauo ꝙ in scriptis suffragia eligẽtium redigãtur, vt appareat quis elegit, & in quem directũ est suffragium,vt si vellet variare, qđ obuiet ei scriptura. c.oẽs,27.q.1.& d.c. quia ꝓpteribi i scriptis redacta.& hanc scripturã pót scribere vnus scrutatorũ eo quod tex.in d. c.quia ꝓpter,nõ dicit in scriptis publicis seu authenticis,si tñ eligẽtes vellent habere tabellionẽ,qui scriberet, nõ esset prohibitũ,sed solent habere scribã, seu graphariũ capituli, vel quilibet,vt scripturã suã recognosceret,posset scribere sua manu,sic ego N.eligo talẽ N. Poterit tamen eligens variare re integra : anteq̃ scrutatores sint cõiuncti cũ alijs electoribus.Innoc. in c. ecclesia,2. col.3.de elec. ¶ Nono,ꝙ vota & suffragia electorũ in scriptis redacta p scrutatores aut notariũ adhibitũ ad scribẽdum publicẽtur in capitulo.d.c.quia ꝓpter ibi publicẽt,nec posset quis appellare,qđ hęc publicatio statim non fiat, & si de facto quis appellaret,ea nõ obstãte fiet publicatio,ca.qua frõte & ibi doct.de appell.vnde vnus scrutatorum post collecta singulorũ suffragia sic dicere poterit, Placuit vobis dñis eligentibus dare negocium scrutãdi suffragia

Source : BIU Cujas

ſingulorũ,qui in electiõe intereſſe debebãt nobis tribus N. & N.& N.coelectorib⁹ veſtris,nos ſecrete & ſigillatim ſcrutati ſumus,& in ſcriptis redegim⁹, quæ ſuffragia ex ſociorũ meorũ ac veſtro mandato publicare decreui. Ideo vnuſquiſque veſtrũ(ſi nõ grauetur)aduertat,an ſcriptura verum contineat,& eo facto legat papyrum in qua ſingulorum ſuffragia ſcripta ſunt,qua perlecta dicere poterit,an ſit aliqs, qui huic ſcripturæ cõtradicat,& ſi aliquis velit contradicere poterit,dicendo ſe nõ elegiſſe talem,ideo bonum eſt, quod notari⁹ *vel ſecretarius capituli* cum duobus teſtibus adhibeatur,vel quod vnuſquiſq; ſcribat electũ. ¶ Decimo requiritur,ꝙ hæc publicatio fiat mox.d.c.quia propter ibi mox arg. ſtipulationis.l.j.§.qui præſens.ff.de verborũ obliga.&.l.hæredes palam §.fin.ff.de teſta.nec ſunt priuati poteſtate eligendi hi, qui ſcrutati fuerint,ſi indignũ ſciẽter nominauerit, niſi electio ſequat.c.perpetuo de elect. in vj.ſecus in electione.c.cũ in cũctis.§. fin.de elect. ¶ Vndecimo,ꝙ facta publicatione fiat collatio numeri ad numerũ,meriti ad meritũ,& zeli ad zelũ, qñ duo ſunt electi.tex.in d.c.cumana in fine & c.in *Geneſi* illo tit.Si maior fuerit numerus ex vna parte,fiet collatio, vel an illi habuerint poteſtatẽ eligẽdi, fiet etiã collatio meriti , ſi alter electus ſit idoneus , vtpote doctor,ſanctus vir, vel alias habilis.Item zeli,qñ eligentes bono zelo elegerũt & nõ corrupti p̃ce vel pecunia aut ſanguine.c.cũ poſt petitam de elect.& ibi Panor.& alij *Spec.* in eo.tit.§.j.verſic.publicatiõe autẽ &c. Et numeri,ſi maior pars totius collegij inclinauerit in vnum d.ca.cumana ibi ad maiorẽ partẽ totius capituli &c. Vnde qui iſtã habet facere collationẽ , ſic dicet electoribus,Domini ſcitis ex publicatione ſcrutinij ſuffragia noſtra in plures diuiſa.Nã ex nobis viginti quatuor eligẽtibus,tredecim cõſenſerũt in Petrũ,ſex in Ioannẽ,quinq; in Ludouicum,vnde conſtat Petrũ habere maiorẽ capituli partẽ.Deinde reperio eligẽtes eundem Petrũ meliorem habuiſſe zelũ,quia nullo cõſanguinitatis nec affinitatis iure ſunt eidem iũcti.ideo bono zelo moti videtur. Alij vero qui elegerũt Ioãnẽ,& Ludouicũ oẽs ſunt conſanguinei,vel affines,ideo caro eis reuelauit dictã electionẽ,quo vero ad meritum,etiã reperio Petrũ à maiori electũ, magis meritũ q̃ alios coelectos,is enim eſt doctor,literis præditus,caſtus, liberalis,& bonis morib⁹ imbutus. Alij ſũt illiterati,adulatores , curiales , & vere mũdo dediti. Hãc practicam elicio ex ſpeculato.in titu.de electio.§.j.verſi.publicatiõe autẽ facta. ¶ Duodecimo eſt neceſſariũ,ꝙ dicta collatio zeli,meriti, & numeri fiat mox poſt publicationẽ ſcrutinij , id eſt anteq̃ eligẽtes ad alios actus diuertãt d.c.qa ꝓpter. ¶ Decimo tertio,ꝙ ſtatim facta collatione cõmunis electio ſequatur.c.in Geneſi & cap. in eccleſia in primo & ibi glo.de elect. & cap.cum poſt c.ſicut illo tit.in vj.vbi dicitur: quod hæc electio debet fieri ab vno,noĩe & vice capituli per verba ſingularis numeri, qnia ſicut capitulũ eſt vnicũ,ita vnica electio eſſe debet. Do. & Peru.ĩ d.c.ſicut. ¶ Decimoquarto,ꝙ

Source : BIU Cujas

is eligatur,in quẽ maior pars & ſanior copulatiue ipſius capituli cõſenſerit.ca. eccleſia in.2.c. coram ibidem.nec ſuffi ceret ſi vna electio eſſet facta à maiori parte,altera à ſaniori.vt doct.notãt in d.c.eccleſia.Feli.plene in,c.cum omnes col.12.de conſtit.vbi dicit requiri maiorẽ partẽ reſpectu totius capituli. ꝑ ca. eccleſia primo & c. in Geneſi de elect. vt ſi ex duodecim canonicis tres elegerint vnum,quinq; aliũ, quatuor alium, nulla electio valebit, quia nõ eſt facta à maiori parte capituli,in vna eñ debent intereſſe ſeptem,vel plures ad cõſtituendum maioritatem reſpectu totius capituli. Fallit in electione miniſtri prouincialis minorum.text.in cle. exiui.§.demum de verbo.ſignific.

Sanior pars conſiſtit in authoritate zeli & meriti,& illa dicit ſanior,quæ dignioremelegit, & authoritas conſideratur in dignitatibus eligentiũ,in prouectiori ætate,in gradu,& in maioribꝰ ordinibus.vt in d.cap.eccleſia.2.iuncto cap.dudum pr.& cap.in Geneſi ibidẽ, zelus conſiſtit in animo, videlicet quo animo motus elegerit, an ob virtutes, vel conſanguinitatẽ,ſeu propter potentiam, & hic zelus ex coniecturis probatur.c.2.de renũcia. in 6.l.dolum.C.de dolo,ſi tamen electio facta fuerit à duabus partibus capituli, vt ex duodecim octo elegerũt vnũ,quatuor alterũ, non poterit facta à maiori parte impugnari ratione,zeli vel meriti.c.ſi quãdo de elect.in 6.& ibi Ioã. An. ¶ Decimoquinto requiritꝫ,quod illa electio verbo ꝓnũcietur & ſingulari numero.ca.ſicut vbi glo.tradit formã de elect. in 6.ſic dicimus in baptiſmo.in ca.detrahe prima q.prima idẽ in ſnia.l.prolatã.C.de ſententt.& interlo.omniũ iudic. ſcripſi in.2. no.repetio.l.qđ iuſſit.ff.de re iud.in 7. differentia inter interlocutoriã & diffinitiuã. ¶ Decimoſexto electio debet ſolenniter publicari, vt clandeſtina nõ ſit,quę nõ valet.d.c.quia propter.§.electiones glo.in verbo occulta in ca.vno vt eccleſia ſt.bñfi.ſine diminut.cõferãt, &fit duplex publicatio vna ſcrutinij,in qua ſuffragia ſingulorũ publicantur,de qua ſupra dictũ extitit,altera eſt publicatio electionis,quæ fit clero & populo pulſatis cãpanis,qua facta cãtatur, Te deũ laudamus,& portatur electus ante altare.c.eccleſia ibi deportationis ſolẽnitas,de elec.& introniſatur c.qualiter ibidẽ Spec.in eo.tit.§.primo verſi.cõſequẽter. ¶ Decimoſeptimo,vt ordo prę-miſſorum ſeruetur, nec præpoſteratio fieri debet,alioq nõ valebit, ſi prius fiat publicatio q̃ electio.Ioã. And.& alij in d.c.quia ꝓpter. ¶ Decimooctauo requiritur etiã per Baſilienſe concilium, qđ ante electionẽ eligẽtes audiant miſſam ſancti ſpũs.§.& cũ hũanę&.§.j.de elect. in prag. licet antea miſſa non eſſet de ſubſtãtia electionis. Panorm.& de ripa in c.cũ eccleſia ſutrina primo nota. de cauſa poſſe.& ꝓpriet. Nec miſſa etiã eſt de ſubſtãtia collatiõis ordinũ. glo.in c qđ ſicut in verbo diuidant de elect.ſed ob reuerẽtiã ſacramẽtorũ dici ſolet & de cõſuetudine,& debẽt eligẽtes deote illã miſſam audire,& nõ inter audiẽdũ colloqui.c.decet de ĩmunita eccleſia rũ in 6.& aduertẽdũ eſt,ꝙ in hac miſſa nõ poſſũt tacere hi,q ſimoniã in capite

Sanior ps quæ dicatur.

Quõ gnoſ ſimo ci & ctiõe pleti

habēt,&affectionē inordinatā,& ſic cognoſcūtur ſimoniaci,qđ bene notes, vt poſtea impugnes talem electionem, & am ob hoc probes vitioſa m,cum alijs dminiculis.

¶Decim monum requiſitum eſt, quod poſt miſſam eligētes cōmunicent,& tā precioſum euchariſtiæ ſacramentum ſumāt,vt eos ad digne eligendum paſtorem inſpirare dignetur. d.§. & cū humanæ,quæ iſta tria vltima etiam tenentur ſeruare conſtituentes procuratores,& etiam ipſi procuratores, ac illi in quos fit cōpromiſſum, vt ibidē dicitur.

Et ſi in eorū priuilegiis forma aliqua [t] expreſſa nō fuerit [f] tunc formam [t] concilii generalis c. quia propter, tā tum ſeruare teneātur [v] dum modo de priuilegiis ſibi cō ceſſis huiuſmodi per literas

¶Vige ſimum & vltimum, quod iurēt in manibus eius,qui capitulo prēſidebit & ipſe præſidens prius iurare debet in manibus eorum electionem facere illius,quem credēt futurū eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus vtiliorē, vt in.d.§.& cum humanę habetur. Et iſta tria vltima debent etiam hodie in electionibus,quæ fiunt,archiepiſcoporum epiſcoporum & abbatum ſeruari, nō in inferioribus dignitatibus, quāuis prag. ſit abrogata, tamen hæc qualitas in his adhuc ſeruari debet, cum ex conſuetudine iua luerit,concordataq; has generales conſuetudines non contrarias non tollant,ſed alia ſupradicta ſeruātur etiā ferme in alijs dignitatibus,& beneficijs inferioribus.

r ¶Expreſſa.]Et ſic papa poteſt concedere aliquibus,vt eligant ſecūdum formam ſcrutinij vel aliam. Quid ſi non expreſſerit,datur optio eligentibus,quā formam velint ſeruare ex tribus poſitis in. l.cap. quia propter arg.l.3. ff. de eo quod certo loco &.l. plerunq; de iure dot.

Tunc qđ ſignificet

ſ ¶Tunc.)Videlicet ſi forma nō fuerit expreſſa in priuilegio. Nam dictio tunc ſignificat extremitatē, tpis cui adijcit.l. 4.§. fin. ff. de conditio. & demonſt. Bal. in authen.cōtra.in princi. C.ad trebel.vnde exponit glo.in cle.prima,in verbo extunc de iure patronat.id eſt elapſo termino, glo.in c.ex parte.j.de cleric. nō reſiden. text.& ibi doct.in.c.2.de ſupplend.neglig.prælatorum,& eſt talis naturæ, vt conditionem præcedentem prius velit impleri,q̄ ad executionem ſequentium procedatur.Calca.conſil.78.dubiū col. 2.nu.3. Ideo ſi notarius dicat talis tunc mutuauit decem,intelligitur tunc cum inſtrumentum fuit confectum,l. aduerſus.C.de non numerat.pecu. Bal.in.l.ſi ex cautione col. 4. ibidem.

t ¶Concilij generalis]De quo dictum extitit ſupra in Rub.de approbat. conuento.per Laterañ.conciliū facta.

Dictio dummodo an facit cōditionem

v ¶Dummodo.)Modificat primū dictum, in quo habetur, quod conditores dictorum concordatorum non intendunt derogare capitulis eccleſiarū, nec conuentibus monaſteriorum, habentibus ſpeciale priuilegium eligēdi, dummodo oſtendāt illa priuilegia p literas

Source : BIU Cujas

apoſtolicas, vel alias authenticas.c.contra morem ibi quod hæc Rauennati ecclesiæ ſunt conceſſa, à vobis oportet oſtendi.100.diſt.hæc enim dictio dūmodo non facit conditionem, ſed obligat ad ſic faciēdum, quia mod⁹ eſt obligare valens reciproce, ſed cō ditio non obligat reciproce. Bal.in.c. dudū 2.col.6. numero. 26. de electio. Vnde ſi electores non oſtendant priuilegia per authenticas ſcripturas eligere nō poterūt, ſic diſpenſatis de nō promouēdo ad ſacerdotiū per quin quēniū, dūmodo intra annū ad ſubdiaconatū fuerit permotus, ſi intra annum non fuerit ordinatus ad ſubdiaconatū, non proderit diſpēſatio, quia modo nō impleto actus infirmatur. Bart. & Soyci.in.l.quibus.§.termilius.ff.de conditionibus &demonſt. Corne.conſil.130.viſo col.3.verſi.poteſt in.3.volu. intellige quando iūgitur rei perfectæ dictio dūmodo, non facit conditionē ſecus ſi rei imperfectæ.c. vt præteritæ de elect.gl. & doct.in.c. non poteſt de præb. in vi. Do.de Rota deci.231.ordinat.in no.

apoſtolicas ſeu alias [x] authē ticas ſcripturas [y] docuerint oī alia [z] ſpecie probationis

periatur nunc illud, ſententia illa plenā faciet fidem, & probari priuilegium poterit per hanc ſcripturam authenticam not.in.c.primo de fide inſtrumen. ideo hic excludit priuatam ſcripturam per hoc verbum authenticas. Nam authenticum dicitur quaſi ex ſe authoritatem habens. Panor.in. d.c.j. de fide inſt.glo. & ibi Barb.in cle.cauſam in verbo authentica de elect.abunde ſcripſi in ordinationibus regijs artic.54. inter ordina. Caroli.8. quot modis ſcriptura authentica dicatur, & quando habeat executionem paratam.

x ¶ Authenticas.) Et ſic poteſt probari priuilegium per literas apoſtolicas, vel alias authenticas. i. per ſe fidē facientes vtpote publicas, vel etiam non publicas vt ſi priuilegium vetuſtate corrumperetur, & fuerit renouatum per habentem poteſtatem illa ſcriptura erit authentica, & priuilegium per eam probabitur. c fina. de fide inſtrumen. &.c. cū dilecta de confirmat.vtili. Idem ſi fuerit iudicatum ſecundum priuilegium, & nō re

Authentica ſcriptura quæ dicatur.

y ¶ Docuerint.) Sed cui debent electores has literas oſtendere, text.non dicit ideo dicerem regi ſeu eius procuratori, vel alijs quorum intereſt, & integre, vt legi poſſint, c. cum perſonæ de priuilegijs teneturq; capitulum oſtendere priuilegium proprijs impenſis, per glo. & ibi doct. in clem.cauſam de elect. & dixi in gloſ. dare in.§.teneantur de collat. infra.

z ¶ Specie probationis.) Quæ multæ ſunt, atteſtātibus Hoſtieñ. Specul. & bona parte doct. de quibus infra dicetur. Saly. tamen in Rub.C. de probat. dicit duas eſſe tantum ſpecies, vna vera, altera prēſumpta vera, alia plena, alia ſemi plena. & alias tradere, eſt magis ponere ſpecies cauſarum, per quas legitima fit probatio, q̄ ſpecies legitimæ probationis teſte Phileberto in repetitione.l. neque natales verſ. ſequuntur pagina.17. C. de probat. veruntamen vt iſtū textū

Vigi ſpeci prob nis

Source : BIU Cujas

declaremus loquentem de ſcriptura authentica, & de omni alia ſpecie probationis, ergo eſt multiplex, ideo nos veterum doctrinam inſequemur.

Prima ſpecies eſt ſcriptura publica & authentica, quæ hic admittetur, de qua in Rub. de fide inſtrument.

Secunda eſt ſcriptura priuata, quæ eſt multiplex, de quib⁹ p gloſ. Bart. & alios in l. admonendi. ff. de iureiurãdo. l. in bonę fidei. C. illo titulo. c. fina. eo titul. quæ non recipitur hic.

Tertia ſpecies ꝓbationis eſt p teſtes vt in Rub. ff. ac. C. & in decreta. de teſtibus, & parem habent vim teſtes & inſtrumenta de iure, ſed non quoad ad iſtius priuilegij probationẽ. l. in exercendis. C. de fide inſtrument.

Quarta eſt confeſſio. l. publia. in fine ibi, ſed probationem depoſitarũ rerũ ff. depoſit. authen. ſi quis in aliquo iũcta glo. C. de edendo. c. primo de confeſſ. in vi, vbi poſitiones negatiuæ, quę alias ꝓbari non poſſunt, per confeſſionem probantur, & quod ſit probatio, tenet Bart. in l. triticum. ff. de verborũ obligat. ſed Decius in Rub. de proba. col. 7. in antiq. dicit non eſſe probationem, ſed releuatur per eam quilibet ab onere probãdi, & per iuramentũ, an hic recipiatur, quo ad hunc textum crederem quod ſic, cũ nulla ſit magis euidens probatio q̃ illa quæ reſultat per confeſſionem. l. generaliter. C. de nõ numerata pecun. c. per tuas de probat. & multa quæ nõ poſſunt probari per teſtes, probari ſolent per cõfeſſionem, vt negatiua. c. primo de confeſſ. imo illa quæ nullo modo probari poſſunt per cõfeſſionem probãtur, gloſ. notab. in authent. de æqualitate dotis. §. ſi autem in verbo ſcribat col. 7. quã notat patruus meus Rebuffus & ibi addit ad eum in. l. quicunq;. C. de apoch. public. lib. 10. & Alexand. in l. a diuo. pio. §. ſi pignora col. prima. ff. de re iudic. & l. in ratione. §. quod vulgo ad. l. Falc. & Barb. conſilio. 40. pręclare, col. 3. in prio volu. cũ his quę addidi in. d. §. ſi autem.

Quinta ſpecies probationis eſt iuramentum. l. final. §. licentia. C. de iure de liber. c. 2. vbi doct. de proba. c. ſtatutum. §. cum vero & ibi gloſ. de reſcrip. in vi, quod eſt verum in iuramento neceſſario, & iudiciali, ſecus in voluntario, vel litis deciſorio. l. admonendi. ff. de iureiur. & multos caſus in quibus iuramẽtũm plene probat congeſſit Hyppol. in Rub. de probat. fol. 17. & ſequen. & non admittitur hic.

Sexta eſt ſententia, nã ſententia probat tenorem libelli amiſſi, qui talis præſumitur, qualis ex ſententia colligi poterit, glo. ſing. in c. dudum in glo. vltim. de decimis, & ſententia pro veritate habetur. l. ingenuum. ff. de ſtatu hominũ, & nihil minus operatur ſententia, quã dicta teſtium, vel inſtrumentorum ad probandum. Bal. in. l. pria in fi. nu. 9. C. de falſa cauſ. adiecta: quod intellige q̃ tranſiuit in rem iudicatam. glo. in. l. res iudicata. ff. de reg. iuris, & qd̃ poſſit hac probationis ſpecie probari priuilegium eligendi ſupra dixi in princ. huius gloſ.

Septima ſpecies probationis eſt, quę fit p rei euidẽtiã, ſeu per oculorũ inſpẽctionem. l. ſi irruptione. §. j. ff. finũ regu. §. fina. inſt. de gradibus. Hęc quippe omnibus alijs probationibus præfertur, &

Source : BIU Cujas

omnes ſuperat. Barb. conſil. 7. clementiſſimi, col. 4. in primo volu. & Roma. conſil. 104. pater reuerende, in fine, & nulla legis virtus poteſt hanc probationem excludere. Bal. in Rub. C. de probat. col. prima & ſeq. facit. l. inde nerati. §. finali. ff. ad leg. aquiliam, & l. confeſſionibus de interrogat. actio. Ideo ſi ſta tutum prohibeat contra inſtrumẽtum ſigillo regio ſigillatũ aliquam opponi exceptionem, tamẽ poterit opponi exceptio, quę ex ipſius inſtrumenti inſpectiõe apparet. Bal. in l. ex prædijs. C. de euictio. Roma. conſilio. 42. viſis verſi. 3 hoc idem &c. & hæc non reſpueretur ſi procederet ex literis authenticis, vt ex textu patet.

Octaua eſt vehemens opinio, nempe vehemens opinio veritati conſona. idem operatur, quod certitudo, gloſ. in l. ſi quis extraneus §. fina. in glo. vlt. ff. de acq. hæred. & ibi Bal. dicit multa eſſe de quibus non poteſt haberi vera certitudo, tamen vehemens opinio iũcta cum veritate idem operatur, quod certitudo glo. in l. 2. §. idem Labeo. primo in verbo ſciant. ff. de aqua pluuiali arcend. gl. in. l. libera de peculio & l. ſi paterfamilias de hæred. inſtituend. Bart. in l. qui bona. §. ſi alieno col. vlti. de damno infect. Ideo ſi iudex vehementer ſuſpicetur calumniam in opponente exceptionem peremptoriam, poterit eam nõ admittere, & licet ille appellet, non tamen irritabitur factũ iudicis primi, niſi appellans probet veritatem ſuæ exceptionis. Ancha. conſil. 158. ex narratis col. penult. poſt innoc. in c. poſt electionem in fine de conceſſ. præbend. & gloſ. in c. ſuper eo. de offic. delegat. in verbo tenebit, quod in practica notandum eſſe dicit Barbat. in conſilio. 18. clementiſſimi col. 10. in primo volumine, multa cumulat Hippolit. Marſ. ſing. 205. vehemens opinio, iſta hic non attenditur.

Nona eſt ratio naturalis, per quam probatur eum, qui fuit ſuis mẽbris per annum captus, non genuiſſe, ideo vxor quæ interim peperit, dicitur adultera, vel ſi maritus fuerit per duos annos abſens, & poſtea reuerſus inuenit anniculum. probatur ratione naturali non eſſe mariti. l. filiũ. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Feli in c. præterea, col. pria de teſt. iſtam excludit text. hic dum dicit omni alia ſpecie probationis adempta.

Decima ſpecies ſpecies probationis fit per coniecturam legis, ſi enim iuuenis inueniatur abditus & occultatus in domo pulchræ mulieris, probatur adulterium per coniecturam. Bart. in l. 2. ff de furt. Item quando quis falſum committit in actis cauſæ, præſumitur iniuſtã fouere cauſam, quia ſi bonã habuiſſet cauſam, hoc non feciſſet, ideo debet illam cauſam perdere, gloſ. & Bar. in l. in fraudẽ §. quoties. ff. de iure fiſci Bar. in l. prima §. 2. in fine de calũnia. Bal. in l. qui teſtamento de excuſa. tutor. Idem dicunt doct. ſi corrumpat iudicem. Panor. & Feli. in c. cũ venerabilis de except. Idem ſi recuſet omnes curiæ practicantes, vbi ſunt plurimi, & quando probatio eſt difficilis, tunc admittitur probatio per coniecturas. Archi. in c. inter memoratas. 15. q. 3. Bart. & alij per illum textum in l. ſi quando. C. vnde vi

Source : BIU Cujas

&c. afferte de præſumpt. hęc etiam repellitur per iſtum textum. Et hæc ſunt ſpecies probationis, quas tradit Bal. in Rub. C. de probat. Io. And. in addit. ad ſpec. in Rub. de probat. §. finali, tradit quoſdam verſus ſic dicentes:

Aſpectus, ſculptum, teſtis, notoria, ſcriptum
Iurās, cōfeſſus, præſumptio, fama probatur

& ibi Spec. enumerat duodecim ſpecies probationum.

Vndecima ſpecies, quæ fit per ſculpturam, id eſt per literas ſcriptas ſeu in ſculptas in lapidibus, aut in marmore, quando de re antiqua probāda agitur, glo. in. c. cū. cauſam de probat. & l. monumentorū. C. de religioſ. & ſumpt. funerū, ideo quādoq; cōſului Caturci literas ſcriptas in calice, probare calicē eſſe illius, de quo ſcriptura cantabat, vt licebit plene videre in meis conſilijs, & hęc forte non repelletur hic, quia poteſt dici ſcriptura authentica, per prædicta, & quæ addidi ad. d. c. cum cauſam.

Duodecima eſt quæ fit per notoriū, notoria enim non indigēt probatione, quia ęquiparantur ſententiæ. l. emptorē in principio. ff. de actio. empti. Bal. in. l. prima. C. de curato. furioſ. ideo notoriū dicitur probatio probata, vel ſaltē de facili probabilis. Bal. in l. j. col. 2. verſi. porro. C. de reuocan. his quæ in fraud. credit. alien. ſunt, tradit Iohan. Fab. multa de notorio in proœmio inſtit. imperatoriā doct. in. c. veſtra de cohabit. cleric. & mulierū glo. in c. manifeſta. 2. q. pria & hæc admitteretur quando fieret per literas authenticas.

Decimatertia eſt quę fit per præſumptionem violentam, vt in. ca. afferte de præſump. c. dixit dominus. 32. q. pria. l. ſi qui adulterij. C. de adulter. Matheſſil la, not. 12. nota. quod præſumptio, & de præſumptionib⁹ alijs tradit Hoſtieñ. in ſumma de præſumptioni. & doct. per totum illum titul. glo. & doct. in. c. is qui fidem de ſponſ. l fina. ff. quod metuscauſa, iſta reijcitur quo ad hunc textum.

Decimaquarta eſt fama glo. & doct. in. l. admonendi. ff. de iureiurando, plene Ang. in tractatu de maleficijs in glo. fama. Et differentia inter famam & rumorem tradit Bal. in marguari. in verbo rumor, multa addidiad Albericum in dictio. in verbo fama, hæc non conſiderator ratione habita ad text. ſi literæ obmuteſcant.

Decimaquinta ſpecies eſt, quæ fit per taciturnitatem, ſi enim mittam literas ad te, in quibus dicam te mihi eſſe debitorem in decem, ſi tu recipias literas, & taceas, inducetur probatio cōtra te per taciturnitatem, non præſumit lex quod tacuiſſes, ſi verus debitor non exiſteres, per textum ſingul. in. l. ſi filiuſſamilias in. 2. ff. ad ſenatuſconſul. Macedonianum. l. publia in fine. ff. depoſiti Matheſſilanus no. 22. nota. mirabilem. Corſet. in ſingul. incipiente taciturnitas, de vento iſta probatio ſeruiret quo ad hunc textum requirentem ſcripturam.

Decimaſexta eſt illa, quæ fit per rationes. l. nuda, & ibi Bart. ff. de dotat. l. rationes. C. de probat. notat Decius in l. prima. C. de edendo, & quia non ſunt ſcripturæ apoſtolicæ, nec authētice, quæ hic tantum amplectuntur, ideo non

Source : BIU Cujas

possent priuilegium probare.

Decima septima per solutionem cēsus, si enim probem te soluisse cēsum p tali domo, præsumptio est, quod eā habuisti à me, & sic cp proprietas est mea. Bal. in l. indicia col. 2. C. de rei vendic. text. & ibi Bart. & patruꝰ meus Rebuffus in l. litibus. C. de agricol. & cēns. lib. 11. Bal. & alij in l. si certis annis de pactis, qa quādo quis vtitur re tanq̄ dominus, prēsumitur dominus glos. 4. in fine. in l. quidā. C. de conditio. inst. Ias. in l. 2. col. 53. nu. 159. C. de iure emphit. Bal. in l. censualis de donat. sed nil ad hunc textum.

Decima octaua species probationis est per fugā, quę aliquādo plene ꝓbat, l. consiliarios. C. de assesso. aliquādo non, vt plene scribit Fely. regulā cū limitationibus in c. nullus de præsumptio. Ias. in repetit. l. admonēdi col. 60. ff. de iure iurādo quę nō agnoscitur per hūc tex.

Decima nona, comparatio literarū l. comparatiōes. C. de fide instru. & in authen. de instru. cautel. & fide col. 6. & hę excluduntur hic.

Vltima probationis species fit per sigillum, si in aliquo instrumento apponatur sigillum alicuius, appositio sigilli tantum operabitur, quantum subscriptio glo. Bar. & alij in l. 2. C. de rebus alienis nō alienand. & in l. quę dotis in fine. ff. solu. mat. Roma. consil. 303 hæc scriptura facit quod notat Archi. in c. 2. de procurat. in vi, & quæ dixi in tractat. nominat. q. 10. nu. 20. cum sequen. in versi. 5. requiritur & si hoc sigillum faceret scripturam authenticā, & adhæreret instrumento, reciperetur. De indicijs & alijs adminiculis quando probent, vide in l. fina. C. de probat. & per Hyppoli. in Rub. illius tituli, & vides species ꝓbationis ex quibus multę hic sunt ademptæ. vt sequitur in glosa proxima.

[a] eis in hoc adempta.

a ¶ Adempta.] Et sic adimi potest probatio, quod videtur cōtra tex. in l. quoniā C. de hæret. vbi dicitur ꝓbationes nō esse angustādas, sed ampliādas. Item nō valet pactū partiū, quod non possit probari solutio, nisi per scripturā, glo. te stāte in authen. vt sine prohib. mat debit. §. j. colla. 7. in glo. magna, quā notat Alex. in l. iubemus. C. de iudic. & ad examinationē veri omnis iure prodita probatio admitti debet. l. nec omissa. C. de libera causa. Sed respoñ. primū posse intelligi in dispositione hominis, secus in dispositione legis, vel statuti, qa lex vel statutū ꝓbationes potest restringere, vt p glo. in c. j. de cēsib. in vi vbi licet videre casus, in quibus requiritur scriptura, & probatio per testes nō valeret, vt scripsi in glosa literas §. j. de mādat. apostolicis infra non obstat, glo. in d. authen. vt sine prohib. quia reprobatur p Bart. in d. rub. C. de decre. decuri. li. 10. & qd valeat pactū, est tex. in l. cōtract⁹. C. de fi de instrum. tradit glo. & doct. in authen. iubemus. C. de iudic. Vital. de Cābanis in tractat. clausula. Rub. an possit renūciari probationi. Barb. consil. 164. scribitur in quarto volu. imo etiā valet statutū quod nō fiat probatio, nisi per testes, vt concludit Bart. in l. certi condictio §. quoniam. ff. si certum petat, &

Source : BIU Cujas

ibi multa ad hanc rem faciẽtia cumulant doct. Posset fieri etiã in hoc casu probatio per testes,quando perditũ esset priuilegium, vel igne aut bello seu alio casu.l.testium in fine.C.de testib. dummodo probentur tria,scilicet priuilegium fuisse concessum,scripturam inde confectam,& casus amissionis.Itẽ per confessionẽ partium si papa & rex confiterentur ecclesiam habere priuilegium eligendi,satis esset probatũ. vt supra in glo.proxima dictũ extitit.Bart. in auth.sed iã necesse.C.de donat.ante nuptias glo.in auth.de equalitate dotis §.si autem col.7.facit quod notat Feli. in c.ad aures de præscrip. & ibi Parisi⁹ in fi.hoc plenius prosequitur. Ad hæc poterit coadiuuari hoc priuilegiũ per testes. Bal. in d.l.certi condictio.§.qm̃ per glo.ibi & tex.in c.series de testibus nec recusabitur probatio qualitatis per testes,vt quod fuerit scriptura apostolica,vel alias authentica.Antho.But.in cap.auditis in.6. notab. per illum tex. de in integrũ restit.Item si pars nõ opponeret,probatio p testes valeret. Bal. in d.§.quoniã,quia pars tacendo videtur approbare.arg.l.si quis testibus. C. de testibus. Item non procedit secũdũ Feli.& alios in c.2.de probat.qũ fieret probatio per quinq; testes.per d.l.testiũ qd non admitterẽ, cũ hic omnino adimatur probatio præter scripturã authẽticã,& literas apostolicas, quo ad hoc, sed quo ad alia non.Item limitant quãdo pbaretur p testes legalissimos, quos etiã hic nõ admitterent iudices, cũ hic adimatur omnis species pbationis prẽter scripturam authenticam. Et sic limitationes aliæ Feli.in d.cap.2.cessant quo ad hunc tex. Periclitatur etiã cautela Cepolle. 165.regulariter. imò nec officio iudicis alia probatio, recipietur, q̃ literæ apopostolicæ vel authenticæ in hoc casu.licet Hlppolit. dicat alias posse admitti.in rub. de pbat.fo.11.vbi tradit multas cautelas ad probandum per testes,quæ videntur cessare hic,ista sunt quæ ad hanc primã partẽ bone lector addenda censuimus, tum iussis, tũ precibus amicorum deuicti, impulit me prẽcipue ille senator in sacro magno consilio egregius Do.Brelleius,nõ modo iureconsultissimus,verumetiam græcã ac latina lingua doctissimus licet feliciori stylo ac eruditione sup his scribere potuisset, in quibus si alicuius personæ,ecclesiæ,vel iuris iacturam ali quam fecero, à quolibet corrigi,ac detexere illa paratum me offero,veniam etiam petẽs,si aliqua iuri cõtraria(prẽter tamen animi spẽ)in summos principes locutus fuero, vel si eos tantis (vt decebat)non fuero prosecutus honoribus, si vero aliqua vtilia descripta sint Deo Opt. Max.tribuo,cui agã ppetuas gratias,gratia quippe eius in me vacua non fuit sed abũdantius alijs omnibus super hisce concordatis scripsi,Non autem ego,sed gratia dei mecũ,vtor verbis D.Pauli hanc primam concordatorum partem claudens.

FINIS.

Spes mea Christus.

Source : BIU Cujas

Index rerum

PRAECIPVARVM QVAE in hoc libro continentur.

ABbas qualis esse debeat glosa cõ sanguineis. §. primo de regia ad præla. nomin. faci. pag. 117

Abbas sufficit q̃ sit in ætate viginti trium annorum. glosa viginti. §. monasterijs de regia nomi. pagi. 137. vbi etiã dicitur an debeat esse sacerdos. pag. 138

Adulteri lege Zaleuci qua pœna puniri debebant, & mira de ipso erga filiũ pag. prima glo. j. in proœmio.

Aduocatus & doctor quando nõ debeant leges allegare, glos. iura. pagin. 10 in proœmio.

Aduocatorum & procuratorum regiorum priuilegia, glo. regium aduocatum de elect. deroga. pag. 65

Aduocatus fisci à quo primum inuẽtus, & quę stipendia habere debeat, glo. regium aduocatum de electio. deroga. pagina. 65.

Aduocati regij quibus nominibus decorentur, ibidem pagina. 66

Aduocatus pauperum quæ salaria habere debeat, & eius priuilegia pa. 66. ibidem.

Aduocati & procuratores regij magni consilij priuilegia, glos. regiũ aduocatum, pag. 69.

Alioqui dictio quid significet glo. alioqui. §. monasterijs de regia ad præla. nomi. pag. 141.

Alius quomodo sumatur, glo. alium §. prio de regia ad præl. nomi. pagi. 107

Annus vigesimus septim⁹ an debeat esse in eꝑo cõpletus, glos. constitutũ. §. j. de regia ad prælat. no. pag. 95.

Artes liberales quæ, & quare dicant glo. disciplinis in proœmio, pag. 20.

Authentica scriptura quæ dicatur, glo. authenticas. §. vlti. de regia ad præla. nomina. faciend. pa. 158.

B.

Beneficia an sint de iure diuino, gl. parochias de constitu. pag. 41

Beneficium viuentis quando conferri vel promitti possit, glo. fati. in proœmio, pag. 16. & seq.

Beneficia olim recusabãtur, glo. alias §. j. de regia ad præla. nomi. pag. 97.

Beneficia intra quod tempus cõferri, vel permutari, vel de illis prouideri quoquomodo debeat, gl. intra de regia ad præla. no. fa. pag. 97. & seq.

C.

Cancellarij d. Poyeti egregia commendatio. glos. regium aduocatũ de electio. deroga. pag. 67. in fi.

Canonici dicuntur fratres episcopi, & quomodo episcopus eos tractare debeat, gl. fratrib⁹ de elect. derog. pag. 65.

Canonici vel vnus ex illis potest se opponere contra nominatum inhabilem, glos. à die recusationis. §. primo de regia nomi. pag. 106.

Cardinales sunt viua vox ecclesię, gl. cardinalib⁹ de approb. cõuẽto. pagi. 34.

Cardinales qui, & quales creari debeant, glo. de eorum in fine de approbatio. conuento. pag. 38.

Casus in quibus eligentes ipso iure priuantur, glos. iurarent de elect. deroga. pag. 63.

Source : BIU Cujas

Caſus. 4?. exigentes ſpeciale mandatum. glo. ſpeciale de electio, deroga. pag. 71. cum ſeq.

Caſus quibus papa ſine regis nominatione prouidet glo. expectata. §. monaſterijs de regia nomina. pag. 141. & ſequen.

Cauſa rationabilis quæ dicatur & an in regis conſanguineis requiratur gloſ. rationabili. §. primo de regia ad præ. nomi. facien. pag. 11?.

Cauſa conſanguinitatis vel alia an ſit in bullis ꝓuiſionis exprimenda glo. exprimenda. §. primo de regia ad præl. no. facien. pag. 119.

Citandus eſt nominatim contradictor, niſi in caſibus expreſſis in glo. gallicos de conſti. pag. 44. & ſeq.

Citatio generalis an & quando fieri poſſit, & de quo profit. glo. intereſſe de conſtit. pag. 47. & ſeq. vbi multa.

Citatio per edictum quando poſſit fieri, cõtra quos, & per quos glo. edictũ de conſtitu. pag. 50. & ſeq.

Citatio requirit terminum. fallit vt in glo. terminum. de conſtitu. pag. 51.

Citatur exterus per edictum, & quo modo poſſit fieri. ibidem.

Citatio requirit cauſam. glo. cauſas. pag. 52. ibidem.

Citatio ſi tua putaueris intereſſe cõpareas quando poſſit fieri. ibidem. pa. 49.

Citatio an habilitet perſonam citati, & quando. ibidem.

Clauſula ex certa ſcientia quando cenſeatur appoſita. glo. ex certa de regia ad præla. no. facien. pag. 77.

Clauſula de plenitudine quid ſit, & operetur, & per quem apponi poſſit, & in quibus actibus. glo. plenitudine de regia ad præla. nomina faciend. pag. 77.

Clauſulæ quæ ſolent in literis licentię deſcribi. glo. cũ rigore de regia ad præla. no. §. primo prima. 94.

Clericus an & quando poſſit citari à iudice ſeculari. glo. intereſſe de conſtitu. pag. 40.

Coadiutorem papa dare poteſt ſine regis nominatione. glo. vacantibus. §. primo de regia ad præla. no. pag. 86.

Collationem habens à papa vel à rege non poteſt alteram ab alio recipere. glo. etiã. §. primo de regia ad præla. nomina. pag. 81.

Collegio cardinalium an rex poſſit nominare. glo. nobis. §. primo de regia ad præla. nomi. pag. 10.

Concilium an & quando ſit ſupra papam. glo. concilium. pag. 5. in proœmio.

Concilia omnia iure reguntur. glo. concilij. pag. 25.

Concilium Lateranenſe multiplex declaratur in Rub. de approba. conuento. pag. 31.

Cõcordata in locum prag. ſanctio. ſubrogata ſunt in proœmio. pa. 25. glo. vice.

Concordata ſunt in priuilegium data. glo. priuilegijs de approba. conuento. pag. 35.

Concordata facta ſunt ad regni vtilitatem, ideo iudices intellectum ad id tendentem ſequi debent. glo. perſonæ de approba. conuento. pagina trigeſimaquinta, & glo. vtilitate. de elect.

Source : BIU Cujas

derog.pag.64.

Concordatorum ſicut legum quadruplex eſt virtus,gloſ.leges de electio. deroga.pag.64.

Confirmatio quid ſit & quotuplex ſit,glo confirmationes in §.monaſterijs de regia nomi.pag.130.

Confirmare quis poſſit,&confirmationem petere debeat, gloſa ſolenniter §.monaſterijs de regia adpręſ.no.pa.131

Cõſanguinei regis qui dicãtur, glo. conſanguineis §.j.de regia no. pag. 115.

Conſanguinei regis non qualificati an ad abbatias nominari poſſint,glo.cõ ſanguineis §.primo de regia ad pręſ.nomi.pag.116.

Conſanguinei reginæ non qualificati an poſſint nominari,glo.præfati regis §.primo de reg.ad prælat. nomi.faciend.pag.117.

Conſilium debet habere princeps, vt bene regat,gl.viros in proœmio,pa.28.

Conſiliarij in ingreſſu ſolent in parlamentis examinari, niſi ſint doctrinę excellentis,gloſ.excellentis §.primo de reg ad prælat.no.pag.124.

Conſtitutio quid ſit,& vnde dicatur in Rub.de conſtitu.pag.33.

Credendum ne ſit dicenti ſibi aliquid commiſſum viuæ vocis oraculo, glo.ex certa de regia ad prælat. nomina.faciend.pag.77.

Curialium epiſcopatibus an papa ſine regis nominatione prouideat, gloſa per obitum §.primo de regia ad prælat. nomina.pagina.111.

D.

Delphinatus quomodo fuerit regi Franciæ acquiſitus,glo. delphinatu §.j. de regia ad præla.nomi.pag.79.

Delphinus primus filius regis vocatur,& quare, gloſ. delphinatu §.prĩo de regia ad præla.no.fa.pag.80.

Delphinus an patre viuo rex nuncupari poſſit,glo. rex Franciæ §.primo de regia ad præla.no.pag.89.

Dictio duntaxat limitat & reſtringit,glo.cõſanguineis §.j.de reg. ad prælat.no.pag.116.

Diſpenſare quando papa &rex poſſint,glo.nullatenus §. monaſterijs de regia nomi.pag.139.

Doctor qualis noſandus ſit à rege gl. doctorem §.primo de regia, pag.93.

Doctor extra regnum promotus,an poſſit per regem nominari, gloſ.in vniuerſitate §.primo de regia ad præla.no. ibidem . vbi idem decidit in promoto ſub bulla.

Dolus abeſſe præſumitur à legibus, à legumlatoribus,& earum interpretibus,in Rub.de conſtitu.pag.38.

Dominus quis dicatur,&qualis eſſe debeat glo.dominus,pag.4.in proœmio.

Dũmodo dictio quid ſignificet,glo. dũmodo §.vlti.de regia nomi.pag.157.

Dyploma quid ſit,gloſ.dyplomatibus in proœmio,pagi.15.

E.

Eccleſia triplex,glo.leo de conſtitu. pa.39.

Eccleſia regularis erecta in ſeculare an priuilegium eligendi perdat,glo.cõceſſa §.vlt.de regia ad pręla.no.pa.149.

Electiones hodie in quo caſu poſſint fieri, gloſa decernentes §. primo de regia nomi.pa.114.

Electiones hodie an ſint coloratæ,

Source : BIU Cujas

ſtudia literarum, liberaliúmq; artiũ dogmata aſſidue docerent: quia in his maxime diuina manifeſtantur atque declarantur mandata. c. de quibuſdam. 37. diſt. verũtamen quia id tẽporis magiſtri ab epiſcopis ordinabantur ſine ſtipendiis & beneficiis, qui non poterant honeſte viuere, ideo docere non porãt, quare vidẽs concilium Lateranen. quòd os bouis triturantis ligari non debet. c. 25. Deuter. & c. extirpandæ. in prin. de præb. & quòd mercenarius eſt dignus mercede. 1. ad Cor. 9. c. & c. cum ſecundũ. de præb. ſtatuit in. c. quia de magiſt. quòd in ſingulis eccleſiis cathedralibus & collegiatis præficeretur grãmaticus, qui doceret clericos illarum eccleſiarũ gratis: in eccleſiis vero metropolitanis vt theologus eligeretur, qui doceret ſacerdotes & alios in ſacra pagina, quibus ſingulis voluit aſſignari prouentus vnius præbendæ quãdiu docerẽt: non tamen volebat quòd eſſent canonici. Et iſta à concilio ſtatuta fuere, vt docẽtis releuaretur neceſſitas, & vt via pateret diſcẽtibus ad doctrinã. d. c. quia. ſed quia nil de religioſis ſtatutum erat expreſſe, ideo Clemens v. in concil. Vien. ordinauit, vt ipſis monachis & aliis religioſis proficiendi in ſcientia, via oportuna nó deſit, quòd in ſingulis eorum monaſteriis, quibus ad hoc ſuppetũt facultates, idoneus præficeretur magiſter, qui eos in ſcientiis primitiuis inſtruat, ne adagio poſſit dici, monacho imperitior. Clemẽ. ne in agro. §. rurſus. & §. ad ampliationem de ſtat. mona. ✣ & in conſtitu. benedictinis. c. 6. de ſtudiis. ✣ Verũenimuero, quia ſtudiũ theologiæ deficiebat propter vnũ tãtum theologum, ideo in concilio Baſilien. fuit ſtatutũ, vt in ſingulis eccleſiis cathedralibus theologus conſtitueretur, qui ibidẽ canonicatum & præbendam haberet, vt prædicare, & legere poſſet: quod bonũ viſum fuit primo eccleſiæ gallicanæ: ideo id approbauit, vt in prag. habetur in. §. ordinat. Et poſtea cõcordatũ fuit inter ſanctiſſimum papã & dominum noſtrũ regem, vt illud ſeruaretur. patet in hoc ti. de colla. §. 1. Et hoc optima ratione fuit introductũ, videlicet vt errores vitentur, & reprobentur: qui niſi agnoſcantur, reprobari non poſſunt c. legimus. 37. diſt. c. fin. 24. q. 3. vnde ex defectu doctrinæ olim euenit veteres plures deos coluiſſe Sap. 13. c. Non cognoſcentes qui eſſet omnium rerum artifex: aut ignem aut aërem, aut gyrũ ſtellarũ, aut ſolem, rectores omniũ terrarum putauerũt. c. qui ſine. 26. q. 2. & q. 5. c. nec mirũ. Alias ratiões tradit gl. in §. ſequitur. in verbo afferat, eo. tit. in prag. & originẽ. cõcordatotũ latius tradũt primæ literæ Ro. ponti. ſupra. in proœmio. ibi cernere licet ✣ vbi etiam ſcripſi. ✣ ¶ Quarto præmittendũ eſt quòd concilio Baſilien. cõgregatum vidit etiã eccleſias indigere viris literatis, vt dicitur in. c. cũ ex eo. de elec. in 6. quibus minime prouidebatur, ſed poſt exhauſtum patrimoniũ in acquirẽdo ſcientiã, opus erat quòd mẽdicarent prætextu paupertatis, de qua in authẽ. habita. C. ne filius pro patre. & ibi dixi. Et ideo prouidere voluit hoc ordine, quòd ſinguli collatores graduatis qui in acquirendo gradũ exhauſerunt patrimonium, tertiã partem beneficiorũ in recõpenſationẽ tam laborum q̃ bonorũ in ſtudio expenſorũ conferãt, quod approbauit eccleſia gallicana, vt patet in titu. de colla. vbi fuſius declaratur in pragma. ſanc. ¶ Quinto præmittendũ eſt, quòd hæc prag. fuit Rom. pontifici & ordinariis collatoribus exoſa, adeo vt eam hæreſim appellarẽt: & ſciſſurã eccleſiæ, & mẽbra diaboli vocauit Barb. in c. mãdatum. col. 5. de reſcrip. ideo cũ Ludo. xi. anteq̃ ad regnũ peruenirẽt, promiſiſſet Papæ ſe prag. deleturũ cũ rex creatus eſſet, quod contigit, ideo promiſſi memor Sixtus Pont. maximus ad eum legatum Ioan. Balluam monachũ irregularem pro antiquanda dicta prag. miſit. rex egregii animi fidẽ obſtrictam liberare cupiẽs prag. ſublatã iri voluit: ſed ſchola Pariſiaca reſtitit, & Ioã. Romanus regius tunc procurator, quibus mul-

Cur logo tur ben

Qua tuti mo vt li tis dere

Prag tica papæ ordin riis e oſa.

Source : BIU Cujas

ta dolosus ille Bellua minatus fuit, vt etiam meminit Benedic. in repet. c. Raynutius. in verb. & vxorē. nu. 450. & sequent. & in verbo, si absque. in 2. de substi. fideicōmissa. nu. 44. de testa. Tandē quædā concordata fuerunt inter Sixtum & Ludouicum inita, quæ non fuerunt recepta, vt in extraua. ad regimē de maior. in communibus. & Gagui. lib. 10. in vita Ludouici x i, versi. fama ante hos dies &c. fol. 263. & habetur in rub. de cōst. §. vnde supra. eo. & glo. in §. nō volumus de colla. in prag. In verb. quatuor. Verūenimuero quia non fuerunt à regnicolis (vt dixi) recepta, ideo non ligauerūt, glo. in. c. 1. de treuga. Et ideo semper erat inter summum pontificem & Franciæ regē pro prag. controuersia. quare instigante diuina gratia Leo Papa X, & christianissimus Franciscus Franciæ rex, huius nominis primus hæc concordata tulerunt, anno. 1517. apud Bononiam, quæ fuere recepta, vt videre licet in quibusdam.

¶ Sexto præmittendū est, quòd in his cōcordatis theologo in primis de præbēda (quam theologalem vocarunt) prouideri voluerūt, tam in ecclesiis metropolitanis q̄ cathedralibus, vt studium theologiæ magis ac magis ampliaretur: vt plane demonstratur infra eod. §. 1. statuerūntque tertiā partem beneficiorum conferēdam esse nominatis graduatis ac rite qualificatis. Verūtamen erat difficile elucidare turnum in prag. statutum, & scire tertiam partem nominatis & graduatis debitam. Ideo clarius concordata statuerunt, vt loco tertiæ partis beneficiorum, tertia pars temporis graduatis & nominatis assignaretur, intra quod tempus, beneficia vacantia nominatis & graduatis conferrētur, & hoc statutum est in hoc titu. maxime, & est optima declaratio, quam summe optauit fieri glo. in ver. ordo. §. item placuit. eo. titu. in prag. ¶ Vltimo præmittendum est, quòd ista cōstitutio volens prouidere literatis, est conformis legi tam diuinæ, q̄ naturali, canonicæ & ciuili. Primo diuinæ, in qua dicitur, quòd cum Abraham descendisset in Aegyptum, docuit sacerdotes Aegypti astronomiam, & tunc cœperunt illam scientiam studere, & à rege habebant victum, vt dicit Iosep. lib. 1. antiq. & sacerdotibus in Aegypto primo philosophiæ vacare cōcessum est, Aristotel. in 1. Meta. quos refert Cōrad. in trac. de contracti. q. 73. sic vult in hoc titu. prouideri doctoribus & graduatis. Item in lege noua diuina dicitur 1. Cor. 9. ca. Quis militat suis stipendiis vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Nescitis quòd qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? & qui altari deseruiunt, cum altario participant? & Lu. 10. c. permisit Christus discipulis comedere & bibere, dicens, In quācunque domum intraueritis, in eadem manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. dignus est enim mercenarius mercede sua. sic dignus est docens, mercede. & Oseæ. 4. dicitur, Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. facit. c. si iusta. 38. dis. plene. Feli. in. c. si quando. col. 9. ver. dum glo. dicit. de rescrip. ¶ Item conformis est legi naturali, qua cauetur, vt filii alant parentes suos: sicut contrà pater suos filios. l. si quis à liberis. ff. de liber. agnoscēd. l. 1. in fin. & sequēt. ff. de iusti. & iur. Sed doctores & alii graduati dicuntur parentes illorū quos docuerunt. l. 1. C. de excusatio. artific. lib. 10. & ad Galatas. 4. c. dicitur, Filioli mei quos iterū parturio. & 1. ad Corinthios 4. c. Ego per euangeliū vos genui. & 1. ad Corinthios. 9. c. dicitur, Si vobis seminamus spiritualia, est magnum si metamus carnalia vestra? c. cum ex officii. de præscrip. Vnde cum præceptores alāt animas discipulorum, & anima est plusquam esca, Lucæ. 12. c. & præferenda omnibus rebus. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. ergo ipsi sunt alendi, & non possunt melius ali, quàm quòd prouideatur eis de beneficiis. ergo hæc constitutio volens vt eis prouideatur, est illi iuri conformis. ¶ Item con-

Discipulo an præceptorē alere teneatur.

Source : BIU Cujas

uenit legi canonicæ volenti prouideri viris literatis, & nõ asinis deferratis, dicit Io. Mo. in c. cum ex eo. de elec. in. 6. no. in c. cum in cunctis. in prin. de ele. Imo ignarus est iuri magis exosus q̃ homicida. c. fi. de æta. & q̃l. tenent Inno. & Panor. in c. cum nostris. de cõces. præb. ¶ Item conuenit præterea legi ciuili, in authen. habita. C. ne fil. pro patre. & in proœmio ffiorum, & in. §. fi. in proœmio Instit. Ex his ergo patet cõstitutionẽ istam & animæ & corpori salubrem esse, & ideo ✠ literatis & graduatis fauẽdum est vt dixi supra in rub. de approb. cõuẽto. in glo. personæ. ✠ ¶ Insuper quæro an altera pars valeat derogare his concordatis. Grauis est quæstio & ardua: super qua possum dicere, Ista non decẽt humeros gestamina nostros. Barba. cõsil. 1. vol. 1. Dicam tamẽ quid in ea sentiã. Primo videtur quòd sic, quia cõditori licet aduersus suam constitutionẽ dispẽsare, etiã sine causa. nã sicut fuit motus ad faciendũ, ita ad tollendũ siue dispẽsandũ. est enim par ius ligãdi & soluẽdi. c. verbum. de pœni. dis. 1. l. qui condemnare. ff. de re iud. Eius est nolle, qui potest & velle. l. eius. ff. de reg. iur. Secundo legimus apostolicam sedem olim Antiochiæ existentẽ, iussu domini per b. Petrum Romam translatam. c. rogamus. 24. q. 1. vt vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gẽtilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morerẽtur. c. beati. 2. q. 7. Et mutationes cathedralium ecclesiarum suadente necessitate & vtilitate fieri posse nõ ignoramus. c. mutationes. 7. q. 1. ac mutationes sanctorum. c. tribus. de con. dis. 1. c. siquis vult. 16. q. 7. sic & constitutionum mutationes. ¶ Tertio papa & rex habent plenitudinem potestatis. l. princeps. ff. de legi. c. proposuit. de conces. præb. Bal. in. c. fi. de prohib. feu. alie. per Feder. Et licet sint iudices ordinarii hominũ, tamẽ sunt delegati dei, Papa videlicet in spiritualibus, Rex in temporalibus. glo. sing. in proœmio Volu. in. 1. glo. quam notat Barba. in repet. c. Raynaldus. col. 77. de testa. & cõsil. 34. col. 21. in. 2. volu. & consil. 1. col. 3. in 3. vol. D. Boër. in tracta. de auctori. sacri magni cõcilii. in additio. ad Mõtaigne. fol. 28. ¶ Contrarium credo verius, quia concordata contractus vim habent, vt patet infra de firma & irreuocabili cõcordato. stabilita. & contractus ligant etiam principẽ. c. 1. de proba. c. posteaquam. 25. q. 2. c. 1. de natura feudi. Nil est quod ampliore luce prefulgeat, q̃ recta fides in prĩcipe. epistola, Inter claras. C. de summa trinita. glo. in. c. ad apostolicæ. de re iud. in. 6. Et concordata habent vim decreti, vt quicquid factum fuerit contra illa, nòn teneat. Domi. consi. 56. inter sanctissimum. co. vl. ¶ Item quando cõstitutio trãsit in contractum, reuocari non potest in preiudicium eorum quibus ius ex eadem quæsitũ est. Innoc. in. c. nouit. de iud. Ioan. And. in addit. ad Specul. in titu. de censi. §. nunc dicẽdũ. versic. quid si vniuersitas. Bar. in. l. hi qui. C. de excus. munerum lib. x. Refert Roma. consi. 352. quæritur. col. 3. Deus ipse seruauit quod promisit Abrahæ, Gene. 22. Multiplicabo semẽ tuum &c. Item de spiritussancti missione, Lucæ vlt. Ego mittam promissum patris mei in vos spiritum. ergo & principes debent seruare. Nec obstat quòd constitutionem conditor reuocare potest, quia, fateor, nisi transeat in contractum, tunc tollere, vel dispensare aduersus eam, nõ potest, arg. l. quod semel. ff. de decret. ab ord. faciẽd. Innoc. in d. c. nouit. de iudic. Bal. in. c. Innotuit. col. 1. de electio. Roma. d. cõsil. 325. quo ad primum. col. penult. versic. 1. nisi constitutio. & consil. 116. visis necessariis. col. 1. Ratio est, quia si esset in voluntate principis cõtractum factũ infringere, nullus cum eo contrahere vellet, & sic commercio hominũ careret contrahendo, quod esset absurdum: vt qui est princeps omnium, cõmercio omniũ careret: & qui est omnium præsul, esset omnium exul. verba sunt Bal. in. l. princeps. ff. de legi. Alex. cõsil. vlti. numero. 22. in. 4. vo

vna pars an cõcordatis derogare possit.

Mutationes ecclesiarum & sanctorũ fieri possunt.

Papa & rex sunt delegati dei. licet sint hominũ iudices ordinati.

Cor tio uoc qñ in c ctu

Plu tiõe re p ceps tract nõ cet.

lu.Barba.in consil.2.à Ioue. col.2.in.4.vol. Alber.Brunus in consi.2.viso themate.col. 4.& consil.12.patres.col.6.& de ripa in lib. 2.responso.c.28.Allobrogum. Ias.in.l.si pecuniã.col.5.nu.13.ff.de condict. cauſ. data. Et magna pœna eſt inter homines eſſe,& hominũ carere commercio.l.hi qui sanctã. C. de apoſta. vt erat Tantalus, prout poetæ dicunt, vt Horatius Satyra.1. Tantalus à labris ſitiens fugientia captat Flumina.

¶ Secunda ratio eſt,quia nullus poteſt contra ſubſtantiã actus illo remanente diſponere.l.cũ precario.ff.de preca.glo.in.c.2.de cõſue.in.6.l.vbi.ff.de do.cau.mor.ſed ſubſtantia cõtractus eſt, vt ſit vltro citroq; obligatorius.l. Labeo.ff.de verb.ſigni. ergo princeps cõtrahẽdo ſubſtãtiæ cõtractus ſe ſubiicit, alioqui non eſſet contractus, ſic in ſimili dicitur in c.cum ad monaſteriũ.de ſtatu mona.¶ Tertia ratio eſt,quia id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis non poteſt auelli.l.id quod noſtrũ.ff.de reg.iur.Roma.conſi.352.quæritur.col.vlti.ſed per contractum nobis quærit,ergo non poterit auelli ſine noſtro facto.¶ Quarto non ſeruare fidem contractus,eſt mẽtiri.l.dolus.ff.manda. & mendaciũ abominabile eſt in ore principis maxime.Bal.cõſil.24.ius abbatialis. vol. 2.ergo fidem ſeruare debet contractus.

¶ Quinto contractus ſui natura eſt trãſmiſſibilis ad hæredes.§. ex conditionali. & ibi Chriſtopho. Porc.inſtit.de verb. obli. Bal. conſilio.159.ſuper eo.col.2.in.3.volu.

¶ Sexto de iure naturali obligatur princeps propter conſenſum.l.i.ff. de pact. ideo non poteſt tolli per principẽ. Dec. conſi.284. in cauſa.& conſi.292.& pro tenui.col.vltima.

¶ Septimo ſi princeps non obligaretur ex contractu,nec contrahens ſecum,ex natura tam contractus quàm correlatiuorum. l. 2. C.de indic.viduita.tollen.& ibi Ias.

¶ Octauo contractus ſunt de iure gentium, cui non poteſt derogare princeps.glo.in.l.2. C. de præcib.imperato. offeren.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iure.l.eas. de capit. diminutio.vbi dicitur quod ciuilis ratio non poteſt iura naturalia tollere.§. ſed naturalia inſtit. de iure natura.l.bona fides.ff.depoſit.

¶ Nono in contractibus princeps conſideratur vt priuatus, qui à principio contrahere poteſt vel non,ſed poſtea factum contractum obſeruare tenetur, ſicut & priuatus.l. ſicut.C.de actio. & oblig.ſic conſuluit Decius.d.conſil.286.in cauſa.col.penult.

¶ Decimo,naturalis ratio vult, vt quæ cõtrahẽtibus placuerũt,ea ſeruare teneantur l.1.ff.de pact.& graue eſt fidem fallere.l.1.ff. de conſti.pecu. Et ſic licet princeps ſit ſolutus legibus,non tamẽ dictamine rationis naturalis,nec lege naturæ.verba ſunt Bal.in.l. 2.col.6.numero 40.C.de ſeruit.& aqua.Decius conſi.48.& mature.col.3.Itẽ dicit Dauid pſal.148.Statuit ea in æternum & in ſeculum ſeculi:præceptum poſuit, & non præteribit. Et iſta eſt communis cõcluſio vtriuſque iuris profeſſorũ,quòd papa & alii principes ex pacto & contractu obligentur.Bar. & alii in.l.digna vox.C de legib.Bal.in.l.fi. C.de trãſac.&.l.ex imperfecto.de teſta.Ias. in.l.ciuitas.col.3.ff. ſi certum petat. & conſil.1.vol.1.Io.de ana.in conſil.81.viſo inſtrumẽto.col.2. & omnes in.d.c.1.de prob. Decius conſil.410.in cauſa & conſil.689.viſo, collo.2.Antho. nicell. in concord. iuris.vl. eſtque communis opinio aliorum, quos ſi citare,turbæ lectores fatigare poſſent. eos igitur nũc miſſos facio. ¶ ☞ Vndecimo æqualitas in contractibus requiritur, & ideo in illis princeps iure communi vtitur. Bal. in c. 1.de natura feudi refert Decius conſil. 580. quæritur.☜ ¶ Vltimo facit dictum Bal. in c.cum omnes.de conſti. quem refert Feli.in c.cum acceſſiſſent.col.2.nu.5.eo.ti.quod ſi epiſcopus cum conſenſu capituli (qui aliàs erat neceſſarius) fecerit ſtatuta, quòd ſolus epiſcopus non poterit ea reuocare,ſic nec alter concordata.& ſic concluditur, quòd alter,videlicet papa vel rex,concordata reuo-

Princeps nõ eſt ſolut⁹ à lege naturæ nec à ratione.

Source : BIU Cujas

care non posſit.imo ſi eſſet fas dicere, cõclu dendum eſſet, nec papã cum rege concorda ta poſſe reuocare, quia omnis res per quaſcũ que cauſas naſcitur, per eaſdẽ diſſoluitur.c. 1.de reg.iur.&.l.nihil tam naturale.ff.illo tit.

Concordata fuere inita ĩter papã ſedẽ apoſtolicam, & regẽ ac regnũ

Sed iſta concordata fuerunt inita inter papam ſedẽ apoſtolicam,& regẽ ac regnũ Franciæ,vt patet in rub.de firma & irreuoc.concord.ſtabi.in prin.ergo &c.& in verſ.necnõ ſic dicitur. Necnon irritũ & inane quicquid ſecus ſuper his, vel eorũ aliquo, à quoquam quauis auctoritate, etiam per nos & ſucceſſores noſtros præfatos ſcienter vel ignorãter contigerit attẽtari decermimus. ecce ibi tex.formalẽ pro huius quæſtionis deciſione.

Succeſſor an cõ tractũ factum reuocare poſſit.

¶ Quæro an ſucceſſor poſſit reuocare contractũ factum à prædeceſſore? videtur quòd ſic:quia licet princeps ligetur contractu, nõ tamen ſucceſſor, nam contractus principis non tranſit in ſucceſſorẽ, qui non habet cauſam à prædeceſſore. morte enim regis finitur honor regis, dicit expreſſe Bal.in.l. ſi pater.C.ſi pẽdẽ.appel.mors interuenerit.l. lex vectigali.ff.de pig. ¶ Secundo papa,imperator vel rex non poteſt imponere legem ſuo ſucceſſori. Io.Mona.in.ca.1.de conſt. in 6. Bal.in prooemio feudo.col.8.verſi.expedita. & c.1.in princ.col.vl. qui feu. dare poſſunt. poſt glo. ibi in ver. abbatiſſam. & Anto. de Butr.in conſil.74.viſis ſtatutis.col.1.per c. innotuit. de elect. paulo poſt princ. ibi, qui ſucceſſoribus ſuis nullum potuit in hac parte præiudicium generare,pari poſt eum, imo eadem poteſtate functuris. ¶ Tertio parem nõ habet imperium.l.4.ff. de arbitris l.ille à quo.§.tempeſtiuum,ad trebel. & dicit Bal. in prooe. ſtorum.col.4. verſi.ſed oppo. quod ſicut imperator non poteſt imponere ſucceſſori legem legis, ita nec legem cõtractus. nam omnis auctoritas pẽdet ex lege.l. legitima.ff. de pact. pleniſſime Barb. cõſi.1. in.1. vol. ¶ Contrarium eſt verius per tex. in.d.c.1.ibi prædeceſſores tuos.de probat.l. ſi.ff.de donat.inter vir.& vxor.quia ſucceſſor cenſetur vna perſona cum prædeceſſore.in authẽ.de iureiuran. à morient. præſti. coll.4.dicit iuriſconſultus legionem eãdem haberi ex qua multi deceſſiſſent, quorum in locum alii ſuffecti eſſent: & populum eũdem hoc tempore putari, qui abhinc centum annis fuiſſet, cum ex illis nemo nunc viueret. in.l.proponebatur.ff. de iud. Ideo dicit Bar. in.l. prohibere.§. plane.ff. quod vi aut clam. quòd cõceſſio ſeu donatio facta à rege, quæ non affert magnum præiudicium iuriſdictioni regali,præiudicat ſucceſſori in regno.per c.abbate ſane.de re iud.in 6. Oldra.cõſi.95. ex forma. ¶ Item dicit Bald.in.l.digna vox C. de legib. quòd pacta & concordata quæ fierent hodie cum regibus Franciæ & Angliæ,porrigerentur ad ſucceſſores.Et ſic ſucceſſor ligatur ex pactis & concordatis initis cum prædeceſſore. Bald. in c.1. qui ſucceſſ. feud. da. teneantur. Et idem Bald. conſil. 271. caſus Silii. in primo vol. & conſi. 371. verba Cyni.in.3.vol.plene do.Ioan.Igneus Rothomagen. præſidens excellẽtiſſimus in repet.l.donationes col.2.& ſeq.C.de dona. Inter virum & vxor.Et iſta eſt vera & communis concluſio vtriuſque iuris doctorum, videlicet quòd contractus principis tranſit ad ſuos ſucceſſores,ac eis præiudicat,& obligat, vt tenet Iaſon in conſil. 10. videretur. col.3.in.3.vol.facit quod notat Oldra.conſi.94. eleganter in fi. vbi ſententiam latam contra vnum,nocere ſucceſſori aſſerit. Calca.conſi.62.factum tale.col.2.Et allegata in contrarium non procedunt in contractibus vel pactis geſtis per principem. Domi. cõſi. 74.attentis,col.1.Bologni,conſi.6. viſo igitur.col.pen.niſi cõcederet Regalia.c.intellecto de iureiur.quia ſicut nõ poteſt iura ſucceſſorum ſubuertere,ita nec minuere.l. ſi optio.ff. qui & à qui.ca.1. quæ ſint regal. Iaſ. conſi.1.col.3.vol.1.& d.conſil.10. in fi.vol. 3. Intellige quãdo pacta eſſent inita ſub nomine dignitatis.ca.quoniã abbas. de off.delegat.vt hic ſunt inter papam & ſedem apo-

Source : BIU Cujas

ſtolicam,& regem ac regnum:ergo à papa,à ſede, & à rege ac regno ſeruari debent, & etiam à ſucceſſoribus,quia dignitas non moritur.c.ſi gratioſe.de reſcrip.in 6, & ſic ſemper erit ſedes apoſtolica,& regnum Frãciæ. ☞¶Item quando aliquid ſtatuitur ſuper fide & moribus à papa, ſucceſſor eius non poteſt hoc reuocare.extrauag.quorundam verſi.ad impugnandas de verb.ſignifi. in extra. Ioan,22. Antho. Nicellus in concord.vltima. gloſ.iuris canonici & ciuilis, vbi tradit quatuor limitationes.vide glo.in verbo.iuret.§.decreuit.de electio.in prag.☜

¶Item quando pacta ſunt realia, vtpote facta ſub nomine gentis. tunc etiam tranſeũt ad ſucceſſores.l. conuentionum.ff. de pact. Bal.in d.l. digna vox. in fi. niſi dolus interuenerit ex parte vnius, quia geſta dolo, rata prætor nõ habet.l.1.& per totum.ff.de dolo. ¶Item quando fit mentio ſucceſſorum, tũc ſunt in rem ſcripta.Bal.conſi.159.ſuper eod. col.2.vol.3. ¶Item priuilegium licet in contractum tranſiuerit, tamen poteſt princeps illud reuocare ex cauſa publica, & iuſta.l. ſi hominem.ff.mãda.Soci.conſi.4.ſuper quæſtione.col.3.vol.3.Alexan.conſil.16.in cauſa.col.penult.volu.5.Quando illa reuocatio fit in præiudicium ſubditi ☞ reuocantis, ſecus in ſubdito alterius principis, vtpote in Hiſpano vel Anglo à quo priuilegium auferri non poſſet. Alexan.conſi. vlt.nume.19.in 4.vol. ☜ per c.in noſtra.de iniur.& ibi Innoc.& alii.Iaſ.conſil.227.col.11. verſi.14.in 2. vol. vt quando concedit exemptionẽ vetus nientibus de nouo ad habitandum in aliquo loco.Bart.in.l.omnes.ff.de iuſti.& iur.Alex. conſil.54.viſo puncto, in.4.volu. Barba. in rep.c.cum M.col.26.nu.70.de conſtitu. ☞Roma.in repe.l.ſi vero.§. de viro fallent. 24.ff.ſolu.matrimo.☜Et quando dicatur iuſta cauſa,Iaſ.d. conſil.1. col.10.volu.1. vide aliam limitationem per Bald.in.ca. vno.qui ſucceſſo.feud.da.col.2.

☞Item quando priuilegium conceſſum eſt ob remunerationem, vtpote, quando princeps conceſſit ob laborum remunerationẽ, quos pro reipublicæ vtilitate ſubditi perpeſſi ſunt(vt nuper habitatores Peronæ,qui ob eorum benemerita exemptionibus taliarum, ac aliis priuilegiis à rege *hoc anno.* 1536. donati ſunt in menſe Februario. *hi enim* Saguntinos longo ſuperant interuallo. Illi enim pertinacia quadam in foro igni extructo quicquid erat precioſarum rerum in eum coniecerunt, ac demum ſe, ſuóſque liberos ne in hoſtium manus venirent:hi vero eorum prudentia ac prouidentia ſeipſos liberóſque, ac res ſuas à faucibus inimicorum eripuerunt: vnde adagio dici poteſt,Peron.defenſio,id eſt,mirabilis,ac prudens)nõ poteſt reuocari etiam prætextu ingratitudinis.l.ſi pater.§.fin.ff.de donatio. Bald.in.l.ſi cum mihi de dolo. Roma. conſil.436. quod indultum.Et derogatio generalis priuilegiorum non tollit hoc priuilegium Roman. in repet.l. ſi vero.§. de viro fallen. 24.ff. ſolut. matrimo.Tiraquel. in repet.l. ſi vnquam in verbo donatione.nu.13.C.de donatio.☜

De priuilegiis Peronen. ciuium.

Ideo cum hæc concordata ligent tam papam quàm regem, & ſuos ſucceſſores, fortius & ſuos ſubditos. quod intellige in his quæ fuerunt recepta, & quæ tangunt commodum eccleſiæ gallicanæ. gloſ.in cap.1.de treuga.Et ideo quo ad expreſſionem veri valoris non fuerunt per regnicolas recepta,licet ſtatutum fuerit in concord. in rubr. de manda.apoſt.in fin. quòd verus valor exprimatur,alioqui gratiæ ſint ipſo iure nullæ,ſi à ſummo pontifice emanatæ ſint: quia regnicolæ, vt fulgura, conſtitutiones burſales odio perſequuntur, & quantum in ſe eſt abiiciunt. Iſtis ero contentus, recordatus dicti ſapientis Catonis, Cum ſis mortalis, quæ ſunt mortalia cura.& quia ſunt ſupra caput.

Cõcordata in quibus non ſunt à regnicolis recepta.

¶Poſtremo, vt inter iuriſconſultos materia collationũ eſt vtilis & ardua, teſte Paul. in rub.C.de colla.ſic apud canonum profeſſores eſt valde vtilis, ideo attingẽda,iuxta.l.

Collatiõnũ materia vtroque iure vtilis eſt.

Source : BIU Cujas

legaui.ff. de liber. lega. & quia hæ ſunt leges regni, ideo ſciri debent, vt ſciantur. Sequitur rubrica.

Collatio quot modis accipiatur.

a ¶ De collationibus.] Pro cuius elucidatione in primis videndū eſt, quot modis capiatur collatio. Primo igitur expediendo materiam rubricæ, collatio accipitur ſecundum quoſdā pro diuiſione librorū, vt in li. authē. colla.1.2.& ſeq. Vel, & melius, pro libro. vt colla.1.id eſt, lib.1. ¶ Secundo dicitur publici muneris impoſitio.l.1.C. de epiſ. & cleri. & in rubr. de collatori.colla.9. & in rub. de collatio.donator.C.li.10.& ibidem de colla. æris.& lib.11.de colla.fundo.patrimo. ¶ Tertio accipitur pro diſputatione quam faciunt inuicem doctores vel ſcholaſtici conferēdo de aliqua quæſtione. Decius & alii in rubr. de colla.C. ¶ Quarto pro quadam communicatione rei propriæ cauſa diuidendi pro portionibus hæreditariis.l. illā.§.fi.C. de colla.& eſt in commune latio.dicit glo. in rub. ff. de colla. bono. & ita accipitur ibidem, & de colla.dotis.& in rub.C.de colla.& ibi paſſim per iuriſconſultos. ¶ Quinto pro comparatione, vt in in authē.de inſtru.cautel.& fide in princ.colla.6. & ibi glo.in verb. collatio. &.§. ſi vero etiam. in authen. de his qui ingrediuntur ad appella.colla.5. ¶ Sexto pro collatione vini. Salic.in.l.ſi emancipati.col. 1.C.de colla.quæ optime exercetur in Francia. Galli enim homines frequēter inuitant ad collationem. ¶ Septimo pro aſſignatione beneficii eccleſiaſtici, quam prælatus facit de aliquo beneficio vacante: & proprie eſt tranſlatio iuris libera.Panor.in c.ex frequentibus.col.penult.c.authoritate. colū.2. de inſtit. Domi. & alii in c. cum in illis.§. 1. de præb. in.6. & ita accipitur hic, & in iure pontificio ſic communius accipitur. Aliis etiam modis accipitur apud rhetores & grāmaticos, apud quos cernere licet. Hic tamen nota quōd tex. vult tractare quomodo & quibus conferenda ſint beneficia in hoc Franciæ regno. Vt intelligatis, primo de iure dicam breui, qualiter conferenda ſint beneficia: ſecundo, à quo: tertio, quibus perſonis: quarto, intra quod tempus. poſtea ad leges regni veniam. ¶ Ad primum qualiter conferenda ſint beneficia de iure? Reſpon. pure, palam, libere, & ſine diminutione. Primo purè debent conferri, videlicet ſine pacto, & ſine conditione.c.fi.de pact.c.quam pio.1.q.2. nā huiuſmodi conditiones ſimoniam inducunt c. cum pridē de pact. ſiue ſint tacitæ ſiue expreſſæ.c. per laicos. 16.q.7. ¶ Item non debet interuenire modus, qui æquipollet conditioni.C. de donat. quæ ſub modo.l.1.& c. verum.de condit.appoſi. Imo magis obligat modus, quàm conditio. nam ſi is cui ſub modo aliquid relinquitur, caueat de implendo modum, ſtatim agere poteſt.l. ſi tibi legatum.ff.de legat.3.l.quibus diebus §.fi.de condit. & demonſt. ſecus in conditione, cuius implementum expectari debet.l. qui hæredi. §.fi.ff.de condit.& demonſt.l.cum in teſtamento.de fideic.liberta.

Galli inuitāt homines ad collationem.

Collatio quomodo ſumatur in iure pontificio.

¶ Palàm etiam debent conferri, alioqui ſuſpecta eſt collatio.c. vno.§. porro. vt eccleſiaſti.beneficia.facit.l. non exiſtimo.ff.de adminiſtr.tuto.c. clericus.81. diſt. non tamen ob hoc reprobantur collationes, dummodo is cui confertur, capax ſit.arg.l.1.C. de delatorib.li.10.Peruſ.in c.ſi tibi abſenti de præb. lib.6.& ſic inoleuit conſuetudo, vt in cameris ſuis paucis præſentibus epiſcopi beneficia conferant. Non admittuntur tamen vt audiui, collationes epiſcoporū ſine teſtibus conſcriptæ, ſenatuſcōſulto dictante, vt fraudes vitētur: + de quo plenius ſcripſi in tracta. nomina.q.x.nu.22. nā literis epiſcopi in preiudicium aliorū credi nō debet ſine teſtibus Archid.in.c. vt circa colū.2.in ver. Inſtrumēto publico.de electio.lib.vi. & in deciſio.rotæ cauſa vltima + & ſi interuenerit diutina occultatio, collatio præſumetur fraudoſa, & ex quibuſdā circunſtantiis, vt d.c.

vno hodie est decisum per regulã cãcel. 34. Quòd si resignatio in curia no fuerit publicata intra sex menses, nec is in cuius vtilitatem est resignatum, possessionẽ adeptus fuerit intra id temporis, & resignans moriatur in possessione, beneficia ex illa occultatione censentur per mortem vacare.

☞ Quæ regula fuit publicata in hoc parlamento die 27. Augusti. anno. 1492. & demũ arrestis curiæ confirmata, contra Guillemũ Carton pro magistro Hugone Rogier anno. 1504. die 4. Augusti, & anno. 1505. die. 23. Decemb. & anno. 1526. die 7. Septemb. & aliis pluribus arrestis. Ita quòd in hoc regno seruatur ad vnguẽ. & vbi debeat publicari dixi in glo. in quo. §. cum vero in addit. ſ. eodem. ☜ ¶ Idem si fuerit extra curiam resignatum, & infra mensem non fuerit resignatio publicata, vt ibidem dicitur. Et intellige quãdo resignans moritur: secus si viuat, quia semper possessio accipi potest, vt ibi dicit glo. vide Domi. consi. 85. & Roma. com. 337. quo ad primum. colũ. 2. Electiones vero cladestinæ reprobantur, in c. quia propter. §. fi. de elec. ¶ Tertio libere, id est, puro iusto, & rationabili motu, non carnali, vt Abacuc 2. cap. dicitur: Væ qui ædificant ciuitatem, scilicet sanctam, in sanguinibus c. graue. & c. relatum. de præb. & c. vno in fin. vt ecclesiastica bene. & c. ad supplicationẽ. de renũciat. quia non sanguini. sed vitæ meritis sunt ecclesiastica beneficia conferenda c. Moyses. 8. q. 1. vel libere, & non per pecuniam: vel auaro modo. c. si quis præbendas. 1. q. 3. c. dilectissimi 8. q. 2.

¶ Item libere, non vero beneficium viuentis c. 1. de concess. præb. Expono fusius verbum libere, in §. præfatique ordinarii. glo. libere. ſ. eod. ¶ Quarto sine aliqua diminutione c. vno. §. pẽ. vt ecclesia benefi. c. de monachis. & c. auaritiæ. de præb. facit c. prohibemus. & c. grauis. de censib. Ideo episcopus non potest sibi retinere pensionem conferẽdo beneficiũ nec suo nepoti iuueni, qui non potest obtinere illud beneficium c. extirpandæ. §. qui vero. in fi. de præb. & ibi Panor. & Imol. vt dixi in tracta. de pacificis possess. hoc lib. ¶ Secundo est videndũ, à quo conferantur. Respon. aliquando à papa c. si à se de. de præb. lib. 6. & c. si gratiosè. de rescript. eod. lib. cũ infinitis similibus. ☞ Et an concilium generale possit beneficia conferre: tradit Panor. in disputat. prima. incipien. episcopus. in 4. dubio. refert Io. de selua in tracta. de benefi. in 2. parte q. secunda. ☜ ¶ Aliquãdo à legato de latere c. 1. de de offi. lega. lib. 6. c. dilecto. cũ similibus de præbẽd. & ibi dixi hoc anno. A quo cõ ferantur beneficia

¶ Item quandoq; ab episcopo. c. omnes basilicæ 16. q. 7. c. 2. de concess. præb. c. ordinarii. de off. ord. lib. 6. Quandoq; ab inferiore, puta abbate vel alio, cle. vna de supplen. negli. præla. Aliquãdo à capitulo c. eam te. de rescript. c. si capitulo. de concess. præb. li. 6. c. cum ecclesia. & ibi glos. de elec. Nulla, inquit, ratio finit, vt inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi. c. 1. versi. nulla. 23. dist. Aliquando à laico ex priuilegio c. dilectus. 3. de præb. Vide quæ dixi in 8. q. principali tract. nomi. ¶ Tertio quibus conferenda sint beneficia? Respon. idoneis c. graue. & c. referente. de præb. & c. 2. de institu. extraua. ad regimen. de præb. in communibus glo. in §. 1. in verbo idonei. de colla. in prag. Card. in c. ex parte. q. 2. de constitu. idoneis & honestis. dicit tex. in c. post electionem. de concess. præb. ¶ Idoneitas in tribus cõsistit. de quibus in c. cum in cunctis. de elect. in moribus, ætate, & scientia: & ibi declaratur. & per Ancha. in cle. vna. no. 1. de cõcess. præb. quæ scientia requiratur. Quib⁹ cõferenda sint beneficia

¶ Quarto & vltimo quæro intra quod tempus conferri debeant beneficia? Respon. de papatu est tex. in. c. vbi periculum de elect. & cle. ne Romani illo titu. vbi cardinales post obitum Roma. pontificis decem dies expectare debẽt alios cardinales, & postea quàm citius poterunt eligere. Beneficia intra quod tẽpus cõferantur.

Source : BIU Cujas

¶ Item beneficia vacantia in curia non poſſunt conferri per ordinarium vel alium ante menſem, poſt ſic per ſex menſes c.2. & 3. de præbend.lib.6.niſi apoſtolica ſede vacante.c.ſi apoſtolica.illo titu.

¶ Dignitates, epiſcopatus, & aliæ ſiue cathedrales ſeculares ſint, ſiue regulares, in quibus eccleſia eſt viduata paſtore, debent aſsignari intra tres menſes c.ne pro defectu.de electio. Alioqui deuoluitur ad proximum ſuperiorē diſpoſitio.ibidē. & notat Florē.inter tia parte ſummæ in tit.15.c.1.§.5.quodlimitatur in c.quanquam.de elect.in 6.

¶ Hodie tamen rex Franciæ in hoc regno in his dignitatibus habet ſex menſes ad præſentandum aliquē Rom.pontifici, ſeu nomi nādum.& niſi intra id tēporis nominauerit idoneū, habebit adhuc tres menſes.ita dicitur ſupra hoc libro in rub.de regia ad præla turas nominatione facienda & ibi dixi.

¶ Collationes vero beneficiorum intra ſex menſes fieri debent. Alias deuoluitur collatio ad proximūſuperiorē.ca.2.de cōceſſ.præben.& ibi ſcripſi.

¶ Præſentatio etiā debet fieri à laico intra quatuor menſes c.vno de iure.pa.lib.6.Si à clericovel ab vtroq; ſimul, infra ſex menſes tenet glo.fin.ibi communiter approbata.

¶ Vidimus de iure, nūc ſupereſt videre quid immutetur per hæc cōcordata. Et dic quōd hic primo ſtatuitur, vt theologo præbenda theologalis, demum nominatis & graduatis debite qualificatis, & aliis idoneis beneficia conferantur.

¶ Quæ beneficia? Reſp. beneficia vacantia in menſibus præſtitutis, in.§.præfatique ordinarii. Item præbenda theologalis & parochiales eccleſiæ ſitæ in ciuitatibus ſeu villis muratis, graduatis ſeu nominatis debentur, alia beneficia aliis idoneis prout à iure ſtatutum eſt.

¶ Tertio à quo ſint conferenda? Reſpon.à collatoribus ordinariis: & ſi illi recuſauerint, ad proximum ſuperiorem deuoluitur ius conferendi. Hæc eſt ſumma huius rub. Alia dicentur proſequendo tex.

¶ Notandum eſt tamen, quod hodierna cōſuetudo etiam ex his multa repulit. Nam vt dicit ſctūs Vicentius prædicator in ſuis ſermo. hodie ad dignitates & beneficia peruenitur per quinque caſus, videlicet per nominatiuum, genitiuum, datiuum, accuſatiuū, & ablatiuū, & hodie vocatiuus caſus dormit, nec eſt in vſu.eo conqueruntur grammatici, non valentes, ſicut olim, ſex caſus in uenire. Primo prouidetur dignitatibus per nominatiuum, vt patet ſupra.in Rub.de regia ad prælaturas nomina.facienda. Secundo prouidetur per genitiuum, videlicet genitis à principibus & à magnis dominis, ſiue ſint infantes quaſi modo geniti, ſiue maiores, & vitiis irretiti, ſiue ſint filii ſacerdotis. his enim per genitiuū prouidetur, vt patet per totū titulum de filiis preſbiter. & circa hos dicit glo.in c.peruenit.1.q.3. quōd epiſcopi ſunt cæci ac ſurdi, quia vitia à ſuis filiis commiſſa audire nolunt. Tertio per datiuum prouidetur etiam beneficiis, quia hodie dicitur, Date, & dabitur vobis. & magis frequēs eſt hic caſus, vt patet per totā Rub.de ſimonia. Audiui quēdam canonicū olim fuiſſe, qui nunquam ſuum dediſſet ſuffragiū in electione, quin prius aliquid conſecutus fuiſſet dicens, rien pour rien. & eo fuerunt electiones in hoc regno ſublatæ, vt patet in Rub.ſupra.de electio.deroga.vbi fuſius ſcripſi. Quarto per accuſatiuum multi ingrediūtur tam epiſcopatus quam alia beneficia. Accuſabitur bonus ab impio.c. cum oporteat.& per totum de accuſa.& qui per accuſatiuum ingrediuntur, per accuſatiuū egrediuntur: vt ſimiles fiant illis qui faciunt ea. Per vocatiuum pauci admittuntur, ſed quos æquus amauit Iupiter.nam columba quæ ſolebat afferre ſanctum ſpiritū, fuit occiſa per coruū, ſecundū Hoſtien.& Cardi.in c.quia propter, verſi.niſi.de elect. Refert de Ripa in 2.lib.reſp.c.13. de elect. licet dicatur ad

Hodi v.caſi benef obtin tur.

Source : BIU Cujas

Hebræos.5. Nec quiſquam ſibi ſumat honorem, ſed qui vocatus eſt à deo, tanquam Aaron c.qualiter.de electio.

¶ Item per ablatiuum multi veniunt: quia per potentiam vi auferunt beneficia à pauperibus, vt in Rub. de reſti.ſpolia. per totum. & poteſt dici quòd regnum cœlorum vim patitur.i. eccleſia, vel viri eccleſiaſtici. Transfuga miles ego ne fim. mea caſtra reuiſam. Aggrediens titulũ, lector adeſſe velis.

¶ Quatuor continet partes hic. 1.§. Prima præcipit præbendam conferri theologo. Secunda declarat qualis is eſſe, & quid agere debeat, ibi: qui per decennium. In tertia punitur theologus, ibi: & quotiens &c. In quarta conceditur eidem priuilegium fauore ſtudii. ibi: & vt liberius. & legitur vſque ad.§. præfati. In primis aptanda eſt nobis ſingulis verbis congrua interpretatio, dicit iuriſconſ. in l. item veniunt. verſ. aptanda. ff. de petio. hæred.

b ¶ Statuimus] Ius importat nouum. cle. fi. de reſcript. c. 1. de offi. delega. lib. 6. dixi in repet. l. vnicæ nota. 4. C. de ſentẽ. quæ pro eo quod intereſt. Tamen quãdo ponitur ſuper materia iam deciſa, non importat ius nouũ, ſed intelligitur ſecundũ ſubiectã materiam vt in hoc tex. quia iſtud erat deciſum in.§. ſequitur. eo. tit. in prag. Tradit Panor. & alii in c. decernimus. de iudic. Limitat etiã Peruſ. in c. fi. 55. 1. de deci. in 6. quãdo i principio conſtitutionis apponeretur verbũ declaramus, nam tunc verbũ ſtatuimus ibidẽ ſub ſequens, nõ erit iuris noui promulgatorium. pert ex. ibi. idẽ quãdo coniunctim apponeretur, vc; declaramus & ſtatuimus, per ſupra dicta. Nota tamẽ quòd verbũ ſtatuimus perfectã rem ſignificat, & cũ effectu, nõ verbo tenus. tex. in c. in his. de verb. ſignif. quaſi velit hic tex. dicere, iſtud ſtatutum (poſtq; animo condendi legem inter Gallos eſt factum, eſſe cum effectu ſeruandum. l. leges ſanctiſſimæ. C. de legib. c. memoriam. 19. diſtinc. glo. in verbo ſtatuimus. in extrauag. execrabilis Io. 22. de præb.

c ¶ Inſuper id eſt præterea. c. ſtatutũ.§. in ſuper. de reſcrip. in 6. l. 1. C. cõmunia. de leg.§. alia inſuper. inſti. de don. gloi.§. inſuper de. col. in prag. exponit iſuper. i. vltra vel præterea. quaſi velit dicere tex. q reſeruatiõis & gratiæ expectatiuæ ſũt ſublatæ i hoc regno. Põt tamen (vt ſup. diximus) papa in eccleſiis metropolitanis, cathedralibus, & colleg. canonicũ creare ad effectũ obtinẽdi dignitates Et præterea tenetur ordinarius collator prouidere vni theologo de præbẽda theologali cum eidẽ theologo reſeruetur per hũc tex.

d ¶ Ordinarius collator] Hi dicũtur ordinarii collatores, qui à papa lege vel cõſuetudine cõferendi habẽt poteſtatẽ. arg. c. à iudicibus. 2. q. 6. not. in c. ordinarii. de offi. ordi. in 6. & dixi in octaua principali quæſtio. tract. nomina. &.§. ſequen. Et hic ponitur ordinarius collator, ad tollendũ dubitationes quæ erãt i d. c. ſuper ſpecula. de magiſt. ibi, Cõſtituatur magiſter idoneus à prælato, cũ capitulo intellige, ſi collatio ad vtrũq; ſpectat. ſi vero ad vnũ tantũ ſpectet collatio præbẽdæ theologalis, ille ſolus poterit cõferre. c. cũ eccleſia Vulterana. de elect. c. vno ne ſede vacã. in 6. Et dicitur ordinarius, qui iure ſuo põt cõferre. gl. i verbo ordinario. i extrauag. execrabilis, de præb. in extrauag. Ioh. 22.

Collatores ordinarii qui ſint.

e ¶ Cathedralis] Cathedralis eccleſia dicitur epiſcopalis, quæ ob honorẽ cathedræ epiſcopalis ſic vocatur: quia ibi cathedra epiſcopalis & ſedes ſita eſt. Archi. in c. ſtatutũ. col. 1. de reſcript. li. 6. Hoſtien. & alii in c. ne pro defectu. de elect. & metropolitana nomine cathedralis continetur. c. quãuis. 1. de præb. in. 6. ſic tenet Ioan. mona. in c. vno. col. 1. de rerum permuta. in. 6. & hoc quando non eſt expreſſum verbum metropolitana,

Cathedralis eccleſia quæ dicatur.

Source : BIU Cujas

quia tunc expressum facit cessare tacitum: vt hic, & l. cum filio. §. 1. ff. de vulga.

Quid dicatur cathedraticũ & synodaticũ

¶ Item dicitur cathedralis, quia episcopus recipit cathedraticum c. conquerente. de offic. ordina. c. pastoralis. de donatio. & 10. q. 3. c. placuit. Et dicitur cathedraticũ id quod soluitur in honorẽ cathedræ principalis. Et aliquãdo dicitur synodaticũ, quia in synodo solui debet. Panor in. c. cũ olim. de censi. Alias exactiões nõ potest episcopus facere. c. placuit. 10. q. 3. alioqui punitur in quadruplum. c. quoniam. in fin. 18. distinct. Henric. Boteus in tracta. de synodo episcopi. tertia parte, articulo 1. numero. 86. cũ sequẽ. fol. 26. & solet appellari ab eis, si exactiones indebitas faciant, vel alias abutantur, à notorio abusu ad senatum, qui abusus regni reformat, vt late dico in practica mea. rubr. de execu. artic. 6.

ac etiã [f] metropolitana ecclesia, [g] canonicatum & præbendam

Metropolitana ecclesia q̃ dicatur.

f ¶ Metropolitana.] Ecclesia metropolitana dicitur archiepiscopalis. l. vna. & ibi glo. & docto. C. de metropoli Beryto. lib. 11. c. vt ligantes. de off. ordina. lib. 6. §. 1. de ecclesiastic. tit. colla. 9. & dicitur metropolitanus archiepiscopus. tex. in c. referẽte. ibi, ad metropolitanum videlicet Remensem archiepiscopum appellauit. de preben. à mensura scilicet ciuitatum, & episcoporum, quibus præest. c. 1. 21. distinct. Debet enim habere sub se decem vel vndecim ciuitates, & totidem episcopos. c. scitote. 6. q. 3. Et nullus episcopus curiã Regis vel imperatoris absque facultate aut licentia archiepiscopi adire debet c. si quis episcopus. 23. quest 8. & ibi reprehenduntur Gallicani episcopi, qui non seruant illam dispositionẽ. vnde dicit diuus Ambrosius in c. conuenior. vers. quid ergo. 23. quæst. 8. Ad palatuim imperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio &c. ☞ Nam legimus diuum Petrum in atrio principis Christum negasse. ex quo dicit Gagui. in vita Caroli sexti, nonnunquam in Francia compertum esse plus damni in rempublicam inuehi, dum sacerdotis consilio res agitur, quàm cum prudens aliquis ex seculi nobilitate rebus agendis præficitur. Ille enim nescio qua insatiabili ambitione omnia sibi vendicat, hic populi misertus & communitatis detrimentum esse ratus reipublicæ bene vt põt consulit. sequitur Maleret in tracta. de electio. fo. 59. col. 3. & sequ. imo dicit tex. Episcopus aut sacerdos nequaquam seculi curas assumant, sin aliter deiiciantur. 88. dist. in c. episcopus. Lucas de Penna in l. milites col. 2. C. de re milita. lib. 12. ☜ ✠ Item hic expressit metropolitanis quia in materia odiosa, appellatiõe, cathedralis non venit metropolitana licet, sit cathedralis. vnde illegitimus dispensatus vt possit etiam in cathedrali. habere beneficia nõ poterit habere in metropolitana. Iohan. mona. & alii in c. q̃uis primo in fi. de præb. in 6. per c. primum de filiis præsbiterorũ illo libro. ✠

Eps an curiã regis adire possit.

g ¶ Canonicatum & præbendam.] Non ergo sufficeret conferre canonicatum theologo, & alteri præbendam, vel præbendam sine canonicatu, cũ hic tex. copulatiue loquatur, ad veritatem cuius requiritur vtranque partem esse veram l. si hæredi plures. ff. de cõdi. institu. l. si is qui ducenta. §. vtrum. de reb. dub. c. inter cæteras. de rescript. siue copulẽtur affirmatiue, vt hic, siue negatiue. l. si quis ita stipulatus. ff. de verb. oblig. & copulat æque principaliter c. quærelam. & ibi Panor. de simo. Bar. in l. si cui. ff. de fundo instruct. Ias. in l. titiæ. ff. de legat. 1. etiam copulat diuersa. glo. in Rub. ff. de iur. & fac. ignoran. & ibi addidi alia iura. nam non est congruum vt præbenda careat, qui in canonicum noscitur esse receptus. c. relatum, de præb. valeret tamen, si conferret præbendam simpliciter theologalem consuetam conferri canonicis, & canoniæ inhærentem, quia collata

Præ & ca catu mul ferri bẽt logo

Dec latiu

Coll præb an ci tur c tus c nicat vel c

ſic præbenda cenſeretur eſſe collatus canonicatus, & idem econtrario. tex. ſing. in ca. propoſuit. iuncta glo. in verbo inueſtiuit. de conceſſio. præb. & ibi Imol. Plene not. Barb. & alii in c. cum M. de cõſtitu. & idem tenet Barba. in c. eam. col. 7. numero 38, de reſcript. facit c. peruenit. 2. de appella. & c. propoſuit. de cleri. excommunic. miniſtran. vbi confertur præbenda, vel de ea quis inueſtitur, & tamẽ nil dicit de canonicatu. vide fuſius in d. c. cum M. & Domi. in c. ſi poſtquam ✣ Ancha. & alios in c. ſi clericus & Peruſi. in c. cum eccleſia de præb. in. vi. ✣ ¶ Item valeret impetratio, in qua fit tantum mentio de canonicatu, vel de præbenda tantum, quando inhærent, & ſunt cõnexa, alioqui cõtra. Rota deciſion. 547. vtrũ. in antiqui. Cardi. cõſi. 103. caſus ſuper quo. numero 19. verſi. cõfirmatur. Feli. & Decius in c. cum adeo. in prin. de reſcript. Sic ſeruari in practica dicit Iohan. de Selua in tract. de benefi. in. 3. par. q. 11. Ancha. in rub. de conceſſ. præb. in cle. Et ideo infert Aegi. de bella mera conſi. 34. ſuppoſito, col. 3. verſi. ſuppoſitis. literas non dici ſubreptitias, ſi in eis fiat mentio de canonicatu, & præbẽda, & in ſignatura ſiue ſupplicatione non fiebat niſi mentio de canonicatu, quia vnum connexũ trahit ad ſe alterum. arg. c. tranſlato. de conſti. nec vnum plus dicitur q̃ aliud continere, quod eſt notandum. ¶ Intellige etiam ecclẽſiam annexam præbendæ theologali eſſe theologo debitam, ſi qua erat, quia poſtquã habet principalem præbendam, ergo & annexam, & acceſſoriam, cum ſequatur naturam ſui principalis. l. cum principalis. ff. de regu. iur. not. in ca. ſuper eo. de præb. libro ſexto.

¶ Notandum eſt quòd duplex eſt canonia, vna, quæ non cohæret præbendæ, ſed per ſe ad tempus conſiſtit. c. eum cui. c. ſi clericus. c. hi qui. de præbẽd. i 6. & ſupra 1 titulo proximo dicitur quòd papa poteſt creare canonicum ad affectum obtinendi dignitates in illa eccleſia. Ancha. in rubr. de conceſſio. præbend. in cle. Et eſt quoddam ius ſpirituale de nouo creatum. cap. dilecto. de præbend. vbi melius declaratur quàm alibi, in quo conſiſtat poſſeſſio canonicatus: primo in lectione euangelii in ſua hebdomada. Secũdo, quãdo epiſcopi electioni & aliorũ negotiorũ tractatibus interfuit. Tertio, quando domum obtinuit quæ nõ niſi canonico cõſueuerat aſſignari. Quarto, quando ad oſculum pacis cum aliis canonicis eſt receptus. ibi licet alia videre, & in c. in Geneſi. in fi. de elec. Altera canonia eſt quæ cohæret præbendæ, vt hic: qua poſſeſſa poſſidetur præbenda. Feli. in cap. cum M. in glo. receperunt. de conſti, vbi dicit præbendam quandam eſſe temporalem ſine canonicatu, quam poteſt laicus obtinere. per gloſ. ibi: & hæc datur de rebus eccleſiaſticis pro aliquo labore temporali alicui tanquam benemerito, vt aduocato, vel bidello &c. Altera eſt ſpiritualis, licet eius ſubſtantia conſiſtat in temporalibus, & eſt canonicatui annexa d. c. dilecto. Card in c. ſi. 12. q. de præb. & conſi. 126. Roma. conſi. 328. præſens conſultatio, col. 3. Panor. & alii in c. maioribus. de præben. & hæc poteſt cum iure ſpirituali permutari. c. ad quæſtiones. de rerũ permut. altera non. arg. c. cum eſſet. & c. querelam. de ſimo. & de iſta loquitur hic textus.

Poſſeſſio canonicatus qũo ꝓbetur.

Duplex eſt præbenda.

g ¶ Theologalem. Dicitur theologalis, id eſt, theologis affecta, & debita, ita quòd aliis extra eos non eſt conferenda: ſicut dicitur de præbenda ſacerdotali, vt ſit illa quæ ſacerdoti debetur: vel ille qui eam habet, ad ſacerdotii ordinem promoueri debet. c. conſtitutus. de conceſſ. præb. & ibi Panor. & Imol. c. ei cui. & c. cui de non ſacerdotali. de præb. in 6. Sic dicitur vinum theologale, optimũ vinum theologis (qui boni ſunt vel eſſe debent) debitum, quo vino vtũtur in prandiis magiſtralibus. & illa prandia ex ſeptem decorantur, ex precioſis ferculis, ✣ quæ non debent mitti ad ſingulos magiſtros ſed in communi deuorari debent archi. in ca. non

De vino theologali.

Prãdium theologale ex ſeptem decoratur.

Source : BIU Cujas

oportet.primo.42.dist. quod dicit facere cõ tra inuitatos vt nil debeant ad domum mit tere sed ventrem repletum referre,nisi con= suetudo esset in contrarium: vt in nuptiis bi turigum ✦ decoratur etiam hoc theologale prandiũ ex suauibus poculis, ex generosi [h] inibi consistentem conferre[i] teneatur tate ministrantium, ex dignitate recumbentium, ex temporis cõ gruitate,ex dilectionis charitate, ex locutio nis alacritate.& hæc prandia iuste sibi vsur= parunt,imitantes Christum, qui optimã cœ nam habuit cum discipulis,in qua fuerunt se ptem supradicta.Alber. in verbo cœna. Sed hodie senatusconsul. hæc prandia theologalia restrinxit, legem Didiam sumptum cohiben tem imitatum. ☞& tex.in c.fi.10.q.vlt.etiã enormia prandia fieri prohibet,ne eo prætex tu pauperibus theologis dãna incutiãtur. ☜ Voluit tamen ad sexaginta libras hoc solẽ ne prandium protendi posse, nisi in religio= sis, qui vino theologali vti non solent suis impensis,cum nil habeãt: ideo dicit hic tex. theologalem,non magistralem,quia nõ om= nibus magistris est affecta hæc præbenda,vi delicet artium magistris,nam verbum magi ster est generale pro omnibus docentibus.l. quibus.ff.de verb.signif.doct.in rub. de ma= gist. quamobrem dicit theologalem, id est, theologis debitã,& non magistralem: quod est notandum.

h ¶Inibi consistentem] .i.in ecclesia cathe drali & metropolitana: & est aduerbiũ com positum ab in,& ibi.glo.in cle.vna. de regu. sic capitur in c.fi .ibi,inibi vacatura.de con= suet.in 6.c.si is cui. de præbend. eod.lib.c.1. §.statuentes.de magist. Aliter tamen accipi tur apud Ouid.qui librum vocatum In ibim, conscripsit contra aduersarium,qui cũ vxo re sua concubuerat,dicens, Ibibis interea tu quoque nomen habe. Intellige collatorẽ de= bere conferre præbendam, cum facultas se obtulerit: id est cum primum vacare contin gerit.tex.& ibi glo.in 5 ordinat.eod. titu.in prag.antequam ergo vacet.non debet con= ferri,nec promitti.c.1.& seq.de conce. præ= bend. dico in verbo vacare §. sequent. & in proœmio supra.

¶Quæro, quid si nulla præbenda theologa= lis cõsistat? Respon. debet vna deputari, simul atque vacaue= rit, vt habetur in d.§.ordinat.arg.c. dilectus. in.2. de præbend. Ang.de clauas. in summa. Angel. in verbo magister in .§. 8. vbi dicit quòd interim debet quilibet canonicus præ bendatus dare tantum, quantum valet vna alia præbenda,si supersit aliquid.argu.c.fi.de his quæ fiunt à maiore parte capi.c. de his. de ecclesiis ædifi. Nec debet minima(si inæ= quales sint)isti theologo deputari, sed æqua lis, cum omnes debeant esse æquales.c. cum omnes.& c.cum Marbi pares &c. de consti= tu. & ideo præbendæ sancti Hilarii maioris Pictauen. reductæ fuerunt nuper per sena= tum ad æqualitatem, & præbendæ Lugdu= nen.ecclesiæ.

i ¶Teneatur.] Verbum præceptiuum est. tex.in.§.item ordo.cle.exiui.de verb. signifi. glos.in c.duobus,in verbo teneantur.de re= script. in 6.glo.in §.insuper.de colla.in prag= ma. & quod præcipitur. imperatur: & quod imperatur.necesse est fieri.14.q.1.ca.fi. ideo quocunque tempore vacet, conferri debet theologo,cum hic non assignetur tempus,si cut in mensibus statutis nominatis & gra= duatis.ff. & intellige quocunque modo con= feratur,siue libere,siue cum alio,siue eligen= do conferãt,vt fit in metropolitanis,in qui= bus capitulum eligendo confert, & dicitur potius cõferre, quam eligere glo.in cle. quia §.vt autem.in verbo electionem. de religio. domi. Feli.in ca.in nostra correla. 32. de re= script. & hoc verbum cõferre cõprehendit præsentationẽ, institutionem,& aliam pro= uisionem, vt dico in.§.statuimus.2.ff. eod. in verbo conferantur.

¶Quid si collator nolit conferre? Respon.

Source : BIU Cujas

ſupplebit ſuperior immediatus §. ſi quis vero. ſ. eod. per c. nullus. de iure patro. & cap. 2. de magiſt.

¶ Quid ſi nullus reperiatur theologus? Reſpon. debet conferri graduato in iure canonico, cum proxime accedat ad theologiam, vt dicam etiã infra, & in ſymbolizantibus facilior eſt trãſitus. l. ſi vnus §. pactus ne peteret. ff. de pact. & quia etiam inhabiles in defectũ habilium admittũtur. l. vt gradatim. ff. de muneribus & honorib. l. conſenſu. §. ſuper plagiis. C. de repud. tex. in l. eos. ff. de decurio. ibi, nam paucitas eorum qui muneribus publicis fungi debeant, neceſſario hos etiam ad dignitatem municipalẽ, ſi facultates habeant, inuitat. nam deficientibus idoneis in vna eccleſia, de aliena quis poteſt aſſumi. ca. nullus. & c. obitum. 61. diſtin. Car. in cle. vna. oppo. 6. de ſupplen. negligẽ. prælato. vbi dicit, deficiente monacho ſui monaſterii poteſt monachus alterius monaſterii (eiuſdem tamen religionis & habitus) eligi. Et ſimiliter tertia pars beneficiorum debet conferri nominatis, & graduatis, ſi tot nominati & graduati poſſint inueniri. dicit tex. in pragma. ſancti. eodem. titu §. & ſimiliter.

¶ Quid ſi ſpectet præſentatio ad prælatum cum capitulo: prælatus præſentat vnũ, capitulum alterum, vter iſtorum debeat inſtitui? Reſpon. præſentatus per capitulũ ſi idoneus reperiatur, quia ipſorum magis intereſt habere idoneum. quàm prælati: & ſcientia coaleſcere nequit, niſi ſociata fuerit tradentis accipientiſque concordia. Cardina. in d. c. quia. colum. vlt. Vnde Quintilia. libr. 2. oratoria. inſti. inquit, Vt præceptoris eſt officiũ docere, ſic & diſcipulorum præbere ſe dociles. Sed capitulũ in ſingulos dies audiet iſtũ theologum tam legentem quàm prædicantem, vt ſupra dixi, prælatus vero non, ergo iſtorum magis intereſt: ideo ſuperior pro diſcretione ſua iſta ponderabit, quia oportet quòd præſentatio ſeu collatio ſit rite facta, per ea quæ notat Feder. conſi. 1. & aliàs conſului + neutram præſentationẽ valere. +

¶ Quæro, an theologus debeat inſinuare? videtur quod non, quia hoc nõ dicitur in tex. & clauſula de inſinuatione infra poſita, ad iſtos non debet referri. arg. l. talis ſcriptura. ff. de lega. 1. & hoc expreſſe tenuit gl. in §. & ſimiliter. in verb. tertiæ, eodem titu. in pragma. Contrarium teneo. quia voluntas per inſinuationẽ theologi declaratur, vt infra dicitur, actu ſubire voluerit. Ideo dicerem quòd ſtantibus theologis qui inſinuauerunt, non debet aliis, qui nõ inſinuauerunt, conferri præbenda theologalis. Si vero nullus theologus inſinuauerit, & alii alterius facultatis etiam decretorum inſinuauerint, dicerem theologum qui non inſinuauit, eiſdem, quo ad hanc præbendam præferendum, quia hic tex. rationem habet maiorem ad theologos & potiorẽ quàm ad alios, ergo præferentur. text. in §. exhortamur. eodem titu. in pragmat. vbi ſic dicitur: Exhortamur ordinarios collatores, vt in conferendis beneficiis præſertim quo ad dignitates, reſpectum habeant ſingularem ad magiſtros, necnon licentiatos, & baccalaureos formatos in theologia. probatur d. cap. quia. Ergo quando reperiuntur theologi, illis eſt præbenda theologalis conferenda, ſi eam petant & requirant. argum. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. & in §. fin. infra eod. vbi dicitur, proſequentibus beneficia illis affecta eſſe conferenda, & ſic debet intelligi gloſ. pragma. ſanctio.

Infinuare an debeat theologus.

k ¶ Vni] Non duobus, quia ſectio præbendarum fieri non debet. c. maioribus. de præb. & eccleſia vnius debet eſſe ſacerdotis, & ſacerdos debet eſſe vnius eccleſiæ. c. cum non ignores. de præbend. + ca. quoniam de iure patro. + capitu. fina. 21. q. 2. Item duo non poſſunt ad vnam præbendam eligi. cap. tuæ. de præbend.

¶ Pro reſolutione huius materiæ notandi ſunt caſus ſequentes.

Source : BIU Cujas

Vna p̃bẽda duobus non debet cõferri.

¶ Primus eſt, quòd duo non poſſunt ad vnã & eandẽ præbendã recipi, vt quilibet habeat dimidiã fructuum partem. c. maioribus. & c. dilecto. de præben. & ca. niſi in fine ibidem.

¶ Secundus caſus eſt: ex cauſa vna præbenda poteſt in duas diuidi: qua diuiſione facta, duo poterunt recipi. c. vacante. de præbend. vbi dicit Panor. hoc procedere quatuor concurrentibus, ſicut ex duabus eccleſiis, cauſa ſuadente poterit fieri vna. cap. expoſuiſti. de præben. & Petr. Peruſ. in tracta. de vnio. beneficio. per totum, & in tracta, de reuocatio. vnio Alexan. conſi. 5. in conſultatione. colũ. 2. in. 5. volumi.

Duo an poſſint ad vnam præbẽdã recipi.

¶ Tertius caſus. non valet receptio duorum ad vnam præbẽdam, etiã ſi facultates vtriq; ſufficerent. Panor. & Imol. in d. c. vacante. & d. c. maioribus. Intellige quando duo ſimpliciter reciperentur ad illam præbendam. ſecus ſi ex cauſa rationabili & animo declarato vt diuideretur, & ſic his duobus daretur. Moder. in c. cum M. in gloſ. in verbo duos. de conſtitu. & hoc videtur probare d. c. vacante. ibi, conſtituens, id eſt conſtituere intendens, vt ibi dicit Hoſtien. & ſic ſufficit propoſitum expreſſum, licet non ſit facta diuiſio temporalium quantum ad effectum iuris, videlicet vt valeat ipſa receptio. & ſic ad ea quidem quæ ſunt iuris ſufficiet diuiſio facta ex propoſito: ſecus vero quo ad factũ, ad hoc vt partes aſſignentur cuilibet recepto, quia in his requiritur diuiſio. Panor. in d. ca. maioribus. & ſic conciliabuntur opiniones.

¶ Item intellige non poſſe beneficium aliquod dari duobus, quando eis vt ſingulis aſſignaretur: ſecus autem ſi vt collegio, quoniam tunc nequaquam contingeret aliqua ſectio, ſed ipſum corpus collegii repreſentat perſonam vnius, argu. l. mortuo. ff. de fideiuſſo, Panormita. in c. tuæ, in. 2. no. de præbend. nam q̃is plures ſint, tamẽ vice vnius funguntur, vt ibidem dicitur. licet in delictis vniuerſitas nõ fungatur vice vnius, per textum in. l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. ff. quod vi aut clam. quem Bar. pulchre notat in. l. aut facta. §. fin. nume. 9. ff. de pœnis. & dominus Boërius in tractatu de ſeditioſis. de hoc multa dixi in §. monemus. in verbo vniuerſitates. 7. eodem.

¶ Quartus caſus eſt. quando vacat canonicatus cui eſt annexa præbenda, & duo ſimpliciter eliguntur in canonicos, & de præbenda nil dicitur, tunc valet electio, & præbenda debetur primo recepto: & ſi ſimul eſſent recepti locus eſt gratificationi. gloſ. Panor. & alii in d. c. cum M. per tex. in c. penult. de reſcrip. in 6. c. dilecto. de præbend.

¶ Quintus caſus eſt, ſi vacante canonicatu & præbenda duo recipiãtur cum hoc pacto, vt vnus habeat præbendam, & alius expectet primã vacaturã, tunc ratione incertitudinis neutra receptio valebit. ſecus ſi expreſſum ſit quòd Petrus debeat habere præbendam nunc vacãtem, & Ioannes vacaturam, quia reſpectu Petri receptio valet, & reſpectu Ioannis non, quia eſt contra concilium Lateranen. in cap. 2. de conceſſio. præb. tex. in d. cap. tuæ. & c. dilecto. de præben. & vtrobique per Imol.

¶ Sextus caſus eſt, quòd plures poſſunt recipi ad vnam præbendam conſiſtẽtem in mera temporalitate. Panor. in d. cap. tuæ. & hoc caſu poteſt duobus laicis dari, vt illam communem habeant, ſicut poſſunt canonici omnes viuere ex redditibus communibus.

¶ Septimus caſus eſt, quando duo recipiuntur ad eandem præbendam diuerſis temporibus, valet receptio vtriuſque, ſed primus habebit præbendam, ſecundo vero de ſuperexcreſcentibus fructibus erit prouidendum. text. in cap. cum M. de conſtitu. & ibi Barba. col. 34.

¶ Octauus caſus eſt, quòd non valet collatio beneficii facta duobus, vt alternis annis vtantur: quia eſſet cõtra concilii Turonen. poſitum in d. c. maioribus. nec obſtat. l. quotiens. ff. de vſufruct. quia loquitur in vſufructu qui eſt diuiduus. l. 1. §. ſi vſufructus. ff. ad

Source : BIU Cujas

leg.falcid. ius præbendæ non. Card. in d.c. tuæ.de præbend.& ibi Imol.col.vlti.quia si cut non potest scindi realiter, sic nec tẽporaliter.

¶ Vltimus casus est,non valet receptio facta de secundo sub conditione, si primus eam noluerit,secundus habeat : quia collatio cõditionalis nõ valet glo.in c.2.de electio.in 6.valebit tamẽ collatio facta primo,quia illa conditio, si voluerit,tacite inest.c.relatum.ibi, si vacat de præbend.nec censetur electio de primo facta conditionalis,dum dicitur,eligimus Ioãnem.& si noluerit,eligimus talẽ.sed electio. secundi sic.licet contrariũ teneat Panor, in d.c.tuæ.& intellige quòd vnus collator debet cõferre vni theologo, & alter alteri, nõ quòd omnes vni conferre teneãtur quia vni præbendæ theologali vix digne vnus seruire potest, ergo multo minus duabus.c.i. de consue.in 6.

l ¶ Magistro.] Magister proprie vocatur in theologia,eo quod lectator Christi est, vel esse debet,quasi theogonius. glo.in cle.2.in verbo doctoratus.de magist. vnde Christus dixit, Vos vocatis me magistrum, & dominum, & bene dicitis.In medicina etiam potest appellari magister,in l.magistros.C.de profess.& medicis.li.x.Ex consuetudine in Monte pessulano doctores regentes in medicina vocantur magistri reuerendi,quasi ab scholasticis & aliis reuerentiam habeant,vel habere debeant,vt dicit Salomõ,Honora medicum,propter necessitatem creauit eum dominus.Et etiam magistri artium vocantur magistri cum adiuncto communius & etiã sine.c.1. & c.quia.de magist.c 1.24. q.5.in fin.vbi vocantur magistri liberalium artiũ. & appellatione magistrorum veniunt doctores cuiuslibet facultatis.ca.1.& ibi Barba.1. no.de loca.sic etiam legum doctores dicuntur magistri legum,tex.in proœmio florum, in.5.his igitur.& ibi gl.& Feli. in rub.de magist.Ex consuetudine tamen doctores iuriũ appellantur domini:alterius vero facultatis magistri.glos.in authen. habita.C.ne filius pro patre.glos. in cle.vlt.de magist. Panor. in quæstio.incipiente Gandulphus.colla.7. Feli.in cap.1.colla.vltim.de magist.Et iuriũ doctores insequuntur etiam Christum,qui voluit dici dominus, Vos vocatis me magister & domine mini dicuntur.&c. ☞ Et puto eos recusasse nomen magistri,ne facerent contra dictum Christi. Matthæi. 23. Ne vocemini magistri,quia magister vester vnus est Christus. ☞ Aliquando tamen doctores etiam theologi vocantur domini.primæ ad Timotheũ 1.c.& c sit rector. 43.distinct. ☞ Differẽtiã tamẽ inter doctores & magistros tradit Archi.in c.de quibusdam.37.dist. ☜

doctores iuriũ domini vocãtur, & sunt.

¶ Item cuiuslibet doctrinæ præceptores magistri vocantur.l.quibus.ff.de verbo,signif. & ibi dixi.Est tamen differentia,quia quando artifex vocatur magister, debet poni à parte post,vt Petrus magister,faber, vel latomus.Si vero magister vocetur doctor theologiæ, vel alterius disciplinæ, debet dici à parte ante, vt magister Petrus. Hostien.in summa de magist.5.1. Ex consuetudine doctores theologos vocamus magistros nostros: & puto eò consuetudinem introductã esse,quòd sunt communes omnium , tam in prædicationibus, q̃ in lectionibus gratis seruiendo: ideo quilibet eos nostros appellat, sicut fatuus maritus vxorem nostram,& non suam vocat.contra tex.in.l. Lucius.5.1.ibi mulieri meæ.ff.de lega.3. & l.vxori meæ de vsufruct.leg.vide textum in c.quod autem. ibi,& non solum quæ dicunt sua, sed etiam nostra &c .23.q.7.sic papa vocat cardinales scribẽdo in genere fratres nostros. secus si exprimat nomen proprium. ita Bonifac.in proœ.cle.Iohãnes nu.4.& sic ecclesia dicitur nostra,quia nemini claudit gremium , sic & isti doctores magistri nostri dicuntur.l. fin. circa finem:ibi. nostras diuinas domos. C.

Artifex an vocari debeat magister.

Quare doctores theologi vocãtur magistri nostri.

Source : BIU Cujas

de quadri.præscript. ergo doctores aliarum facultatum non debent vocari magistri nostri, cum non sint communes omnium sine mercede, sicut theologi.

¶ Notandū est quòd is magister solū mere tur dici, à quo totū & quicquid vbi q; dubitatur, potest & debet in eo in m licentiato ueniri. Hiero. li. 2. super epi. ad Ephesios, quē refert Lucas in. l. medicos. c. l. 1. C. de professo. & medi. li. 10. Ideo non debet alicui quibus esse molestum, si magistri vocentur, maxime vbi est illa consuetudo, vt Tholosæ mea memoria erat. tamē scholastici grauius ferebāt, q̄ si vocati essent canonici de petra vel de grauia. ¶ Qualis debet esse iste theologus? Genes. 47. dicitur. quòd si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

Molestū nō debet esse vocari magistrū, sicut erat scholasticis Tholosę

Qualis debet esse theologus.

¶ Primo ergo debet esse notus in bonis moribus & scientia à superiore, qui eum debet præficere ad theologalem prædendā. vt dicitur Numer. 11. c. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti quòd senes populi sunt, & magistri. & præcipitur Prouerbio. 27. c. Diligenter agnosce vultū pecoris tui, tuósque greges cōsidera. ¶ Secundo debēt esse viri, id est fortes in increpatione, non in adulatione. Luc. 29 c. Magister. increpa. discipulos tuos. & Marc. 4. Magister, nōne ad te pertinet, quia perimus? ¶ Tertio requiritur industria, id est scientia & doctrina. 3. Regū c. 11. dicitur, Videns Salomon adolescentem bonæ indolis, & industrium constituit eū præfectū. Item in c. 2. de magist. + statuitur eligendos esse + viros prouidos, honestos & discretos. idē in. l. 1. C. de condit. in publi. horreis. lib. 10. quòd nobilis prudens & discretus eligatur. Itē dicitur 8. q. 1. c. oportet eū qui instruit animas rudes esse talem, vt pro ingenio semetipsum possit aptare, & verbi ordinē pro audientis capacitate dirigere. debet ergo apprime esse eruditus & doctus, irreprehensibilis, maturus, pauidus. & inter plures is est præferendus, qui doctior est, & qui sanctior, & qui in omni virtute est eminētior. c. licet ergo. 8. q. 1. Si tamen fuerit vnus theologus conciona tor & mixtus in iure canonico, is erit præ ferendus alteri, qui tantum est subtilis in di sputatiōe de trinitate, de natura angelorū & metaphysicalibus, & aliis subtilitatibus, per. c. cū sit ars artiū de æta. & qualita. c. nisi cum pridem. de renū ci. not. in c. 1. de consang. c. inter cætera de of. ordina. c, quia nonnulli. & sequē. de magistr. & sic fuit Romæ consultum teste pro uincial. fol. 37. concurren. &c. Intellige secundū conditionē suæ personæ, quia monacho prouideri debet in ecclesia regulari, seculari vero theologo in ecclesia seculari. nā verba debent intelligi secundum conditionem personæ ad quam referuntur. l. plenum §. equitii. ff. de vsu & habita. l. librorum. §. quod tamen Cassius. de leg. 3. l. ex militari. & ibi Bar. ff. de testa. milit. vnde si fiat bannum vt quisque vadat in exercitum, debet intelligi secundum qualitatem & conditionem suæ personæ. Bar. in. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. Bal. in. l. liberti. C. de operis libert. Si tamen non inuenirentur seculares, poterūt eligi religiosi. c. quod dei. timorem. de statu monacho. c. inter quatuor de religio. domib. quia melius est præponere religiosum doctum, quam secularem ignarum. c. sunt nonnulli. 16. q. 1. Et ista dispar. professio est tolerabilis in defectum. cle. 1. de elect. Nec obest quòd monachus habeat officium plangentis, non docentis. c. monachus. 16. q. 1. quia ibi intelligit glo. quando non habet curam animarum, vel nisi eligatur ad docendum, vide ibidem.

m ¶ Licentiato] & sic appellatione doctoris non venit licentiatus: alioqui text. non expressisset & quia requiritur aliud examen in eo, & secunda approbatio, nec prima sufficit. l. magistros: C. de professo. & medic. li. 10. & ibi Bar. ita tenent Ang. & Bauer. in. §. sed & siquis. instit. de testa. milit. Et idem

tenuit Bal.in.l. 1. C.illo titu.licet contrariũ teneat in.l.1.ff.solu.matrimo.videlicet in fauorabilibus(sed nõ iodiosis)cõprehẽdi.quod non est verum, alioqui essent melioris conditionis quam doctores,id tamen non est dicendum. vide Feli.in proœmio Greg.numero.18. Ias.in.l.ad egregias.in fi. ff.de iureiur.& quòd non gaudeant priuilegiis doctoribus addictis,fuit decisum in parlamẽto,eo quòd nõ habent illa dignitatẽ,vt refert Guido papæ ĩ decisio.delphina.q.390. Sed quid de licẽtiato.&c.vnde dicit patruus meus Rebuff.ĩ .l.stigmata. col.2.C.de Fabricen.lib. 11. quòd si licentiatus impetrauerit beneficiũ à papa tanq̃ doctor.nõ valet ĩpetratio,quia birretũ est doctoris insigne,secũdũ eũ.vide ĩ regula cancella.Iulii 21.in.3.parte.

n ¶Baccalaureo formato] ad differentiam simplicis dicit, cui non tenetur ordinarius collator conferre hanc præbendã: quia postquam de vno exprimit videlicet de formato,ergo de alio negare videtur.c. qualis. 25. distinct.c.nonne.de præsumptio. l.cum prætor.ff.de iud.Fallit quãdo nullus baccalaureus formatus esset, vel alius doctor seu licẽtiatus.arg.l.vt gradati.ff.de mũerib.&hono. vel quãdo alii nõ ꝓsequerentur. §. fi.ĩ.eo.

¶ Quæro si ordinarius collator habeat doctorem,licentiatũ,& baccalaureũ, an possit alteri quẽ velit cõferre? Videtur quòd sic quia in alternatiuis est electio debitoris. l. 3. ff. de eo quod cer.lo. &.l. plerũque.ff. de iu.do.

¶ Contrarium teneo, quia primo nominatus censetur esse dignior.l.1.C.de albo scriben. & magis dilectus. Ias. in.li.§. fina.ff. de vulga.&primus ante debet admitti quàm secundus.l.quotiens.ff.de vsufruct.Et hæc videtur probari in.§.si quis vero.ibi,cõtra prædictũ ordinẽ, & qualificationes superius ordinatas.ĩ.eo. Ecce ergo quomõ secũdũ ordnẽ debent præferri,atq; admitti.& hoc probo per gl.in c.metropolitano.63.dist.dicentẽ,qui prior est in ordine,prior erit ĩ electiõe &ibi allegat alia iura.late Feli.in c.cũ dilecta col.3.& se.vers.ordo scripturæ.de rescript. facit gl.in regula.ĩ alternatiuis.de reg.iu.in 6,&sic prĩo doctor q̃ licẽtiatus,primo licẽtiatusq̃ baccalaureus,&baccalaureus formatus priusq̃ alius. ✠ nisi papa baccalaureũ ꝑferret magistro vel licentiato vt scripsi in.§. declarantes in gl.quomodocunq; de mand.apost.infra. ✠ Et põt dici formatus quasi formosus,& bene ordinatus, & cõpositus.Bal.in.l.ius ciuile.col.1.ff.de iusti.& iure.per.l.an inutilis.ff.de acceptil.& Dauid psal.44.Speciosus forma. Itẽ forme dicitur quod habet perfectionẽ, informe quod non habet.Bar.in.l.si is qui.400.§.quædã.ff.ad.l. falc. facit.l.1.§.1.& §.opus.iũcta.l.stipulatio §.opus de oper.noui nũcia. Et vbi quis totũ cõtractũ approbat,dicitur formatus,siue formis, vbi non totũ, informis, vt si nõ approbet qualitatem. Bal.in. l.cum interdictæ.C. arb.tut.Et iuramentũ dicitur formiter præstitũ,quãdo est expressa causa.l.si duo.§.pen. ff.de iureiur, Informiter,quãdo sine causa.vt ibi,& sic dicitur hic ✠ baccalaureus formatus ✠ tanq̃ partus formatus,nõ abortiuus: quia nõ ante tẽpus sumpsit gradũ, sed secundũ statutorũ formã.Bal.in rub.de postu.præla.col.2.quia teste Aristot.ĩ li.de quinq; substãtiis,forma est lumẽ pulchritudinẽ essentiã & signũ oĩbus tribuẽs. Multa tradit Petrus Berchorius in reductor. moral.lib. 6.c. 2.de forma. ☞Et solennitas præsumitur circa ea quæ formiter acta sunt,& nõ circa informa. l.2.§.circa.ff.de doli exceptio.Bal.in.§.si quis per triginta.col.2.si de feudo contentio fuerit inter domi.& agna.vassa.☜

o ¶Qui.] Declaratiue põitur,nõ restrictiue. gl.ĩ prag.sãct.eo.tit.Et sic debet ĩtelligi, vcꝫ vt præbẽda theologalis cõferẽda sit magistro licentiato,aut baccalaureo formato qui videlicet prædicti per decenninm in vniuersitate priuilegiata studuerint.i. si studuerint. l.stichũ.& l.sequẽ.ff.de lega.1. nam quando

Quare dicatur Baccalaureꝰ formatꝰ.

qualitas quæ ponitur per relatiuum conuenit cuilibet de genere, ſtat declaratiue.l.omnes.ff.de iuſti. & iure & hoc relatiuũ ad omnes præcedentes perſonas refertur, etiam ſi eſſet numeri ſingularis.l. hæres meus.§. vxori.ff.de leg.3.Bar.in l.plautius.ff.de auro & argen.lega Et quot modis iſta dictio qui accipiatur, tradit Bar.& alii in d.l.omnes,&.l.i.C.de ſumma trinit.vbi cernere licet: vt materiam tantũ tex.congruentem proſequar,alia nõ ſcribo.

p per decennium in q vniuerſitate r ſtudij generalis

p ¶ Per decennium] Intelligo completum, quia dictio per,denotat perfectionem. l. vrbana.§.pernoctare. ff. de verb.ſignifi. & ita dicit gloſ.in c.veniens,in 2.de ſponſa.& c. ſi conſtiterit.de accuſa.& in regula cancella. Iulii ſecundi in 4.parte. & nedum perfectionem actus ſignificat,ſed temporis continuationem.lo. An.in add. ad ſpecu.in tit. de teſti.§.nunc videndum in prima additio. Siue hi theologi ſint nobiles,ſiue non debent ſtuduiſſe per hoc tempus cum in ſtudentibus tantum iuri canonico & ciuili reperiatur tempus abbreuiatum, in.§.præterea infra eo.titu.vbi dicam. & tantum tempus requiritur in vno ſicut in alio quo ad effectũ huius tex. ¶ Nec poſſet facultas theologiæ,imo nec tota vniuerſitas contra hoc dispenſare.gloſ.in verbo ſtuduerit.§. ordinat. de colla.in prag.allegat not. per Inno.in. c. 2.de eo qui furti.ordines recepit. quia inferior non tollit legem ſuperioris.cle.ne Romani.de electio. & quia non ſeruarent formam hic præſtitutam, ſine qua actus nõ ſubſiſtit.l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de trãſact.& ſic non valeret ſtatutum facultatis vt tempus quo quis erit abſens,computetur, vel tẽpus quo reget in grammaticalibus,cum nõ poſſint immutare formã in his cancordatis præſtitutam,vt alibi dico. Traditur.1.ad Tim. 5.c. Nemini cito manus imponas, quis tam arrogans,támque impudens inuenitur, qui in cæleſti milit.a(que propenſius ponderanda eſt,&ſicut aurum repetitis ignibus explo randa)ſtatim dux eſſe deſiderat,cũ tyro antea non fuerit? & prius velit docere, quam diſcere aſſueſcat? c.ſi officia.59.diſtin. & dicitur lõgo tempore.diſce, quæ poſt modum doceas.c.ſic viue.16.q.1. ne prius ſis magiſter,quã diſcipulus.c.ſequen.& 1. Eſdræ.7.dicitur, Eſdras parauit cor ſuum ad inueſtigandum legem domini,vt faceret,& doceret. & in modico tempore nõ poteſt quis multa adiſcere.gloſ. in c.tum ex literis.in verb.inſtructus de reſtitu. in integrum. & ad res magnas & arduas expediendas non ſufficit paruum tempus.Bal.in.§.itaque in proœmio ſtorum.ideo ſtatuitur hic decennium.vt patet in tex.

Decẽniũ debet eſſe cõpletũ.

Nobilis quo ad p̃ bẽdãtheologalem breuiꝰ tẽ pꝰ nõ habet.

q ¶ Vniuerſitate] & ſic ſi ſtuduerit extra vniuerſitatem non ſufficit, vt hoc tex.quia priuilegia data ſunt tam legentibus in vniuerſitate,quã diſcentibus , non domi, vt in proœmio decretal.& in proœmio ſexti , ibi, Bononiæ commorantibus,& c.tuæ.de cler. non reſid.niſi tempore peſtis domi ſtuduiſſet,quia tunc perinde eſſet acſi in vniuerſitate.doct.in. l.recuſare.§.ſi. cum.l. ſeq.ff.ad treb.De ripa in trac.de peſte,latiſſime tradit tu illum videto. & ſic facit contra ſcholares qui in vniuerſitatibus vagantur, & non ſtudent vt non debeant gaudere priuilegiis. dico tamen latius in auth. habita.in priuilegiis ſcholarium.

Vniuerſitas ſuper tpe ſtudij nõ diſpẽſat.

r ¶ Studii generalis .] Hæc verba addita ſunt vltra pragmaticam,&non ſine miniſterio,quia vnum quódque verbum non eſt ſine virtute operandi, dicit Bal.in rub. C.de cõtrahẽ.emptio. q.9.ideo ſi in villis vel caſtris ſtuduerit,nõ poterit hoc priuilegio gaudere.glo.in prag.ſanctio in verb.priuilegiata.vt in glo.proxima dixi. Item excludit ſtudentes extra ſtudium generale,etiã ſi in vniuerſitate,vt Auraice.nam ibi non eſt ſtudiũ generale, cum nemo ferme ibi ſtudeat, nec legat.ideo priuilegia conceſſa legentibus &

Statutũ magiſtrorũ artiũ an valeat

approbatis:Bar. & Alber.in.§. hæc autē tria. in proœmio ffor um. vide tex.in cle. dudum. in ver. in ſtudiis autē generalibus . de ſepul. & d.c.tuæ.vbi dicitur quòd vniuerſitates in quibus non eſt competens exercitiū ſtudiorum, non gaudent priuilegiis c.2.de priuileg.in 6. Iuuat ergo ſtudere in famoſis vniuerſitatibus, tum propter doctorum auctoritatē,quæ maior eſt, & doctiores ſunt q̄ in aliis non famoſis vniuerſitatibus: tū propter vrbis auctoritatē,teſte Cic.in proœmio off.

s ¶ Priuilegiata.] Hoc ponitur ad tollendū illos qui ſtudēt vltra montes,vel in alia vniuerſitate extra regnum.nam tales, etiā ſi ſtuduerint decennium,non poſſunt habere præbendam in hoc regno theologalem.nam illa vniuerſitas non eſt ad hoc priuilegiata, quia non eſſet bonū ſumere panē filiorū vniuerſitatū Franciæ,qui ibi ſtuduerunt, & dare exteris,id eſt, extra vniuerſitates regni promotis,& hoc extantibus incolis regni, vide tamen quæ dico in tracta.nominatio. in q.10. Et ſic poſtq̄ requirit ſtudium in vniuerſitate priuilegiata,ita & gradū. & ſic graduatus ſub bulla nō poſſet habere præbendā theologalem.probatur in.§.præfati.in.2.ſ.eod.& infra dicam fuſius . Et verbū ſtuduerit in hoc tex.poſitum perfectam rem ſignificat. l. 1. ff. quod quiſque iu. quaſi velit dicere tex.illi cōferatur præbenda theologalis, qui per decennium ſtuduerit , & magiſter vel licentiatus aut baccalaureus formatus effectus fuerit in vniuerſitate priuilegiata . vide quæ dico in glo.ſtuduerint.§.præterea.infra eod.

priuilegiata

t ¶ Studuerit.] Debet enim eſſe ante diſcipulus,quiſquis doctor eſſe deſiderat, vt poſſit docere quod didicit . qui minime literis operam dederit,præceptor eſſe non poteſt literarum.c.fi.59.diſt gloſ.in eod.titu.& verbo ſtuduerit.in pragma.

t ſtuduerit,

¶ Nota nouem requiri ad habendā hāc præbēdam theologalem. Primo quòd ſaltem ſit baccalaureus formatus in theologia. Et ſic gradus requiritur,nec ſufficeret ſtuduiſſe,niſi haberet gradū, vt in nominationibus dicitur in.§.præterea.infra eod.

¶ Secundo, quòd in ea decēnio ſtuduerit cōpleto,vt ſupra dixi in verb.per decenniū per illud verbū & ante gradū, vt ſ.dicā.& licet facultas theologiæ cōferre gradū alicui poſſit ante decem annos ex priuilegio,tamē hic graduatus non erit capax præbendæ theologalis,vt gl.in d.verb.ſtuduerit tenet, quia ſublato vno impedimento aliud remanet.c. vno de filiis preſbyterorum,in 6.in aliis graduatis. vide quæ dico in.§. præterea.in gloſ. ſtuduerint.ſ. eod. ☞ Itē requiritur quòd ſit examinatus, alioquin non valet gradus. arg. cap.fi.34.diſt. Barb.in cle. vna de iureiu.c.ſi qui ſine.81.diſt. ☜

¶ Tertio quòd in vniuerſitate ſtudii generalis priuilegiata ſtuduerit : nec ſufficeret ſtuduiſſe in villis.§.illud in proœmio.ff.c.tuæ.de cleri.nō reſidē.& ſupra dixi. + in gl.ſtudii. +

¶ Quarto vltra glo. requiritur quòd illa præbenda cōſiſtat in eccleſia metropolitana,vel cathedrali.ibi in tex.cathedrali,ac etiam metropolitana. ergo ſi eſſet in eccleſia collegiata tantum,non procederet hic tex.

¶ Quinto quòd in vniuerſitate priuilegiata, & nō ſub bulla promōtus fuerit,vt ī tex.dicitur priuilegiata.&c.& dixi in eo verbo.

¶ Sexto quòd in vniuerſitate regni,& nō extra regnū promotus ſit,vt patet in prin. concordato.& in.§. monemus.ſ.eo. dico in trac. nomina.q.10.

¶ Septimo requiritur quòd onus reſidentiæ, lecturæ & prædicationis actu ſubire velit,vt hic in tex.

¶ Octauo,quòd illud onus ſubire poſſit,quia ſi eſſet inhabilis ad lecturam, vtpote mutus, vel aliter imperfectus,nō eſſet huius præbēdæ capax.c.cū in cūctis.§.inferiora. de elect. c.extirpandæ.§.qui vero.de præbē. vt dicam infra in glo.velit. + Si tamē efficeretur mutus vel alias imperfectus poſtq̄ adeptus eſt

d.i.

Source : BIU Cujas

præbendam theologalem eam nõ amitteret per.l.cœcus.ff.de iudic.l.1.§. quanuis in fi.de postuland.l.infamia.C. de decurio.lib. 10.l. etiam 2.ff.de aucto.tuto. quia facilius impeditur promouendus q̃ deiiciatur iam promotus.c.quicunque pœnitens & ibi glos.50.dist. Panor. cõsil.47.nicolaus in.1.volu. sed eo casu per substitutũ seruire poterit per no.in.l.nemo.ff.de duobus reis.

ac [v] onus [x] residentiæ lecturæ

¶ Vltimo, quòd semel saltem in hebdomada legat, cessante impedimento legitimo, vt in hoc tex. Ecce multa requisita in hoc theologo, & præbenda, quæ ex tex. eliciuntur, no. quia non inuenies sic declarata.

v ¶ Onus] & sic onus potest imponi beneficio, vel ex statuto, vel fundatione.c. significatũ.de præb.c.eleuterius.18.q.2.Inno.in c. cũ dilectus.de cõsuetu. Et hoc anteq̃ fiat sacrum, quia res nõ sacra seruitute affici potest, vt in rubr.de seruit.est videre.sed posteaq̃ res est deo dedicata, nõ recipit seruitutẽ hominis.arg.l.inter stipulãtem.§.sacrã.ff.de verb.oblig. Ideo parrochiani laici non possunt ecclesiis iã fundatis præficere sacerdotes, nisi in fundatione id sibi reseruauerint. Bal.in.ca.sacrosancta.col.vlt.de electio. Et liberatio huius oneris nõ potest per theologos præscribi, etiã per mille annos, cũ singulis sub hoc onere hæc præbenda detur. Et sic omnes qui oneri nõ satisfaciunt, sunt in mala fide, ideo nõ præscribũt.c.vigilanti. & c.fi.de præscrip.regula possessor.de reg. iur. in 6. & hoc est onus reale. quod transit ad quẽcunque res vadat.d.c.significatũ. Nota tamen quòd onus sine aspiratione scribitur, quia nullus ad id aspirat. honor vero cũ aspiratione scribi solet, quia ferme omnes ad illũ aspirãt.hoc expresse tradit Ioãn. And. & Imol.in c.ad aures.de rebus eccle.nõ alienã. Vide quãdo spiritualia cõditionem recipiant per Bal.in c.significasti.de elec.

Theologus non præscribit hoc onus impositum.

x ¶ Residẽtiæ.] Per seipsum c.quia nõnulli. de cleri. non resid.c.extirpandæ.§.qui vero. de præb.& cõtinuo.& ideo nõ posset habere beneficiũ aliud requirẽs residentiã ex statuto, vel cõsuetudine.si tamẽ obtineret secundum, per adeptionẽ illius secũdi nõ vacaret ipso iure præbẽda theologalis, per c. referente.& ca.præterea.de præb. quia iura correctoria loquentia in curatis, non habent locũ in hac præb.glo. in verbo residentiæ.eo.tit.in prag. nã quãdo requiritur residẽtia ad finẽ priuationis reddituũ tãtum, vt hic, tũc per acceptationẽ secũdi nõ videtur renunciare primo, sed nõ habebit redditus, quia quo ad titulũ nulla est incõpatibilitas, sed solũ respectu reddituũ. ideo per acceptationẽ secundi nõ videtur renuntiare primo. Inno.Antho.& alii in c.fi.de cle. nõ residentib. Et istud est singulare teste Barba.in cle. gratiæ.col.11.in glos.beneficiũ. de rescript. Et quid si ex statuto iurato teneatur quis ad residentiam, & quòd non possit aliud beneficium obtinere, an possit impetrari dispensatio istius statuti? vide per Aegid.de bella mera in cõsi.34.supposito.col.1.vbi tenet quod sic, dummodo ista exprimat.

¶ Et hãc residẽtiã causa voluptatis nõ debet deserere.c.significatũ. de præb.sed si vocaretur à superiore, posset discedere. Decius in d.c.significatũ.in vltimo notab.quia auctoritas superioris semper cẽsetur excepta.c.veniẽtes.de iureiur.c.fi.de prohi. feudi aliena. per Feder.etiã in iuramẽto. Ideo si quis iurauerit nõ exire dominum per quindecim dies, si citatus à iudice ante terminũ exiuit, non incidit in periuriũ. Specul.in tit. de citatio. §.1.versi.quid si quis.& si scholaris iurauerit non discedere à Lutecia antequã soluat suo creditori: si iussu patris discesserit, non erit periurus.l.fi.& ibi Alex.ff.qui satisda.cogãt. Et si quis iurauit soluere, non est periurus, si iudex prohibuerit ei ne soluat: nec incidit in pœnã, etiã promissam, si fraus nõ interuenerit. Archi.in cap.dixit.14.q.5. Alber. in.l.si quis id quod.col.2.ff.de iurisd.omnium iudi.

Source : BIU Cujas

Feli.in c.conſtitutus.col.6.verſi.amplia tri-
pliciter. de reſcrip. Multa addidi in rubr.de
cleri.non reſiden.quæ ſi hic trāſcribere vel-
lem.lectorem faſtidio darem.

olo. ¶Quæro an theologus teneatur petere licē
an li tiam, quādo diſcedere vult à ſua præbenda?
qñ videtur quòd ſic.c.relatū.de cleri. non reſi-
ere te dent..vbi etiā dicit Ioā.And.& Card. quòd
tur. nō ſufficit eā petere niſi impetretur. Reſpō.
petēdam eſſe facultatē diſcedēdi,ſi copia iu-
perioris poſſit haberi ſine periculo perſonæ,
alioqui cōtra, vtpote ſi in domo theologi vi
geat peſtis, quia tūc locus & tēpus petere fa
cultatē non patiuntur.l.1.ff.de exerci. actio.
Ioan.And.Panor.& alii in d.c. relatū de cle
ri.nō reſidentib.Imol.in c.inter quatuor.illo
titu.ſi prælatus deneget cōcedere hanc facul
tatem,poterit theologus adire ſuperiorē, vt
illum cogat.c. ex tuæ.& Imol.in ca.fi.col.2.
de cleri.nō reſident.arg.c.nullus.de iure pa-
tro.vel ſi iuſta cauſa, vt peſtis, arctet,poterit
etiā nō obtēta licētia diſcedere:quia vbi pe-
riculum eſt in mora,licitū eſt ſpreta denun-
ciatione procedere in opere.l. de pupillo.§. ſi
quis riuos. ff. de operis no. nunciatio . Facit
quod not.in c.fi.de cleri.nō reſidēt.vbi excu
ſatur clericus,qui monitus vt reſideat, nō re
uertitur,ſi peſtis immineat.nam ex cauſa ne
ceſſitatis poteſt omitti cōſenſus eius qui de
bebat requiri.l. tutor.qui.ff. de adminiſtrat.
tuto.Feli. in c.cū acceſſiſſent. de cōſtitutio.
nume.20.& ſequent.De ripa.in tracta.de pe
ſte,folio.25.vbi dicit eſſe notandū pro con-
ſiliariis, qui nō poſſunt ſine auctoritate ſupe
rioris à loco curiæ diſcedere.l. ſi quis decu-
rio.1.& ibi Bart.C.de decurio.lib.10. ☞ ne
auxilii latio cū opus fuerit ciuibus deſit:ſicut
Heduis in more fuit , vt qui ſummū gereret
imperiū,finibus excedere nō poſſet, nec tri-
buno plebis diē integrū ab vrbe abeſſe lice-
iarii bat:teſte Alexād.lib.1.genialiū c.3. ☜ Vigē
auto te tamē peſte poterūt à loco peſtifero diſce-
ſu-
otis dere,etiā facultate non petita nec obtenta à
nte
di-
unt. principe:tamē à curia habere debent, vt ſu-

ſius dico in ordina. regiis. ✣ Imo leo quar-
tus pontifex maximus cardinalatus honore
Anaſthaſium tituli ſancti Marcelli cardina-
lem priuauit,quia cōtra canones quinquen-
nium à parochia ſua abfuerat teſte Baptiſta
Fulgoſ.de dictis memora.rub.de ſeuerita.lib.
6.de leone &c. ✣

A quo ſit petēda li centia. ¶Quæro, à quo ſit petēda licētia per theolo
gum? Videtur quòd ab epiſcopo.tex.in c.re-
latū.ibi,de licētia ſuorū prælatorū.& c.inter
quatuor.de cler.nō reſid. Cōtrarium teneo,
quia hic eſt data facultas capitulo hūc theo-
logum puniēdi. nā magis intereſt capituli q̄
prælati,quia illi de capitulo audiūt lectiones,
quod nō facit epiſcopus: ideo capitulū hanc
diſcedēdi facultatē theologo cōcedere pote
rit.& ita ſeruatur.& de cōſuetudine,quæ ho
die inoleuit in Francia, ſcholaſtici & alii vo Scholaſtici ex cōſuetudine non petūt licētiā ſtudia adeundi.
lentes diſcedere à beneficio vel præbenda,
nunquā petunt licentiā ab epiſcopo,ſed à ca
pitulo vbi obtinēt præbēdam. ſi obtineāt be
neficia curata,à nullo petunt licentiam.

Papa nō poſſit theologū ſup perpetua reſidētia diſpenſare. ¶Quæro an papa poſſit theologū à reſiden
tia diſpenſare perpetuo? Videtur quòd ſic.c.
cū dilectus.c.ad audientiā.de cler. non reſi-
dēt. & cū papa in beneficialibus habeat ple-
nariā poteſtatem c.2.de præb.in 6. nō dubi-
tatur,quin poſſit ſuper reſidētia diſpenſare.
Panor.& alii in c.pen.de cleri. nō reſidētib.
vbi dicūt quòd ſolus papa cōcedit indulgen
tiā ſuper nō reſidēdo, cū ſit contra ius comu
ne,& in præiudiciū eccleſiæ non poteſt epi-
ſcopus indulgere.c.dilectus.de tēpo.ordinā.
Sed legatus,archiepiſcopus, & epiſcopus be
ne poſſunt dare licentiam non reſidēdi:quia
verbū licētia, nō importat nudā voluntatē,
ſed cōceſſionē ex cauſa factā.1o.de Selua.in
tract.de beneficio in 4. parte.q.8. Cōtrariū
cōcludo , cum hoc ſit concordatum inter pa
pam & regē , & ſic vnus ſine altero non po-
teſt iſti concordato derogare, vt ſupra dixi
in præfat.ad iſtum titulum . Hoc enim eſſet
& impedire audire volentes iſtum theologū
prædicare , & legere : & in dubio papa hoc

Source : BIU Cujas

non intendit.c.inter cætera. de officio ordina. & etiã veniret contra substãtiam actus, quod non potest facere etiã cõsuetudo. glo. in c.2.de consuet. in 6. etiam probatur in.§. volumus.ibi,prætextu dispensationis apostolicæ.infra eod. Nec papa.c.cũ ad monasteriũ. de statu regula. & pro hoc est text. formalis in versic.necnon de firma & irreuocabili concordato. stabilita. vbi dicitur, etiam per nos & successores nostros &c. Istud etiã immutaret statum vniuersalis ecclesiæ Gallicanæ, quod non potest papa facere. glos. & doct.in c.proposuit.de conces.præbẽd. Nec valeret consuetudo, vt iste theologus possit percipere fructus beneficiorum in absentia, quia esset onerosa ecclesiis, Archid. in capi. sacerdotibus.31.dist.doct. in ca.cum omnes de constitu. vbi idem etiam dicitur de aliis, in c.1.de consuetu.Imitetur ergo theologus Moysen & Aaron,qui indesinenter in tabernaculo domini erant,ca.vlt.36.distinct.

Cõsuetudo nõ residẽdi an valeat.

☞ Imo etiã si theologus resideret per aliũ, nõ haberet distributiones quotidianas, tum quia residentia debet esse personalis, tũ quia per alium seruiendo non satisfacit iuri, Calder.in cõsil.vno.de cler.nõ residẽt. nã inter artifices est lata differentia.l.inter.ff.de solu. ✠ intellige vt in glo.studuerit. supra eo.dixi ✠ & an valeat consuetudo non residẽdi. vide Præpos.in c.sacerdotibus.31.dist.☜

Prędicatio quid sit,&multa hic de prædicatione.

y ¶Prædicationis.]Prædicatio, est dei manifesta commendatio, vel instructio. Cantico.6. cap. videntes sponsam filiæ Sion,beatissimam prædicauerunt. De instructione patet Matthæi.4.Cœpit Iesus prædicare,& dicere,Pœnitentiam agite &c. Et inter cætera,quæ ad salutẽ populi Christiani spectant, pabulum verbi dei q̃maxime sibi noscitur esse necessarium, quia sicut corpus materiali,ita anima spirituali cibo nutritur:eò quod non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei.c. inter cætera.de officio ordina.

¶Quæro quid debeat prædicare. Respon.declarari.2.ad Timoth.4.c.vbi dicitur, Prædica verbum,scilicet dei. Actuum.13.cap.habetur, Prædicabant verbum dei.&.4.ca. ibidẽ dicitur, Loquebãtur verbũ dei cum fiducia. ✠ c.cauendum.10.q.3.✠ & c. antecessor.11.q.3. vnde dicit beatus Greg.papa in c.fraternitatis.35.q.10.Est enim verbum domini validum,forte & durabile,& immutabile & perseuerabile:non momentaneum, non transitoriũ.dicit enim, Cælum & terra transibũt, verba autem mea non transibunt. ☞ Et est quasi carmẽ musicum, quod suaui dulcíq; sono canitur.Ezechiel.33.ca.in fi.☜ Vel verbum.i.Christũ, vt dicit Apostolus, Nos prædicamus Christum.primæ ad Corinthios.1.c.& Marci vlt.Euntes prædicate euangeliũ omni creaturæ.Debet insuper prædicator loqui oportune,ne tacenda proferat, nec proferenda taceat.c.sit rector.43.dist.Item dicitur, Insta opportune.i.suauiter. Psal. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Ecclesiastes.8.c.Omni negotio tẽpus est,& opportunitas. ideo vt alter Orpheus allicere debet homines, & quãdoque instare importune & seueriter.inde dicitur Esaiæ. 58. Clama, ne cesses.& Hiere.1.c.in fi.Surge,& loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi, ne formides à facie eorũ. Et hæc prædicatio debet tẽdere ad dei cõmendationẽ. Daniel.3.c. in fi. Placuit ergo prædicare signa eius, quia magna sunt:& mirabilia eius,quia fortia.

¶Secundo debet prædicator concludere ad carnis macerationem, vt .2. Paralipo.c.20. Prædicauit ieiunium in vniuersa Iuda.

¶ Tertio,ad clementiam debet prouocare. Esaiæ.61. Vt prædicarem captiuis indulgentiam,& clausis apertionẽ.&c.

¶ Vltimo,debet inducere ad gloriæ imitatiõem.Lucæ. 9. Misit illos prædicare regnũ dei.Et hic prædicator debet prius facere, & postea docere, exemplo Christi Actuum.1. Et dicitur Marc.1.c.quòd Ioãnes erat in de

Quid debeat prædicare

Prius cer ea re d pra tor

ferto prædicans baptiſmum pœnitentiæ.ad denotandum quòd qui vult prædicare, debet in deſerto pœnitentiæ macerari.alioqui dicit Greg.in homilia, Cuius vita deſpicitur,reſtat vt eius prædicatio contemnatur. cap.infames.in fine.3.q.7. Qui ergo alium doces,teipſum non doces? qui prædicas non furandum,furaris? &c. Paul.ad Roma.2.ca Alioqui ſi bene docueris,& male vixeris,tui ſolus condemnator eris.ca.multi. 40. diſt. Et talis dicitur non theologus, ſed theoma chus,cui præbenda non eſt conferenda.

☞ Nam prædicator eſt rectam viam dirigens,vel dirigere debens,nõ ex circuitibus, vt in ſimili dicit tex.in.l. non ſolũ.§. annus. 2.ff.de excuſa.tutor. ☜ Imo prædicator exiſtens in peccato mortali,ſi prædicat, peccat mortaliter.c.quid eſt hoc.& c.cum exaudiero.& ibi. Præpo.50. diſt. Quomodo enim poteſt præſes eccleſiæ auferre malum de medio eius, qui in delictum ſimile corruit? aut qua libertate peccantem corripere poteſt, cum tacitus ipſe ſibi reſpondeat, eadẽ ſe admiſiſſe, quæ corripit? c. primum itaque. 25. diſt. Nec etiam ſufficeret vita ſine ſcientia, propter multos errores,qui quandoq; oriuntur ex defectu ſcientiæ.Panor.per illum tex. in c.inter cætera.in 4.nota.de officio ordina.c.niſi de renunciatio. ☞ tex.in c.qui eccleſiaſticis.§.hinc etiã.36.diſt. vbi prius veritas tacendo diſcitur, & poſtea loquendo prædicatur, vnde Chriſtus apoſtolos prius docuit, & poſtea ad prædicandum miſit, vt ibidem patet & in euangelio Marci.c.vlti. prædicate euangeliuum omni creaturæ. ☜ Et poſſunt prædicare in eccleſiis, & extra, etiam in plateis communibus ſine licentia, ſed in eccleſiis parochialibus non poſſunt prædicare niſi licentia petita & obtenta à parochialibus ſacerdotibus. cle.dudum.§. nos autem.de ſepult. Locus tamẽ aptior ad prædicandum eſt eccleſia.Ioannis.18. Ego ſemper docui in ſynagoga,& in templo,quò omnes Iudæi conueniunt,& Lucæ,19. Erat quotidie docens in templo. In domibus quis nõ poteſt prædicare, ne oriatur ſuſpitio hæreſis.c.cum ex iniuncto.de hæret. & ibi,in occulto locutus ſum nihil.Et iſti theologi debent eſſe clerici,alioqui prædicare non poſſent.c.ſicut.de hæret. vbi laico prædicandi officium prohibetur, ☞ quia eis interdicũtur actus ſpirituales, vt eſt prædicatio & decimarum perceptio.c.decimas.16.q.7. beneficiorum collatio.c.ſi quis deinceps. ibidem & electio,c.quiſquis. & c.maſſana de elect. & recipere reſignationes.c. quod in dubiis de renuncia.ac oblationũ perceptio.c.quia. & ſeq.10.q.1,deniq; cauſarum eccleſiaſtica rum cognitio.c.2.de iud. tam per viam iudicii quam compromiſſi.c.contingit de arbit. alia ipſis prohibita docto. tradunt in d.ca.2. imo laicus prædicare præſumens ſine licẽtia ſuperioris excommunicatur tex. in c.ex communicamus.1.§. quia vero.de hæret. & alia pœna arbitraria punitur cle.vlt.in prin. de pœnitẽ.& remiſſ.tamen nõ requiritur ſacer ordo. licet glo. teneat contrarium quæ reprobatur in c.adiicimus,16.q.1.Panor. & Imol.in ca.dudum.1.de electio. quãuis theologi Pariſien. nullum recipiant ad gradum theologiæ, niſi ſit in ſacris. Item prædicare prohibetur mulieri,quanuis docta & ſancta ſit.c.mulier.23.diſ.Cuius ætatis debeat eſſe hic cõcionator,vide in c.preſbyter.78.diſt. & decem à quibus cauere debent prædicatores,per Floren.in.3.parte ſummæ titu.18.c. 4.& ſeptem modos prædicandi.c.ſeq.

Clerici debent prædicare nõ laici, ne malie re

¶ Aliquando tamen aufertur verbũ prædicationis,Primo propter improbitatẽ,ſeu indiſcretionẽ.Eccleſiaſtici.20.c. Ex ore fatui reprobabitur parabola. &.c.adiicimus.16.q.1.

Ex quibus cauſis verbũ prædicationis auferatur.

¶ Secundo aufertur verbum propter indignitatem,vt Dauid, Quare tu enarras iuſtitias meas? cap.infames.in fin.3.q.7. & dicit glo.ſuper illo verſ. Non auferas de ore meo verbum veritatis: obmuteſcit facundia, ſi ægra ſit conſcientia.

¶ Tertio propter inſufficientiam. Hierem.

Source : BIU Cujas

primo, A a domine nescio loqui.c.in scripturis.8.q.prima.

¶ Quarto propter audientium malitiam taceat prædicator, ne det sanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos, qui cōuersi cōculcent eas.c.quando.11.q.3.

¶ Quinto propter timorem persecutionis, vt Petro contigit, qui timore persecutionis negauit Christum. propter hoc tamen tacere malum est. Archi.in.c.nolite.2.col.11.q.3. Et intellige hic lecturæ & prædicationis, diuersis diebus, nō vno die. vt postea declaratur. Et quis istum prædicatorē alere teneatur. vide per de ripa in lib.1.Respon.c.15. in fi. & in c.inter de off. ord.per docto. ✠ & per Bal.in.c.quoniam ibidem. ✠

z ¶ Subire voluerit, & potuerit.c.extirpandæ.§.qui vero.&.c.super inordinata. &.ca. graue.de præbend.c.fin.ibi, voluerint & potuerint.in princip.16.q.1.&. c.cum in cunctis.§.inferiora.de electi.c.cum inhibitio.de clandesti.desponsa.c.post electionē, in fine de cōcess.præben.c.excōmunicamus. 1.§.fi. de hæret.c.quia propter. &.c.ecclesia. 2.de ele. vnde nō sufficeret si vellet & esset ignorans. vt tenet Io. de platea in.l. grammaticos.C.de profess.& medic.lib.x.c.quia. ibi, & tunc si voluerit, non tamen valuerit. de concessio.præben. &. c.post electionem.in fi.ibidem, licet magnum habuerit animum, vt nobiles & iouiales.alii vero sunt, quorum animus est stricti iuris. teste Bolog.cōsi.37. licet alias.col.6.versi.corroboro. non sufficit igitur si fuerit mutus, aut alias imperfectus.c.sit rector.ibi.sacerdos ergo si prædicationis sit nescius, quam tibi clamoris vocē daturus est præco mutus: nec sufficeret posse, si nollet.c.ad hæc primo.ibi, potest si voluerit.de appellatio.c.relatū.ibi, hoc se posse affirmāt, sed efficere cōtadicunt.de cleri. nō residē. Vnde dicit Philos.quod duo sunt ex quibus humanorum actuum constat effectus, videlicet voluntas, & potestas: quorum alterū si desit, nihil est quod explicari queat. refert Barb.consi. 123. scripsit. in princi.in 4.volu.inter consil. Alex. vbi dicit, ad tollendum statutum, voluntatem & potestatē necestaria. per hoc dicit Bal. in c.ex parte. colla.2.de constitu.quod voluntas debet esse concreta actui, qui debet perfici.abstracta enim voluntas.i.separata, & per se, quæ reperitur in anima, non perficit actum: vtpote possum adire hæreditatem, & volo: tamen voluntatem meam non applico alicui actui verbi vel facti: non efficior hæres.l. potuit. C. de iure delib. ☞ Nam tantum distat fecisse à concepisse, quantum perfectum ab imperfecto: & quantum semen, quod est reconditū in horreo, quod non fructificat, ab eo, quod est seminatum in agro. abortum enim facit intentio, si conceptum suffocat in vtero, & non producit in lucem. vnde hanc voluntem mentalē nunquam exeuntem in actum, abortiuam dico; partus abortiui similitudine.l.qui mortui.ff.de verborū significatio.l. quod certatū.ibi, si viuus ad orbē totus processerit.C.de posthu.hæred.instit.hæc sunt verba Bal.in consilio schisma. in vers. sed in contrarium collū. tertia. Voluntas igitur hominis quæ non deducitur ad dispositionem, censetur abortiua, sicut in posthumo.qui licet sit in vtero conceptus, si tamē nō sit perfecte natus, dicitur abortiuus.Bal. in.l.1.nu.32.C.qui admitti. Ias. consi.22. in quæstiōe.col.2.in 3.vol. ☞ Sic papa sola voluntate non confert præbendas nisi vltra procedat, & transeat ad actum dispositiuum vnde dicit Bal.cons.326.Rex Romanorum. col.2.in.1.vol.quod tria canonicant omnes actus, scilicet potestas, voluntas, & modus. nā sine potentia nihil ad actū deducitur & sine voluntate nil cōsensu perficitur, & sine modo nil in finē suū dirigitur. & dicit Bal. in.l.omne verbum.collūnat. 2. C. cōmunia de leg. Duo requiruntur quæ canonicāt omnes actus voluntas. & legis auctoritas.nam

z subire voluerit

Volūtas & ptās i theologo requiritur

tria nic act vol pot &

vbi non assistit iuris potentia, voluntas in nis est. Bal. in l. nolle. per illũ text. ff. de acq. hæred. Et si Bal. in l. cum testamentum. C. de iuris & facti ignoran. dicat tria necessaria, voluntatẽ, p oteſtatẽ, & scientiã: sed po tentia scientiã cõprehendit, vt tenet Decius in ca. cũ super. 4. notab. de offi. deleg.

[a] quique bis aut semel ad minus [b] p singulas hebdomadas ([c] impedimẽto cessante legitio)

tiue loquitur, theologi erit electio etiã in alternatiuis iuris *i* qbus verba parti dirigũtur vt hic & in. l. qcũq;. C. de ser. fug. l. 3. ff. de eo q certo loco. doct. *i* c. iter. de rescrip. cũ etiã hic diẽnõ exprimat, arbitrio theologi relictus

Arbitrio theologi relinqtur quo diele gere velit

estl. 1. ff. deiure deli. Et de hora idẽ, nisi dies & hora iã con sueta fuerint: quia secundum cõsuetudinẽ regi debet hic theologus, cũ legẽ sol uere nõ debeat, sed adimplere: exẽplo Christi, de quo in euãgelio Matt. 5. c. Nõ veni sol uere legẽ, sed adimplere. Et q̃uis nõ adstrigatur hic nisi semel in hebdomada legere, tamen ex bono & æquo, vt ignorãtes instruat tenetur quanto frequentius potest, arg. c. significatum, de præbend.

offi. iver vo nt.

¶ Vel intellige text. subire voluerit, id est, voluntarie subierit, & non coacte, prout exponit glo. in l. fi. ff. de rerum diuisio. vbi dicit, qui voluerit transcendere muros, id est, voluntarie transcenderit. & facit ad statutũ quo cauetur, quod qui voluerit corrumpere mulierem, capite puniatur: quod debeat intelligi, id est, si voluntarie corruperit. Bar. ibi, & Decius in regula, non vult hæres esse. ff. de reg. iur. & p hoc defendit à morte vnũ qui voluit aliquem necare veneno, Francis. Cremens. sin. 49. defensaui &c. quia dicebat statutum, quòd qui venenare voluerit, capite puniatur, glo. in l. 1. ibi, voluerit arbitrari, id est voluntarie fuerit arbitratus. ff. de leg. 2. glos. in l. fina. in verbo voluit. C. de codicil. Et pro hac expositione consonat verbum actu subire voluerit. glos. in c. si diligenti. in verbo purgare voluerint, cum effectu dicit glo. de foro compet. Barb. consi. 21. præclare. col. 3. & consi. 23. col. penult. in. 2. volu. Prior tamen expositio magis videtur conuenire textui. Et an collatio facta alicui si voluerit, sit conditionalis, tex. in. l. si ita. §. illi si volet. ff. de lega. 1. decidit quòd sic, & sic expresse tenet Ancha. in cle. vna sexto nota. de concessio. præben. & ibi Bonifa. numero quarto, dicit necessarium extare conditionem per declarationem voluntatis, & ante illã declarationẽ gratia est cõditiõalis.

[a] ¶ Quiq; his aut semel.] Refertur tam ad magistrum, quàm ad licentiatum, & baccalaureum formatum, vt saltem semel in hebdomada legere teneantur: & post q̃ alterna-

b ¶ Per singulas hebdomadas.] Etiã si plura essent festa in hebdomada, & si vellet legere singulis diebus vnius mẽsis, vt cõputaretur per totũ annũ, nõ putarẽ sufficere, arg. illius emphyteote, qui vult cẽsum soluere p pluribus annis, vt dominus nõ teneatur recipere si detrimentũ patiatur. Ias. in l. 2. q. 22. nu. 63 C. de iure emph. allegãdo specula. *i* tit. de lo ca. §. nũc aliqua. q. 42. Et si nõ legerit in vna hebdomada, poterit purgare morã, antequã per capitulũ puniatur, quia quãdo dies apponitur à lege, & pœna ab hoie, vel cõtra: tunc admittitur purgatio moræ. glo. in c. licet canon. in verbo priuatus. de elec. in. 6. Ang. & alii in. l. si insulam. ff. de verb. obliga,

Purgare morãpõt theolo.

c ¶ Impedimento cessante legitimo.] Idem dicitur in c. commissa de electio. in 6. & in c. cupientes. §. insuper. ibidem cle. vt ii qui de æta. & quali. Legitimum impedimentum dicitur morbus sonticus, non leuis febricula. seu vetus quartana. l. quæsitum. ff. de re iud. & & c. ad audientiã. de cleri. non residen. seruire enim nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægros. qui cupientes seruire nobis propter aduersam valitudinem impediuntur verba sunt iurisconsulti in. l. cum hæres §.

legitimũ impedimentum quid sit.

Source : BIU Cujas

ſtichus.ff. de ſtatu lib.& nedummorbus ſui corporis,ſed etiam morbus ſuorum. glo.in c.communis.23.diſt. Alex.& Iaſ. in.l. 2.§. ſi quis.ff.ſi quis cautio.licet in practica vix poſſet obtineri in hoc impedimento. Et ſui dicuntur vſq; ad quartū gradum. Bal.in.l.petitionē.C.de aduoca,diuerſo.iudicio.Barb. conſi.28.clementiſſimum.col.3.in 2.vol.gl. & docto.in c.requiſiſti de teſta.

¶ Item peſtis dicitur legitimum impedimē tum.c.ad ſupplicationem. de renuncia. c.ex parte.in.1.de appel.l. ſed ſciendum.& ſeq.ff. ad trebel.

¶ Præterea bellum. glo.in verbo guerrarū. de auctoritate ſacri concilii.in prag. Bal. in conſil.45. lata fuit.in.3.volu.

¶ Item ſi erat in carcere.Bal.& alii.in.l.2.ff. de in ius vocand.&.l.2.§. fuiſſe. de cuſtodia reorum. Alexan.in d.l.quæſitum.

¶ Item quando is locus in quo legebat. non erat tutus propter inimicos,quibus nullus tenetur ſe exponere, etiam cum literis de ſaluo conductu. c.accedens.2. vt lite. non cō teſtata.

¶ Item ſi ſit pro eccleſia impeditus, vel medicinam illo die ſumpſerit.c.vno.§.qui vero de cleri.non reſident.in.6.& ibi Peruſ. Alia impedimēta an ſint legitima,relinquitur arbitrio iudicis,& boni viri.gl.ī c.ſi quis iuxo. de electio.in. 6.dixi in practica mea ad ſtylū Bituricen. in rubr.de excuſatio. & exoniis. glo.2.ou autre empeſchement.tex.&ibi no. in.c.ſciſcitatus.de reſcript. Non eſſēt tamē legitimum impedimentum, ſi theologus eſſet inſeruitio epiſcopi,aut archiepiſcopi,ſeu cardinalis?quia eſſet eccleſiæ detrimento.c. penul.de cle.non reſiden. quanuis regulariter cenſeatūr præſens,qui eſt in ſeruitio epiſcopi.c.cum dilectus. c.ad audientiam. de cleri. non reſiden.glo.in prag.eodē titu.& verbo. ✣ Requiritur tamen quod hoc impedimē tum ſit inuentabile.c.2.& ibi doct.de teſti. nam impeditus,non excuſatur quādo poteſt remouere impedimentum c.fi.de elect. l.qui bus in princi. ff. de conditi. & demonſt. ✣

Theologus inſeruitio epiſcopi exiſtens nō excuſatur.

¶ Quæro an durante impedimēto legitimo debeat ſeruire per ſubſtitutum ? vel eo ſano teneatur ſarcire? Videtur quod ſic,per.l.nullus qui.in fi.C.de decur.lib.10.Et in famulo probatur quod teneatur ſeruire tantum tempus,quo non potuit ſeruire.glo.& Bar.in.l.ſi vno.§.item cum quidam.ff.locat. Aufre.deciſio. Tholoſan.q.359. Contrarium eſt verū, tum quia electa eſt induſtria theologi,& inter artifices lata eſt differentia.l. inter artifices.ff.de ſolut.tum etiam, quia quando quis impeditur caſu,non tenetur dare ſubſtitutū l.matriculā.in fi. C. de agentib. in reb. lib. 12. &.l.fina.in fine.de proximis ſacro. ſcrinio. eo.li.glo. & Bar.in l.1.§. diuus.ff.de variis & extraordina.cognitio. Et hoc probatur in hoc tex.ſumendo argumentum à contrario, videlicet quòd theologus tenetur legere ad minus ſemel in hedomada ceſſante impedimento.ergo ſi ſit impedimentum,nō tenetur,& ſic non per ſe, nec per ſubſtitutū nec eo ſano tenebitur ſarcire,cū legere tempore infirmitatis nō teneatur. & ſic perit obligatio pro illo tēpore, ſicut periret per interitū ſpeciei in obligationē deductæ.l.quote.ff.ſi cert.peta.&.l.ii ex legati.de verb.obliga.glo.in prag.ſanct.in rub.qualiter horæ cano.ſint dicen.in verb, ſyncopando ✣ quod intellige quando impedimentum eſſet temporale, ſecus ſi perpetuum quia, tunc, ne vtilitas publica pereat, debebit ſeruire per ſubſtitutum.per ea quæ dixi.ſupra.eo.in glo.ſtuduerit. ✣ Sic dicimus in prouiſo per reſignationem , qui obſtante legitimo impedimento non potuit bullas prouiſionis habere infra ſex menſes, vt non obſtante regula.34 cancella.poſſit poſtea adipiſci poſſeſſionem etiam non habita proteſtatione. & talis remanere debet illæſus.not.in propriis terminis Auriol.in addi.ad Guillel.in c.penul. de electio.in.6. quia impedimētum excuſat per ſupradicta.

¶ Quæro quis teneatur probare impedimen

Source : BIU Cujas

&quo
ndo p
ri poſ.

tum? Reſpon. qui allegat. l. 2. & l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. & ibi addidi. & l. actori C. illo tit. Item quæro quomodo impedimentum poſſit probari. Reſp. tex. in l. vlt §. illud. ibi. euidentiſſimis probationibus. C. de tẽp. ap. & ſic per teſtes. quod fallit quando impedimentum nõ poſſet per teſtes facile probari, quia tunc probabitur per iuramentum. & hoc arbitrio iudicis relinquitur. l. theſaurus. ff. ad exhibẽ. l. fi. C. de fide inſtr. Peruſ. in c. ex ratione. col. 3. de app. Et maxime ſi ſit honeſtus vir is qui impedimẽtum allegat, Guid. papæ in ſuis deciſio. q. 64. ſi altera pars. & q. 205. in cauſa. Iaſ. & alii in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cautio. Henri. Boeteus in tract. de ſynodo epiſcopi in ſecunda parte, quod eſt notandum. Limita vt dixi in pract. mea ad ſtilum Bituricen. in rub. de excuſatio. in glo. ou autre empeſchement.

☞ Notandum eſt, quod non ſufficit probare impedimẽtũ, niſi probetur, quod fuit cauſa quare nõ legit, quia ante infirmitatẽ legere ſolebat. Bar. in l. 2 §. quod diximus. ff. ſi quis cautio. & l. qui commeatus de re milita. Dec. conſi. 552. viſo. col. 1. vnde ſi canonicus probet valetudinem, non ſufficit, vt habere poſſit diſtributiones quotidianas id tẽporis, niſi appareat, quod propter eam nõ interfuit diuinis, probãdo quod ſanus cõſueuerat intereſſe. Feli. in c. ex tranſmiſſa. col. 1. de præſcrip. Iaſ. in l. properandũ. §. finautem vtraq;. col. 1. C. de iud. Iacobi. in l. 1 exceptionibus. §. fi. ff. de proba. doct. in c. ex ratiõe de appel. ☜

d ¶ Legere.] Euangelia & librum bibliorũ debet, nõ Bocatii ſeu Pogii fabulas. de Moyſe enim dicitur Exo. 24. c. aſſumẽs Moyſes volumẽ fœderis, legit audiente populo. & 4. Reg. 23. c. Legit Ioſias cũctis audiẽtibus omnia verba libri fœderis. & Ioſu. 8. cap. Legit omnia verba benedictionis, & maledictionis. & Luc. 4. ca. dicitur, quòd intrauit Chriſtus ſecundũ cõſuetudinẽ in ſynagogam, & cœpit legere, & traditus eſt illi liber Eſaiæ prophetæ. Vt reuoluit librum, inuenit locũ vbi ſcriptũ erat, Spiritus domini ſuper me, eo quòd vnxit me. & quicunque legerit hãc ſcripturã, & interpretationem nota fecerit, purpura veſtietur, & torquẽ auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit. Dan. 5. c. & 3. Eſdr. 9. c. dicitur de Leuitis, qui legebant legem domini, & præfereb ãt ſinguli eos qui intelligebant lectionẽ. Ergo legendus eſt liber diuinæ ſcripturæ. vt per illum recte dirigamur. Poſſet etiam legere decretorum librum, qui ſanctorũ patrum ſtatuta & cõciliorum continet. c. de libellis 20. diſt. Ideo dicitur ibi in c. ſequen. ſi decreta ſanctorum patrum non habetis, de neglectu atque incuria eſtis redarguendi. ſi habetis, & nõ obſeruatis, de temeritate eſtis corripiendi. & alibi, Nulli licet canones ignorare. c. nulli. & c. omnes. 38. diſt. Et ſcientia canonica eſt practica theologiæ, vt dicit gloſ. hic, & ideo theologo neceſſaria. Florent. in 3. parte ſummæ. titu. 5. c. 2 §. 2. tex. pulcher in c. qui eccleſiaſticis. 36. diſtin. Et intellige, legere habeat, ac interpretari, nec ſufficeret ad corticem legere, vel ad verbum, & non declarare: vel legere oculo mẽtali, & corporis, aut legere ſuperficialiter, & non intelligere. quia legere & nõ intelligere (vt dicit Cato) negligere eſt. vel legere in camera, arbitris ſemotis. Sic tradit Barb. in repet. l. cum acutiſſimi. col. 71. C. de fideicommiſſ. per. l. primam. §. legi. ff. de his quæ in teſtamento delent. Bald. in marga. in verb. legere. gloſ. & ibi Fel. in proœ. decretal. in princ. text. in extrauag. nonnunq̃. in verbo legere ac intelligere. de verb. ſignifi. in extrauag. Io. 22. vbi glo. dicit parum eſſe legere, niſi adſit intelligere: & perfectiſſima lectura dici non meretur, niſi diligentiſſima ac exactiſſima legentis interpretatione ſingula tradãtur §. huius igitu. inſti. de iuſti. & iur. Et lectio debet manifeſte declarare ſenſum ſcripturæ. l. 2. ibi, lectio manifeſte declarat. C. de delator. lib. 10. Antho. de Butr. in repet. ca. veſtra. no. 15. de coha. cleri. o. nam qui ea docent, quæ ab au-

Liber decretorũ poſſet à theolo. gis legi.

Scientia canonica eſt theologo neceſſaria.

Qũo debeat legere theolo gus.

De lectura qualis eſſe debeat.

Source : BIU Cujas

ditoribus non valent intelligi, nõ ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem legunt c.fi.43.dist. & alii inter legendũ verbis oratoriis & obsoletis vtuntur, prætermissis canonum & legum vocabulis propriis, cum ea ignorẽt. Barb.in c.Raynaldus. col.84.de testa. & hic affectatus modus semper iurisconsultis fuit molestus.l.2.§. post hos quoque.ff. de orig.iur.dixi.in 8.notab.repet.l.vnicæ.C.de sententiis quæ pro eo quod interest. Catellia.Cotta. in 2. parte memoralium. in verbo legere. & sacerdotes dei omissis euangeliis & prophetis videmus comœdias legere, bucolicorum versuũ verba cantare, tenere Virgiliũ in manibus: & id quod in pueris adest causa necessitatis, crimen in se facere voluptatis. verba sunt Hieron. in cap. sacerdotes.37.distinct.

Publice legat theologus.

¶ Intellige quòd debeat publice legere, & non domi, nisi instante necessitate. cap.1. & cap.quia.de magist.cap. cum ex iniuncto. de hæret. & in proœm. ff orum. §. hæc autẽ tria. nec tenebitur legere, si nõ habeat auditores, sed tenebitur diuinis interesse, sicut alius canonicus, quia ratiõe lecturæ excusatur, ergo ea cessante, debet effectus & dispẽsatio de non residendo cessare. c. cum cessante. de appella.

Theologus nõ legẽs non excusatur à residendo.

¶ Quæro an possit legere per substitutum? Videtur quòd sic, per tex. in.l.1. in fi. ibi, per substitutũ. C. de præpositis agent. in reb. lib. 12. Secũdo facit tex. in.l. quisquis. 1. C. de epi scopis & cleric. c. scripsit. 7. q. 1. Contrarium est verius, tũ quia electa est industria istius theologi, & posset inhabilem substituere, & inter artifices lata est differentia. l. inter artifices. ff. de solut. Secundo probatur in.l. nullus qui nexu. C. de decurio. lib. 10. quæ sic dicit, nullus qui nexu generis curiæ tenetur obnoxius, per substitutam quãcunque personã curiales impleat functiones, sed ipse per se debitum patriæ munus exoluat, nisi hoc speciali beneficio sit concessum. probatur in.l. 1. & ibi. glos. C. de mancipiis, & colo. libr. 11.

Theologus an possit legere per substitutum.

Bar. in.l. nemo. ff. de duob. reis. l. his quidem C qui militare non possunt. lib. 12. l. vna. §. ne autem. de cadu. tollend. Roma. in repet. l. si vero. §. le viro. fallen. 16. & 19. ff. solu. matri. & fing. 64. Ang. in. §. 1. de vsufruct. in lib. inst. Barb. & alii in c. 1. de sum. trin. Barb. in tract. de præstan. Card. in 9. q. 1. partis. Et cõtraria sunt specialia, in casibus. s. à iure expressis. & tunc quando quis legit per substitutũ, debet seruire per hominem eiusdem conditionis. d. l. 1. C. de præpos. Corse. sing. incipien. substitutus. glo. in prag. eo. verbo. vide quæ dixi in glo. impedimento supra eod.

[a] ¶ Debeat] Necessitatem notat. glo. in cle. attendentes, in verbo debeant. de statu monach. text. in.l. prætor. ff. de edend. Soci. consil. 73. capiendo. col. 2. in 4. volu. Idem in verbo tenetur. cle. exiui. §. item ordo. de verb. sig. & supra dixi. Idem in verbo oportet. c. super inordinata. & ibi Panor. 1. notab. de præbend. glo. in c. fin. de litis contes. in 6. Idem de verbo iubeo. glos. & doct. in.l. sæpe audiui. ff. de officio præsid. Idem in verbo imperare & præcipere. c. fina. 14. q. 1.

[b] ¶ Et quotiens] Intellige quotiens defecerit. s. semel in hebdomada, non quotiens defecerit, s. in singulos dies, quia cũ non teneatur legere vltra bis, aut semel, vt supra est declaratum, non est verisimile quòd statim se corrigat. l. non ad ea. ff. de condi. & demonstra. alioqui posset dici, huy, tam cito? dixi in l. vnica no. 4. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. nu. 13. Et hæc dictio quotiens, reiteratiua est. l. fin. C. de indict. viduit. tollend. l. quotiens. ff. qui satisd. cogant. & quot actus requirat, vide Barto. in. l. eum qui certarum. in fine. ff. de verb. oblig. & de dictione totiẽs quotiens, vide Alexand. consil. 145. quoniã. in 2. vol. Et vult dicere tex. toties debet. puniri theologus, quoties defecerit semel legere in hebdomada.

¶ Quid si capitulum velit dispensare, vt nullo modo teneatur legere, an possit? videtur

quòd ſic, quia arbitrio capituli relinquitur, vt hic patet in tex.

¶ Contrarium teneo, quia præbenda eſt data cum onere lecturæ, quod onus non poteſt capitulum remittere, vt notatur in c. ſignifi catũ. de præb. nam ſi re priuetur theologus, id eſt lectura, nec nomen habere meretur, quòd ſit præbẽda theologalis. c. cor epiſcopi. 68. di. l. à nullo. C. de feriis.

Puto tamen quòd ex cauſa poſſet capitulum per aliquod tempus modicum diſpenſare, nõ per longum tempus: quia reipublicæ intereſt vt legat, cuius ſcientia mundus illuminabitur. authen. habita. C. ne filius pro patre. & hic relinquitur punitio capitulo, non diſpenſatio. & intellige ceſſante impedimento, vt ſupra dictum extitit.

¶ Item cũ prædicatio non fuerit taxata, credo quòd etiam ſemel ad minus, die videlicet dominico, vel alio die feſto prædicare teneatur. & hoc tenet gloſ. in verbo habeat. quia vna determinatio determinãs duo determinabilia, ea pariter debet determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulga. Si tamen ſunt tria feſta in hebdomada in quibus ſit prædicandũ, prædicare tenetur. & hoc etiam approbat cõſuetudo. licet non teneatur per iſtum text.

g ¶ Deficere] Deficere dicitur, ſi omnino non legat, vel modicum, quia ſemel in hebdomada debet legere, & per horam. Nam ita conſueuerunt alii lectores legere, & bonum eſt argumentum à ſolitis. l. ſi quis donaturus ff. de vſufruct. & ibi addidi. l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. Putarem tamẽ nõ poſſe puniri ſi modicũ horæ omitteret, arg. l. primæ in fine. ff. de vent. inſpiciẽd. quia paruus defectus non nocet. l. quanuis. ff. de conditio. & demonſtra. Et Bald. in c. cum adeo. col. 2. de reſcript. dicit quòd qui parũ tranſgreditur, non vituperatur. & ſic de modico nõ curatur. l. ſcio. ff. de in integ. reſti. & Corſet. in tract. ſuo de minimis, vbi caſus hinc inde tradit. Vide quot modis quis dicatur deficere, in. l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. diminutio. & in capitu. 1. §. fin. & ibi glo. & Domi. de elec. in 6. & per Berch. in verbo deficere. & quid differat à decedere, tradit Dec. conſil. 227. in caſu. columna. 2.

ipſum in huiuſmodi lectura g deficere cõtigerit, h ad arbitriũ capituli p ſubtractionẽ

h ¶ Ad arbitriũ capituli.] Nec poterit capitulum ex defectu lecturæ maiorẽ pœnam imponere, cum hic ſit taxata, videlicet vltra ſubtractionem diſtributionum totius hebdomadæ: & ſic non poſſet punire in ſubtractione diſtributionum totius menſis, vel in fructibus groſſis, licet glo. in verbo poſſit in pragmati. contrarium teneat, videlicet durante pertinacia: quod non eſt verum. ſed ſi alio modo deliquerit, alia pœna imponi poteſt: vt in rubri. de iis qui tempore diuini offici. vagan. ſed non pro ſimplici defectu lecturæ. quod eſt bene notandum. nam quando pœna à iure ſtatuta eſt, vt hic, non debet tranſgredi ſine magna cauſa. l. quid ergo. §. pœna. & ibi Bar. ff. de his qui notan. inta. & Bar. in. l. hodie. ff. de pœnis. & in. l. 3. C. ne ſacrum baptiſma reiterẽ. & l. 1. vt infra certum tempus crimina. quæſtio terminetur. not. in capi. in archiepiſcopatu. de raptoribus. Nec obſtat quòd hic relinquatur arbitrio capituli: quia verum eſt vt poſſit punire deficientem ad hanc pœnam, ſed non vt aliam pœnam imponere poſſit: alioqui dixiſſent conditores, vt dicit text. in cap. ad audientiam. de decimis. nec text. dicit ad voluntatem: ſed ad arbitrium. nam verbum arbitrium importat iudicium boni viri. Panormitanus. in capitu. 1. columna. 4. de ſequeſ. poſſeſſio. & fruct. Iaſ. in. l. ſi ſic. ff. de legat. 1. Voluntas vero refertur ad abſolutam voluntatem, non ad regulatam rationẽ. Bald. in. l. voluntatis. columna. 1. in fin. C. de fideicommiſ. Et in. l. ſi cum ea. de dotis promiſſio. Panormitanus. in capit. 1. notab. 3. de his quæ fiunt à maiori par-

Capitulũ an maiorẽ pœnã ſponat.

Reprehẽditur gl. prag.

Pœna à iure ſtatuta nõ debet tranſgredi.

Differentia inter arbitriũ & voluntatem.

Source : BIU Cujas

te capitu. Bar. plene in extrauag. ad reprimendũ in verbo videbitur. quomodo in læsæ maiesta. crimine procedatur. Et Ias. in §. in bonæ fidei. insti. de actio. repetẽtes. in cle. sæpe in §. non sic tamen. in glo. defensiones, in fi. de de verb. sig. vbi plenissime per Georg. nathã. dixi in tract. nomina. q. 21. Non potest tamen capitulum ecclesiæ maiores fructus beneficiati absentis sine licentia episcopi recipere, nec de illis prouidere, teste Feli. in c. olim. colũ. 2. de rescript. ideo hic data est potestas capitulo puniendi. alioqui non posset, nisi ex consuetudine vel priuilegio haberet iurisdictionem, vt in capitulo Bituricen. vide cap. cum contingat. & ibi not. de foro competen.

i distributionum totius hebdomadæ [k] puniri possit. & si residentiam

De distributionibus.

i ¶ Distributionum.] Capitur hic pro prouentibus, qui quotidie distribuuntur his, qui intersunt diuinis officiis, ac horis canonicis sine fraude. c. licet. de præb. Et istæ vere sunt quotidianæ distributiões, vt in extrauag. cũ nõnullæ. de præbẽ. i extrauag. cõibus. Decius cõsi. 280. in casu. col. 1. Et puto anniuersariũ hic etiã cõprehẽdi. Lappus alleg. 43. an residẽs. tũ quòd æquiparetur distributionibus. c. vno. in fi. de cleri. non residẽ. lib. 6. tũ propter rationis idẽtitatem. ca. si postquã §. 1. de elect. in 6. Sic concludit glo, in prag. in §. iubet. in verbo distributiones, quo tẽpore quis debeat esse in choro. Lappus. d. allegat. 43. an residens. Sed fructus grossos non perdit, nec distributiones alterius præbendæ, arg. c. si compromissarius. de elect. in 6. Et sic etiã panem qui in singulos dies datur posset amittere, cum comprehendatur appellatione distributionum. Card. in cap. dilectus. in 1. col. 4. de præb. vbi etiam dicit comprehendi portiones priuilegiatas, sed nõ quo ad hunc tex. cum potius computentur inter fructus grossos. quia portio priuilegiata dicitur, quando omnes reditus sunt communes, & percipiuntur per vnũ loco capituli, & in fine anni fiunt certæ portiones secundum priuilegiũ, seu statutum, & cuilibet datur portio sua. Panormita. ibidem. Vide Panor. & Feli. in cap. cum olim. de re iudi. glos. in §. item censuit. in verbo numerus. eod. titu. in prag. Et istæ distributiões accrescũt aliis canonicis interessentibus diuinis. cle. vt hi qui. in verb. pars dimidia. de æta. & quali. Quod intellige, nisi ex statuto daretur certum quid singulis canonicis. glos. in verbo neque. de tenentibus capitula tempore missæ, in prag. vel nisi essent fructus grossi, qui applicantur ecclesiæ. glos. in verbo suspẽsus. in cle. vlti. de vita & honesta. cleri. Feli. in c. apostolicæ. col. v. de exceptio. Decius in ca. 1. not. 8. de iud. in 2. lectura. Et fuerunt istæ distributiones quotidianæ inuentæ in honorem cultus diuini, vt beneficiati facilius cõuenirent ad diuina. cle. vna de reliq. & venera. sanct. Panor. in d. c. licet. in 2. notab. Et sunt in triplici differentia, vt per glo. in §. iubet. verbo distributiones. quo tempore quis debeat esse in choro. & vide ibidem glos. in verbo actualiter, & in verbo percipiũt. Nec valet statutum, vt fructus grossi reducantur ad distributiones quotidianas: tum quia non est in potestate inferioris vires priuilegii absoluere, vel eludere. c. vlt. de renuncia. in 6. tum etiam, quia aperta esset via ad tollenda priuilegia studii, contra papæ ac imperatoris intentionem. Anto. de Butrio consil. 42. visis, col. 1. vbi fusius probat. & in addi. ad Ioã. Mona. in capitu. fin. de rescript. in 6.

Anniuersaria cõprahendũtur appellatiõe distributionum.

Quę dicatur portio priuilegiata.

Distributiões sentiũ præsentibus accresc

Distributiões tidianæ cur i tæ s

☞ Et an clericus conuertens fructus sui beneficii in malos vsus teneatur ad restitutionem. quòd sic, & etiam hæredes eorum, & ideo magni episcopi & cardinales multotiens non habent hæredes. Præpo. in summa. 44. distinct. ☜

k ¶ Puniri possit.] Si capitulum velit, quia hoc verbũ possit, est verbũ volũtariũ, & nõ importat necessitatẽ, vt dicit iurisconsultus

Vlpian. Sæpe audiui Cæsarem nostrum dicentem, hac rescriptiõe, eum qui prouinciæ præest, adire potes, non imponi necessitatẽ proconsuli, vel legato eius, vel præsidi prouinciæ, suscipiendæ cognitionis, sed eum æstimare debere, an ipse cognoscere, an iudicẽ dare debeat. in. l. sæpe, ff. de offi. præsid. & l. non quicquid. de iud. & l. 1. C. quomodo & quando iudex. tex. iuncta glo. in verbo possit. in c. statutum. §. 1. de rescrip. in 6. Corset. sing. incipiente potest.

¶ Aliquando tamen importat necessitatem secundũ subiectam materiam. l. 1. & ibi Alex. & alii. ff. de iurisdict. omnium iudi. l. si mãdauero tibi. §. fi. ff. mand. authen. sed periculum. C. sine censu vel reliquis. Vel quando potest & debet iunguntur. c. oblatæ. de appella. c. 1. de conuersio. coniuga. l. cum postulassem. §. fina. ff. de dam. infect. l. 2. C. quemadmodum testa. aperian. Idem si negatiua præcedat verbum potest. glo. sing. in c. 1. de reg. iur. in 6. text. in ca. 1. de causa posses. de hoc verbo vide glo. in c. faciat homo. 22. q. 2. & in. c. sciscitatus, de rescrip Bart. in. l. gallus. in prin. ff. de libe. & posthu. in l. 1. de iniusto. rupt. testa. dixi late in practica mea ad stylũ Bituricen. in rub. de adiournamẽtis. articu. 62. glo. 1.

l ¶ Deseruerit.] Deserere proprie dicitur, quando consuetudinem & animum ad hanc præbendam reuertẽdi reliquit. §. pauonum. instit. de rerum diuisio. & dicitur desertor. c placuit. 21. q. 2 & milites desertores. l. desertorem. & per totum. ff. de re mili. Alioqui si ex causa, animo tamẽ reuertendi esset ruri per modicum tempus, non videtur residentiam deserere, quia qui corporaliter est in vno loco, & voluntate & mente in alio, videtur esse eo loci, in quo animo, non in eo in quo est præsens. l. nihil. ff. de captiuis. nec videtur ibi morari, vbi est ad modicum tempus. l. 2. & ibi Alber. & alii. C. de verbo. sign. Soci. plene. in. l. si quis ita legauerit, vlti. not. ff. de cõditio. & demon. l. penul. si seruus exportã. veneat. l. ex facto. §. rerum. & §. cum fundus. ff. de hæred. inst. Quod facit ad receptatorem, vt non videatur receptare bannitum, si transit per villam publice, & ibi bibit in taberna, & statim recessit. Alber. in tract. statu. in. 4. parte. q. 8. facit. l. quasitum. §. fina. & l. si ita legatum. ff. de leg. 3. l. hæres absens. §. 2. ff. de iud. Differunt tamen deserere & derelinquere. qui enim derelinquit, ex pœnitentia non reuocat. l. 1. ff. pro derelicto. §. hoc amplius. inst. de rerum diuisio. sed qui deserit, reuocat. l. qui agros. C. de omni agro desert. & ibi, Bar. & Platea lib. 11. Et deserere quo ad hunc text. dicitur, quando monitus à capitulo non venit. c. ex tuæ. de cleri. nõ residẽ. nam & si monitio non requiratur in curatis c. extirpandæ. §. qui vero. de præbend. c. licet. de elect. in 6. tamen in præbendis & aliis beneficiis simplicibus bene requiritur monitio nec in istis inducitur correctio iurium antiquorum requirentium monitionem. glo. hic in verbo ꝓ uideatur, in prag. nec poterit priuari si reuertatur ante priuationem. c. inter. ibi, nisi redierint. de cler. non resident. & maxime si ante tres monitiones. Io. de selua in tract. de beneficio. in . 4. parte. q. 5. & not. in d. c. ex tuæ. Si tamen tam diu abfuerit, vt dubitetur an viueret, an mortuus esset, tũc posset hæc præbenda & aliud beneficium alteri conferri. glo. sing. in. c. non oportet. in. 1. de consecr. dist. 5. quam sing. notat Corse. sing incipiente vagabundus. Et quando dubitatur an procurator viuat. vel mortuus sit, finitur mãdatũ. text. sing. in. l. libera. ff. de peculio. secundũ Rom. sing. 215. morte. Barb. consi. 11. scripsit. col. 9. vol. 1. Et in repe. rub. C. qui admitti. collũ. 48. quod est notandum quia vidi in practica.

m ¶ De illis.] Scilicet canonicatu & præbẽda. & sic cum connexa sint canonicatus & præbenda, vtrunque simul est conferendũ, vt hic, & probatur in ca. dilecto. de præb. &

No. ꝓ receptatore

Deserere & derelinquere differunt.

Monitio requritur ãte priuationem.

Si dubitetur de beneficiato an viuat. Vel mortuus sit, potest beneficium conferri.

Source : BIU Cujas

ſupra dixi, in verb. canonicatum.

n ¶ Alteri.] Magiſtro, licentiato, aut baccalaureo formato. dictio enim alteri, eādē qualitatē videtur repetere, ſicut dictio alius. cle. 1. de reſcriptis. Et eo ordine, quo ſupra dictū extitit, videlicet vt

n alteri prouideri debeat. Et vt o liberius ſtudio vacare poſſit, etiā ſi p abſens fuerit à diuinis, q habeatur p p̄ſente, itavt

prius doctori in theologia de hac præbenda (ſi inueniatur): ſecundo licētiato, in de

Theologus an poſſit cū nō theologo pmutare.

fectū doctoris? tertio baccalaureo formato, (quādo non reperitur licentiatus) prouidea- tur. Et ſic quādo fieret permutatio per theologum de iſta præbenda alteri q̄ ſupradictū eſt, non valeret, quia rei affixum eſt onus, vt patet hic: ideo res cum onere tranſibit, vt. l. traditio. ff. de acquirē. rerum dominio. l. alienatio. de contrahen. emptio. poſſet tamē doctor permutare cum licentiato, vel baccalaureo formato, ſed non cum ſimplici, quē currentē dicunt, cum ſit huius præbendæ incapax? quod ſi fieret, poſſet per aliū theologum capacem requiri, & acceptari.

¶ Item vbi qualitas exigitur in aliquo, ſi nō adſit, deficit actus. l. cui eorum. §. affinitates. ff. de poſtuland. l. fin. §. ait lex. de diuort. Reſignatio tamen valebit in præiudiciū reſignātis, ſi ſuperior approbet, alioqui poterit ſuperior eam ratam non habere. cap. quod in dubiis. de renunciatio. Imo ſi collatio fuerit facta non theologo, & poſtea alius theologus proſequatur, quod videns epiſcopus confert præbendam non theologalem cum iſto onere theologo, demum euincitur præbenda theologalis à primo per theologum, quæritur an ſecundus theologus habebit præbēdam cum hoc onere? Reſpon. quod non, ſed onus habetur pro non adiecto, & collatio facta iſti ſecundo theologo valuit, non tamen dicetur præbenda theologalis, nec poterit poſt mortem iſtius acceptari per theologū, vel requiri tanquam theologo affecta. glo. in prag. verbo de alio.

Studiū liberū eſſe debet.

o ¶ Liberius] Studiū liberū eſſe debet à cura temporaliū. authen. habita. C. ne filius pro patre. & ab oneribus & exactionibus. l. i. & ſequent. C. qui ætate ſe excuſant. Et liberum debet eſſe ſtudium in eundo, ſtando, & redeundo. dict. authen. habita. & ibi dixi in priui legiis ſcholariū. ideo hic nō repeto. & in c. quia. hoc anno interpretando in hac Pariſien. vniuerſitate, de conceſſio. præbend.

p ¶ Abſens à diuinis.] Intelligendū eſt ſi abſens fuerit ratione ſtudii. ſecus ſi rōne voluptatis, cū tex. hic dicat, vt liberius poſſit ſtudio vacare. & ſic patet quod ſi non legat, vel ſtudeat, debet diuinis intereſſe per iſtū tex. à ratione ceſſante, & ita vidi ſeruari apud Biturigeſ, etiā ſi theologus præſens fuerit in ciuitate, vt ſupra dictū extitit, & hoc exprimit hic tex. dū dicit à diuinis. Si tamen ratione ſtudii eſſet fatigatus, licet non ſtuderet, poſſet tamen percipere diſtributiōes quotidianas: quia rōne ſtudii hoc fit. Hic ſi quærerem congerere materias, poſſem ſexcentas quæſtiones de abſente & de abſentia tractare ſed proſequor tantum tex. & eius materiam, non incidentem. vide in. l. abſentē. ff. de verbo. ſignifi. & ibi ſcripſi.

q ¶ Habeatur pro præſente.] Sunt verba addita vltra pragma. & ſunt valde rōnabilia: quia qui abeſt à ciuitate cauſa ſtudiorū, dicitur eſſe in ciuitate. l. ſeiæ. §. paphiæ. ff. de fū do inſtruct. l. quæſitū. in princi. de leg. 3. tamen nō habetur pro præſente in diuinis. vn de legitima cauſa abſentiæ licet fingat interdum quē haberi pro reſidēte. c. decætero. & c. cum dilectus. de clerici. nō reſid. tamē non fingit eū haberi p p̄ſente in diuinis. tex. in c. licet, & ibi Imo. no. de præb, hic tamē fauore ſtudii & lecturæ, vt liberius ſtudio vacare poſſit theologus, pro præſente habetur etiam in diuinis. & ni fuiſſet hic expreſſum, hoc non diceremus, ut nota. in c. vno, de cleri. nō reſid. in 6. Et hoc intellige per fictio-

Source : BIU Cujas

nem translatiuã de loco ad locũ, de qua Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. alias dixi in tractatu meo de fictiõibus, in quo cõgessi verba denotantia fictionẽ, & per cõclusiões tradidi materiã fictiõis inductiuæ, priuatiuæ & trãslatiuæ, ibi licet videre. nõ repeto hic.

r ¶ Nihil perdat] & sic nec distributiões, anniuersaria, nec aliud aduentitiũ amittere debet, per hoc verbũ nihil. Et si daretur aliquid pro ingressu alicuius cõtractus singulis canonicis, hic theologus suam partem habebit. vel si reciperetur canonicus, qui solueret ex consuetudine prandiũ canonicis præsentibus, isti theologo debetur etiã prandium, vel si præsentes tantum haberẽt optionẽ. iuxta c. fi. de cõsue. in 6. iste theologus eã habebit, sicut alii. quia nihil perdere debet, nec aliquid mea causa perdet, & hoc suadetur per istum text. qui fingit eum præsentem in diuinis, si esset vere præsens, distributiones haberet. c. vno de cle. non resid. sic & quando ficte, vt tãtum operetur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero. l. filio quem pater. ff. de lib. & posthumis. & l. si filius fa. si certum petatur. c. cum dilectus. & c. ad audientiam. de cleri. non resident. cum denario fraudari non debeant, in vinea domini operantes. c. fin. de magist. & ista sunt notanda, An alii scholastici vel lectores possint habere quotidianas distributiones in absentia ratiõe studii, quod nõ deciditur in c. licet. de præb. dixi plene in rep. authen. habita. C. ne filius pro patre. in priuilegiis scholariũ. ibi vide. & an cõsuetudo valeat quod quis in absentia possit recipere fructus? Respon. valere, vt quis partem recipiat, non totum. oportet enim quòd remaneat vnde viuat vicarius qui ecclesiæ seruit: alioqui consuetudo esset ecclesiæ onerosa, & non valeret. c. cum omnes de constitu. c. 1. de consue. Card. & alii in c. ex parte Hasten. de cõcess. præb. vbi dicit post Hostien. de consuetudine generali quam papa scit & tolerat ductum esse, quòd fructus beneficiorum simplicium percipiantur in absentia: ideo si beneficiatus petat fructus in absentia, non poterũt eidem denegari, nisi probetur quòd ex consuetudine ecclesia illa exigat residẽtiam. quod no.

[r] nihil perdat.

[a] ¶ Prẹfatiq; ordinarij collatores, [b] seu patroni eccl'iastici

¶ Sequitur §. Præfatique ordinarii, & duas habet partes. prima præcipit collatoribus ordinariis beneficia graduatis & nominatis conferre: secunda conferendi præstituit modũ. ibi, hoc modo. &c.

a ¶ Ordinarii collatores] qui dicantur ordinarii collatores? Respon. eos dici hic ordinarios, qui potestatem habent conferendi beneficia ecclesiastica à papa vel lege. c. à iudicibus. 2. q. 6. glo. in ca. ordinarii. de offi. ordina. in 6. & in c. si soli. de conces. prædend. illo libr. glo. in verbo ordinario extraua. execrabilis. Ioan. 22. rubr. de præben. siue sint episcopi, siue superiores vel inferiores. glo. in cle. 1. & ibi Card. q. 14. vt lite pend. Dec. c. post cessionem. no. 1. de proba. & in consi. 169. & diligenter. q. vlti. dixi late in tract. nominatio. q. 8. non repeto. nam in materia collationis appellatione ordinarii venit alius inferior etiam non episcopus. Feli. in c. cum olim. col. 1. de præscript. Et si vellem hic cumulare materias, possem congerere multas species ordinariorum, sed non curo nisi ea quæ tex. concernunt, hic scribere. Vide tamen Specul. in tit. de iur. om. iud. & de ordinario iudice, & delegato, per eundem in rub. de offi. ordina. & quando per literas principis videatur dari noua iurisdictio, vel antiqua excitari, declaratur in c. licet. de offic. ordina. & ibi addidi.

Qui dicãtur ordinarii collatores.

b ¶ Patroni ecclesiastici.] Ii sunt quibus ius præsentãdi cõpetit ratione suæ ecclesiæ siue quando ipsa ecclesia vel vniuersitas, seu collegium religiosorum vel clericorum habet

Patroni ecclesiastici qui sint & laici.

Source : BIU Cujas

ius patronatus. Feli. in tract. quãdo literæ apostolicæ. col. 5. & sequen. Patroni laici quãdo ius præsentandi eis competit ratione sui patrimonii. glo. in verbo præsentare. in cle. vlt. de iure patron. Panor. in. c. cum autem. illo tit. Et idem si clericus fundauerit aliquã ecclesiam ex suo patrimonio, vel fũdatori successerit, quia dicitur ius patronatus laicum, & per omnia regulatur vt laicum. Panor. in c. eam te. de iure patro. Et istud etiam non comprehenditur in mãdatis, nec in nominationibus. Lapus alleg. 84. dominus papa. col. 3. versic. sed nunquid. Rochus Curtius in trac. de iure patro. in verbo ius. in 7. q. & dico in tract. nomina. q. 8. princ. vbi dixi beneficia, quorum præsentatio spectat ad patronum clericum & laicum simul, non contineri in nominationibus. Et inquantum hic text. dicit patroni ecclesiastici, & patrona continetur. l. patroni. ff. de verb. signific.

c ¶ Qui cũq; fuerit.] Siue sint collatores ordinarii regulares, siue seculares. in §. volumus. ſ. eo. Idem si fuerint patroni ecclesiastici. & isti tenentur præsentare, vt hic, cuiuscunq; præeminentiæ fuerint, & dignitatis, vt dicitur in §. sequen. Et sic comprehendit hic text. capitula ecclesiarum ratione huius generalitatis, licet alias prouisio seu constitutio loquens in vna persona, non extenda tur ad personam repræsentatã, id est ad capitula. tex. elegans in c. graue. de præb. & ibi nota. doct. quòd constitutio loquens in prælato, non extenditur ad capitulum, nisi in text. expresse dicatur. vide Feder. de Senis, consil. 291 domine mi. cum consil. sequen. Roma. consi. 436. quod indultum &c. & las. consi. 118. in causa. col. 5. vol. 1. Decius cons. 486. visis, col. 1. plenius Feli. in ca. eam te. versi. aliud de rescript. ☞ Et bonum est propter contradictionem, quam possent canonici habere inuicem, quòd capitulum constituat vicarium sede vacante. Fel in c. cum olim. colla. vlt. de maio. & obedient. & ille vicarius nominatis & graduatis cõferet. ☞

Capitula ecclesiarũ an nominatis conferre teneãtur

d ¶ Tertiã.] Et sic nominationes non possunt dirigi ei, qui habet collationem vnius tantum, aut duorum beneficiorũ sed requiruntur tria ad minimum, per hoc versũ tertiam, & dixi in tract. meo nomina. in 8. q. prin. quibus dirigi possint nominationes, & quibus non. & vide. q. 15. prin. versi. 23. quid si duo habeat, in regno, & alia extra, an cõprehendãtur, ibidẽ quòd nõ ✣ putarẽ tamen quod habẽti collationes pluriũ beneficiorũ secullariũ & duas tantũ regulariũn oiationes dirigi possent tã ad regularia quam ad secularia beneficia tũ quod tertia pars temporis sit hic affecta tum quia hæ nominationes respiciunt omnia beneficia quo ad concessionem, quod secus esset si vnum tantum regulare haberet quia tunc nominationes regulari concedi non possent, alioqui esset quædam reseruatio. de qua scripsi in rub. proxima. infra §. primo in glo. decem ✣ sed secus in mandatis apostolicis, quæ de iure possunt dirigi habenti collationem duorum beneficiorum. c. mandatũ & ibi not. &c. in nostra. de rescript. hodie nõ habenti collationẽ 10 beneficiorum, non diriguntur in hoc regno mãdata. rub. de mãd. apostol. ſ. vbi dico: Nec duo mandata, nisi habenti collationem quinquaginta beneficiorum. Si tamen vltra tertiam partem beneficiorum vacaret in mensibus infra deputatis deberetur nominatis & graduatis. idem si minus tertia, quia tertia pars tẽporis est affecta, vt sequitur. Et per ista dico non extantibus nominatis, beneficia esse debita graduatis, etiam si in mensibus nominatorum vacent: in §. teneantur, in glo. irrita. ſ. eo. quia tertia pars beneficiorum vacãtium in mensibus hic præstitutis est effecta literatis, graduatis viũ elicet & nominatis: ergo alteris

Nota tionem dirigi nõ habẽti tionem beneficiũ nim

M cu po tig

Source : BIU Cujas

non exiſtentibus, alteris debetur, & ceſſante affectione nominatorũ ſupereſt affectio graduatorum, quam habuerunt conditores.

c ¶ Omnium dignitatum.] Non cõprehenduntur hic archiepiſcopatus, nec epiſcopatus, cũ in odioſis, appel latiõe dignitatis nõ veniat epiſcopatus. text. ſing. in cle. vna. de renunciatio. gloſ. in c. 2. in verb. dignitatem. de præb. in 6. cum ſit culmen dignitatum. c. venerabilis. de præb. c. nos conſuetudinem. 12. diſt. glo. & doct. in c. 2. §. penul. de hæret. Barba. in prooemio cle. col. 3. & in tract. de præſtantia card. in. 1. q. 1. partis. col. 4. gloſ. in c. felicis. §. quòd ſi quis. in verbo pontificalẽ. de pœnis. in 6. in fauorabilibus ſic. cle. auditor. & ibi Barb. col. 12. de reſcript. & in cap. niſi. col. vlt. de offic. lega. Item quia ſupra titu. 2. fuit ſpecialiter de illis diſpoſitum. ſ. quòd illorũ nominatio ad regem pertineret, & etiã nominatio omniũ dignitatũ, quando eccleſia eſt paſtore viduata, & in quibus ſeruatur forma capituli, quia propter. de elect. & ſic non comprehenduntur hic etiã abbatiæ, vel aliæ electiuæ dignitates, ſed aliæ nõ electiuæ ſic. Et hoc tenet Lappus allega. 84. dominus papa. col. 5. verſi. ſed nunquid. vbi beneficiorum appellatione dicit non comprehendi abbatias.

f ¶ Cæterorúmq;.] i. omniũ aliorum beneficiorum tertia pars graduatis & nominatis cõferri debet, vt ſequitur. nam appellatione cæterorũ omnia cõtinẽtur. l. cæterorũ. ff. de verb. ſigni. c. raynutius. de teſt. auth. ex cauſa. C. de liber. præter. c. apoſtolica. 56. diſt. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. in fi. ff. de liber. & poſthu. & eſt repetitiua ſimilium gloſ. & ibi Bar. in. l. non ſolũ. §. quæritur. ff. de procura. glo. in c. deinde. 26. diſt. c. omnes principes. de maior. c. q̃uis. 1. in fi. de præb. in 6. niſi hoc exprimatur, vt. l. nõ impoſſibile. &. l. ab emptione. ff. de pact. Iaſ. in. l. quæ dotis. in vlt. not. ſolu. matri. Aliquãdo abbreuiatiõis cauſa ponitur, maxime per notarios, & tunc per hãc dictionẽ &c. cẽſentur cõprehẽdi ea, quæ ſunt de natura & conſuetudine actus, ſuper quo apponitur. Bar. in. l. Gallus. §. idẽ credendum. ff. de lib. & poſth. vbi dicit extẽdi poſſe ſecundũ notarii cõſuetudinẽ. non licebit tamẽ ſucceſſori in re dubia abſq; iudicis mãdato hanc clauſulã extẽdere. Feli. in c. cũ P. tabellio. de fide inſtru. alia ibi licet videre de iſta dictione. &c.

Notarij quando poſſit extendere abbreuiaturas.

e omnium dignitatum, perſonatuũ, adminiſtrationũ, & officiorum, f cæterorumq; g beneficiorum eccleſiaſticorum, ad eorum h collationem,

g ¶ Beneficiorũ eccleſiaſticorũ.] Hoc dicit ad differentiã temporaliũ, vt ſunt feuda, comitatus, ducatus, & ſimilia, de quibus loquitur tex. in c. felicis §. ſi qua vero feuda, locationes, officiũ, vel beneficiũ ſpirituale, vel tẽporale, de pœnis in 6. & cle. 1. verſi. à feudis. illo tit. Et illa beneficia non cõprehendũtur hic, quia de eccleſiaſticis expreſſit, ergo excludit tẽporalia. c. nõne. de præſumpt. l. cum prætor. ff. de iud. Et quotuplex ſit beneficiũ tradit Io. de Selua in trac. de benefi. in. 1. parte. q. 2. Ergo collatores adſtringũtur, cõferre beneficia quæcũq; tẽporibus tamẽ ſtatutis, nominatis, & graduatis vacãtia, ſiue ſint altaria, capellæ, vel alia etiã minima. c. ſi proponente. de reſcript. dixi in tract. nomina. q. 9.

Duplex beneficium, eccleſiaſticũ & & tẽporale.

h ¶ Collationẽ.] Dixi ſupra in præfatione ad hanc rubr. quomodo hic capiatur & alibi in iure, ibi vide ſi lubet. No. tamen, quòd ſi quis impetret beneficiũ tanq̃ vacãs per extrauag. execrabilis, & etiã per nõ promotionem, ſi probet vnũ ex his vacãdi modũ, ſufficit, quia copulatiua exponitur pro diſiũctiua, vt ſæpius fit. l. ſæpe. & ibi dixi. ff. de verb. ſig. not. in c. inter de reſcript. etiam quia vno ex duobus repugnãtibus pure & legitime aſſerto, alterũ repugnãs eo ipſo videtur tacite negatũ. nam qui dicit rẽ eſſe ſuã, etiã aſſerit ad aliũ nõ pertinere. l. Põponius. §. ſed & is. ff. de procur. hoc tenet expreſſe Aegidius de bella

Source : BIU Cujas

mera deciſ.735.ſi impetrans.

Prouiſio cõprehẽdit collationẽ, p̃ſentationẽ, nominationẽ & poſtulationẽ.

i ¶ Prouiſionẽ.] Latum verbũ eſt, quod cõprehendere poteſt nominationẽ, poſtulationem, præſentationẽ, & collationẽ. glo. in cle. fi. in verbo prouiſioni. de elect. Domi. in cõſil. 15. reuerẽde. col. 2. & eſt nomẽ pluribus adaptabile. nam quandoq; ſapit electionẽ, quandoq; cõfirmationẽ, quandoq; vtrũq; ſimul, quãdoq; proprio motu facta largitionẽ. Bal. in l. Barbarius. col. pen. ff. de oft. prætor. Feli. in c. eam te. col. 3. de reſcrip. Et large cõprehendit omnẽ modũ per quẽ eccleſiæ prouidetur. Domi. & Franc. in c. cum in illis. §. 1. de præb. in 6. Feli. in c. in noſtra. correla. 32. nu. 28. de reſcrip. Imo verbum prouideas, non tat prouidentiã nõ ſolum eccleſiæ impetratæ, ſed etiã impetrantis. Bal. in cap. fi. in fi. de præſumpt. argu. l. theopõpus. ff. de dote præleg. & prouiſio idẽ eſt quòd collatio. text. & ibi põderat Peruſ. in c. eum cui de præb. lib. 6. vide Card. in cle. in pleriſq; in fi. princ. de elec. Et prouiſio papæ habet vim electionis & cõfirmationis. Panor, Barb. Feli. & alii in d. c. eam te. de reſcrip. & Panor. in ca. noſti. de elect. Bal. conſi. 591. verba papæ. in 5. vol. Panor. in c. cum olim. de cauſ. poſſ. Et quando ſit prouiſio facienda filio, declarat tex. & doct. in. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inoffi. teſta. Quibus perſonis ſit faciẽda prouiſio, dixi in pract. mea ad ſtilum Bituricen. in rubr. in quibus caſibus ſit prouiſio facienda. quã materiã ſi hic vellẽ tranſcribere, poſſet aſcẽdere ad iuſtũ volumẽ, ideo materiã huic titulo cõueniẽtẽ tantũ proſequar. & prouiſio hoĩs facit ceſſare prouiſionẽ legis. l. fi. C. de pact. cõuent. Claudi. de Seycell. in. l. 1. col. 5. & ſeq. ff. de vulg. & in. l. ſi cũ dotem. ſolu. matri. Gomeſi. in §. fuerat. col. 15. inſt. de actio.

Prouiſio papę habet vim electiõis & confirmatiõis.

i prouiſionem, k nominationẽ, l præſentationẽ, ſeu m quãuis aliã diſpoſitionẽ.

k ¶ Nominationem.] Quot modis capiatur nominatio, quid ſit, quibus dirigãtur, & aliæ multæ quæſtiones tradũtur in tract. meo nominatio. vbi licet cernere. non repeto hic.

l ¶ Præſentationem.] Præſentatio eſt quædam perſonæ per patronũ epiſcopo, vel alteri ad quẽ inſtitutio pertinet, legitime facta exhibitio, vt præſentato de beneficio vacãte prouideatur. Panormi. in c. ea noſcitur. de his quæ fiũt à prælato. Et quòd is qui præſentari debet, requiratur eſſe præſens, probat glo. in cle. dudũ. de ſepult. & ibi Cardi. & Curtius in tract. de iure patro. in verbo ius. q. 3. vbi limitãt, quãdo præſentatus eſſet notus inſtituẽti. Et differt ab electione, vt Curtius tradit ibi. q. 4. vbi ponit. 4. differẽtias. vide. & cuius efficaciæ vel effectus ſit iſta præſentatio, & an dicatur fructus, tradit Paul. de citadinis. in tract. de iure patro. in ſexta parte, arti. 3. q. 31. vbi licet multa videre in hac materia. tamen ſicut collator poteſt cõferre beneficiũ vacãs de iure. c. licet epiſcopus. de præb. in 6. ſic & patronus præſentare. de Rota. deciſ. 365. nota nunquid in antiq.

Pra tati ſen deb

m ¶ Quanuis aliam diſpoſitionem.] cõprehendit inſtitutionẽ. Dominicus & Peruſ. in c. cum in illis. §. 1. de præben. in 6. & quãlibet aliam ordinationem, per quã prouidetur beneficiis eccleſiaſticis. gloſ. in verbo diſpoſitionem. & ibi Card. in cle. vna de ſupplẽ. negligen. præla. vide c. ſanctorum. 70. diſ. nam generaliſſimum verbum eſt. Bal. conſ. 501. verba papæ in 5. vol. & poteſt ad quemlibet actum referri. tex. in. l. 1. C. de bonis proſcripto. Alex. & ibi in addi. ad eum, in rub. ff. ſolu. matri. nu. 16. Imo verbum ordinare & diſponere locum habent tam in iudicio q̃ extra, & in actibus vbi fertur ſententia, vel quaſi, nec reſtringitur ſignificatio eius ſolũ ad actum conferendi. c. pe. de offi. lega. in 6. Feder. conſi. 195. factum ita. col. 1. ☞ Imo impetrans beneficium ad ordinationem alicuius ſpectans, poterit petere beneficiũ, quod pertinet ad collationem, præſentationem, & quãuis aliam diſpoſitionem, glo. in verbo ordinationem in extra. ſedes de offi. delega. in

Diſ tio ralii eſtv

Source : BIU Cujas

communibus doct.in c.cum in illis §.illis de præben.in 6.Ioan.Dayma in verbo mixta in prooemio supra. Non tamen cõprehendit electionem exigentem confirmationẽ, aliàs contrà.d.ca.cum in illis §.1.per tex. in cle.1. de præbẽ. tum quia hic est odiosum: & in odiosis nõ venit electio appellatione dispositionis.glo. in verbo dispositionem in tit.de reseruat. in prag. tum quia non est verisimile quòd ita voluerit derogare vniuersitati, ad quã pertinet electio sicut vni singulari,ad quẽ pertinet prouisio, quia vniuersitas innititur iuri communi in eligẽdo,vel saltem plus accedit ius cõmune ad ius eligendi, q̃ ad aliud.Ioan. Mona.in c.in generali.de elec.in 6.refert Bonifa.in cle.1.de præben. Card.cons.103. super quo.col.2. Nec est verisimile,quòd rexvoluerit sibi derogare in illa nominatione,quã loco electionum habet,vt patet supra in tit.de regia ad præla.nomina.faciend.ita tenet Deripa lib.2.respõ.c.23.Iulius papa &c. & cõsi. 34.indultum ibid. Nec cõprehendit etiã cõfirmationem, quia qui confirmat in virtute mixta,sua & alterius,non dicitur disponere, nec prouidere,nec imputatur ei hoc ad beneficium,sed ad iustitiã.non enim impẽdit beneficium qui exhibet debitũ.l.si seruo fideicõmissaria.ff.de hæred.insti.l.proxime.de ritu nuptia.Bald.consil.501. verba papæ. in 5. vol. Nec obstat verbũ quãuis aliam dispositionem, quia intelligitur de collatiua simili expressis,per illud verbũ aliam. glo.in cle.1. de rescript.l.si fugitiui.C.de seru.fugiti. Feli.in c.sedes.col.2.versi.clausula.de rescript. vbi plene tradit.facit quod dicit Roma.in.l. 1.ff.de donation.caus.mor. vbi si filiusfa.videns se non posse facere testamẽtum dicat. si non valeat iure testamenti,valeat iure codicillorum,vel alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis, non refertur ad donationem causa mortis,de qua debet fieri expressa mẽtio.Itẽ illa enumeratio specierum antecedens facit, vt sub illa clausula generali non includatur species electionis, cum sit maior & grauior speciebus supra enumeratis.tex.in d.cle.1.& cle.non potest.de procur. Nec postulatio,cũ tantum papæ fiat de episcopatibus & aliis dignitatibus electiuis quomodolibet spectantiũ [n] viris literatis c.1. & per totum de post.præla. Nec me mouet verbum,quomodolibet spectantium, in textu positũ,quia debet intelligi, siue collatio, seu alia prouisio spectet ad collatorem iure proprio,siue deuoluto,vt in c.2.de concessio. præb. siue iure proprio, siue iure alieno,vtpote autoritate apostolica, in cle. vna de supplen.negli.prælato.glo.in verbo quouis modo. in §. quod si quis cuiuscunque. de colla.in prag.siue collatio spectet suo nomine,siue alieno,vt cap.fi.de offi.vica. in 6. Et expone quomodolibet.i. quolibet modo. dictio enim quomolibet vna pars oratiõis est, & distributiua modorũ.glo.& ibi archi.in c. indẽnitatibus §.1.versi.si qua vero. de elect. in 6.c.quia pleriq;.de offi.ord.eo.lib.cle.vlt, in fi.de priuil.vel quomodolibet,id est, quocunque modo,siue iure communi,siue priuilegio, vel præscripta consuetudine.sic exponit glo.in c.q̃q̃.de electio.in 6.glo.in verbo spectat.in c.si clericus.de præb.eo.li. tex. in c.statutum.§.in nullo.de rescript.in 6.Iaf. consil.63.per reformationem. in col.3.volu. 3.glos.in cle.grauis. de sent.excommuni.& cle.vlt.ibid.

De verbo quomodolibet.

n ¶ Viris literatis.] Literatis enim ecclesia q̃ maxime noscitur indigere.ca. cũ ex eo.de elect.in 6. per quos totus mundus illuminatur.authẽ.habita.C.ne filius pro patre.Et intelligitur hic de literatis siue in theologia,iure pontificio,ciuili,vel medicina,seu in artibus, vt declaratur ¶ eo.§. præterea.quia omnis sciẽtia à deo est.c.legimus.§. hic etiã.37. dist.& literatis prouideri debet.c.ad decorẽ. de inst. Priuilegia illorũ dico in repet. auth. habita.C. ne filius pro patre.in priuil. schola. vbi cumulaui scholasticorum priuilegia.

Literatis prouideri debet.

Source : BIU Cujas

o ¶ Graduatis.] Et sic nō sufficit scientia sine gradu. gradus enim non facit hominē peritiorē, sed eum prouocat & inducit ad maius studiū, & assiduam lectionem, vt eo decētius in gradu assumpto mjjitet, & vt talis appareat, *qualis ex signis collatis esse prima facie creditur, & veraciter interius debeat esse*, vt sic signatū signis correspondeat. Bonif. in cle. vna. per illū tex. nota. 13. de excess. prælat. nec gradus, sine scientia, vt hic patet. si velis scire gradus, ex quibus peruenitur ad perfectione alicuius scientiæ, nota sequentes casus. Primus est velle scientiam acquirere. Secundus, est delectari in volūtate. Tertius, est meditari in ipsa. Quartus, intellectu capere meditatum. Quintus, memoriæ tradere. Sextus, aliquid inuenire, & simile aliis. Septimus, à se inuētū iudicare. Octauus de iudicato bonum dicere. Nonus, illud bonū modulatè proferre. Alberi. in dictio. in verbo gradus. Et quibus concedi possint nominationes, hic patet, ☞ videlicet qui graduatis literatis, qui legitime gradum adepti fuerint. §. præterea. j. eod. & vide quæ dixi in tracta. nominatio. q. 5. vbi plene dico.

Grad⁹ ex quibus p uenitur ad perfectionem.

aut nominatus vel epiſcopus aut alius, quia indultum à iure beneficium nemini eſt aufe rendum. regul. indultum. de regul. iur. in 6. Imo nec archiepiſcopus vel alius ſuperior poterit hoc tempus ſemeſtre abbreuiare vel minuere, licet poſſit prorogare per tẽpus in tra quod poteſt conferre. Ioannes Andre. in ca. cum olim. de maio. & obedien. refert Lu do. Roma. in. l. 2. ff. de re iudi. & Georg. Na tam. in repetitio. cle. ſæpe. in prin. col. 48. de verbo. ſignificatio. Nec epiſcopus tempus datum patrono ad præſentandum minuit. Fe li. in cap. cum Bertoldus. col. 4, de re iudica. Rhochus in tract. de iure patrona. in verbo honorificum. in 22. q. In electione idem dici tur per doctores in c. Eccleſiam. & c. in cau ſis. & ca. ne pro defectu. de electi. & Manda got. in tractatu de electio. in prima parte. c. 2. quia vbi lapſo termino legis incurritur pœ na, ille terminus nõ poteſt abbreuiari. Bart. in dicta. l. 2. per tex. iuncta glo. in verbo ter tiam. de milite vaſſallo qui cõtumax eſt. cle mẽ. 1. in verbo tertio, de vita & honeſta. cle ri. ſed collator & patronus lapſo termino a mitterent & ius conferendi & præſentandi pro ea vice, vt dicunt: ergo illud tempus pœ næ inductiuum non poterit minui. Nec me mouet quòd fruſtra fit requiſitio, quia re ſpon. contrarium. Nam hæc acceptatio ſeu requiſitio facta ab excõmunicato afficit be neficium, ita vt non poſſit cõferri etiam per papam, vt eſt declaratum per legem Regni, rub. des graduez, arti. 14. ☞ Et ideo requi ſitio facta per graduatum etiam inhabilem, afficit, & præuenit papam, quia præueniri di citur etiam de facto. Nam verbum præue nire eſt facti, ideo verificatur etiam in præ uentione facti, quia non poteſt dici non præ uentus, facit tex. in. l. poſthumus. §. 1. ff. de in officio. teſta. vbi reſciſio illius, cuius non in tereſt, prodeſt illis, quorum intereſt. & hæc ſunt mihi viſa veriora, quanuis diu ancipiti cogitatione, & dubia mente in vtrãque par tem diſtractus fuerim. & faciunt quæ dixi in tracta. nomina. quæſt. 17. verſi. 14. numero. 18. facit quod dicit Ancha. conſil. 58. circũ ſcriptis. col. 2. quod collatio papæ etiam inua lida præuenit ordinarium, ergo & requiſitio etiam inualida, cum tantum iis præuentio nis ſibi papa retinuerit in iſtis beneficiis qua lificatis. intellige vt dico in glo. iure præuen tionis. titu. ſequen. ☜

¶ Quinto, ſi collator ſit mortuus, non eſt pri mo adeundus archiepiſcopus vel alius ſupe rior, ſed capitulum ſede vacante requiri de bet per qualificatum: quia ad capitulum ſede vacante ſpectat collatio beneficiorum ne ceſſaria, non voluntaria, qualis eſt iſta. text. & ibi doct. in cap. 2. ne ſede vacan. ✣ ſic fuit deciſum in hoc venerabili ſenatu Pariſiẽ. ſu per archidiaconatu biturícen. hoc menſe Ia nuario. 1538. (vt fertur) ✣ ſicut de inſinua tione dixi in tractaneminatio. q. 14. nu. 78. Collato re mor tuo quis ſit requi rendus.

¶ Vltimo, ſi collator dicat ſe prouidiſſe, & tamen non prouiderat, deuoluitur collatio ad ſuperiorem, ita quòd collatio poſtea fa cta per eum qui mentitus eſt, non valebit. nam per mẽdacium perditur priuilegium. l. ſed hoc. §. fina. ff. de re. iudic. l. hæreditatum. §. fina. ad legem falc. l. generaliter. C. de non numera. pecun. Nam contra negantem ſe appellaſſe, poteſt iudex à quo iuriſdictionem exercere, vt arreſto fuit deciſum referente Ioanne gallo in quæſt. per arreſta. q. 152. mul ta tradit Iaſ. in. l. quod te. nume. 3. & in. l. vi num. nume. 17. ff. ſi certum pet. & Hippo. in rub. de fideiuſſo. q. 46. Item ad euitãdas frau des quas facerent collatores in dies, vt no minatus haberet collationem ante deuolu tionem. Item ſi collator non dixiſſet ſe con tuliſſe, nominatus nõ adiuiſſet ſuperiorem, nec expenſas feciſſet. Ideo in hoc eſt puniẽ dus collator. ſuper his tamen cogitandum relinquo, cum hæ quæſtiones pendeant co ram magnificis ſenatoribus, ab eis deciſio nem expecto. Dicẽs ſe prouidiſ ſe, nõ po teſt po ſtea con ferre.

Source : BIU Cujas

i ¶ Ipso iure nullæ.] Et sic non est opus rescissione, cum id quod nullum est, rumpi nō possit. l. nam & si. §. 1. ibi, post defectum autē conditionis natus posthumus gradū nō rumpit, quia nullus est. ff. de iniusto rup. & irrit. fact. test. c. ad dissoluendum. de despon. impub. ideo non obstante collatione facta non nominato, & nō vocato illo cui est facta collatio, poterit superior conferre nominato. c. de multa. de præben. possessionem tamen eo nō vocato auferre non poterit. c. licet episcopus de præbē. in 6. intellige si nominatus vel graduatus petat illud beneficium sibi cōferri, alioqui non, quia collator ignorat an qualificatus velit illud beneficiū, instar mandati apostolici. c. si clericus. ibi, petere negligenter omittat. de præbē. in 6. c. 1. §. pe. de cōcess. præb. in 6. ibi requiri. Et ipso iure sunt nullæ collationes factæ aliis, si nominatus velit & prosequatur. §. teneātur, ibi, petere non possint. sumendo argu. à contrario & §. fi. ibi, prosequentibus. ī. eodē, vbi plenius dico. Nā clausula decreti apposita semper intelligitur, si impetrans vti velit. Ioannes Mona. in cap. statutum. de præbē. in 6. l. proinde. §. fin. ff. si cert. peta. glos. in. §. quod si quis. in verbo irritum, eodē titu. in prag vbi dicit decretum apponi in fauorem & nominati & graduati: ideóque poterit ei renuncia re. ca. ad apostolicam de regula. sicut dicitur de alienatione rerum ecclesiæ, quæ est nulla. si tamen fuerit facta in vtilitatē ecclesiæ, poterit eam ratam habere prælatus. cap. si qua de rebus. 12. quæst. 2. sic consuluit Egid. bellamera consil. 33. quod si. col. 15. versi. præcedentia dubia. quia vbi actus est nullus ratione personæ, non est absurdū quod possit per illam ratificari. l. filio. ff. de iniusto, rupto, & irrito. testa. plene Imola in cap. si quis presbyterorum. col. 6. de reb. ecclesiæ non alie. vide glo. solennem. in cle. 1. de regul. ☞ Non posset tamen episcopus post suam collationem non qualificato facta nominato vel graduato non prosequente alteri conferre. arg. l. 2. ff. de lege commisso. ibi si venditor inemptū eum esse velit, quia id venditoris causa cauetur &c. ☜ Et hoc intelligit glos. in d. §. quod si quis. quando nominatus vel graduatus ante collationem renūciaret. quòd

Collationes facta aliis sūt nulle, si nominatus prosequatur.

dispositiones ipsæ sint [i] ipso iure nullæ: collationésque & prouisiones ac [k] dispositiones illorū, si fieret postea, non valeret sine noua collatione. idem si nominatus vel graduatus vti nollet sua nominatione: sed contrarium obseruatur, vt si nominatus vel graduatus non prosequatur, quòd valeat collatio facta per ordinarium nō nominato. sed glo. potest intelligi quando nominatus semel esset prosecutus beneficium alteri collatum. & collationem factam non nominato nullam proūciari petiisset, si fiat conuentio postea inter nominatum & eum cui est facta collatio per ordinarium, per quam nominatus renunciat iuri suo in fauorem non nominati, cui erat facta collatio, tutius esset quòd haberet nouā collationem post renunciationem nominati, & sic potest glo. intelligi.

An ratua tio min quā cū to uen

k ¶ Dispositiones.] Et sic post factam collationem nominato inhabili vel graduato nō licet eidem collatori alteri etiam nominato habili conferre, tum quòd ad superiorem sit deuoluta collatio, vt hic, & post deuolutionem collatio est nulla. c. licet. &. c. fi. de supplen. negli. præla. tum quia prima collatio impedit secundam. c. post electionem. de consec. præbend. tum quia conferendo etiam in capaci, functus est officio suo. Panor. in c. accedēs. col. 1. de præben. Ad hæc quia etiam in collationibus est prohibita variatio. cle. vna de renuncia. facit. cap. si tibi absenti. de præben. in 6. & ita fuit prolatum, vt dicitur, arrestum in hac media parte quadragesimæ per supremum senatum. Secus est quando quis confert diuerso iure, vtpote primo tanquam

Cō noi nō va

Source : BIU Cujas

ordinarius.& voluntarie non nominato, ſecundo coacte cofert nominato, quia tunc variare poterit.diſcreta enim ſunt iura,quãuis plura in eandem perſonã deuenerint.verba ſunt iuriſconſulti in.l. tutorem. ff. de his quibus vt indig. Et quando duo iura concurrunt in [1] ad immediatum ſuperiorem vna perſona,habet vim duarum perſonarũ.tex.in.l.ſi conſul.ff.de adopti.l.Papinianus §. ſed nec impuberis. de inoffic.teſta.roma.conſil.422. ille Franciſcus. Et quãdo plura iura vni cõpetunt,vno ſublato aliud illæſum remanet.tex.& ibi Bart.expreſſe elicit in.l.ſi domus.ff.de ſer.vrb.præd. text.in.l.quoties duplici.& ibi plene Decius de reg.iur.l.ſi prius.in principio.de aqua plu.arcen.& qui poſt collationem à ſe factã non poteſt conferre tanquam ordinarius,poterit conferre tanquam executor concordatorũ. tex.in.l.ſi paterfamilias.§.1.ff. de adoptio.l.1. §.ſed videndũ.ff. de ſucceſ. edict. quia nulla ratio eſt, quare permittatur magis vti vna poteſtate,quàm reliqua.l.generaliter.ff. de fideiuſſ.tex.& ibi Bal.in c.cum olim.de re iud. vbi nota. quòd quis poteſt duas habere voces in vna electione:& quis poteſt conferre vt canonicus, & vt prælatus:& facta collatione vno iure,poterit alio iure facere.c.poſtulaſtis.de cõceſſ.præb. Ex his patet epiſcopum poſt collationem factam iure ordinario non nominato,poſſe poſtea conferre nominato requirẽti:ideo debet requiri. Vide quæ dixi in tract. nominatio. quæſt.17. nume.4. & ſeq.vbi reſpon.contrarijs adductis, & collecta in cap.relatum.de cler.non reſi. Nec refragatur,quòd collatio facta poſt deuolutionem,non valet.c.licet. & cap.fi. de ſupplen. neg.prela.c.2.de conceſſ.præb. ſed hic fit deuolutio facta collatione,ergo epiſcopus non poterit poſtea conferre. Reſpon.verum eſſe quando deuolutio fieret ipſo iure.Et ſic quãdo hic tex.diceret,diſpoſitiones ad immediatum ſuperiorem deuolutæ ſint, tũc putarem quòd epiſcopus nõ poſſet cõferre poſt ſuam collationem.Sed hic tex.dicit, Si quis aliter quàm modo prædicto diſpoſuerit, diſpoſitiones illorum ſint ipſo iure nullæ,& ad immediatum ſuperiorem deuoluantur,vtitur verbo futuri temporis, quod non denotat ipſo iure.gloſ.in.l.in criminali. C.de iuriſdict.omnium iudicum.Felin.in cap. Rodulphus, de reſcri. ideo vult dicere(vt reor)hic tex. quòd ſicut diſpoſitiones factæ cõtra qualificatiões in.§.proxi.poſitas,ſunt nullæ,proſequente videlicet nominato.§.fi.j.eo.ita deuolutio fiet, proſequente nominato deuolutionem,in commodũ enim nominatorum & graduatorum introductum eſt, vt deuolutio ad proximũ fiat ſuperiorem, vt poſtquã collationem à primo ordinario habere non poſſunt,ſaltem à ſuperiore habeant,ad quem fit deuolutio.ideo ſi nominatus vadat ad primũ collatorem,qui non nominato contulit, iam non vult deuolutionem fieri ad ſuperiorem, ergo ille ordinarius poterit iſti nominato cõferre, non obſtãte prima collatione facta nõ qualificato,quod eſt notandũ.quia ſæpius de hoc fui conſultus. Alioqui quod fauore illorum eſſet introductũ,in odium eorum retorqueretur. contra.l. quod fauore.C. de legib.

✣ Item is cui prouiſio commiſſa eſt ſimiliter prouiderit iterato prouidere poterit quia verbum prouideas ſignificat effectũ rei. teſte Bal.in ca.in literis de officio. delega. intellige vt ſupra.

l ¶ Ad immediatũ ſuperiorẽ.] In pragmatica eſt ad proximũ.Notandũ eſt,quòd ad ſuperiorẽ fit deuolutio,nõ ad inferiorẽ.c.licet. de ſupplẽ.negli.præla.c.2.de cõceſ. præb.fallit in c.ſtatutũ de præben.in 6. & ibi aſſignatur ratio.&.c.cum ſimus.9.q.3.Intellige tamen,ꝙ primo requirẽdus eſt inferior,poſtea ſuperior,vt forma hic poſita ſeruetur.Bal.in c.vno.col.2.ſi de inueſt.inter Domi.& Vaſſal.lis oriatur.vbi dicit per illum tex.iudices gradatim eſſe adeũdos,per tex.i.§.ſuper hoc. in authẽ.de quæſto.colla.6. ſic & collatores.

Deuolutio fit ad ſuperiorẽ. fallit vt hic.

Source : BIU Cujas

Quare deuolutio sit inuēta & quō fiat.

m ¶ Deuoluantur.] Quæ deuolutio eo inuenta est, ne diu ecclesiæ remaneant in suspenso. c. 2. de conces. præb. Et hoc propter utilitatem publicā, vt actus exequantur, arg. l. sciant. C. de legiti. hæred. authen. hoc amplius. C. de fideicō. l. 1. ff. de success. edict. & fit propter negligentiā ad proximū superiorem. d. c. licet. de supplen. negli. præla. & propter delictum in maioribus dignitatibus ad papam. c. quanquam. de elect. in 6. Secus in minoribus beneficiis, in quibus si collatio non habuerit effectum, redibit ad conferentem. c. si electio. de elect. in 6. Idem quando omnes nō peccauerunt, quia tūc ad illos qui non deliquerūt, ius deuoluitur. Panor. & alii in c. cum in cunctis. §. fi. de elect. & hoc tempus currit à die quo sciuit, c. quia de concess. præb. uel scire debuit. arg. l. quod te. ff. si certū peta. Rota decis. 263. si propter in nouis. Fel. in c. à nobis. de exceptio. Curtius ī tract. de iure patro. in verbo honorificū. q. 27. quæ scientia præsumitur. Anto. & alii in d. c. licet. Dec. consi. 135. ad iustificationem. in fi. & hoc ius deuoluitur eo ipso quòd collatiōes sunt factæ nō qualificatis, vt hic, intellige vt proxime dixi in glos. dispositiones. Si vero collatio facta nō fuerit per episcopum, non fit deuolutio ante sex menses, nulla facta requisitiōe, vt dixi in gl. disposuerit supra eod. vide glo. in c. nulla de concess. præb. & ibi dixi quando ius deuoluatur in omnibus beneficiis, tam maioribus, q̄ minoribus. ☞ Et in præfa. istius titu. circa fi. versi. 4. & vlti. vide Bonifa. in cle. i. not. 13. de iure patro ☜

Vide tamen Panor. in c. cum ecclesia Vulterana. de elec. cle. in plerisque. illo titu. Imo. in c. post electionem. in fi. de concess. præb. Nec mora potest purgari, post sex menses. quia statim fit deuolutio, vt ibidē per doct. & per Card. & alios in cap. quia diuersitatē. de cōces. præb.

n ¶ Qui eisdem personis.] Et sic collatio non est libera apud eum ad quē deuoluitur, sed transit cum suo onere, vt cle. vna. de supplen. negli. præla. dixi in tract. nominatio. q. 8. princi. versi. 7. quæro. vbi licet fusius videre, & per Feli. in c. cum accessissent. col. 7. nu. 18. de cōstitutio. ✠ Itē hic tex. vult vt superior conferat & nō idem ordinarius vt hic patet quod facit contra episcopos omnibus nominatis vel graduatis requirentibus conferentes vt vltra. semel eodē iure cōferre nō possint. cum vnus eodem iure pluribus conferre non possit per glo. in verbo. dispositiones supra eod. ideo decipiunt pauperes nominatos sic conferendo contra quos deberet senatus animaduertere & inhibere ne plures vno & eodem iure facerent collationes. nam secus faciendo veniunt contra hæc sacra concordata. quorum ipsi sunt conseruatores: vt infra rub. de pœna. temere venientium contra concord. patet etiam quia collatio. facta nō nominato valet non prosequente nominato. §. teneantur infra eod. vel si non iure prosequatur cum sint paria. l. quotiens. ff. qui satisda. cogāt. nec requiritur primus collator per secundū nominatū vt illi iterū cōferat sed vt sciat an primus collator disposuit necne per hunc tex. adhoc vt post q̄ sciuerit ius esse deuolutum, accipiat collationē ab eo qui conferre potest. ✠

Duo nomi tis ā sit cō re ep pus.

o ¶ Cōtrauenerīt.] Cōtrauenire dicitur siue aliter q̄ hic cōferēdo, siue nolēdo cōferre qualificatis, siue alio mō negligendo, de quo verbo tex. & ibi no. i. c. cū accessissēt. in. fi. de cōstitutio. Vide gl. in extrauag. execrabilis. in verbo contraire. de præb. in extra. Ioh. 22.

p ¶ Ad alium superiorē.] scilicet immedia-

n deuoluantur. n Qui eisdē persouis modo præmisso qualificatis, prouidere teneantur. Et si o cōtrauenerint, p ad alium superiorem deuoluatur prouisio & pręsentatio huiusmodi gradatim, donec ad sedem apostolicam fiat deuolutio.

Source : BIU Cujas

tum, & gradatim, videlicet de abbate ad episcopũ, de episcopo ad archiepiscopũ, & post ea ad legatum, vel ad Romanũ pontificem. & sic patet per hunc tex. quòd etiam legatus non poterit conferre non facta requisitione alterius inferioris immediati, tũ quòd ad eũ non sit deuoluta conferendi potestas, vt hic dum dicitur, donec ad sedẽ apostolicam fiat deuolutio. tũ quòd ordinem istũ substantialem immutare nemo potest. rubr. de fir. irreuo. concor. stabilit. §. 1. Ad hæc quod non sit immediatus superior, ad qnem fit deuolutio Quod an sit verum, non decido: quia pendet quæstio. in senatu, ideo matura deliberatione decidetur. ☞ Fuit iudicatũ quod potest per ea quædixi in tract. nomi. q. 17. vers. Duodecimo quæro. nu. 16. ☜ Itẽ ista dictio gradatim refertur ad gradus personarũ, nõ præbẽdarũ. glo. in c. fi. de consuet. in 6. Rota decis. 300. si mãdetur. In nouis. tex. & ibi doct. in. l. fi. C. de ver. signifi. In exemptis vero ad papam videtur fieri deuolutio. c. sicut. & c. licet. de supplen. negli. præla. c. cũ singula. §. fi. de præben. in 6. hoc tenet glo. in verbo gradatim, eo. tit. in prag. Roma. cõsil. 361. in casu. Cum papa sit superior eorũ proximus. c. auctoritate. de priuil. in 6. nec hic fit mentio de exemptis, quòd fiat ad alios deuolutio, ergo sic fiet.

¶ Item in exemptis fit ad papam deuolutio, nisi in regularibus. cle. vna de supplẽ. negli. præla. De patrono vero ecclesiastico fit deuolutio ad instituentem episcopum, vel aliũ glo. singul. in cle. vna de suppl. negli. præla. in verbo dispositionem. & gl. in. §. quòd si quis cuiuscunque. in verbo proximum. de colla. in prag.

¶ Ista forte possent esse vera tempore pragmaticæ sanctionis per tex. ibi, ad proximum superiorem deuoluatur. proximus enim dicitur, quem nemo antecedit. l. proximus. ff. de verb. sig. & sic ad papam in exemptis poterat fieri deuolutio ibidem, quia erat proximus, tamen per hunc textum puto cõtra, videlicet vt ad immediatum superiorem etiã in exemptis deuolutio fiat, cũ per hoc verbũ immediatum in textu positũ. Alioqui nõ deuolueretur ad immediatum superiorem, sed ad summum superiorem, videlicet ad papã, & ad supremum superiorem.

¶ Item non fieret gradatim, vt in tex. dicitur videlicet de episcopo ad archiepiscopũ, si de abbate vel alio exempto fieret ad papam deuolutio.

¶ Præterea text. dicit quòd fit deuolutio ad alium superiorem, dictio alius regulariter in tribus verificatur, alter in duobus. Paul. Castren. in. l. cũ ex filio. §. filio. ff. de vulga. no. in l. ancillæ. C. de furt. Feli. in c. sedes. col. pe. in fi. de rescrip. Sed si in exemptis ad papam fieret immediate deuolutio, non fieret ad aliũ superiorem, sed ad alterum, nec procederet hic textus. nec dictio alius, licet aliquando iu duobus etiam procedat. c. 1. de parrochi. cap. quod autem de iur. patro. c. ex literis ibidem. Insuper immediatus superior tenetur eisdem personis qualificatis cõferre, vt hic. sed si deuolueretur ab exemptis ad papã, ipse non teneretur cõferre, ergo non procederet tex. patet in tit. de mãda. aposto. j. & hic tex. generaliter loquitur, ergo generaliter intelligitur, l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. videlicet tam de exemptis, q̃ de nõ exemptis, vt ad immediatũ superiorem fiat deuolutio, & vltimo loco ad papam. & hoc est introductum, vt supra dixi, in fauorẽ nominatorum, & retorqueretur in eorum odium, contra. l. quod fauore. C. de legib.

¶ Nec refragatur clemen. quia regulares. de suppl. negl. præla. quæ licet loquatur in regularibus, tamẽ habebit etiã locum in secularibus, tũ quod sit partim fauorabilis. vc3 vt celerius prouideatur ecclesiis, quia dãnosa est ecclesiarũ vacatio. c. q̃ sit de elec. in 6. & partim odiosa. s. prælatis: tamẽ adhuc venit amplianda. glos. in. l. 2. C. de in ius vocan. quam sing. notat Barb. in tract. de præstan. Cardi. in 1. q. partis. 1ª col. 19. nu. 33. & in cle. fin. col.

Cõstitutio ꝑtim fauorabilis, partĩ odiosa, est amplianda.

Source : BIU Cujas

6.de reſcript.& conſi.1. col.14. in 3. volu.& conſi.81.nu.13.in 4.vol. Tum etiam quia immediati ſuperiores deputantur conſeruatores concordatorum, ergo illi poterunt collationem facere auctoritate apoſtolica per hunc tex.nec accedemus neceſſario ad papam pro collationibus nomitorũ vel graduatorum,niſi iure præuentionis, & gradatim.

¶ Ad hæc quando eſt vtile reipub.legem ampliari, & non reſtringi, nõ debet coartari.l.ſi quis in graui.§.vtrum.ff.de ſenatuſconſ.ſilla.& ibi, dixi. &. l. hoc modo.de condit. & demonſtra.ſed vtile eſt reipub.gallicæ,ne res numariæ extrahãtur à regno,& ne ibidem diu vacent eccleſiæ,& vt notis prouideatur per prælatos regni, ergo iſta conſtitutio non reſtringetur,vt tantum debeat intelligi de nõ exemptis. Nam poſtquam iſta concordata ſunt ad vtilitatem regni facta, vt patet in prooe.ſupra:ergo id quod vtile eſt regno, te nere debemus, & ita practicatur,teſte domino Ruſeo in tract. de præeminentia archipreſ.in.1.priuile. Cui tanquam in iure experto credendum eſſe reor. Primo quòd ſit abbas exemptus. Secundo, quod ſit egregius ſenator,qui ita potuit vidiſſe obſeruari. Ad hæc quòd auctoritati excellentis doctoris atteſtantis vſum & conſuetudinem ſic eſſe, ſtandũ eſt,prout eſt huius doctoris excellentiſſimi auctoritas, vt tenet Bar.in.l.de quibus.in.4.prin.quæſt.ff.de legi. Cepola.cõſil. 40. Lucius. col.5. ☞ ſaltem ſtandum eſt atteſtanti conſuetudinem, donec contrarium probetur. Dec.conſil. 540. quæritur col.2.&quo ad præſumptiuam probationem. Decius conſil. 559. in caſu col.2. ☜ & ita cõcludo tam in exemptis q̃ in nõ exemptis, ad immediatum ſuperiorem, & non ad papam primo quoque tempore deuolutionem fieri.

De domino Ruſeo Senatore

.§. a ¶ Præterea.] Duas habet partes vſq; ad præfati.prima præcepit beneficia in mẽſibus præſtitutis vacãtia nominatis & graduatis cõferri,q̃ per cõpetẽs tẽpus ſtuduerint Secunda declarat quãdo dicatur tempus cõpetens. Secũda ibi tempus autẽ. Dictio præterea.cõtinuatiue ponitur pro item.§.præterea.inſti. quibus non eſt permiſſ.fac.teſta.l.1. C.de epiſc.& cleri c.fraternitati.de cleri.non reſiden.Et ſic apparet hic quibus debent concedi nominationes,de quo ego dico in tractatu nominationum.q.5.

Not dict Pre

Qu cati dua

[a] ¶ Præterea volumus quod collatores ordinarij & patroni eccleſiaſtici præfati dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, & officia, ac beneficia in menſibus graduatis & nominatis aſſignatis vacantia, illis [b] graduatis ſimplicibus aut nominatis illa conferre, aut ad illa eos duntaxat præſentare teneantur, qui per tempus competens in vniuerſitate

b ¶ Graduatis ſimplicibus.] Intelligo graduatos ſimplices,qui non habẽt nominationes,quia hi vno iure vti poſſunt, & ſic ſimpliciter,videlicet ſuo gradu tantũ:nominati duplici,videlicet & gradu,& nominatiõe, quia in mẽſibus graduatorum ſunt capaces illorũ beneficiorũ tunc vacantiũ.Item quia graduati ſunt,itẽ poſſunt obtinerebeneficia in mẽſibus aſſignatis nominatis, cũ ſint nominati,igitur illi dicũtur ſimplices, quando nihil vltra gradũ additũ eſt.l.iubemus.ibi,ſi ue nihil hmõi adiectũ ſit,ſed ſimpliciter. C. de appel.tex.in c.literas.ibi Præpoſitus, quõ dã ſimplex canonicus &c.de cõceſ.præb. & ibi dixi.&ſic intelligi debet rub.des graduez ſimples.in ordi.Regiis. vide Deciũ in c.præterea.col.1.de off.dele.& tex.in c. quãto.ibi, ſimplices ſacerdotes, de conſue.c. præterea de cenſibus glo.in capit.ſi teſtes.§.item in teſtibus.4.q.3.Bar.& alios i l.1.ff.de vulg.l.1.§. ſi quis ſimpliciter de verbo. obli. l. codicillis.§.inſtituto de lega.2.& Georgius Nathã

in rep.cle.sæpe.in principio.de verb. signifi. Item simplices fures vocantur, qui clam interdiu noctúq; furantur, extra tamē occisionē.l.1.ff.de fur.declarat pulchre do. Iac.bolēc.in vtraq; cēsura doctissimus,& in hoc parlamento senator egregius.

c famosa d adstuduerint. Tempus autē cōpetens

in repeti.§.famosos.l.capitalium.folio.9. versicul.circa hæc.ff. de pœnis. sic dicitur de donatione simplici, & ob causam.in.l.1. ff.de donat.nec intelligitur hic de simplicitate contraria dolo vel discretioni, de quibus tradit glos.in cap.si cupis.16.q.1.Panor. in ca.veritatis.de iureiur.&.c. pastoralis.& cap.dilecti.de iudic.prout quidam simplices intelligebant,simplices dicentes graduatos. id est fatuos, vel simplices.i.ignaros quibus nihil additū est vltra,q̄ haberent tēpore natiuitatis. ☞ Sicut dicitur de his,q nudo officii nomine appellātur.vt sunt plurimi doctores sine doctrina,vt est tex.& ibi Luc.de penna.in.l.vna,C.de collegia.lib.12.☜

c ¶ Famosa.] id est insignis, & plena famæ, in qua celebres doctores frequenter legunt cum magno auditorum numero, qui præbēt famam vniuersitati,sicut dicimus gloriosam victoriam, gloriæ plenam.si vero non legatur in vna vniuersitate, vt in vniuersitate Auraicen.quæ sicut aura regitur non puto eam famosam.& sic accipitur hic in bonum, vt in authē.de monac.§.si vero intra.colla.1. & in authen.iusiurā.quod præs.ab his.colla. 2.& Iudith.ca.8. Et dicitur famosa quasi ex notoria fama insignis.l.constitutiones.ff.de appella.& manifesta.l. si quis exhæredato.§. quid tamē.ff. de iniusto rup.licet multoties capiatur in malam partem.l.capitalium.§.famosos.ff.de pœnis. rub. C. de famo.libel.& l.neque famosis.de digni.lib.12. & ibi Lucas de penna allegat alia iura. vide tamen text. quem non allegat, in.l.2.§. si mulier. ff. ad tertu.ibi, si mulier sit famosa,id est infamis exponit glo.sed in pragmati.dicitur in vniuersitate priuilegiata.supra eodem.in.§.1. de claraui. Nec puto quòd in famosa sit, an nō, debeat nominatus vel graduatus probare, cum habeat præsumptionē pro se quælibet vniuersitas Frāciæ, vt tradit dominus Chassa.dubitatiue tamen in catalo.glo.mundi decima parte.considera.32. & tex.supra loquitur de vniuersitatibus regni, ergo de illis hic intelligetur vc3 quòd sit vniuersitas regni,& famosa.

Nominatꝰ nō tenetur ꝓbare famosam esse vniuersitatē

d ¶ Studuerint.] Ante adeptionem gradus tum quia hic taxatur tempus competens ad gradum, ergo ante gradum oportet quòd illud tempus sit completum,aliàs non dicitur competens.tum etiam quia non dicitur studuisse, sed studere velle, qui non compleuit tempus: & quòd quinquennium debeat præcedere,probatur in.l.inbemus.ibi,nec de cætero quenquam,antequam per statuta tēpora legum eruditioni noscatur inhæsisse,supradicto consortio sociari. C. de aduocat. diuerso.iud.§.sed quia solitum.in prooemio. ff.Item collatores tenentur hic conferre illis,qui studuerint per tempus cōpetēs, ergo illis qui non studuerint, nō tenentur conferre,nec possent illi insinuare tempus, quo nō studuerunt,quod requiritur, vt dicā in.§.sequēti.Et ille dicitur graduatus, qui rite.arg. l.4 §.condemnatum.ff. de re iudi.& ibi dixi. & studium debet præcedere magisterium.§. discipuli.in prooe.ff.c.cum in magistrum.de elect.& considerata natura antecedentis & consequentis,iudicandū est antecedens debere anteire, vt promissio refutationē. Bal. in.§.quibus col.2.C.de nouo cod.componē. Auriol.in c.cū ex eo.de elect. in 6.sic expresse tradit in aditio.ad Guillermum de monte laudu.Præterea hic dicitur per tempns cōpetens,& sic dictio per denotat perfectionem. l.vrbana.§.pernoctare. ff.de verbo. sig.& in reg.Iulii secundi in.4.parte.& denotat actus perfectionē,& temporis cōtinuationē.Ioan. And.in addi.ad specu.in tit.de teste.§. nunc videndum. in.1.addi. vide Bal.in rub. C.de

Studuisse debet antegradū quinquinium nō post.

Source : BIU Cujas

exerci. actio. col.1. & hoc verbū ſtuduerint præteritum tempus denotat, vt in ſimili probatur per Oldra.conſi.198.circa primū.col.1.vbi ſi fuerit facta alicui gratia non obſtantibus literis,quas alii impetrauerint,intelligi debet de præterito,& iſta eſt iuri conformis opinio. Sed contraria opinio ex quadā æquitate poſſet ſuſtineri, videlicet quod ſufficiat etiam ſtuduiſſe poſt gradum adeptum : tum quia hic tex.non diſtinguit ante,vel poſt, ergo &c. & ſic arguit glo. ſupra allegata, quia eſt eadē ratio naturalis tex. ante vel poſt ſtuduerit,& extrinſeca,quæ etiam habet locum in ſtatutis. Cy.in.l. non dubium. C. de legi. Bald.in.§.opizoni.de pace Conſtantiæ.nam æqualis iſtorum eſt labor,ergo debet eſſe æqualis remuneratio.glo.in.§.1.inſtit.de iuſti. & iur.ca.1.de ſepult.vnde dicit text.in.c.recolentes.de ſtatu monachorum,qui ſimilem aliis vitam ſuſcipiūt,ſimilem in legibus ſentiant diſciplinam. Et quando ſubiunctiuum ſtuduerint, vel aliud ponitur in lege vel ſtatuto,cum de natura legis ſit dare formam futuris negotiis,intelligitur de futuro.Bart.in repet.l. omnes populi. in 6.q. princi.nu. 58. verſi.iuxta præmiſſa.ff.de iuſt.& iur. & in.l. hoc articulo.col,1. de hæred.inſti. Iaſ.& alii plene in.l.1.§.1.ff.quod quiſque iur.Itē quando verbum poteſt poni in præterito & futuro,in dubio vtrunque tempus complectitur, quando eſt eadem ratio.l.pater.§.fidei tuæ.ff. de lega.2.l.ſi vxor. de auro & argent. lega.l. verbum erit.&.l.verbū oportebit.ff. de verbo.ſignifi.Iaſ.in.l.3.§. ex pluribus. col.3. nu. 18.ff. de acqui. poſſeſ. Quinimo ſi actus per verbum præteriti temporis declaratus cadat etiam ſub futuro, diſpoſitio etiam trahetur ad futurum.l.talis.§.fi.cum.l.ſeq.ff. de leg.1. Idem econtrario.l. Plotiana.ff. de iure codicil.& ibi Roma.ſic conſuluit Iaſ.in conſi.11. in themate.col.2.vol.1. facit quod conſuluit Roma.conſi.333.quo ad primum. vbi conſuluit ſuper priuilegio indulto,illis,qui annum in negotiis eccleſiæ laborauerint, intelligi, ſiue ante priuilegii conceſſionem, ſiue poſt laborauerint. Decius in c.fi.no.4.de conſti. ſic & hic per regulam quam tradit Curtius in.l.ſi quis id quod. col.3.verſi. ſeptimo.aduerte.ff,de iuriſdict.om.iud.quòd ſubiunctiuum ſtuduerint,vel ſimile, quod poteſt intelligi in præterito & futuro, recipit illā interpretationem, quæ conuenit ſubiectæ materiæ, & vt magis faueamus actui de quo agitur,Feli.in c.ad hæc.de reſcript.& c.ſignificauerunt.in fi.de teſti.Igitur vt magis fauea mus ſtudio, intelligimus etiam in futuro. & quando præteritum non eſt finitū,ſed in futurum extenſum, tunc trahitur etiam ad futurum.l.verbum oportebit.ff.de verb. ſigni. facit.l.pe.C.de vſur.l. filii.ff.ad tertullia. Ita poteſt eſſe hic, videlicet pro parte finitū, in eo in quo ſtuduerit.In alio non,imo quando verba ſtatuti poſſunt intelligi de præterito & futuro, in dubio debent intelligi de futuro.glo.nota.in verbo commiſerint.c.vlt.de conſti.in 6.quam ſequūtur Domi. & Philip. Peruſ.ibi & Alexan.conſil.190. mature.col. 2.in 2.volu.glo.in c.vnico.in verbo recepe= rint. de cleric. non reſiden.in 6. ✣ & vt res magis valeat quā pereat.l.quotiēs.ff. de reb. dub.Bar.in.l.1.nume.11. de iurē codicillo.vi de areti.in c.quotiens.vlt.no.de teſtib. ✣ & ita declarauit arreſtum prolatum per hūc venerandum ſenatum.quo voluit poſt bienniū quem poſſe ſumere gradum, tam in facultate iuris ciuilis,q̄ canonici, quod aliàs eſſet illuſorium,cōtrà.l.ſi prætor.ff.de iudic.Et ſtudentes grauarentur ad ſumendum iterū gradum,& ſic deciperētur beneficio arreſti.cōtra.l.1.C.de iis qui veniā æta.impetra. quod non eſt dicendum.Ideo ego intelligerē gradum ſumptum poſt biennium valere, nō tamē vt ille graduatus poſſit beneficia in vim iſtius gradus habere ante perfectum tempus quinquennii: ſicut dicitur in eo qui eſt promotus ante tempus, vt non poſſit ei conferri beneficium curatum.ita tenet Panor.in c. pro illorum.col.1.de præb.no.in c.ei cui.illo

Poſt nium quis ci ba laure

Source : BIU Cujas

titu.in 6.Feli.in cap.postulasti.col.14. de rescript. ☞ Nec posset eum ordinarius gratificare in beneficiis vacãtibus in mẽsibus graduatorum, aliis qualificatis existentibus, vt no.in §.statuimus.1.j.eod. ☜ Sed post gradũ studebit adhuc vsque ad quinquenniũ: quo perfecto, vtetur gradu suo.hoc est declaratũ hic in magistris artium,ergo etiam in aliis habebit locũ. Et proderit hic gradus aliis non existentibus qualificatis, argu.l. vt gradatim.ff. de muner.& hono.vt ordinarii istis teneantur conferre. Quid si testator reliquerit centũ alicui, si studuerit in legibus, an sufficiat tẽpore modico studere? vide Iaſ. consi.149.in quæstione.col.1.in 4.vol.concludentem teneri studere vsque ad doctoratum includsiue, quia verba intelligi debẽt cũ effectu.l.1.quod quisq; iur.ff.c.relatũ de cleri.non residẽ.& aliis rationibus, quas ibi per eum videre licet. & per Decium consi. 177. quod supra. col.2. Ego vero putarẽ sufficere studuisse vsque ad gradũ licentiæ includsiue, per not.in proœ.fforum.§.duabus.& maxime apud Gallos,cũ pauci gradum doctoratus sumant. sed Prouinciales & Occitani ac Itali cõtrà. & licẽtiatus etiã dicitur perfecisse studiũ,sicut doctor.Feli.in proœ.decret. Greg. ¶ Medicina.] Et sic medicus est habilis ad beneficia.debet tamẽ (licet sit peritus) postq̃ beneficiũ fuerit assecutus, absti nere ab exercitio & practica medicinæ,alioqui promoueri prohibetur.c.ad aures.& ibi doc.de ætate & qualita.Henric.boic.in cap.tua nos.& ibi alii doct. de homici. Cuius peritia cognosci tur, si ægritudinis causam sciat exprimere. Hippocrates in prologo pronostico. & debet tria scire,videlicet præterita,id est, vnde infirmitas traxit originẽ.præsentia, id est,in quo statu est morbus.futura,an sit curabilis, an mortalis.ysidorus lib.etymolo.4.c.10. & Cardi.Alex.in d.c.ad aures.De ripa in tract. de peste.fol.130.nu.70.refert. ☞ Vide per Matth.de afflict.in cõstitu. Neapoli.fol.312. & seq.rub.de probabili experientia medicorum. ☜ Et sic magistri in theologia præferũtur doctoribus canonum, sumẽdo hic argumentum ab ordine literæ,quod est in iure validum.c.quorũdam.de elect. in 6, nota.in ca. auaritiæ. de præben. Item doctor in iure canonico, doctori legũ: doctor legum,doctori in medicina. Quæ sciẽtia sit nobilior,& sic præferenda,tradit glos.in eo. titu.in pragma. sanct. quæ habuit à Florent. in tertia parte summæ,in titu.5. capit.2.§.4.

decẽniũ in magistris,seu licentiatis,aut baccalarijs in theologia,septẽniũ vero in doctoribus, seu licẽtiatis in iure canonico,ciuili aut medicina. quinquẽnium autem in magistris seu licẽtiatis

¶ Et de triplici medicina.vide ibi.tit.7.c.1. in fi. Est enim quædam dispositiua ad curã, vt sirupus,hoc est verbum dei. Sapientiæ de cimosexto ca. Non herba, nec malagina sanauit,sed sermo tuus,qui sanat omnia. Triplex medecina est.

¶ Secunda,est purgationis humorum,id est, expulsiua vitiorum,vt pœnitentia. Chrysosto.cap.medicina.§.medicamentum, de pœnit.dist.1.& hæc est confessio, quasi Reubarbarum,quod facit vomere.

¶ Tertia, est conseruatiua, vt electuarium, &hoc est sacramentum eucharistiæ. Ambrosius,inquit,Ego qui quotidie pecco,quotidie debeo accipere medicinam.cap si quotiescunque.de consecra.distinct.2.vide Lucam de penna. in rubr. de professo. & medi. libr. 10. multa dicentem de medicina. dico etiam in tracta.nomina.quæst.20.Et tria necessaria in medico tradit Antho. de Butri. in capit.ad aures. de ætat. & qualita. Primo quòd sit eruditus. secundo, quòd secundum artis traditiones experiatur. tertio quòd sit diligens in artis exercitio. ☞ Vnde dicit Placenti. in summa conseruatio.in princip. medicum quatuor debere considerare, videlicet quantitatem medicinæ, qualitatẽ tem- Tria necessaria ĩ cõsulto re & medico

Source : BIU Cujas

pus, & ordinem. ☜ Sic dicit D. Butrius in consultore: primo. quòd sit peritus: secũdo, quòd consulat secũdum communes opiniones: tertio, quòd sit diligens in examinando factum. refert de Ripa in tract. de peste, fol. 131. versi. 3. ☞ Quod debet examinare anteq̃ cõsulat, alioqui fatuus est medicus, qui dedit potionem ægro, & postea inspicit libros, si bene fecerit, & interim ægrotus mortuus est teste Ioan. Monach. in rub. de hæret. in 6. vbi dicit quòd modus sciendi prius est quærẽdus, quàm scientia. ☜ Licet quidam respondeãt ante factum narratum, & statim discedant sine iurium allegationibus, & sine rationibus, quod est graue conscientiæ, & bonis contemnendum.

in artibus [f] cum rigore examinis
g a logicalibus [h] inclusiue, aut in

Examẽ rigorosũ debet esse magistris artiũ & quare.

f ¶ Cum rigore examinis.] In aliis nõ repetitur hic rigor examinis, quia oportet initiũ esse forte, vt possit superædificari, arg. l. egi. ff. de excep. rei iud. & iactis fundamentis facile superædificari potest. aliàs, quæ malo inchoata sunt principio, bono vix peraguntur exitu, ca. principatus. 1. quæstio. 1. ideo hic rigorem examinis in aliis non requirit scientiis: quia postq̃ scholaris habet bonũ initiũ, licet parum alterius scientiæ habeat, sufficit, cum ille qui nihil habet, nisi solum initiũ, vt pote magister artiũ, sit beneficiorum capax, multo fortius & qui habet initiũ & modicũ alterius sciẽtiæ, videlicet theologiæ vel alterius sciẽtiæ. & sic magistri artiũ nõ possunt cõqueri si aliquis sumat gradũ in medicina, licet in ea parũ sciat, & idẽ si in alia facultate, vt. j. dicam. Hodie examẽ est in omnibus sciẽtiis dulce, nõ rigorosum, nec metuẽdum, vt videre licet, quia sicut ecclesia nulli claudit gremiũ, sic nec vniuersitatũ Doctores, cũ nõ habeãt in Francia iusta stipendia, oportet quòd passim admittãt omnes: qui abusus per Regẽ reformari deberet, & per suum supremũ Senatũ proponẽdo doctoribus stipendia pro peritia eorũ & facũdia, vt in. l. vna. C. de professori. qui in vrbe Constanti. &c. lib. 12.

Examẽ in õnib⁹ scientis dulce hodie est.

g ¶ A logicalibus.] Et sic studẽtes grãmaticæ etiã si per decem studuerint annos, nõ iuuantur priuilegio nominationũ, nec gradus. & quæ sit ratio, potest respõderi, non omniũ quæ à maioribus nostris cõstituta sunt, ratio reddi potest. l. nõ omniũ. ff. de leg. quia sic voluerunt cõditores. §. furtiuæ. & ibi glos. insti. de vsucapio. gl. in cle. fi. de sentẽ. excõ. potest tamẽ dici, quòd sicut illi qui primis literis pueros imbuũt, non habent vacationem. l. vt gradatim. §. fi. ff. de mune. & hono. l. si duas. §. fin. de excusa. tuto. dixi in priuileg. schola. Poetæ etiã nulla prærogatiua iuuantur. l. poetæ. C. de professo. & med. lib. 10. Sic nec cõditores voluerunt hic aliquod tribuere priuilegium quo ad nominationes vel gradus istis, nisi à logicalibus suprà, vel si in maiori facultate studeant, & hoc ne in nucibus senescant, & humi semper repãt. dixi in tract. nominatio. q. 11. nu. 16. vbi dixi an tempus quo rexit cõputetur. ✠ Si tamen probaretur quendã studuisse in iure ciuili vel canonico tẽpore quo in artibus studebat non ob hoc potest reprobari studii tempus de falso' quia alternis horis in iure audire potuit, & alternis in artibus studere, cum sint. 24. hore diei & maxime apud Parisien. hoc fit, qui omnes fere scientias mixtim in dies audiũt, nec propterea studii tempus in vna & præcipua facultate minus continuasse censentur, idque potissimũ in hac nostra iuris canonici facultate, quæ expressum habet statutum, hoc ipsum ita declarans nec hoc à iure reprobatum esse inuenio, nisi quod vagans per scientias vix erit perfectus, fab. in prooemio insti. ☜

Studẽtes grãmaticam gaudent nominationi

h ¶ Inclusiue.] Ideo posuit inclusiue, quia dictio à, vt plurimũ accipitur exclusiue. glos. in. l. datio. §. fi. ff. de actio. emp. & in cap. statutum de præben. in 6. Bald. in tract. statu. in dictione à, in. 1. & consil. 457. reuerẽdus col. 3. volu. 1. & consi. 412. F. locauit. in 5. volu. &

Dictio à, exclusiue ponitur.

Source : BIU Cujas

in cap.capellanus.de feriis. Oldra.consi.49. consueuit. Alexand.consil. 42.in causa. nu. 15.in.3.vol. vbi docto.multa tradunt de hac dictione. ibi videre licet. hic multa dicerem de hoc,sed extra oleas. ☞ Vide Feli.in cap. ego. N.de iureiur. &Io.Dayma in rubr.de nomina. regia. in verb. à die &c.supra eo. ☜

i ¶ Altiori facultate.] Altiorem facultatē vocat omnē,tam theologam, quàm canonicam,legalem,vel medicam, quia omnis facultas est altior respectu artium . nam Origenes cyniphes ranas (quibus Aegyptii sunt percussi)per vanam dialecticorum garrulitatem, & sophistica argumenta intelligit.capit. legimus.37. distinct. & dicitur in cap.vino.ibidem. quòd dialecticorum argumenta quædam fantasmata sunt,id est, vmbræ quædam, & imagines, quæ cito pereunt & resoluuntur . nec quis in dialectica placet deo.capit.omnem.ibidem. vide Ciceronem lib.primo Rhetoric. de ambiguo. & Lucam de penna in.l.vna.col.3.C. de studiis libera. vrb.Romæ libro vndecimo. & sic probatur hic quòd possit sumere magistc: i i ante quinquennium, & postea accedere poterit ad altiorem facultatē, vt dixi supra in verbo studuerint. ☞ Si tamen quis studuerit à logicalibus supra triennium, & paupertate oppressus non sumpsit magisterium,nec licentiæ gradum , sed postea studuit biennium in iure ciuili,vel in alia facultate , dicerem etiā tempus triennii coniungi cum vltimo , tum quia hic non prohibetur , imo eadem ratio text. est in hoc casu, & etiam quia hoc conceditur priuilegium ratione studii , ergo si studuerit per triennium à logicalibus supra, & biennium in iure ciuili , vel alia facultate poterit in illa facultate sumere gradum , & nominatiões obtinere,alioqui pauperes grauarentur , quod esset contra mentem concordatorum. & ista sunt valde æqua. Cogita tamen. ☜

i altiori facultate. Sexēnium autem in baccalarijs simplicibus in theologia k quinquennium vero in baccalarijs iuris canonici aut ciuilis,in quibus baccalarijs

k ¶ Quinquennium.] De iure studium legale perficitur quinquēnio.§. quibus in proœmio digestorum.studium vero iuris canonici septennio.capit cum ex eo. de electiõn. in 6. parum potest hodie quis videre per septem annos in vtroque . Barto. in octauum annum studium suum traxit, vt testatur in.l. quidam cum filium. ff. de verbo. obligatio . Aristotelem annis viginti apud Platonem stetisse Laertius est auctor. nemo enim repente fit summus.capit. charitas. de pœnitentia distinctio.2.nec in modico tempote quis potest multum addiscere.§. primo 68.distinctio.glos.in capit. tum ex literis.de restitut. in integr.l. vnicuique.C. de proximis sacro.scrinio. libro duodecimo. & dico sufficere hoc tempus, licet non vehementer studuerit , vt notat. in proœmio sexti libri, quanuis deus sit remunerator aduerbiorum, non nominum.glo.in capitulo primo.de collu. detegent. ☞ Quia vbi requiritur tantum tempus studii, tunc modica scientia sufficiet,vt hic, Nec debet episcopus ipsum examinare , quia iniuriam faceret vniuersitati reprobando eum.glo.in.§. item quod vniuersitates in verbo gradus eodem titulo. in pragmatica. ✠ Sicut non potest examinare præsentatum per abbatem cum sufficiat abbatis testimonium. c.monachi. 16 .quæstio. prima & expressim collecta. in cap.accepimus de æta. & qualita. nam si episcopo daretur examinatio , nunquam inueniret nominatum vel graduatum doctum , etiam si esset.Bar. vel Panormitano similis, nisi esset sibi propitius : hoc igitur est reprobandum.& omnis nominatus vel graduatus præsumitur habilis : nam quando actus habet debitam formam , habilitas personæ præsu-

De Bar studio & Aristotel

Source : BIU Cujas

mitur.text.in capit. in præsentia. & ibi Decius not. 10.de probatio.l. ab ea parte.ff. illo tit.licet sint bene multi eruditionis absconditæ.vide Aufre. in decis. Thol.q.449. Si vltra quinquennium studuerit, forte per sex annos ante gradū baccalaureatus, poterit postea post annum assumere gradū licentiæ,in quo requiriturper hunc text.septennium. Nec fit distinctio hic an sumat vno die gradum baccalaureatus cum licentia, an diuerso tempore: ideo sufficiet quod tempus præstitutū in vtroque gradu cōpletum sit,arg.l.de precio.ff.de publici.in rem actio.& tūc vno die poterit sumere & gradū baccalaureatus, & licentiæ.secus si fieret distinctio,vt in ordinibus,in c.dilectus.de tempo.ordi.

Vno die ā quis sumere pōsit duos gradus.

l ¶ Iuris canonici,aut ciuilis.] Priuilegia voluit cōferre nobilibus studētibus in his tātū duabus facultatibus,quæ de aliis omnibus disponūt,& quibus omnes aliæ indigēt & ancillātur, teste Bar. in.prima figura Tyberia. quia si theologus perperā de trinitate senserit,iurisconsultorū pœnā nō euadet. Idem si medicus male secuerit ægrotum.§. præterea insti.de lege.aqui. si mēsor falsum modū dixerit,recurritur ad iurisconsultos. Rub.ff. si mēsor fals.mod.dixe.Et ideo hæ scientiæ dicūtur architectonicæ,id est de omnibus aliis disponētes,in proœ.ff.§.itaq; in fi.& ibi Hierony.Cagnol,allegat Aristotelē lib.1.Ethico.c.2.dicentē, Videmus honoratissimas facultates ciuili scientiæ subesse,vt rē militarē, œconomicā,rhetoricam, cúmq; scientis reliquis. & in c.16. dicit expresse ciuilē scientiā honorabiliorē, præstātiorem esse medicina, vt supra eodē in verbo medicina. & hæ duæ scientiæ canonica videlicet & ciuilis sunt cōiunctæ, sicut Pilades & Horestes, vt dixi in tracta.nomina.q.5.versic.quinto quæro.ad

Scientiæ pene oēs iubsūt iuri canonico & ciuili.

[1] iuris canonici aut ciuilis si ex vtroq; parente nobiles fuerint, triēnium esse decernimus.

§. [a] ¶ Præfatiq; graduati & noiati collatoribus ordinariis, siue patronis ecclesiasticis semel [b] ante vacationem de quòd ius canonicum.&c.nume.14.

§. a ¶ Præfatiq; graduati.] Legitur vsq; ad §.cū vero.& nō diuiditur,qa vnū tantū cōtinet dictū,videlicet q̄ de literis gradus nominationum tēporis studii ordinariis collatoribus, vel patronis ecclesiasticis est facienda fides. Intellige semel tātū,arg.l. boues §.hoc sermone.ff. de verb.signi.l.cū procurator.§.1.ibi, nam ipsi domino cū semel nū ciauit,nō permittitur iterum nūciare.ff.de oper.noui.nūcia. etiam si alius in collationibus succederet ordina. regia.artic.9.rubr.des priuil.des escol.Fallit in quatuor casibus traditis in tract.nomina. q.14.princip.&.q.11.illius.q. vbi licet videre alia ad hanc rem facientia.

Semel tā est ciēda sinua

b ¶ Ante vacationē.] Posset etiā fieri insinuatio incontinēti post vacationē,arg.§. tutor.insti.de autor.tutor. vbi tutor in ipso negotio debet auctor fieri, post vero nō valet, nisi postea incōtinenti auctoritas præstetur, vt dicit ibi gl.probatur in.l. Pōpo.§.ratihabitionis.ff. de procur. vbi exceptiōes dilatoriæ possūt incōtinēti post litē cōtestatā opponi, licet de iure ante litē cōtestatā debeāt opponi.l.ita demū.C .de procur. Itē licet ante litē cōtestatā debeat fieri recōuētio quātū ad effectū.l.q prior.ff.de iudi.& no.in c.1.&.2. de mutuis petitio.tamē incōtinēti post litē cōtestatā fieri poterit. Bal.in c.cū veniss ent. col. pe.de iudi.sequitur Iaſ. q sex similia adducit in.l.edita.nu.13.& seq.C.de edē. De ripa.li. 1.respō.de leg.c.8. in causa.qa paria sunt aliquid fieri ante actū, vel incōtinēti post, etiā in his quæ de necessitate debent fieri ante actū.& hoc in protestatione probat Iaſ.in.l. nō solū.§.mortē.nu.13.col.4.ff. de noui operis nūcia.qa quæ incōtinēti fiūt,inesse vidētur.l.lecta.versic.dicebā.ff.si cer.pe. Imo illud videtur prius actū, quod incōtinēti sub

Insi tio si efi post ne f vac nen

Source : BIU Cujas

secutum est.c.officii. & ibi Bal.per illū text, de elect.sequitur Ias.in.l. si quis mihi bona. §.iussum.col.13.ff.de acquir.hæred.num.22. & seq.& statim post litem contestatā potest emēdatio libelli(licet ante debeat) fieri.d.l. edita. & ibi Alex. & alii.Oldra.consi.183 col. pen. Et si testis primo depositus,& incontinenti iurauit,valet depositio,licet ante debeat iurare. Ias.in l.admonendi,nu.227.& seq.in repet.ff.de iureiur.per glos. in.l. 2. C.de iureiur.propter calum.dand.& l.1.de operis liber.& l.iurisiurandi.de testi. vide Feli.in capit.qualiter,in. 1.col.16.versic.fallit.2.de accusa.& capit.exceptionem.col.8. de excep. ☞ Et quanuis in prima citatione actor debeat declarare, quos intendat conuenire ratione clausulæ quidam alii , tamen incontinenti post . hoc poterit. Do.& Perus.per illum text.in ca.2. vlti.nota.de rescript.in 6. ☜ Intelligerem verum esse,quando alius non supereſſet,alio qui in præiudicium illius qui insinuauit illo anno, non admittetur is qui post vacationē insinuauit.argu.l.2.§.si quis à principe. ff. ne quid in loco publi.cap.quanuis.de rescrip.in 6.Ita intelligi debet glo.in verbo inane.§. si autem illi.eod.tit. in prag.& opinio Aurioli in c.si clericus.in additio.ad Guillel.de mōte laud.de præb.in 6.vbi concludit insinuationē in præiudiciū alterius,qui iam insinuauit,ante beneficiū vacans fieri non posse.vide quæ dixi in tract.nomina.q.15.nu.33.vbi tenui beneficiū vacans tempore nominationū deberi nominatis quādo tēpore illis præstituto vacauerat.intelligendo tamē vt hic, quādo nullus alius supereſſet.& etiā in graduatis idē dicerē,vt gratificare collatorē illū non posset,etiam facta sic insinuatiōe per istum text.& supradicta extantibus aliis qui ante vacationem insinuarunt. ☞ Intellige valere collationem factam non qualificato, etiam si nominatus postea insinuaret, & peteret beneficium sibi conferri.per.§.teneantur,infra eod.quia non debet retractari,si superueniat ad casum, à quo incipere non poterat per regulam iuris,facit c.si tibi absenti.de præbend.in sexto. ☜ & sic hæc beneficia ecclesiastica præsumuntur, vacantia nisi collata.esse apparēt Bal. in.l. prima. ff.de rerum diuisio. refert Angel.in.§.nullius insti.illo titu. ☜

beneficij [c] de literis gradus seu [d] nomi

c ¶ De literis gradus.] Refertur ad plures graduatos , quod teneantur facere fidem de literis gradus,& sic singuli nō tenētur facere fidem de literis graduum,dum plures habent.quia hic tex.dicit de literis gradus.nā quādo plures habeo actiones, vnam possum eligere & proponere. l. quod in hæredem.§. eligere.ff.de tributio.actione.Bart.& alii in l.edita C.de edend.facit quod not. Inno.& Anto.in ca.1.de clericis peregri.vbi si quis fuerit ordinatus à persona prouida & honesta ad maiores ordines,non tenetur ostendere literas aliorum ordinum,quia persumitur quòd ille vir prouidus non ordinasset eum ad maiores ordines , nisi fuisset informatus de minoribus.Panormita.in capit.nisi.in.1. notab.de præb. Sic non est verisimile quòd tam.prouidæ vniuersitates Franciæ promouissent aliquem per saltum, cum eisdem prohibeatur,infra in.§.monemus. secus de vniuersitatibus Italiæ,quæ solēt sine gradu bac calaureatus promouere. dixi in tracta. nomi.q.14.nume. 46. & sic est hic vnus casus in quo requiritur scriptura. alios licet videre in capit.1.de cēsib.in 6.per Ioannem Monach.& postea per Ioan. And.ibidem. Idem in mandato apostolico dicitur in tit. seq. & ibi dixi in verbo literas.§.primo.

Literas ōnium graduū ā quis tenetur insinuare.

d ¶ Nominationis.] Vel nominationum, quia si plures quis habeat nominationes,tenetur plures exhibere. ☞ Nam licet hoc edictum singulariter scriptum sit , tamen si plures interuenerint , locum habere debere Pompo.scribit in.l.1.§.Item hoc edictum.ff. quod falso.tuto.aucto.gestum esse dicat.l.3.

Plures nominatiōe sdebēt ex heri.

Source : BIU Cujas

.§.negotia.& ibi addi. ff. de negoti. geſt. l.§. 1.de aſſigna. libert.cap.relatum.2. & ibi doct.dē teſta. Albert.Brunus in tract.de ſtatutis exclud.fœm.artic.12.q.13. ☜ Et hic accipitur indefinite quæ æquipollet vniuerſali. c.vt circa. de elect.& ibi glo.not in.l. ſi pluribus.ff. de lega.2. Et in vniuerſitatib9 quæ reguntur ſenatu pariſiaco, ſolent volenti cuipiam plures cōcedi nominationes, ſecus in vniuerſitatibus reſſortus. Tholoſani, quæ vix cōcedunt vltra vnā vni, inſtar mandatorū, que non ſolent concedi vltra vnum vm, ſaltem niſi in ſecundo ſiat mentio de primo.c.in noſtra.de reſcrip. & cum per ordinationes regias vel concordata non ſit prohibitum plures concedi nominationes vni, cenſetur eſſe permiſſum.argu,cap.nam concupiſcentiam de conſtit.Et quot nominationes poſſint vni dari: credere arbitrio vniuerſitatum relictum, vt tot dent quot videantur ſufficere, donec ad ſummam taxatam infra.eod.§.volumus ſit prouiſum nominatis.arg.l.1.ff.de eſtracto. nec debent vniuerſitates ſe reſtringere ad duas vel tres, quia poſtquā paterfami. eſt largus, diſpenſator non debet eſſe tenax.c.alligant.26.q.vlti. & beneficium principis latiſſime eſt interpretandum.l.beneficium.ff.de conſtit. princi.

Quo lno minatio nes cōce di poſsit.

e ¶ Et de præfato tempore ſtudii.] Non ſufficeret ergo exhibere literas gradus & nominationis, niſi literæ certificatoriæ temporis ſtudii exhiberentur, vt hic quia ad veritatem copulatiuæ requiritur vtrunq; eſſe verum.l.ſi hæredi plures.ff.de condi. inſti.c.2. & c.inter cæteras.de reſcrip.& tam nominatus q̄ graduatus ſimplex tenetur facere fidē etiā de literis temporis ſtudii, vt in.§.teneantur.j.eo.& cū hic dicat faciendā fidē temporis ſtudii, intellige totius: nec ſufficeret bac calaureo facere fidē de biennio, nec doctori de triēnio, ſed oportet q̄ faciat fidē totius temporis per hūc tex.& ſic prius debent ſtuduiſſe alioqui ſtudii literas non poſſent oſtēdere, vt hic dicitur. & ſupra in.§. præter dictum extitit, & opiniones conciliatæ.

☞ Nec obeſt alicui ſi priuſquam nominationes ſumeret, ſtuduerat per quiquenniū, & poſt nominationes impetrat, ſeu (vt dicunt) leuat literas tēporis ſtudii, quia hic tex, requirit tantum ſtudiū præceſſiſſe, ideo nominatus, qui ſtuduerat quinq; annos, ſi illo anno nō curat de literis temporis ſtudii, & anno ſequenti à ſcriba recipit, & inſinuat cū nominationibus, nō ſibi præiudicat, licet hoc anno receperit literas nominationum. & anno ſequenti literas temporis ſtudii. ☜

f ¶ Parentes.] id eſt publicas, quia quod eſt publicum, omnibus patet.§.conſequentis in ſti.de ſuſpect.tuto. vel apparētes. vt dico in tract.nomina.q.14.princi.in.q.penul. vel iūge ſupradictos intellectus, & meliorem, vt reor ſenſum elicies.

g ¶ Vniuerſitatis.] Famoſæ, vt ſupra dixi in .§.proximo, & regni, de quibus ſupra locutus fuit tex.quia hæc ſequentia declarantur ex præcedentibus.l. hæredes palam.§. ſed ſi notan.ff.de teſta.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff. de leg.1. dixi fuſius in tracta. nomina. q.10. & ſi in pluribus vniuerſitatibus ſtuduerit, de ſtudio facto in omnibus tenetur facere fidē vt hic patet dum dicit. vniuerſitatis in qua ſtuduerint. ergo in quacunque ſtuduerint, tenentur facere fidem, niſi tātum temporis ſtuduerit in vna vniuerſitate, quod ſufficeret ſine ſtudio alterius vniuerſitatis, quia.§. proximus requirit competens tempus. dixi in d. tract.nomina.q.14.nu.45.

h ¶ Manu ſcribæ.] Sufficit ergo ſignū vnius ſcribæ ſi ſint plures, vt tholoſæ.& ſi non fuerit niſi vnus, vt in Mōtepeſſulano, quē ſecretariū vniuerſitatis vocāt, & is fuerit impeditus, poteſt ſubſtitutus ab eo ſignare: alioqui

Subſtitus à ba v uerſi ſigna litera poteſ

Source : BIU Cujas

eo impedito nominatiões ceſſarẽt, quod nõ eſt dicendũ, vt plenè dico in tracta.nomi.in 10.q.principali, in.4.requiſitio: vbi licet plenius videre. Vniuerſitas tamẽ Pariſien.hoc non recepit, quia quælibet facultas concedit tã literas gradus quã temporis ſtudii manu bidelli facultatis ſignatas, & nõ ab vniuerſitatis ſcriba. & hæc forma fuit (vt dicunt) per ſenatum approbata, quia facultas eſt pars vniuerſitatis, ideo large & impropriè cenſentur ab vniuerſitate emanaſſe, cum quodlibet officium facultatis ab vniuerſitate recipiatur, & in toto pars continetur. l. cuius effectus. & ibi Decius. ff. de reg. iur. & reg. in to illo titu. in 6.

de leui præiudicio. nec. l. theſaurus. ff. ad exhiben. allegata per glo. prag. facit mentionẽ de fide, nec etiam alia iura per gloſ. allegata probant. ſed vide Feli. in rub. de probat. col. 3. Notandũ eſt quod quãdo in lege vel conſtitutione debet fieri plena fides, nõ defertur iuramẽtũ in ſupplemẽtũ probationis laſ. & alii in. l. admonẽdi. in repet. nu. 282. ff. de iurer. per glo. in ca. cupientes. §. quod ſi per viginti. in verbo fidem. de elect. in. 6. & quando plenaria fides adhibenda eſt alicui actui, contra illum non admittitur probatio in contrarium, per tex. ſingul. in cle. vna de probat. quam ſingul. dicit Barb. in conſi. 2. col. 3. in. 2. volu. & cõſil. 13. à Ioue. col. 9. in 3. volu. & in ca. præterea. col. 2. de off. deleg. & c. Raynutius col. 21. de teſt. 10. de Ana. conſil. 14. viſo puncto. col. 1. Non ſufficeret ergo facere fidem nominationum, vel gradus, ſeu temporis ſtudii, per exemplum, quia non faceret plenam fidem, vt hic requiritur, vel ſine ſigillo, vel ſcribæ ſubſcriptione, vt plene dico in. d. q. 10. tract. nomina. vbi fuſius videre licet. vt modum gloſæ non excedam.

ſigillo vniuerſitatis ſignatas [K] fidem facere teneantur,

§.[a] ¶ Cũ vero [b] probatio[c] nobilitatis

i ¶ Sigillo vniuerſitatis.] Non ergo ſufficeret ſigillo facultatis ſigillare. ſi tamẽ vtrũque apponeretur, vt apud Bituriges, non vitiarentur, quia ſuperflua non vitiant. l. teſtamentum. C. de teſta. vide quæ dixi in. d. q. 10. in 5. requiſito, vbi plenè de hoc ſigillo. de cõſuetudine tamen quælibet facultas ſuo ſigillo vtitur in literis gradus & tẽporis ſtudii apud Pariſios.

K ¶ Fidem.] Plenam, quia vbi fit mentio de fide, vt fiat fides, intelligitur in dubio de plena. cle. cõſtitutionem. §. inſuper. in verb. fides. de elect. quam notab. dicit Alex. conſil. 147. viſis dubitationibus. colum. prima in primo volum. & capit. 1. de regu. ſiue agatur de magno præiudicio, ſiue de modico, contra glo, pragma. ſanctio. in hoc verb. niſi lex aliud exprimeret c. ſtatutum. §. 1. de reſcrip. in 6. cap. nulli. in fi. de elect. eo. lib. cap. paſtoralis. de exceptio. quia propter paruum vel minus præiudicium non diſceditur à vera ſignificatione vocabuli. l. non aliter. ff. de leg. 3. & ſemiplena probatio non eſt probatio: & ſemiplena fides, non eſt fides. not. in. ca. vt circa. de elect. in 6. vbi ſemiplenè probãs non excuſatur ab expenſis, etiam ſi agatur

a ¶. §. Cum vero.] Non diuiditur, quia breuis eſt, & legitur vſq; ad §. teneantur.

b ¶ Probatio.] Quomodo probari debeat nobilitas. & teſtes debeant deponere ſuper ea, late tradidi in tract. nomina. q. 12. vbi licet cernere.

c ¶ Nobilitatis.] generis, vel mixtæ, vide licet generis & virtutis. ſed de nobilitate ſolius virtutis & ſapientiæ hic non intelligitur, de qua loquitur Salomon Sapien. 7. ca. Omnibus nobilibus nobilior eſt ſapientia. Bar. & alii in. l. 1. C. de dignitati. lib. 12. Pan. in c. venerabilis &. c. de multa. de præbe. Bonus de Curtili in tract. nobili. in. 2. parte. Et nobilitas oritur ex ſapiẽtia, virtute, dignitate, ex comitatu, vel baronia, ex militia, progenie, diuitiis, ex loco, & cõmuni opinione,

Vnde oriatur nobilitas.

Source : BIU Cujas

quæ prosequere, vt per Lucam in.l. mulieres.colum.1. & sequen.C.de digni.lib.12.tamen hic tex.intelligit de nobilitate generis super qua disputare, est de stercoris nobilitate contendere, prout dicit glo. in extrau. execrabilis.in.§.nos itaque.in verbo. ac generis de præbend.in extrauagan.communibus.Et dicit Policraticus lib.8.c.15.vt citat Lucas de Pēna in.l.militaribus. C.de Decurionib.lib.10. Claritas sanguinis elationem parit,potentiam affectat,conculcat inferiores,pares habere dedignatur, loquitur grandia,totus cū ex alto magnóque sanguine, tā quam fecerit ipse aliquid, propter quod nobilis esse debeat:sui immemor,eorum qui retro esse videntur obliuiscitur, & se in anteriora,sine cultuvirtutis,ridiculū Thrasonis imitatorem ostendit.hi à paribus abstinent in humiliores libidinose & crudeliter agūt, hominum non causarum toti sunt, vt apud quos gratia vim æqui habet,iudicia domi cō flant, in foro pronunciant,vt ait Liuius lib. 2.ab vrbe condita de Appio Claudio, & aliis.hi non morum probitate, sed armorum feritate vendicare sibi satagunt dignitates. Bernard.in epistola ad Innocentium papam & ex propriis culpis præmiorum retributiones expectant. ✣ vnde glo. in c.quoniam. 24.q.prima hos tradit versus, Nobilitas fastum,fastus litem,parit,arma,Lis odium,capiunt hæc ira mortis iter. ✣

Nobilitas genetis quid, sit.

¶Habent tamē hi nobiles multa priuilegia ante alios. Primum vides hic in abbreuiatione temporis, rationem tradidi in tracta. nomina.quæst.12.

Priuilegia nobilū

¶Secundo sunt immunes à collectis(quas tallias vulgus appellat).l.3.§.1 ff.de munerib. & honorib.l.non tantū.§. 1.ff. de excusa.tutor.vide Guid.papæ in quæst.Delph.q.384. sed quid in nobilibus.&c.

¶Tertio in beneficiis eisdem defertur.cap non satis.86.distinct.c.de multa.& c.venerabilis.de præbend.vt facile cum eisdem dispensari possit. Vide Felinū.in ca.cum adeo. col.4.versi.nobilitas.de rescrip.

¶Quarto in dispositione instrumentorum, quæ apud nobilem fieri debet.l. fin.ff.de fide instrumen. l.procurator. & ibi notant Docto.C.dē edendo. & in.l.1.de condit.in publi.horreis.lib.10.& l. si coartalis. in fine de coartalib.lib.12.&in authē.de defenso.ciui. §.interim.& §. audiēt.& ibi Angel.colla.3.

¶Quinto in electionibus si suffragia siue vo ces sint pares,præferuntur voces nobilium. arg.l.maiorem.ibi, qui dignitate. ff.de pact. l.3.&.l.ob carnē.de testib.Barto.in.l.1. col. 5.versi.vnde in dubio.C.de dignita.lib.12.facit quod not. Archi.in cap. hoc autem.in fi. 30.distin.

¶Item arma deferre possunt.§.si quis rusticus.de pace tenendā. & eius violato. Lucas de Penna in. l.vna col.pen. vt armorū vsus inscio principe sit interdict.lib. 11. vide triginta quinq; priuilegia quæ tradit Lucas in d.l.mulieres,& quinquaginta sex. Bonus de Curtili.in tract.nobili.in.5.parte per totum vbi fusius videre licet. Et puto hoc priuilegium competere nobilibus, siue patres vixerint nobiliter, siue non, cū tex.hoc non exprimat, & quia hoc priuilegiū datur nedum ratione nobilitatis,sed etiā ratione studii & gradus, licet regulariter nobilibus nobiliter viuentibus dentur alia priuilegia Ioan.Masu.in rub.de talliis.§.illi qui. vbi dicit eos viuere nobiliter qui abstinent ab his quæ populares facere consueuerunt,& cum hoc se quuntur arma, & exercent ea que spectant ad statum nobilium. ☞ Vnde Aegyptii, Græci, Scythæ, Persæ, & Lydi omnes, qui artificio incumberēt, pro ignobilibus habebant.qui vero militiæ,generosos.teste Alexan.lib.5.genialium.cap.18. ☜ Quod est notandum ad clericos clericaliter viuentes, quando dicantur viuere clericaliter, quod est quando exercent ea quæ concernunt clericos & non laicos.alia de nobilibus licet vidēre in dict.trac.nobili. Boni de Curti.& in tract.Ioan.Raynaudi. Alibi declaro de no-

Hoc uileg cōpe nobi licet rētes vixe nobi

Qu quis tur v re no cer v cleric terr

Source : BIU Cujas

bilitate & eius gradibus. Nã habet gradus, sicut imperium: videlicet quædam est maxima, maior, magna: parua, minor, minima: licet zazius in. l. quod nerua. dicat maius & minus nihil differre, saltem specie. cui respõ. in repetitione super il la. l. Et intellige hic de nobilibus legitime natis, non de bastardis, qui de iure non sunt nobiles. l. vna. C. de mulieri. quæ seruis propriis se iunxerunt. ☞ ca. si gens Anglorum. 56. distin. Petrus de Vbald. in tracta. de succeſſ. ab inteſta. col. 107. verſi. reuertendo ad propoſitum. ☜ Et ſtatutum ciuitatis præferens filios nobilium filiis ignobilium, intelligendum eſt de legitimis, cum illegitimi in defectum tantum admittantur. l. generaliter §. ſpurios. ff. de decurio. Hoc expreſſe tradit Domi. in c. ſtatutum. in fi. princ. de hæret. in 6. & ſic non cõprehenduntur in regula cancellariæ præferẽte nobiles ignobilibus, quia intelligitur de nobilibus legitime natis, teſte Benedict. in repet. c. Raynutius. in princ. nu. 32. de teſta. vbi plene tractat de iſtis, ibi vide. ☞ Imo nullus illegitimus in literis apoſtolicis dicitur nobilis: ſed ſic ſolet ſcribi. tibi, qui, vt aſſeris, defectũ nataliũ pateris, ex nobili coniugato & moniali, &c. prouincial. fol. 62. verſi. nullus. ☜ ✣ Dicerẽ tamen his priuilegiis vti poſſe filium natum ex legitimo matrimonio, licet naſcatur ex baſtardo & muliere nobilibus: tum quia eſt legitimus tum quod conſuetudo Franciæ facit baſtardum natum ex nobilibus nobilem Guido. pape in deciſi. delfina. q. 580. an baſtardus. nec refragatur quod filius legitime natus ex baſtardo nõ poteſt dici nobilis quia ex infecta radice naſcitur. l. fi. C. de natura. liber. ſic cõſuluit Pet. Anch. conſi. 389. viſis diligenter. col. 1. quia hoc eſt verum de iure ſed cũ conſuetudo faciat baſtardũ nobilem vt dixi, natus ex illo dicitur vere nobilis & ſic nomi-

llegi. is no ũ nõ reuia tẽp⁹ ii.

fieri debeat [d] ad effectũ, vt nobiles gaudere poſſint [e] beneficio minoris temporis ſtudij. tunc nobilitas ipſa per

nationibus gaudebit poſt triennium ſiue mater ſiue pater fuerit illegitimus etiã ſi vterq; per prædicta. ✣

d ¶ Ad effectum.] Et ſic probatio nobilitatis debet fieri per quatuor teſtes quo ad gradus & nominationes per hunc text. quo ad alia debet fieri ſecundum ius cõmune: de quo per Bar. in. l. 1. C. de dignita. lib. 12. ✣ Tamẽ ſufficit quod duo teſtes ex his deponant de nobilitate patris & alii duo de nobilitate matris & ſic nobilitas ipſa requirit quatuor teſtes: non vero intelligendum eſt quod quatuor debeant deponere de nobilitate patris & totidem de nobilitate matris, quia in ore duorum. &c. l. vbi. ff. de teſti. & ob id ſtatutum fuit vt quatuor deponerẽt vt duo de nobilitate vnius deponãt & alii duo de alterius nobilitate vt minus derogetur iuri communi. c. cum expediat de electio. in 6. & ſic quatuor teſtes deponũt de nobilitate graduati. vt hic tex. requirit & nõ dicit quod quatuor teſtes deponant, de nobilitate patris aut matris graduati, ſed quod nobilitas graduati probari poſſit per quatuor teſtes quod eſt notandum ✣ hoc ſuadetur etiam in verbo tunc nobilitas. &c. nam licet ſubſtitutio facta in vno caſu, porrigatur ad alium. l. cum proponas. C. de hæred. inſti. Tamen hoc non procedit quando in caſu expreſſo apponeretur dictio tunc. Ancha. conſil. 357. ex ſerie. Dec. conſi. 314. pro reſolutione per tex. in. l. in inſtitutione. ff. de vulg. facit. l. 4. §. fin. de conditio. & demonſtra. l. huiuſmodi. de verb. obliga. & hic apponitur dictio, tunc ergo &c.

e ¶ Beneficio.] Eo verbo vtitur text. in ca. diſpendia. §. fi. de reſcrip. in 6. l. 4. in prin. ibi, amici beneficio. ff. de manumiſſio. ca. inter alia. de ſententia. excommunicatio. text. in. l. vxorem. ff. de lega. 3. cap. Raynaldus. in fin. de teſta. ☜

Quatuor teſtes ad probãdã fidem re quiritur

Source : BIU Cujas

Teſtes iurare tenẽtur.

f ¶ Deponentes in iudicio.] Iurare tamen (etſi tex. non dicit) tenẽtur. l. 3. §. idem diuus Adrianus. & ibi glo. ff. de teſti. & in iudicio, ac die non feriato recipi debẽt. nam bonum eſt argumẽtum de loco ad tempus. l. vinũ. ff. ſi cert. peta. & ſicut nõ valet iudicium die feriata. cap. 1. de feriis. l. omnes. C. illo titu. ita non poterunt eo tempore teſtes pro nobilitate iurare, cum iudiciũ id temporis exerceri prohibeatur. l. fi. C. de feriis. Et ſi reciperẽtur, non valeret dictum illorum Lanfrancus in repet. c. quoniam cõtra. in verb. teſtiũ depoſitiones. q. 10. de proba. & q̃uis notarius in aliis cauſis iuramentũ teſtis non recipiat, ne tamẽ examinationẽ teſtium, etiam domi. glo. ſing. in. l. hac conſultiſſima. §. fi. C. de teſta. quæ depoſitiones ex duabus conſtant, ex iuramento & dicto teſtis. & vnum ſine altero non valet. c. fraternitatis. & c. tuæ. de teſtib. l. vt iuriſiurandi. C. illo tit. in nobilitate tamen probanda neceſſe eſt & teſtes iurare in iudicio, & deponere etiam palam poterũt in hoc caſu, cũ ſit modici præiudicii, & quia rubore confuſi non audebunt in conſpectu populi aſſerere nobilem, qui non ſit, & quia in cauſis ſummariis, quæ ſunt modici præiudicii, poſſunt teſtes publice examinari, etiam partibus præſentibus. Bal. in. l. prolatam. C. de ſententiis & interlo. omnium iudicum. licet regulariter teſtes ſecreto debeant examinari, ſigillatim & deponere. l. nullum. C. de teſti. Paul. in. l. minime. ff. de legi. poſt gloſ. in ca. 2. de teſt. Imo ſi iudex teſtes palam examinaret, nõ valerent teſtiũ dicta. glo. ſing. in c. quia propter. in verbo ſecrete. de elect. Lanfrancus vbi ſupra. q. 11. & hic vult quod in iudicio recipiantur teſtes. Et hoc debet atteſtari in inſtrumento eſſe actum in iudicio, vt conſtet de iſta qualitate, quia quando lex requirit actum cum qualitate: nõ ſufficit illum actum probare ſine qualitate. tex. in. l. 1. §. ait prætor. & ibi Bar. ff. ne quid in loco publi. l. fi. §. in eũ. & ib Paul. & Iaſ. ne quis eum qui in ius voca. eſt, vi eximat. l. Fulcinius. §. cum hoc. vbi glo. & Bart. ff. ex quibus cauſis in poſſ. eat. cap. licet cauſam. & ibi Panor. 12. notab. de probat. quia factum qualificatũ cenſetur vnum & idem, & ſermo qualificatus cenſetur eſſe quoddam indiuiduũ. Bar. in. l. Aurelius. §. idẽ quæſiit. ff. de libera lega. & ſi quis dicatur contraxiſſe in tali loco, in primis de illius loci qualitate conſtare debet. ca. cæterum. de iud. & ibi not. arg. illius tex. & Barb. conſi. 50. col. 2. in 1. vol. & conſi. 17. col. 4. in 2. volu. ſic in primis debet hic cõſtare teſtes depoſuiſſe in iudicio, alioqui quo ad nominationes & gradus nõ valebit, nec quo ad illorum effectũ, vt hic, poſſet tamẽ nobilis probare per teſtes atteſtationes nobilitatis in iudicio factas, quia nõ prohibetur, & parẽ vim habent probationes inſtrumentorum, & teſtium. l. in exercendis. C. de fide inſtru.

Palã teſtes an deponere poſſit.

In ſtrumẽtũ nobilitatis quale eſſe debeat

f quatuor teſtes deponentes in iudicio coram iudice g ordinario loci

g ¶ Ordinario loci.] Quia probatio melius & congruẽtius poteſt fieri per eos de regione, quam per alios. §. ſi tres. & ibi Aluaro. & Card. de pace tenend. & eius viola. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fund. inſtru. l. 1. §. 1. de flumi. nam vicini præſumuntur melius ſcire, q̃ remoti. l. fi vicinis. C. de nupti. & c. per tuas. de probat. ca. quoſdam. de præſumptio. ideo nobilitas iſtius melius probabitur per teſtes loci, vnde traxit originem nobilis, & coram iudice illius loci, q̃ per alios. Et dico non vitiari literas nobilitatis, etiam ſi vna mulier depoſuerit de ea, quia illius vel duarũ dictum ſuppletur per alios duos teſtes maſculos, præcipue propter auctoritatem iudicii. l. ſi pacto. & ibi Iaſ. C. de pact. glo. in. l. 3. §. eiuſdem. in verbo numerus. ff. de teſtib. Et etiam quia mulier poteſt eſſe teſtis extra teſtamentum, & caſus à iure exceptos. & hic non eſt vnus ex illis: ergo & c. l. qui teſtamentum. §.

Mul an p depo re de bilita

Source : BIU Cujas

mulier.ff.de teſta.l.ex eo.de teſti.vbi limitat Iacobi.quando eſſet meretrix,vel vilis conditionis.not.in c.forus.de verborum ſignifica.& etiã quia non prohibetur hic,quin mulieres poſſint teſtificari. ☞ Imo textus vtitur verbo communi, videlicet teſtes, quod eſt communis generis, cõprehendens tam virum quàm mulierem. probatur in rubr. de teſti.ff. iuncta.l. ex eo.ibidem. ☜ Et ego deficientibus maſculis eas admitterem, quia eo caſu etiam inhabiles admittuntur.ca.3.de teſti.& ibi not.quis dicatur ordinarius loci hic. & coram quo iudice debeant teſtes deponere,dico in tract.nomina.quæſtio.12.non repeto.

fieri
eat ꝑ
o no
atis.

☞ h ¶ In quo.] Scilicet loco,& ſic requiritur quod probatio nobilitatis fiat coram ordinario loci,& in illo loco vbi ſolitus eſt reddere ius, vt hic probatur per hæc verba loci, in quo eſt natus &c. aliàs fieri poſſet fraus in alio loco, vt ſi quis in Hiſpania, vel in alio loco incognito coram ſuo ordinario, ibidẽ caſu inuento quatuor teſtes produceret, qui ſic deponerẽt de nobilitate,nec timerent de ea etiam falſo, cũ ibidem non cognoſcãtur, deponere, ſed in loco in quo eſt natus graduatus,aut nominatus, teſtes non audebunt deponere aliquem eſſe nobilem, qui non ſit, cum omnes cognoſcant illum qualificatum, & ideo ſtatuitur vt coram ordinario loci, & in illo loco,in quo eſt natus, ſi ibidẽ ius reddatur.ita fuit deciſum per ſenatum pro magiſtro Franciſco de Caluimont,contra Hugonem de Mauriac.hoc anno.1536.in menſe Martio ante paſcha. Fallit quando in illo loco non redderetur ius, vt ſi aliquis ſit natus in municipio,vbi non redditur ius, tunc opus eſt,vt nobilitatis probatio fiat in loco, in quo ius ſolet reddi,ſicut quando quis citatur coram iudice Pariſien.intelligitur,vt cognoſcat Pariſiis, & quando cauſa delegatur abbati S.Dioniſii pariſiis cõmoranti,intelligetur vt Pariſiis debeat cognoſcere. Feli. in c.nõnulli.in prin.de reſcrip.Panor. & Barb. per illum tex.in c.fi.de rerum permuta.

¶ Secundo fallit quando in illo loco nõ poſſet fieri per iuſtum metum. Roma.per ſeptẽ ſimilia hoc probat in cõſilio.433. quo ad primum. Iaſ.in.l.teſtamenta.col.1.C. de teſta. allegat text.in.§. & hoc peruenit.in au then.vt nulli iudicum.colla.9.facit ca. ſtatutum.§.cum vero.de reſcrip.in 6.

h in quo

¶ Idem ſi peſtis impediret ne in illo loco fieret. quod ſic probatur, electio prælati in eccleſia fieri debet, ſiue in capitulo eccleſiæ.c. quod ſicut.de electio.ca.cũ terra.vbi Panor. & c.cum nobis illo tit.Si tamẽ peſtis vigeat in illo loco, poterunt canonici in alio loco, in quo tempore peſtis degunt, eligere. ca.in nomine.23.diſt.in.& hoc etiam declaratur in rub.de auctoritate genera.concilii.in primo decreto.in pragma. Innocen.in cap. cum ex iniuncto. de noui operis nuncia. Bertach,in tract.de epiſcopo. in ſecunda parte primi libri. Refert de Ripa in tract.de peſte in prima parte ſecundæ partis.8.priuilegio.& pet. Gerard.ſing.vlt.

¶ Et ſi publicatio reſignationis, quæ per regulam cancella.34. debet fieri in loco beneficii, non fuerit facta ibidem, propter periculum peſtis, vel metum,aut aliud iuſtum impedimentum:ſed alibi, tamen non minus valebit, vt in propriis terminis tenet Maleret. in tracta.de elect.quæſtio.12.fol.80. per nota.per Roma.in.l.ſi vero.§.de viro.in 40.fal len.ff.ſolu.matri. Publicatio reſignationis vbi fieri debeat.

¶ Item hæc atteſtatio nobilitatis poterit fieri coram iudice ordinario loci,etiam ſi ordinarius eſſet pater, vel frater iſtius nobilis, quia iuriſdictionem voluntariam poteſt quis exercere etiã inter ſuos.l. ſi conſul.ff.de adoptio.cum.l. ſequent. vbi magiſtratus poteſt emancipare filium,& adoptare,ac manumittere.l.apud.ff.de manu.vindicta.

¶ Poteſt etiam ſacerdos abſoluere propriam concubinam, quandiu toleratur, melius tamen faciet,ſi alteri committat.ca. omnes.& ibi Archi.30.q.1.& ſic non habet locũ.l. qui

Source : BIU Cujas

iurisdictioni.ff.de iurisdict.omniũ iudi. quæ loquitur in iurisdictione contentiosa.las.ibi col.2. & quia istud est modici præiudicii, & quidam dicebãt hos iudices esse, quo ad hoc delegatos,& sic ius posse dicere suis,nomine tamen delegantis, vt not.in d.l.qui iurisdictioni. & etiam quia fit i iudicio hæc probatio.ideo propter iudicii calorem cessabit consanguineorum quo ad hoc affectio vt supra dictum extitit.

¶ Nec obest quòd dictio parentes vsque ad tritauum protendatur: proprie tamen in materia correctoria, vt hic,& exorbitanti, intelligitur pater & mater tantum, & secundum vulgarem modum loquendi.l. nam & si parentibus.ff. de officio. testamen.l.liberorum. ibi, parentes pios.de verborum significatio.& Cicero primo officio. Vnicuique nostrum sunt chari parentes, sunt chari liberi.& Cato,parentes ama, cognatos cole. Barba. in repetitio.l. cum acutissimi. col. 50. in fine. & sequent. C. de fideicommiss. vbi dicit proprie verificari in patre & matre,iuxta illud, Insita nostrorum cordi doctrina parentum.text.in §.primo,instit.per quas perso. nobis acquiri. vbi aliquando accipitur pro patre tantum, vt in.§. sequenti. ibidem. Item textus dicit ex vtroque parente, ergo non intelligit de aliis extra patrem & matrem,sed de duobus, quia dictio vterque verificatur in duobus.l. si ego. & l. quidam ff. si cert. peta. dixi in quarto notab. repet.l. vnicæ.C.de senten. quæ pro eo quod interest. & sic tantum intellexit hic de patre & matre. & vbi conueniunt verba, & dispositio.l.4.§. & toties. ff. de damno infecto. sed hic textus conuenit nobilibus natis ex patre & matre,ergo &c.

¶ Nec refragatur quòd lex sequens recipit restrictionem ex lege præcedente.l. sed & posteriores.ff. de legi. hoc verum esse reor, quando præcedens lex staret. sed ex lege correcta non debemus aliqua repetere, nec eam allegare sub pœna falsi.l. fina.ff. de fal.&.§. hunc igitur. de Iustinia.codice confirman. quanuis contrarium teneat D. Probus in additio. ad Ioannem Monachum, in capit. cum nullus.de tempo ordinã.in sexto, per rationes quibus supra respondi. Et sic non probatur hic nobilitas per famam, vt dicit Bald. posse fieri in. l. prouidendum. C. de postuland. affixi conclusionem, videlicet

i ¶ Ex vtroque parente.] Parẽtes vsque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur.l. iurisconsultus.§. parentes. ff. de gradi. affinit. &.l. quique §. prætor. de in ius vocan.l.appellatione. de verborum significa. Nec requiritur nobilitas nunc ex antiqua progenie,tum quia non repetitur hic,tũ etiam quia in dubio ex repetitione tacita & suppletione non debemus corrigere ius.glo. in capitu.cupientes.§.quòd si per viginti, de elect.in sexto: sed si repeteremus ex antiquo genere, corrigeretur ius quod non requirit antiquam nobilitatem.l.prima.C. de digni. libr.12. licet laudabilior de iure sit antiquior nobilitas.Bonus de Curtili in tracta.nobilita.in tertia parte,nume.129.& sequent.l.tam dementis.C.de episcop.audien. tamen nobilis filius nunc factus habet priuilegia nobilitatis antiquæ hic posita.

Nobilitas ex antiqua progenie an esse debeat.

¶ Nec obstat quòd dispositio augmentatiua constitutionis præcedentis cõtinet in se tacite omnes qualitates & limitationes quæ continentur in dispositione augmentata.l. inter.§.cum inter.ff. de pact.dota.l. si conuenerit.§.si nuda.ff. de pigno.actio. quia respõ. concordatum non venire ad augmentum pragma.sed ad destructionem. Ideo non sumus in illis terminis. nam renunciatum fuit pragma. sanctio. vt continetur in literis secundis pontificis Leo &c.circa finem.Patet ergo quòd concordata non veniunt ad augmentum pragma.iam destructæ.

est natus ille de cuius nobilitate ex vtroque parente cõstare debet.

Source : BIU Cujas

nobilibus ante quinquennium nominationes frustra conceduntur, intellige quando non est nobilis ex vtroq; parente, vt supra dixi. Probatur in cap. venerabilis. ibi, ab vtroque parente illustrem de præbend. & si nobilitas non causetur ex parte matris, scilicet [k] in partis absentia probari possit. solius. l. nullus. 2. C. de decur. tamē quādo vterq; est nobilis talis filiusortus ex illis dicitur nobilis ex vtroque parente, etiam proprie, vt d. c. venerabilis. & Osex. 9. Gloria eorum à partu, ab vtero, & à conceptu. vnde dicit Bal. in. l. fin. C. de seruis fugit. quòd loquēdo simpliciter & præcise. non dicitur quis nobilis respectu matris, sed bene secundum quid: quia omne cōpositum participat de forma & materia. Bonus de Curtil. in tracta. nobilita. in quarta parte, numero. 29. Alioqui paris conditionis esset qui nasceretur ex patre nobili & matre ignobili, & qui nasceretur ex patre & matre nobilibus, quod non potest sustineri, cum duo vincula sint vno fortiora. cap. 1. de treug. & mater nupta viro nobili genere, nobilitatē retinet. l. 1. C. de dign. lib. 12. Nec refragatur si dicatur nullum dici nobilem ex parte matris, quia verum est ex sola matre. nam si sit nupta plebeio, perdit nobilitatem l. fœminæ. ff. de sena. quā non potest dare, cum non habeat. l. traditio. ff. de acqui. rerum domi. & priuatio præsupponit habitum. l. decē. ff. de verbo. oblig. §. seruus. inst. itu. de ca. di. Sic loquitur text. in. l. nullus. 2. C. de decurio. lib. 10. sed quando nupsit nobili, nō perdit. d. l. 1. C. de dignita. lib. 12. ergo natus ex illis dicetur nobilis ex vtroque parente, Et sic non valere consuetudinem, vt quis sit nobilis ex parte matris, asserit Bar. in. l. exēplo. C. de decu. quod ego itelligo, quādo statutū vel cōsuetudo disponeret quod quis esset nobilis ex matre, quia ex non ente fieret, ideo non valeret sed bene potest consuetudo facere aliquem nobilem, etiam si pater non sit nobilis, dum tamen mater sit nobilis; & etiamsi non esset nobilis, non tamen ille filius est nobilis, ex matre sed cōsuetudo facit eum nobilē, quod potest facere & ita tenuit Feli. in capit. super eo. col. 2. de testi, & in cap. nouit. & ibi Decius de iud. l. fœminæ. ff. de reg. iur. Benedic. in c. Raynutius. i prin de testa. Et sic videshas opiniones contrarias posse conciliari, ne contrarietas oriatur videlicet quòd ex ignobili nobilis nascatur quòd non pōt esse ex genere, sicut nec ex seruo liber. quod fallit in casibus traditis p Iaf. in. l. naturalis. in prin. ff. de præscrip. verb. & ibi dixi. quod est valde notādum, quia adhuc non ita conciliatum vidi, nec tactū, laus deo & virgini Mariæ, ac beatæ Genouefæ, præcibus cuius serenitas temporis nobis illuxit hoc mense Iulio anno. 1535. ✣ Adde quod quanuis glo. & doct. passim dixerint vxores nobilitari per suos maritos, tamen ego contrarium teneo, alioqui omnis natus ex nobili esset nobilis ex vtroq; parente, siue mulier esset genere nobilis, siue non, quod non est dicēdum. ideo tex. in. l. fi. C. de incol. lib. 10. dicit mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, ergo per maritum, non nobilitantur, bene erigūtur, & honore, ac dignitate augentur. c. super eo. 2. de testi. ob id in d. l. fina. mortuo primo viro, si nubant viris inferioris ordinis, priuatæ sunt dignitate prioris viri, non dicit nobilitate vnde tex. in l. fœminæ. ff. de senato, dicit in hæc verba, fœminis enim dignitatē clarissimam mariti tribuunt, nō dicit nobilitatē, nec tex. in. §. hæc itaq; in auten. de consulib. colla. 4. sed vxores corruscare radiis maritorū non erubescit dicere, quare cum nulla sit constitutio tale quid dicens. §. finautem. in auten. de nō eligen. secundo nuben. colla. 2. ego non hæc proferam, etiā quia non inueni oriri nobilitatem per contractum matrimonii inter virum & vxorem, ✣

k ¶ Etiam in partis absentia.] Et sic potest probari nobilitas præsente parte quam læde

Source : BIU Cujas

re potest, & absente: quia dictio etiã, est implicatiua, & includit diuersam speciem ab expressis. capit. tanta de simo. & cle. grauis. de sententia excommu. Domi. consil. 65. in nomine &c. discutiã. col. 3. vbi etiam tenet implicare maiora expressis. vide tex. in. l. 2. & ibi docto. C. de testib. & Bal. consi. 209. illa verba. in. 3. vol. notamẽ tenetur pars vocare partem. imo si episcopus esset vel alius collator præsens, non posset se iure opponere & si de facto se opponeret vel appellaret, vt non fieret hæc attestatio nobilitatis, iudex non obstante exceptione vel appellatione posset procedere, cũ hic eidẽ permittatur, vt etiã in absentia fieri possit, multo melius in præsentia, etiã si opponatur. l. qui potest inuitis. ff. de reg. iur. & ibi Decius. reliqua vide in tract. noĩatio. q. 12

a ¶ .§. Teneantur.] Tres habet partes, prima præcipit graduatis ac nominatis literas gradus, temporis studii, nominationũ, & attestationis nobilitatis tempore quadragesimæ insinuare, & duplicatas dare. Secunda ponit pœnam non facientibus hic requisita. Tertta tradit limitationem, quando nõ insinuauit nomẽ & cognomen. secũda ibi, & eo anno. tertia ibi, si tamen graduatus &c.

Graduatus cuiuslibet facultatis insinnet.

b ¶ Graduati.] quilibet, siue sit doctor, licentiatus, seu baccalaureus, vel artiũ magister. & etiam intellige cuiusuis facultatis sit, siue theologiæ, decretorum, siue legalis, medicinæ, vel artiũ: cum indefinita æquipolleat vniuersali. c. vt circa. de elec. in 6. & idẽ dic in nominatis, vt infra patet.

c ¶ Aut collatoribus.] Cauillantur quidã hunc tex. dicentẽ nominatũ non teneri insinuare nisi patrono soli aut ordinario soli, ꝙ est verum quando suas nominationes tantũ direxisset patrono, si vero directæ sint nominationes patrono & ordinario, tunc vtriq; est facienda insinuatio reddendo singula singulis, etiã vtriq; dãdæ sunt litere duplicate, sed quãdo nominatiões soli patrono dirigũtur, nõ sunt insinuãde ordinario collatori licet institutio ad eũ ꝑtineat ideo tex. hic dicit patronis aut collatoribus dixi in tracta. nomi. q. 14. nu. 58. & seq. Itẽ debet intelligi hic text. in versi. quibus gradus aut nominatiois literas &c. vt graduati literas gradus insinuare debeãt, nominati literas nominationũ cũ literis gradus vt fuit dictum in .§. præfatiq; graduati supra eodem.

d ¶ Literas.] Totas & integras, & sic cũ die & consule, vt collator antiquiori conferre possit, vt. ĩ. dicetur in. §. seq. nã edere nõ videtur, qui totũ nõ edidit. l. 1. §. fi. ff. de edẽ. nec refragatur tex. in. §. editiones. ibid. qa in instrumentis loquitur: nã eæ noĩationes nil operãtur, nisi integere ꝓducãtur. Bal. & Barb. in rub. de rescript. arg. l. inciuile. ff. de legib. quod facit ad intellectũ ordin. regiæ. in rub. des letres de Cãcel. vbi nullus debet admitti ad allegãdas literas cancellariæ, nisi promptã fecerit fidẽ. & hãc fidẽ integrã literarũ esse oportet, aliàs non sufficeret, vt ibi dixi. scriba vero non põt cogi per noĩatũ, vt ostẽdat prothocollũ, nisi ad præceptum iudicis. Paul. in. 1. C. quẽadm. testa. aperiãt. sequitur Ias. in. l. fi. C. de ꝑcib. imperato. offerẽd. vbi dicit de notario q põt dare exemplũ, si merces ei soluatur. si vero pars velit videre prothocollũ, vt videat an aliqd pro se cõtineat necne, nõ coget notariũ, nisi per iudicem, & ita obseruat consuetudo secundum eum.

e ¶ Insinuare debẽt.] Per. §. præfati. 2. supra eo. & tenẽtur insinuare tempore quadragesimæ tã literas, q̃ nomina, & sic per ordinatio

Scri[...] nõ c[...] tur [...] mina[...] ad o[...] dũ [...] colli[...] a iud[...]

Source : BIU Cujas

nes regias est in electione noiati & gaduati vel tẽpore quadragesimæ insinuare, vel extra, vt pt3 arti. 9. rubr. des graduez simples. Tamẽ cõsuetudo habet, vt tpe quadragesimæ insinuatio fiat, quæ est optima legũ interpres. l. si de interpretatiõe. ff. de legi. Ideo interpretatur hic §. ex consuetudine, & sic minime mutandum est quod semper habuit certam interpretationẽ. l. minime. ff. de leg. & text. hic etiam videtur velle per dictionem ac, copulatiuam. per. l. nullus. C. de sum. trini. Si velis videre multa de insinuationibus noiationum, primo qd sit insinuatio. 2. cur sit inuẽta, 3. quo tempore fiat. 4. intra quod tẽpus. 5. quo in loco. 6. quæ debẽt insinuari. 7. qũo sit insinuatio facieda. 8. quibus præsentibus. 9. qbus fiat insinuatio. 10. à quibus sit faciẽda. 11. quoties. 12. an collatorib9 sciẽtibus. 13. an insinuãs debeat literas quas insinuat, aperire. vltimo, qua pœna afficiãtur non insinuantes, & alia multa cum vtilia, tũ quotidiana, recurras ad tracta. meum de nominationibus. q. 14. principali per totũ, vbi de insinuationibus plena manu scribo.

f ¶ Attestationis nobilitatis.] Quãdo est nobilis. alioqui sufficit literas gradus, & alias extra literas attestationis nobilitatis insinuare, & duplicatas dare, nec posset duplicatas dare, qui nõ haberet. arg. §. seruus. insti. de capit. dimin. & iste tex. refertur ad nobiles. ✣ & si binas literas attestationis nobilitatis habeat ãbas ĩsinuare & illis se iuuare poterit, sicut pluribus titulis. c. post electionẽ de concessio. præben. & superflua nõ vitiant. l. testamentum. C. de testa. sufficeret tamẽ alteras insinuare cũ tex. hic non adstringat nos ad superflua. ✣

g ¶ Duplicatas.] De hoc verbo est text. in c. vno ibi, induciæ duplicantur, de plus petitio. cui consonat text. §. hodie. institutio. de except. glos. in. l. iustas. C. de iure fisci. libr. 10. vbi quando quis plus petit, contra eum duplicantur induciæ tempori s restãtis. vide text. in. l. aut damnum. §. quisquis. ff. de pœnis & l si sic. quemadmo. seruit. amittam. ☞ l. fidei commissa. §. si quis decẽ. ibi duplicata ei legata videantur. de lega. 3. & l. 1. §. si cui. ibi duplicata legata. vt lega. seu fidei comi. nomina. cauet. ☜ Item primogenitus debet habere escas duplicatas. glo. in. c. q̃ periculo sum. 7. q. 1. Sic & noiatus & graduatus primo dat literas originales videndas collatoribus, & postea illarũ duplũ siue exemplum, & sic literas dnplicatas dat: sed collator literas originales non retinet, sed exemplũ, sic vt videat quis sit antiquior, & melius qualificatus vt postea illi prouideat, sicut tenetur.

& attestatiõis nobilitatis g duplicatas

☞ Quæro an hoc exemplũ debeat esse manu notarii subsignatum? quod uidetur, vt in. l. in frandem. §. quotiens. ibi manu commentarien sis anno tanda. ff. de iure fisci. sed text. in alio casu loquitur: ideo dicerem, quòd si episcopus vel alius collator hoc peteret, tũc nominatus & graduatus teneretur, quia interest collatoris scire tenorem nominatiõum, & annum, & diem, quos nominatus posset falso inscribere, & inficiari duplum literarum datũ per eum. alias insinuatio literarũ valebit, etiam si exemplar non sit manu notarii signatum: cum hic non dicatur, sed tantum duplicatas sufficit dare, nisi petatur, vt dixi. in tract. nominatio. q. 14. nume. 86. sed hic multa addidi vltra ibidem dicta, & ideo non est superfluum quando aliquid additur. glos. in. l. qui Romæ §. callimachus. ff. de verbo. oblig. & ibi multa iura cumulaui. ☜ Quid si fuerit aliquis nominatus ante concordata, an teneatur dare literas duplicatas? potest decidi per notata in capitu. fina. per Felinum & alios de constitu. & per glos. in cle. vt ii qui. in verbo. in posterum. de æta. & quali. & in clem. 1. de testa. Corset. in verb. lex. in fing. Quid si per malitiã collator remoueret literas nominationũ, & alias à no-

Exẽplũ an debeat esse manu notarii subsiguatũ.

Source : BIU Cujas

minato an pœna falsi, vel alia puniri possit: & quid si eas frangeret. vide Guido. papæ in decisio. Delphi. q. 233. aliquis. & q. 579. con-
Cautela p nominatis. tingit. ☞ Bona igitur cautela erit, vt nominatus tres literas originales tã tẽporis studii q̃ aliarũ literarũ habeat: vnas poterit procuratori tradere ad insinuandũ, h dare ac[i] singu alteras in iudicio producere, dũ opus fuerit, aliàs penes se retinere. glos. in verbo. formari in cle. sæpe. de verbo. significa. saltẽ duas habeat. iuxta. l. vnam. ff. de testa. §. nihil. & ibi Bauer. institut. illo titu. alioqui si vnas tantum haberet, & eas perderet, non parvo negotio posset alias habere, & forte interim sententia pro aduersario ferretur. ☜

Nominatus ac graduat⁹ exepti propriis expensis tradit collatorib⁹. h ¶ Dare.] Importat trãslationẽ dominii. §. sic itaq; discretis. insti. de actio. & ibi Iason. l. quæ de legato. ff. de lega. 1. & sic nominatus & graduatus tenetur propriis expensis exemplum literarũ tradere collatoribus, per hoc verbum dare: ✣ & quia ista. insinuatio. fit ad cõmodũ nominati & graduati, ergo onus expensarũ subire debent regula secũdum natura. ff. de reg. iur. gl. & ibi Barba. in cle. cau sam de elect. tex. in. c. cum persone de priuileg. in 6. domi. & Peruf. in c. 2. de litis conte sta. eo. lib. ✣ nec posset postea collatorẽ pœnitere: sicut in contractu, do vt des: in quo si dedero, possum te postea compellere ad dãdum, vel ad interesse. l. naturalis. §. primo. ff. de præscrip. verb. nominatus & graduatus potest dicere collatori, do vobis exemplum literarum mearum, vt detis mihi beneficiũ vacans vel vacaturum, cum facultas se obtulerit in mensibus præstitutis nobis.

Insinuatio ã per testes p. bari possit. ¶ Quæro an hæc insinuatio possit probari per testes? videtur quòd non, quia hic dicit literas. Contrarium credo verius, quia tantum valet actus sine scriptura, quantum cũ scriptura. l. pactũ. quod bona fide. C. de pact. & parem uim habent testes, & instrumenta. l. in exercendis. C. de fide instru. & regulariter actus testibus & instrumẽtis vel testibus tantũ probari potest. l. contractus. & ibi not. C. de fide instrumen. & hic tantum vult literas fieri de gradu, nominatione, & tempore studii, ac de nobilitate: nil dicit de insinuatione: ergo poterit probari sicut de iure, alioqui fieret fraus, cui est obuiandum. ca. sedes. de rescript. nã vt vidi, nullus reperitur in quibusdã locis notarius, qui velit instrumẽtum insinuatiõis recipere, & nominatus sic perderet suas nominationes vel gradus, vel summis expensis oporteret ducere notarium ex aliis locis, in magnum præiudicium nominatorũ & malitiã episcoporum vel collatorum. ideo dicerem tam ratione vitandæ fraudis, malitiæ quam expensarum, insinuationem posse probari per testes, quod est notandum. & sic nominatus & graduatus debet esse cautus, vt semper deferat duplum siue exemplũ nominationum, vt in defectũ notarii illud possit collatori dare coram testibus, sicut de literis citatoriis tenet glos. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo per literas. quomodo in læsæ maiesta. crimi. proceda. quam sequitur Alexan. in. l. iuste. nume. 31. ff. de acquiren. possess. Iaso. in. l. iubere. nu. 7. de iurisd. omnium iudic. Hippo. in repe. l. de vno. nu. 196. de re iudicata. dixi in præfa ad pract. meam. ☞ An teneatur nominatus vel graduatus insinuare hoc instrumentum insinuationis, videtur quòd sic, per hoc verbum duplicatas. Contrarium est verum, quia hic exprimit literas gradus, temporis studii, & nobilitatis insinuandas. ergo aliæ literæ non, sed istarum duplũ dari debet. ☜

Cautela notabilis pro nominatis nõ iueni entibus notariũ.

i ¶ Singulis annis.] Annus capitur hic ab vna quadragesima in alterã. c. 1. de cõsecra. dist. in. 3. & capit. quadragesima de consecra. dist. 5. & sic non loquitur h c de anno vsuali seu de naturali, de quo per Lucam de penna in. l. 3. col. 2. C. de executo. & exacto. libr. 12. à quo habuit D. chassa in catolo. gloriæ mũdi, cõsideratione. 39. vlt. parte. & in consuetu. Burgund. in rub. des iustices. §. 8. glo. dedans lan. & glo. in cap. si propter. de rescrip.

Source : BIU Cujas

in 6. & ibi doct.

i ¶ Tempore quadragesimæ.] ☞ Sufficit si tempore quadragesimæ, siue coniunctim omnes literæ, siue separatim, insinuetur: & ideo si in prima hebdomada quadragesimæ insinuauerim literas tẽporis studii, & gradus, potero postea intra eã dem quadragesimam literas nominationũ insinuare, per hoc verbũ tempore, sicut papa potest dare duo mandata suo tẽpore, quia etiam separatim hoc poterit, vt dico tit. seq. in verbo tempore, quod est notandum: quia super hoc vidi dubitari de quodã, qui insinuauerat in principio quadragesimæ literas gradus & nominationum, cum literis temporis studii, & postea ostensa insinuatione fuit eidem dictum, vt insinuaret literas nobilitatis, quod fecit in fine quadragesimæ.

→ Idem putarem si insinuaret vno anno literas gradus, & altero literas temporis studii, alio nominationũ, vt nouissima demum insinuatioue omnes aliæ confirmentur arg. l. per fundũ. ff. deseruitu. rusti. prædio. & quia sufficit ante vacationem beneficii insinuare vt visum extitit in §. præfatiq; graduati, supra eod. ← & fie ☜ patet quo tempore insinuẽtur, & latius dico in tracta. nomina. q. 14. principa. q. 3.

k ¶ Per se aut per procuratorem.] Probatur in l. 1. ibi per se vel per procuratorem. C. de bonis maternis. & sic electio erit nominati an velit insinuare per se, vel per procuratorem, quia in alternatiuis electio est debitoris. l. 3. ff. de eo quod certo loco. l. plerunque de iure dotium. & dico in. 10. quæst. 14. quæstionis princip. tracta. nominatio. vbi dico an per substitutũ à procuratore vel per nuncium possit fieri insinuatio, & qualis debeat esse idem procurator.

l ¶ Aut eorum vicariis.] In absentia episcopi, vt patet in ordinario. regis, rub. des graduez simples. articulo. 9. & ibidem datur ordo in artic. 11. & dico in dict. quæst. 14. quæstio. 9. vbi etiam dicitur insinuationem fieri posse extra diocesim & intra: quia ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis etiã extra territorium exerceri possunt. l. 2. ff. de offi. pro consul. & sic est hic alternatiua ordinis, sicut iu §. statuimus. ī. eo. & ibi dixi. & in §. 1. supra eo. in verbo bac

i tẽpore quadragesimę per se, aut per procuratorem suũ collatoribus noiatoribus seu patronis ecclesiasticis, l aut eorũ vicariis eorũ noia & m cognomi

calaureo. ☞ Tutius est episcopo insinuare, quam vicario, & etiam quòd episcopus conferat: quia oportet probare mandatũ vicarii per. l. non ignorat. C. qui accusa. nõ possunt sic tenet Bertachi. in tract. de episcopo. in 7. parte. 4. libri. q. 8. vbi dicit non valeret gesta per vicariũ, nisi constet de eius mandato quod in episcopo non requiritur. l dẽ dico in legato, vt probari debeat sua potestas, quatenus in iure non inuenitur data, secus in potestate papæ, quæ est descripta in euangelio, quodcunq; ligaueris &c. & ca. proposuit de conces. præb. ☜

m ¶ Cognomina.] Cognomẽ dicitur quasi cognatiois cõmune nomen. glo. in §. si quis in nomine. insti. de lega. vt est *mihi* nomen Petrus, cognomen Rebuffus. & nemo est in præsentem diẽ qui nõ iuerit in hanc sententiam Iurisconsulti, rhetores, grãmatici, turmatímque id genus scriptores nõ vno in loco prodididerunt, teste Alciato in lib. 4. disputãct. c. 1. qui ab omniũ opinione verbis refragatur. ideo quæritur, quomodo hic accipiemus nomen & cognomen? Respondetur secundũ cõmunẽ opinionẽ, & nõ secũdũ sententiã Alciati. nã cõmunis opinio potest declarare vocabulum. l. Labeo. ff. de supell. lega. Alexander & alii in e. prima. de oper. noui nuncia. Feli. in proœm. Decretal. Nam verba legis, statuti, vel alterius dispositionis, licet sint apposita à viris peritis, tamẽ debẽt intelligi secundũ vulgarẽ & cõmunẽ vsum

Cognomẽ quid dicatur et quo modo hic accipiatur.

Source : BIU Cujas

loquendi, & secundum loci consuetudinem. glo. in c. cupiētes. §. 1. in verbo commode, de electio. in 6. & ibi Petrus Ancha. & Philippus Perus. glo. similis. in cap. nonnulli. de rescript. & in. l 2. in princip. ff. de origi. iur. Vide Bart. in. l. si quis filiabus. C. de testamē. tutel. text. in. l. donatio. de donat. ☞ Nec sufficeret exprimere æquipollēs nomini & cognomini, sed oportet nomen & cognomen exhibere, cū sint de forma. vt dixi in tracta. nomi. q. 14. nu. 34. Barb. in cap. Ioannes. per illum tex. col. 1. de testa. ☜

n insinuare. Et eo anno quo præfatā insinuationem facere o omiserint, beneficiū p in vim gradus aut nominationis huiusmodi q petere nō possint: & si collatoribus ordinarijs, aut patronis ecclesiasticis ī mēsibus deputatis graduatis simplicibus, aut graduatis nominatis non esset graduatus aut nominatus qui

n ¶ Insinuare.] De hoc verbo insinuare est textus. in. §. & hoc vero iubemus in authē. vt nulli iudicū. colla. 9. l. secūdum. C. de dona. & Antho. de Canaro edidit tracta. de insinuatione, respicientē insinuationē donationū, si quis indigeat ad eum recurrat. ☜

Quado quis dicatur omittere.

o ¶ Omiserint.] Id est non fecerint. tex. & ibi glo. in. l. de pupillo. §. si is cui. ff. de oper. noui nūcia. forte tacēdo per totam quadragesimam. l. vna. C. quādo nō petē. partes. Vel fecerint, sed nō rite, nec debite, vt in. §. præfati. 1. versi. Beneficia autē quæ in quarto &c. supra eod. & §. seq. ī. eod. quia quoties vitiose cautū est, pro non cauto habēdum est. l. quoties. ff. qui satisda. cogan. nulla differētia est, nō interueniat tutoris auctoritas, aut perperam adhibeatur. l. nulla. ff. de aucto. tuto. Paria sunt nō cōparere, vel minus legitime. ca. Nicolao. de appella. & ibi Bald. not. vide tex. in cap. si clericus. ibi, negligēter omittat. de præb. in 6. Et an delictū in omittendo sit leuius, q̄ in faciēdo, vel contrà, dixi plene in repet. l. diuus. circa finē. ff. de senatuscōsul. syllania. Idē si minus plene insinuauerit, vtpote aliquas literas omisit. text. singu. in. l. veluti. ibi, vel minus plene editū. ff. de edēd. secundū Bal. in marga. in verbo testis. vbi dicit, quòd si testes nō sint plene examinati, possunt iterum examinari, etiā si sint publicati. Sic insinuatio nō plene facta, habetur pro nō facta, & ideo iterū est facienda, per supradicta.

p ¶ In vim gradus.] Ergo in vim mādati, aut nouæ imperationis, vel si neutri, aut si nulli, seu alia ratione, posset: quia qui de vno negat, de alio cōcedit. l. cum prætor. ff. de iudi. c. nonne. de præsump. nec in vim pluriū graduum, nec plurium nominationū petere poterit beneficium vacās in mensibus præstitutis, nominatis graduatis postq̄ non insinuauit, quia totū negat: & licet tex. in vno loquatur, tamē habebit locum etiā in pluribus. argu. l. singularia. ff. si cert. pet. l. 3. §. 1. ff. de nego. gest. quia ratio naturalis potius attenditur, quàm pluralis locutio. Bald. in. l. 1. col. 2. C. de cōditio. inser. & stante statuto, si quis fecerit cōcordiam, soluat quinque: si plures fecerit, etiam tenetur. Albert. Brunus in tract. de statu. exclud. fœminas. artic. 12. quæst. 13. in fi. Feli. in cap. omnes leges. 1. distinct. ✠ & sic ex hoc tex. videtur quòd nominatus vel procurator eius debeat requirere beneficium sibi cōferri in vim nominationis vel gradus (si tamen sic non requisierit) sed simpliciter an possit sustineri requisitio decide ex his quæ scripsi in tracta. nomina. q. 14. nu. 111. versicu. 10. ✠

q ¶ Petere nō possint.] Quādiu extant nominati vel graduati qui iure insinuauerunt: sed illis nō extātibus, si collatio eis fiat, illud beneficiū petere poterūt, vt infra patet versicu. & si collatoribus, argu. c. 2. de renuncia. Idem si nominatus vel graduatus esset inhabilis, vtpote illegitimus, vel alia inhabilitate notatus: tunc is qui non insinuauit, alio rite qualificato nō prosequēte, poterit impetrare

Nominatꝰ etiā si nō sinuauerit.

Source : BIU Cujas

Collegia ta quę di catur & quomo do cog noscatur

Source : BIU Cujas

si quis non resideat dato vicario, tantum valet quantum si resideat : ideo intelligitur de residentia in præbēda facienda. Præterea suadetur ex text. horis diuinis interessendo. nam in ecclesia collegiata, si quis vult recipere fructus præbendæ, debet interesse horis diuinis, alioqui distributiones nō habet. c. vno. de cleri. non residen. in 6. & sic conuenit præbendis. Probat etiam tex. interessendo. & quia text. taxauit ad ducētos florenos, vt viri literati possint commode ex eis redditibus viuere quod non possent, si haberent duas præbēdas non ascēdentes ad dictā summam. Ideo si notatus habeat duas præbēdas, quæ nō ascendant ad summā hic taxatā, poterit adhuc notationibus vti, & idē in graduato intellige suadente eadem ratione.

n ¶ Beneficiu.] Non dicit hic tex. quòd obtinere debeat fructus, sufficit ergo si obtineat beneficii titulū, licet fructus primi anni reciperentur per episcopū, vel aliū. iuxta c. si propter. de rescript. in 6. ca. præsenti. de officio ordina. ibidem. tum quia obtinet beneficiū, vt hic, tum etiam quia illa beneficia ascendunt usq; ad summam ducentorū florenorū, quod etiam hic sufficit, ad hæc quia non residendo in præbenda, non recipit fructus nec distributiones quotidianas. ca. vno. de cleri. non residen. in 6. & tamē si quis habeat duas præbendas, vel vnam, & ascendat vsq; ad summā ducentorum florenorū auri de camera, si non resideat, & sic nullos fructus recipiat, tamen non potest isti prouideri vlterius in vim nominationum, vel gradus, à fortiori quādo habet beneficiū cuius fructus recipiet post vnum annū vel duos: quia tunc nō poterit impetrare nominationes, vel eis vti, & acceptare beneficiū seu beneficia in vim earū. Nec obstat. c. si tibi concesso. de præb. in 6. vbi non vacat primū beneficium per adeptionem secundi, cuius fructus alius recipit, quia verū est quantum ad perceptionem fructuum ipsius primi beneficii: vacat tamen quantum ad hoc, vt postq̄ possessionem pacificam administrationis secundi beneficii habuerit debito tempore cōferatur, alias habebit locum Lateranen. concilio. c. nulla. de concess. præben. Henric. Bouhic in. c. de multa col. 3. in 2. dist. de præb, & sic nihil facit contra hunc tex. vide glo. in verbo petere. in. fi. §. teneantur. supra eod. ✣ Item si post requisitionē & acceptationē primi beneficii vacet aliud. poterit nominatus si dubitet primū sibi non deberi secundū requirere, cum protestatione quod si consequatur primū non intendit secundum prosequi alias sic Nicola Milius in reperto. i verbo acceptatio. primo Archi. in ca. relatio in. fi, 21. q. prima quod etiā procedit in mandatario. ✣

o ¶ Fructus.] Qui dicuntur deductis expensis. l. 1. C. de fructi. & litiū expens. Barb. in c. cum contra. col. 2. de pigno. & etiā possunt dici, qui supersunt deducto labore personæ. glo. vlti. l. per diuersas. C. māda. emolumenta etiam dicūtur deductis sumptibus. cle. statutū. de electio. not. Ancha. in capit. si propter. de rescript. in 6. & sic licet qualificatus haberet quingentas libras in beneficiis, deductis tamen oneribus nō habet quadringentas, poterit nominationes impetrare. & impetratis vti, per prædicta, quod est notandum. sic dixi in tracta. nomina. q. 9. nume. 35 non tamen ponderaui hoc verbum. vide in l. frugem. ff. de verbo. significa vbi dicit glo. quòd omnis fructus est redditus, & ibi dixi, glo. & docto. in cle. 1. de reb. eccle. non alienand. vide Ancha. in capit. pastoralis. q. 1. de dec. & Bal. nouellum. in tracta. de dote. in 6. parte. 75. priuilegio. ante matrimonium.

Fructus qui dicā tur emolumēta.

p ¶ Redditus.] Cuius appellatione omnes fructus continentur. glo. & doct. in c. generali. de electio. in 6. & eo dicitur quod singulis annis redeat, non retro datus, vt tradit

Quid appellatione reditus ve niat.

Source : BIU Cujas

Bar.in.l.filio.ff.de liber. & post hu.& est nomẽ generalius q̃ fructus,quia omnes fructus constituunt in redditu,sed non econtrario,nã partus ancillarum est in redditu. l. Paulus.§. hæres.ff.de vsur.sed non est in fructu.l.in pecudum.ibidẽ.§. in pecudum. insti. de rerũ diuisio. Specu.in titu. de locato.§.1.versicu. illud autem . Corset. in repet.capi. grandi. nume. 86.de supplen. neglig.prælat.in 6.& annui redditus ad lõgum tẽpus, vel perpetui inter immobilia cõputantur, alioqui inter mobilia. cle. exiui.§. cúmque annui.de verbo.signifi. Bar.in.l.iubemus nulli.in fine princi.C.de sacro.sanct. eccle. Alexan.in.l.mouentium.ff.de verb.significa. Chassa.in cõsuetu. Burgund.in rub. des rachaptz.§.1.in princi.Et de his redditibus tradit abunde Conrad. in tract. de contractibus.q.72. & redditus est genus generalissimum: genus vero subalternum fructus, genus inferius fruges dicit Alber. in.l. frugem.ff.de verbo.significa.vbi fusius dico.

nt q ¶ Prouentus.] Est nomen magis generale, q̃ duo proxima, nam comprehendit fructus & redditus. allegatur.l. vsufructu legato,quæ parũ facit.ff.de vsufruct. adduco tex. in.l.annonam.ibi,vberes prouentus.ff.de extraordina. crimi. Lucam de Penna.in.l.litibus.col.7. versicu. hæc de redditibus.C. de agrico.& censi.libr.11. ea enim quæ de multctis,& iurisdictione, ac alias vndecunq; proueniunt prouentus dicuntur. Innoc.in c.pastoralis.col.2.de donat.cap.vno vt eccle. beneficia. quasi velit dicere hic text. quod siue nominatus habeat ducentos florenos in fructibus beneficii,siue in redditibus, vt in syluis cæduis & viuariis, siue in aliis prouentibus beneficii, etiam si in pẽsione consisterẽt, quòd tunc beneficiũ petere in vim nominationis vel gradus nõ poterit, nec consequi, differentiam inter fructus emolumentum & lucrum tradit Imol.in capit. fi.hæredes.col. 1.de testa. nec obstat quòd si redditus sit genus generalissimum,ergo prouentus non potest esse magis generale, quia respondeo in d.l.frugem.de verbo. significa.

& q prouentus tempore residentiæ & horis diuinis interessendo, ad summam ducentorum florenorum auri de camera ascenderent, beneficium r in vim gradus seu nominationis huiusmodi tunc petere seu consequi

r ¶ In vim gradus.] Non prohibetur ergo hic obtinere ī vim mandati, vel per nouam prouisionem, vel si alio modo sibi canonice cõferatur, qa postq̃ de vno negat,de alio concedere videtur.capitu.qualis.25.distin.glo.in ca. de multa.de præb. Imo si habens beneficia vsque ad hanc summã in vim gradus vel nominationis beneficiũ non peteret,sed eidem cõferretur per ordinarium, non vacaret ipso iure, si esset compatibile cum primo,quia multa tenent facta quæ prohibentur fieri.l. patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. & etiam quia hic non annullatur collatio illi facta, nec fit incapax ad illud beneficium ipso iure,si *nullus alius* nominatus aut graduatus prosequatur. *In hoc* ergo casu posset alius nominatus illud beneficium requirere à collatore,& prosequi: quia postquam non debetur isti nominato,ergo alteri debebitur: qui sit debitæ qualitatis, per ea quæ notantur in clement.vna.de suppl.negli. præla. ☞ Nec posset iste,cui est facta talis collatio, resignare hoc beneficium in præiudicium illius nominati, aut graduati requirentis: nec plus iuris transferre, quàm habeat.l. traditio. ff. de acquirend. rerum dominio. Bar. in. l. si vniuersæ. C. de legat. quia si iste qui habet ducentos florenos, non potest illud in vim nominationum consequi pro se, ergo etiam nec pro alio. quia hic totum negat, quod nullo modo possit consequi, alio prosequente beneficium in vim nominationum, consequeretur, si ex iure resignato alius ha-

Collatio facta nominato habẽti vtra sum mã nõ est nulla.

Source : BIU Cujas

beret, gaudeat ergo in sinu. ¶ An possit papa iure præuentionis isti conferre vltra dictam summam? videtur quòd sic, & hoc patet in rub. sequé. in verbo quomodocunque. quod an sit verum, ibi examinabitur. Prohibetur tamen ab ordinario isti cõferri tam in vim gradus quàm nominationis, & etiã in vim vtriusque, in l. certi condictio. §. 1. ff. si certum petatur. & nota. docto. in. l. 2. de verborum obligatio.

f ¶ Non possit.] Ergo anteq̃ eidem sit prouisum vsque ad summam ducẽtorũ florenorũ auri de camera poterit nominatus & graduatus petere & cõsequi beneficiũ licet prius haberet vnum vel duo per hũc tex. & per ca. quãuis primũ. & ibi docto. de præbẽ. in 6. non poterit tamẽ alterum incõpatibile petere, nec cõsequi, non habita prius dispensatione. c. ordinarii. §. 1. de offic. ordi. in 6. & si facta acceptatione secũdi incõpatibilis obtineret dispensationem nõ efficeretur habilis in præiudiciũ alterius. c. quãuis de rescrip. in 6. quia dispensatio vt nunc valet non vt tunc. Præpo. & alii in legitimatione. in c. per venerabilem qui filii sint legiti. vide quæ scripsi in tracta. nomina. q. 15. nume. 34.

t ¶ Condecẽtiam.] Etiam si in nominationibus religiosi non exprimeretur, ad beneficia regularia, vel illius ordinis, quia verba in nominationibus posita debent intelligi secũdum qualitatem personæ, ad quam referuntur. ca. cum de beneficio. de præb. in in 6. ca. possessiones, & ibi Barb. & alii de reb. eccle. non alien. l. plenum. §. equitii. ff. de vsu. & habita. & ibi addidi alia ad hanc rem facientia. Et priuilegium censetur concessum secundum qualitatem personæ cui conceditur. l. ex militari. ff. de testa. milita. & ibi Bal. & facit dictum Ioan. Monach. in ca. cum aliquibus. de rescript. in 6. An requiratur quòd sit expresse professus anteq̃ impetret nominationes, vel antequam in vim illarum prouideatur? Respondẽ sufficere esse professum tẽpore vacationis, per hũc tex. & sufficiet etiã tacita professio: quia in electionibus est statutum, vt quis debeat esse expresse professus. c. nullus de elect. in 6. & in prioratibus & administrationibus. in cle. 1. de statu monach. & ideo posset fieri collatio illi, statim post suam professionem. Fed. consil. 258. factum tale est, quidã abbas, &c. In mandatis apostolicis declaratur per legem regni, quòd non debent concedi religiosis nisi professis, in ordinatio. regiis, rubr. des mãdatz. art. 6. An in collationibus vel prouisionibus seu postulationibus habeat locum dictum. c. nullus. vide Ioannem And. Panormita. & alios, in cap. 2. de testa. & not. in clemen 1. de electio. Ioan. de Selua. in tracta. de beneficio. in. 3. parte, quæstio. 51. decidentes quod non. An sufficiat quòd tempore vacationis sit regularis, vel secularis, vt qualitas beneficii exposcit. vide Felinum. in cap. eam te. colum. vltima. de rescript. post glos. in verbo religiosis, in. §. illi vero. eodem titul. in pragmati. & dominum Probum in additio. ad Ioannem Monachum in cap. eum qui. de præbend. in 6. pulchre. Bald. in consil. 492. Petrus de Fesa, in primo volumine.

Religiosus an debeat esse professus ãte nominationes

v ¶ Et conformitatẽ.] Conformitas & decentia est, vt religiosis sancti Augustini prouideatur de beneficiis illius ordinis & religionis, & religiosis sancti Benedicti de beneficiis illius ordinis: & in ecclesiis vbi monachi gererent habitum nigrum, decet prouideri aliis deferentibus nigrum habitum. & similem, vbi est habitus albus, prouideatur ex decentia habentibus album habitum. cap. deus qui. de vit. & honesta. cleri. Nam dicitur, Non arabis in boue simul & asino, id est,

Religioso quomodo p nominationes & uideri possit.

Source : BIU Cujas

homines diuersæ professionis in vno officio simul non sociabis. Deutero.22.c. & cap.in nona.16.q.7.facit capi.vt lex.27. quæstio.1. cle.ne in agro.5.1.de statu monach.Deficientibus tamen monachis nigris possent cõferri beneficia illius ordinis monachis albis vel canonicis, qa isti in iure æquiparantur. cap. quud dei timorẽ. de statu monach.glo. in cap.cum singula.5. fi.de præbend.in sexto. & quia istæ religiones conueniunt omnes in tribus substantialibus regulæ de quibus in cap.cum ad monasterium.de statu.monachorum,& ista diuersitas facit potius religiones differre in qualitate accidentali, quam in substantia.text. & ibi Barba.not. in cle.1.de elect. vide Domi. in consil.41.pro clariori.& tex. in ca.nullus. 61.dist in.glo.in c.possessiones.de reb.eccle. non alien. ☞ Et de prælatione & præeminẽtia inter monachos sancti Benedicti & canonicos sancti Augustini,tradit plene Ioan. Baptista in suis cõsiliis sacro. collegiorum Bono. Paduæ & Ferra.per totum. ☜ Et an deficientibus nominatis vel graduatis regularibus, possint beneficia regularia vacantia in mẽsibus eis deputatis istis secularibus cõferri? quod non,probatur in hoc tex. & in c. cum de beneficio.de præben. in.6.vbi status beneficii non potest immutari, nisi omnino deficerent religiosi, tũc secularibus dari possent, & requireretur quod essent qualificati per tex.& ibi no.in cle.1.de rebus eccle. non alienand. quia necessitas non habet legem. c.si quis propter.de fur.l.vna.ff.de officio cõsul.& necessitas facit licitum, quod alias nõ esset.l.2.5. cum in eodem. & ibi glos. ff. ad.l. rhod.de iact.&.c.dilectissimis.12.q.1.Petrus gerard.singulari vltimo. vide tex. in c.inter quatuor.de religio. domi. Decium in c.cum M.c.cum in cunctis. in fi.princi. de electio. post Imol. in cle.vna. col.3. de suppl. negli. præla.quæstio.6.Ioã.Dayma in procœmio supra in verbo vendicabant fol.71.

☞ x ¶ Regularia.] Dicuntur illa de quibus in fundatione dictum extitit, vt per religiosos regerentur, vel quæ consueuerũt per eos regi.glo.in.5.idem ordo in verbo regularibus eod.titu, in prag. Io. de Selua. in tract. de beneficio in.1. parte.q.4.nume.13. ☜ → Idem intellige in beneficiis consuetis regi per regulares vt regularibus debeantur & consueta regi per seculares.cap. cum de beneficio. de præben. in 6. requiruntur tamen sequẽtia antequam qualitas beneficii mutari possit. Primũ quod is qui possedit beneficium sit institutus .tex. ibi institutis & accipitur large institutio pro collatione vel alia prouisione. Dy. in regula. prima.de regu.iur.in 6.& si de facto teneretur beneficium non haberet locum tex. glo. ibi & docto. Secundo requiritur bona fides ideo si clerici seculares contra papæ præceptum vel prohibitionem beneficium possederint regulare, non præscribunt Feli.in cap.in nostra.col.penult. de rescript.Ioh. de Selua. in tract.de benefi.in.3.parte.q.11.nu.49.dixi in.5.1. infra de firma.& irreuocabili cõcord. stabi. quia malæfidei possessor nullo tẽpore præscribit.cap.vigilanti.de præscriptio. Tertio requiritur quod conferens eo animo & intentione conferat videlicet vt imprimat alium statum in beneficio.& ideo in collatione debet collator dicere regulari confero beneficium regulare : & seculari debet dicere confero seculare.licet non sit illius qualitatis. alioqui si daretur in commendam vel ex dispensatione possideretur, vel diceretur dependere, à monasterio aut diceretur officium regulare in beneficio seculari, tunc qualitas cõtraria nõ præscriberetur Domi. & Perus. ibidem vide Egidium bella mera. consi.41. suppositio. Quarto requiritur possessio qua-

videlicet seculares secularia, & religiosi * regularia beneficia ecclesiastica, ita quod secularis nominatus beneficia regularia in mensibus deputatis vacãtia

Source : BIU Cujas

draginta annorum quando probaretur bene ficium esse regulare vel econtrario vel vera qualitas: secus si contraria qualitas non probaretur. quia tunc sufficit quod fuerit vltimo possessum per secularem licet non interuenerit præscriptio ad hoc vt secularis debeatur si probaretur præscriptio hinc inde, eo casu attenderetur vltimus status de rota decisio. 487. nota quod impetrãti in antiq. & decisio. 32. fuit in no. Nicola. milius in repert. in verb. beneficium. §. 23. Feder. consil. 240. salua. etiã titulum requiri consuluit Ancha. consil. 162. in quæstione, quod est valde notãdum quia sepius vidi super his dubitari. ¶ Dispensationis.] Non excludit dispensationem apostolicam & regiã, quia nil tam naturale est quàm eo genere vnumquodque dissolui, quo ligatum est. l. nihil tam naturale est. de regu. iur. ff. & omnis res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur. cap. 1. de reg. iur. Papa q̃n possit super religiosis dispẽsare. Posset tamen Papa dispensare vt religiosus vnius monasterii habeat beneficia in alio alterius ordinis: & ille sic dispensatus poterit beneficia iu vim gradus vel nominationis obtinere, quia hic tex. tantum prohibet dispensationem in regularibus vt secularia habeant beneficia, & contra: sed nõ vt regulares habeant regularia. alterius etiam ordinis vide. Panor. & alios in cap. deus qui. de vit. & honest. cleri. & regulã cancel. 66. Posset etiã papa iure præuẽtionis regulare beneficium cõferre secularí, vt titu. proxi. infra §. declarãtes, in verbo quomodocunque patet. sed dispẽsare quòd nominatus secularis habeat beneficiũ regulare per suas nominationes, hoc nõ potest, vt hic. & dico infra titul. proximo. Nec posset dispensare circa qualificationes in text. positas, cũ altera pars super contractu nõ dispenset. l. 1. & 2. C. quando licet ab emptio. disced. & sic nõ valeret si dispẽsaret q̃ quis posset sumere nominationes sine studio, vel post biẽnium, vel sine gradu. Super qualificationib⁹ papa nõ dispẽsat

¶ Idem si papa vellet afficere aliqua beneficia graduatorum vel nominatorum: vtpote, si cedẽtibus vel decedentibus duobus canonicis papa statuerit, vt illorum præbendæ conferrentur cantoribus, seu aliis non qualificatis, nam si præbende primæ vacent in mensibus qualificatorum debebuntur non obstante statuto vel tali dispositione qualificatis, quia postquam papa non potest tollere in totum beneficia qualificatorũ, sic nec pro parte, nisi iure præuentionis prout sibi retinuit. in §. declarantes, infra titu. proximo. & quia hoc videtur ordinasse sine præiudicio qualificatorum. ca. quãuis de rescrip. in. 6. & sua dispositio sortietur effectum quando vacabunt alio tempore non affecto dictis qualificatis. An monachus professus in vno monasterio, si ad aliud trãseat, debeat ibi professionem facere nouam? quod sic, probatur in capi. abbate S. Syluani. & ibi Panor. in 4. not. de verbo. significa. & consi. 96. cũ ad aures. in fi. volu. 1. quod est verum quando diuersæ sunt regulæ, & vt monachus dicatur secundi monasterii: secus quo ad substantiã regulæ. Decius in cap. præterea. de præbend. Professionẽ no uã facere an teneatur monach⁹ ad aliud monasteriũ trãslatus

Et an valeat permutatio facta de beneficio vnius monasterii cum alio, alterius monasterii, quod nõ coram ordinario sine translatione, notatur in c. 1. in fi. de priuileg. lib. 6. hoc nuncupatim tradit Collecta. in c. Ioannes in fi. de regula. sed corã papa secus, quia translatio videtur per papã fieri, licet nõ petatur, si appareat ex supplicatione, quod alterius monasterii sit religiosus, vt est regula cancella. de translatio. religiosorũ incipient. Item si regularis regu. 66. De dispensatione vide quæ dico in glo. dispensationum, infra in forma manda. apostoli.

z ¶ Religiosus.] Et sic religiosus potest obtinere nominationes, debet tamen antequam adeat studia generalia habere facultatem à suo prælato, cum consilio sui conuen- Religiosus a quo debet habere facultatẽ eundi ad studia.

Source : BIU Cujas

tus, vel maioris partis ipsius text. in ca. 2. ne cleri. vel monach. in 6. Aufre. indecis. Tholosa. q. 270. Item an valeat &c. & in constitutio. benedictinis. c. 6. de studiis, licet de cõsuetudine solus abbas missionem præstet & facultatem: qui si sine causa recuset monacho docili, facultatẽ hanc dare poterit episcopus. arg. c. nullus. de iure patro. Io. An. & alii in d. c. 2. & si sine licẽtia ad studia se transtulerit, est excõmunicatus, nec poterit gradũ sumere, tũ quia pro mortuo habetur. c. 2. & ibi doct. de maiori. Ias. in repe. l. si quis pro eo. ff. de vsucapio. tum etiã quia excõmunicatus dicitur infamis. glo. in c. 1. quo tẽpore miles. c. infames. 6. q. 1. Roma. sing. 675. & 688. Ideo ad dignitates aspirare prohibetur Regula infamibus. de regul. iur. in 6. & quia hæretico cõparatur. glo. in cap. fin. de pœnis in 6. & quia est prohibitus à communione hominum. c. 2. & c. exceptionẽ. de exceptio. c. excõmunicatos. 11. q. 3. Bar. & alii in prima constit. Cod. & Petrus de Lesnauder. in opusculo de doct. in. 1. parte. q. 18. Et eo casu non poterit nominationes impetrare, cũ rescriptum ab excommunicato impetratũ nõ valeat. c. ab excommunicato de rescrip. in 6. Si vero facultatem studendi extra monasterium habuerit à suo prælato, tunc & nominationes sine alia licẽtia habere poterit, quia ista videntur concessa in consequentiam: c. præterea. de offic. de lega. l. 2. ff. de iurisdict. omnium iudi. & ibi nota. nam Spurius legitimatus per papam potest doctor fieri, & ad alias dignitates admitti, per quas nulli fit præiudicium, secus in aliis. Cardi. in prooemio. clemen. Ioannes. q. 3. in prin. Puto etiã quôd si sine facultate studeret, postea habita absolutione à suo prælato, tempus illud studii factũ sine licentia proderit, quia per absolutionẽ reponitur in illo statu, qui ab origine naturæ inhærebat: ideo actus cõualescit. l. filio cui pater. ff. de liber. & posthu. l. qui appollonios de hæred. instit. Facit quod notat Bar. in l. cum vir. colum. 3. de vsucap. & Panor. in ca. cum ex officiis. col. pen. de præscriptio. an monachus electus ad prioratũ non curatũ nec collegiatũ, nec habẽtẽ curã animarũ, sed ad simplicẽ & regularem & eiusdẽ monasterii desinat esse sub obedientia & iurisdictione abbatis? quod nõ concludit Ias. cõsil. 77. præsupponitur. in 1. volu. vide Bonif. in cle. ne in agro. §. ad hæc. de statu monach. & glo. in ca. de monachis. 16. q. 1. & an postqua renunciat primo monasterio remaneat monachus primi monasterii quo ad suffragia & alia, vide per Petr. de Perus. in tract. de mutatio. status persona. q. 2. & 3. & glos. in verbo. eligãt. in §. 1. de electio in prag. ☜

ria beneficia petere, aut consequi minime possint. Quodq; beneficia simpliciter vel ex causa [a] permutationis in mensibus graduatis simplicibus & nominatis assignatis vacantia, eis nõ sint

Monachus habẽs prioratũ an desinat esse sub obediẽtia abbatis.

a ¶ Permutationis.] Nisi fieret in fraudem nominatorum vel graduatorum, quia tunc illa beneficia licite conferuntur nominatis vel graduatis, cũ resignatio teneat, & quia resignantes non fuerunt vsi beneficio iuris, sed in fraudem legis. & sic non habet locum cle. vna de rer. permuta. ibi, ne concessione iuris. & ibi hoc tenet glos. facit capit. cum vniuersorum. eodem titu. & l. auxilium. in fine. ff, de minoribus. ☞ Idem si resignans ante viginti dies moriatur, si nõ fuerit derogatũ regulæ de xx. diebus vt dixi supra eod. in §. præfatiq; ordinarii in verbo vacare. ☜ Idem si resignarem meum beneficium vt tuus nepos haberet illud, & tu resignares tuũ vt ego illud haberẽ, quia ista resignatio est symoniaca. Cardin. & alii in dict. clem. vna. facit. c. ex parte. 1. de offi, deleg. Innocen. in c. cũ vniuersorum. de rer. permuta. Multas congererem hic quæstiones de permutatione, sed propriã materiam prose-

Beneficiũ in fraudẽ pmutãtiũ nominatis debetur.

Source : BIU Cujas

quor.& bene multa licet videre in tract.per mutationis benefic.& per doct.in locis ordinariis de rerum permutatio. Notandum est tamen quòd in permutatiõe beneficiorũ requiruntur sequentia. Primum, quòd resignentur beneficia. c. vno de rer. permuta. Secundum, quòd interueniat collatio beneficiorumre signatorumcausa permutationis.c.iter.de præbẽ. Tertium, quòd episcopus vel alius superior auctoritatẽ præstet.c.quæsitum .de rerum permuta. Quartum,consensus illorũ ad quos spectat collatio, electio vel præsentatio.glo.in clem.vna eodem titulo. Quintum,consensus permutare volentium.capit. 1.ibi, communi consensu, de rer. permuta. Petrus de Vbal.in tracta. de permuta. benefic.q.4.num. 42. Vltimum requiritur quòd permutentur spiritualia cum spiritualibus, & ius in re, cum iure in re, non cum iure ad rem.Federicus in tract. de permuta.benefic. q.13.allego text.in c.fina. de rer.permuta.& Hostien.in summa illius titu.§. quid potest permutari. ☞ Et in hac permutatione debet episcopus diligenter inquirere, si versetur vtilitas ecclesiarum permutatarum, vel necessitas.c.scias.7.q.1. & debet conuocare patronos,si ecclesia habeat,& omnes,quorũ interesse potest,ad illam inquisitionem,& si repererit permutationem vtilem, vel necessariam,præstabit consensum,& auctoritatẽ, pro qua semper præsumitur, & quod recte fuerit accommodata. Inno.in c.innotuit.de eo qui furtiue ordines recepit.refert. Anch. consil,279.quæstio. Calder.consil.2. rub.de rerum permuta.& consil.4. ibidem dicit an succurratur alteri permutanti,si fuerit læsus vltra dimidiã. ✣ quod non. concludit Antho. de Burgos in c.cum causam. 22. limita. col.penult.de empti.quia titulus ven.habetur à superiore non à parte Anch.ibidem & Imola. ✣ & Probus in additio.ad Ioan.Monachum in cap.2.de renun ţia.in 6. & ad episcopum spectat admittere permutationes & non ad inferiorem.capitulo quæsitum de, rerum permuta. an capitulum ecclesiæ collegiatæpossithoc præscribere, quod non, cõcludit Egidius bel la mera cõsil. vigesimoseptimo.vtrũ. ☜

Sex requisita in permutatione beneficiorum.

[b] affecta nec debita, sed ex causa permutationis cum permutantibus duntaxat,simpliciter vero [c] vacãtia beneficia huiusmodi personis idoneis per ipsos ordinarios libere cõferri possint

☞ ¶ b Affecta.] Dicuntur beneficia ratione litis.cle.prima. vt lite penden. & commendæ.cap.nemo.de elect.in sexto, & ratione expectantis,qui acceptauit, & non fecit sibi prouideri,& vbi papa apposuit manum etiam si moriatur.not.in cap.tibi qui. de rescrip.in sexto,Prouinciale fol.56. Panor. & alii in ca.inter dilectos de excessi.prælat.sed hoc iure non vtimur in Francia quo ad vltimum. ☜ ✣ & etiam afficitur beneficium ratione reseruationis quando papa reseruat suæ collation c.tibi qui de rescript.in 6.item ratione decreti. c.dudũ de præb.in 6.& quãdo confertur canonicatus c.si postq̃ ✣

Affecta beneficia quãdo dicãtur.

☞ c ¶ Vacantia.] Non fraudulenter, quia quando fit permutatio in fraudem graduatorum, vel nominatorũ,seu resignatio in fraudem antiquioris nominati, tunc debetur eis dem , non vero facientibus fraudem, vt supra dixi in glo.permutationis. Quæro quando dicatur fieri in fraudem? Respõ. Fraus & dolus ex coniecturis probantur.l.dolum. C. de dolo.l.quia autem.§.non simpliciter.ibi,si modo nulla collusionis suspicio religionem prætoris instruxerit. ff. si quis omissa causa testa.ideo videndæ sunt coniecturæ,ex quibus probantur.

¶ Prima est,quando aliquis grauẽ infirmitate detentus permutat beneficia in mensibus graduatorum, vel iuxta, & postea in illis mẽsibus ante viginti dies vacat, vel in mensibus nominatorũ.l.filiæ.ff.solu. matri.& dicitur grauis infirmitas,quando ex ea moritur,

Coniecture ad probãdã fraudem in beneficijs.

Source : BIU Cujas

vel quando per medicos, vel cõmuniter alios reputabatur moritur9 ex illo morbo. Alber.in d.l. filiæ. & ista grauis infirmitas debet allegari,& probari,& quod fuerit tempore resignationis &permutationis,alioqui nõ prodeit. Ancha.cõsil.385.licet pridie in fine & consil.388.in casu. col.2.& sequen.

¶ Secunda coniectura est, quando consanguineus cum cõsanguineo, vel magnus amicus cum amico permutat in præstituto tempore:quia præsumitur q̃ caro & sanguis reuelet illam permutationẽ, vel magna amicitia.c.graue.de præb.de rota decisio.361.not. præsumitur.in antiq.not.Jas.in simil.in.l.exigendi.C.de procura.Ancha.consi.385.licet pridie,in fin.

¶ Tertia coniectura est, quando quis permutat pingue beneficiũ cum tenui,tũc inæqualitas fraudem præsumere facit.l. spadonem.§.fi.& ibi not. Bal.ff.de excusa.tutor.c, quia verisimile.& ibi Card.Panor.& Feli.de præsumptio. quia nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quisquam beneficium multis forte expensis & laboribus acquisitum,quo sustẽtari debet facile sine magna causa sua spõte resignet.tex.in capit.super hoc, de renuncia. ex nimia enim liberalitate præsumitur fraus.l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in fraud. credi.facit.l.ex morte.cum seq.& authen.ibi posita,C. de pact.couuent.

¶ Quarta coniectura assumitur ratione temporis.l.omnes.§.fin.ff.quæ in fraudẽ cred.vt quando tempore præstituto seu circa resignatur,& postea beneficium vacat tempore præstituto graduatis, vel nominatis.

¶ Quinta,quando resignatio fit clam,& dicitur notario & testibus, vt teneant eam secretam.Barb.consil.60. præclare. colũ.3.in 4.volum.Bar.in.l.in fraudem.in princi.ff.de his quib.indignis. Decius in.l. quo tutela.§. clam.de reg.iur.quia qui male agit, odit lucem, ne manifestentur opera eius, vt est in euangelio.& in c.consulit.de offi.deleg,

¶ Sexta est,quando resignans esset valde senex,ita quòd non esset spes vt excederet mẽsem qualificatis præstitutum.glos.in c.fi.de renuncia. in 6. nam senectus per se morbus est teste Cicerone de Senectute,& parũ viuere præsumitur.l.hæreditatũ.ff.ad.l.falcid. Ideo forte facilius est admittẽda resignatio ægri, q̃ senis.senio enim confractus præsumitur cito liberare ecclesiam. quia antiquitas & senectus sunt prænuncia mortis . Archi.in c.nihil.2.col.7.q.1. per tex.in ca.illud 13.q. 2. sed ægroti & infirmi diutius solent aliquando viuere quã senes,secundum eum, quia proximus morti pro mortuo habetur. arg.l.penult.ff.de testa.milit.Ancha. consil. 430. fuisset.col.2.

¶ Septima, quando quis resignaret tempore pestis in domo resignantis iam existentis, quia habetur acsi tempore infirmitatis resignaret, cum prope sit contagionis ratione, argu.l.si quis fumo.ff.ad.l.Aquil. l.præsens: de procurat. de Ripa in tracta. de peste.in princ.

¶ Octaua coniectura est, multiplicitas renunciationum.nã hoc ostendit omnino vel le priuare graduatum, aut nominatum; seu alium expectantem.argu.ca. semel malus.de reg.iur.in 6.& ex multis clausulis positis in fauorẽ vsurarii præsumitur contractus vsurarius. Card.in cle.vna.de vsur.§. cæterum. col.2. Cepola in tracta. de simula.contractuũ. 14.præsumptio.

¶ Nona coniectura est, quando resignans dicit promissiones sibi factas adimpleri, tũc præsumitur q̃ nõ intendebat resignare,nisi mediantibus illis promissionibus.Barb.cõsi. 60.præclare.col.3.volu.4. & illa rasignatio præsumitur symoniaca.

¶ Decima coniectura est quando beneficiũ postea per mortem vacans confertur ei, qui resignauit tenue beneficium durante infirmitate illius, qui habebat opimum beneficium, quia fraus ex actuũ sequela præsumitur.Bal.in capit.dudum.2.col.2.de elect.vel quando confertur suo cõsanguineo.ca.2.de

Source : BIU Cujas

renuncia.in 6.vel quando confertur etiã alteri,data penſione reſignanti beneficiũ modici valoris,quia tunc eſt eadẽ ratio per tex. in c.in noſtra.de reſcript.

¶ Vndecima eſt quando inimicus mandatarii, vel expectantis reſignat beneficium tenue, licet non ſperet aliud ſibi conferri,etiã ſi nullus ſit infirmus. gloſ.& doct.in d.ca.2. cum ſit eadem ratio ergo erit eadem iuris deciſio.l.illud.ff.ad.l. Aquil.facit tex. in ca.nobis de.ſymonia.

¶ Duodecima, quando procurator reſignat alio modo,q̃ eſſet conſtitutus, vt ſi erat conſtitutus ad reſignandum cauſa permutationis,& procurator reſignat ſimpliciter, tunc non nocet conſtituenti, quia actus agentiũ non debent operari vltra eorum intentionẽ l.non omnis. ff. ſi cert peta. & non intendit pars reſignare niſi ſic, quod probat clauſula, non aliter,nec alio modo, quæ ſolet poni in inſtrumentis procurationum, de qua Soci. conſil.251.col.4.in 2.volumine.

¶ Vltima coniectura eſt, quando ſubditus collatoris renunciat beneficium decem ſolidorum, vel aliud modici emolumenti, quia hoc præſumitur facere in fraudem expectantis inſtigatus per collatorem,etiam ſi nullus ſit infirmus,per ea quæ not.per illũ tex. in c. ſuper hoc.de renuncia.& not. in.l.1.ff.de publica. & hæ ſunt præſumptiones vltra. 230. traditas per Lucã de Pẽna.in.l.quẽadmodũ. C.de agrico.& cenſit. lib.11.quæ huic rei parum accommodæ ſunt.

Quot cõiecturę ſufficiãt ad iudicãdũ.

¶ Notandum eſt,quòd vna coniectura iſtarum non ſufficit ad iudicandum, ſed plures ſic ex quibus iudex poſſit animum ſuum ad iudicandum informare.cap.in præſentia. de renuncia. & facta informatione fraudis, & probatione, vtrunque beneficium debebitur qualificatis.per dictum c.fina.poſtquam vacauerunt in tempore illis ſtato, & paria ſunt non facere permutationem, vel minus legitime.l. quotiens.ff. qui ſatiſda. cogan.& quanuis expectans non perdat ſuam gratiã, vt in nominationibus eſt videre, tamen adhuc habebit locum deciſio.dicti.capitu.2.& per ea quæ ſupradicta ſunt.quia quando duæ rationes ſunt in vna lege,tunc vna ceſſante non ceſſat lex.§.affinitatis inſtit.de nupt.ſed in dicto cap.fina.eſt duplex ratio, prima, vt obuietur fraudibus, ſecunda , ne expectans ſua gratia priuetur.ſi nõ priuetur ſua gratia, tamen eo quòd eſt facta in fraudem, nõ valebit:aliàs dolus prodeſſet, contra iura.capit. ex tenore.de reſcript.& ius pararet viã fraudibus,quibus maxime obuiat.ca.ſedes.de reſcrip.l.conuenire.ff.de pact.dota. ſic expreſſim cõſuluit Barb.conſil.11. ſcripſit. colum. 15.nu.16.in.1.volu. licet multi contra teneant.in dicto cap.2.Iſta tamen eſt verior: nã permutatio facta in fraudem illorum, qui debent vocari,non valet.Calder.conſi.2.de rerum permu. nec permutatio facta in fraudẽ illius,qui debet optare.iuxta cap.fina.de conſuet.in.6. impedit optionem, vt pulchre cõſulit Barb.cõſi.60. præclare.col. 2. in 4.volumine.

Cõiectura fraudis quomodo excuſari poſſint.

¶ Quæro quomodo excuſentur iſtæ coniecturæ? Reſpon.primo,ſi reſignatio fuerit facta coram papa, qui in beneficiis habet pleniſſimã poteſtatem.cap.2.de præb.in 6.cle.1. vt lite penden. intellige quando omnes illæ coniecturæ ſunt expreſſæ coram papa, & in ſupplicatione,alioqui cenſetur circũuentus, nec ſua valebit prouiſio, quia non intendit conferre.argu.l.mater.ff.de inoff. teſta. nec purgatur vitium ignoratum.l.ſequitur.§. Labeo.ff.de vſucapio.l.ſeruus.de bono poſſeſſ. & ſic concludit Oldra. conſil. 324. factum. col.3.& ſeq. vbi decidit reſignationem fraudulentam in curia factam nõ valere, & ideo ordinarius poterit conferre illud beneficiũ, licet in curia vacauerit, quia dignus eſt pœna,qui circunuenit conſcientiam papæ.l. fi. C.de his qui à non domi.manu.& maculam quam ignorat papa,quod non intendat tollere, allegatur d.l.mater.& ca.primum.de cõſti.in 6.ſic conſuluit de Bella mera conſi.32.

Source : BIU Cujas

pro introductione.col.penul. & Ioh.Bapt.in consil. sacro.colleg.col.pe. in consil. Bono. vbi dicit indultum non extendi ad ea, in quibus papa non præsumitur habere scientiam. allegat Bald.in.l.fina.C.senten.rescind.non posse.col.2.

¶ Item, sicut necesse est facere mentionem de expectante.cap.ex parte.1.de offic.delega. sic oportet exprimere quod beneficium vacauit in mẽsibus qualificatorum, qui firmius ius habent, quàm expectantes, & non solum facti mentio est habenda: sed & modus facti exprimi debet.l.precibus.C.de impube. glo. in ca.dilectus filius abbas.de rescrip. Et quãuis papa retineat sibi collationẽ beneficiorũ iure præuentionis, quocunque modo qualificatorum, in rubr. sequen. non tamen sibi retinuit, vt in fraudem nominatorum & graduatorum conferat, ergo hoc non intendit: & si faciat, est circunuentus, quia contra sua concordata non intendit venire, vt is ipse attestatur.in rubr.de firma.& irreuoca.concordata.stabili.infra.

¶ Imo si facta resignatione in partibus, & ad missa, papa iterum conferat derogãdo illi regulæ de viginti diebus nõ valebit hæc fraudulẽta collatio, minus valebit derogatio per prædicta & per consilium Oldra.324. iam allegatum, quia nec iure præuẽtionis confert, nec vitiũ ignoratũ tollit, licet videatur subtiliter factũ, tamẽ nihil prodest. Idem in collatione legati facta post resignationẽ admissam per ordinariũ cum derogatione regulæ de viginti diebus, quæ cum beneficium non vacaret, non potuit fraudulenter ius qualificatis tollere, & sic limitatur glo.in verbo vacare.in.5. præfatique ordinarii. supra eod.& his fraudibus totis (vt aiunt) neruis est obuiandum.l.in fundo.ff.de rei vendica.

¶ Secundo, vitatur coniectura fraudis, quando beneficium opimum habebat curam onerosam, vel aliud onus, cui non erat permutans par. vtpote, quia erat senex, & beneficium modici valoris paruum onus habebat, vel persona illa erat vtilior in alio loco. cap. scias.7. quæstio.1. Ancha. consil.279. quæstio proponitur.

¶ Tertio, excusatur quãdo in beneficio non poterat secure morari propter inimicos ibidem habitãtes, vel aliàs: nam tunc inæqualitas beneficii excusat.cap.ad supplicationem. de renunciatio.capitulo, pastoralis.7.q.1. Panormitanus & Felinus in capitulo, quia veri simile de præsumptio.

¶ Quarto, quando aer ibi non erat salubris, quia forte nimis calidus in æstate. cap. dilecti.in fine.de dolo. Cepola i tract. de seruit. rusti. prædio. rubric. de aere. vbi dicit magis æstimari fundum propter cæli tẽperiem: & etiam beneficium, quando est in loco amœno, & delectabili, teste Ancha. consil.388.in casu.col.2.

¶ Quinto, quando beneficium tenue erat in patria cedentis, beneficium opimũ non, quia patria sua induxit eum ad permutãdum, etiã cum modico, cum sit cuilibet dulcissima.l. qui habebat.in princi.ff.de lega.3.& impium est cuilibet suam patriam relinquere. glo.in l.vna.C. si curialis relicta ciuitate.rus habitare maluerit.lib.10. & ibi patruus meus Rebuffus, & patria originis semper reputatur esse maior.glo.in.l.fi. C. de seruis exportãd. quam sequitur Bald.in.l.executorem.nu.30. C.de executio.rei iud.

¶ Sexto, quando beneficium modici valoris fuit possessum diu per illos de consanguinitate, vel per eos fuerit fundatum, nam affectio præsumitur ad res maiorum.l. si in emptione.ff. de minor.l.1.5. sed si rem. liquid in fraud.patro. Cepola in d.tract.de simula.cõtract.15.præsumptio.

¶ Septimo, quando beneficium leuis valoris est intra ciuitatẽ opulentã. beneficiũ magni valoris est ruri, tũc excusabitur fraus, si ille qui vult habitare in ciuitate, poterat in ciuitate lucrari, vtpote quia doctus, & poterat cõsulere, vel aham vtilitatẽ facere, & etiam quia dicitur, beati qui habitant vrbes.l.2.ff.

Source : BIU Cujas

de nũdinis.nolebat esse ruri subditus, vt omnibus armigeris gallinas præberet.

¶ Octauo,quãdo tenue beneficium habebat dignitatem, & is qui habebat, pingue erat. Thraso miles gloriosus, vel nobilis, volens habere honores, vel volebat esse iudex delegatus.iuxta c.statutum.in princ.de rescript.in 6. vide Lucam de penna in.l. quemadmodum.C.de agricol.& censit.lib.11.alias fraudis cõiecturas in beneficiis cum infinitæ sint omitto.

¶ Vltimo,tenere debemus mẽti, quòd si resignans receperit fructus post resignationem etiam nomine alterius, cum nullo iure recipiat,tenetur eos restituere: secus si tantũ cõstituerit procuratores ad resignandum, quia tũc antequam eidem notificetur resignatio, facit fructus suos etiam in conscientia, quia potest præsumere,quòd superior noluit resignationem admittere,vel procurator nõ resignauit,vel pars noluit.argu.l. sed & sociũs .§.si absenti. ff. pro socio. Probus in addi. ad Monachum in d.ca.2.nume.30.Sic ergo interpretabor hæc concordata,vt non possint reprehendi.vt dicit tex.in.l.Saluius.ff.de lega.præstan.quem notat *Sosi.* consil.121.col. 2.in 1.volu.quod statuta debent interpretari,vt non possint à sapiente reprehendi.

a ¶ Quoque.] Accipitur pro etiam.text.in l.Labeo. & ibi Bar. & las.ff.de pact.l. seruũ. quoque.de procura.Bar.in.l.fina.col.1.de eo quod certo lo. ✣ las.in.l.iusiurandum quod ex conuentione.§.fina.col.1.ff.de iureiur.vbi dicit naturam huius dictionis esse, quod eadem qualitas sit in casu isto quæ in præcedẽte,sed hoc satis declarant verba sequẽtia ibi modo præmisso &c.✣ Aliquãdo continuatiue ponitur.c.quorũdã. & ibi Archi.col.2. de elect.in 6.c.ex eo §.vlt.ibidẽ. vult dicere hic tex.quòd nõ solũ beneficia debẽt cõferri, vt supra dictũ est, sed etiã parochiales ecclesiæ debẽt conferri, vt hic:nam hæc dictio significat similitudinem, quòd idem sit in casu sequenti, quod in præcedenti. Gomes.in.§. in personam.col.2.nu.6.insti.de actio.

b ¶ Parochiales ecclesiæ.] Parochiales ecclesiæ dicũtur quæ habent parochiã ad eius curã deputatã,& territoriũ limitatũ. Archi. in cap. licet canõ. col.2.de elec.in 6. Nico. Milius in repertorio, in verbo ecclesia.parochialis dicitur à parochia eis deputata.c. ecclesias.13. q.1.quæ dicitur partitio curæ: quia rector ecclesiæ habet curam totius populi intra illos limites congregati, vnde dicitur regere populum.capi.1.de capel.monach. Et sic parochia est locus in quo degit populus alicui ecclesiæ deputatus.Ex quo infertur, quòd si sit aliqua ecclesia ruralis,& ad eam de nouo-veniant homines ad illic habitandum, non dicetur tamen parochialis ecclesia si non habeat certum territoriũ deputatum, licet possit dici ecclesia curata.Cardi.in cle.vna.q.5. de offic.vica.& cle.1.de præben.& sic omnis ecclesia parochialis habet curam animarum vt plurimum, sed non omne beneficium curatũ dicetur ecclesia parochialis.Ioan. And. & alii in capit.super eo.de præbend.in 6. Et ad probandum ecclesiam esse parochialem primo est necesse quòd habeat locum certis finibus constitutum in quo degat populus illi ecclesiæ deputatus secundum Roma.consil.356.circa primum.col.1.vbi tradit in quo consistat ius parochiæ. & docto. in rubr. de parochi. Alexand.consil.74.viso.in 4.volu. & etiam requiritur auctoritas superioris cõstituentis eam parochialem.capit.nullus.16. quæst.7.Et.cap.sicut.de excessi.præla. Egid. de bella mera in consil.38. suppositio. colũ.2. cum sequen.Barba.consi.17.præclare.col.5. in.1. volu. Quis dicatur parochianus, ponit Frede.consil.254.quæstio subsequens. quem sequitur Panormita.in cap.in nostra col.penult.& in repet.cap. extirpandæ.§. qui vero. de præbend. & ibi dixi hoc anno interpretando illum.§.& totum titulum.vbi dixi esse.

Parochiales ecclesiæ dicũtur.

Quid sit parochia

Ecclesia parochialis quo modo dicatur.

Source : BIU Cujas

illum qui de facto habitat in aliqua parochia animo manēdi, ita quòd sit vere translatus, non iuris fictione, siue audierit ibi diuina, siue non.cap.primo. distinctio.18. cap. si quis translatus.22. quæstio.1.ca.3.de sepult.in.6. capi.vt dominicis.& ca.fi.de parochi. Alia multa dixi quæ hic non repeto. Nota tamen vnum singul. quòd si pater meus vel alius impetret ecclesiam parochialem pro me ignorante, & retinet bullas per annum, ideo non sum promotus, illa ecclesia non vacat, per text. in. capit. commissa. de electio. in 6.& ibi Domi.in.5. annus.hoc expresse tradit ponderando ibi text.dum dicit, *tibi* non currit, si promoueri iusto impedimento detentus infra tempus huiusmodi nequiuisti quia licet pater potuerit mihi filio acquirere, non tamen acquisitum renunciare, argu.cap.si tibi absenti. de præbend.in 6.& not. per docto.contra Bart. ibi in.l.qui Romæ.5.flauius.in fi.ff.de verbo.obliga.vbi donans Titio vt post mortem acquiratur Caio, non potest reuocare vt non acquiratur Caio, per.l.quotiens.C.de dona. quæ sub modo.sic consuluit Deci.consi.58.& ista est communis, teste Benedicto, secūdum quam fuit prolatum arrestum Burdegalæ in repet. cap.Raynutius.in verbo si absque.2. in substitutione fideicommis.nume.23.cum sequē ti.de testamentis.

c ¶ In ciuitatibus.] Ciuitas dicitur quæ habet episcopum teste Bar.in extrauag.qui sint rebelles, in verbo Lombardiæ. quem si interfecerit, eo priuatur.c.ita nos, 25.q.2. Alexan. in.l.2.ff.de verb.sig.in additio.ad Bar.& constituitur ciuitas auctoritate principis expresse vel tacite hoc agentis vt sit ciuitas,& habeat priuilegia ciuitatis.& etiam sine auctoritate superioris constitui potest, cum sit de iure gentium.patruus meus Rebuffus, & Platea, in.l.vna.C.de metropo.berito.lib.11.Fel. & alii in c.Rodulphus.de rescrip.Geminianus & cæteri in c.si ciuitas. de senten. excō. in 6. Leges in ciuitatibus docendæ sunt. in procœ.ff.5.hæc autem tria. Sex requisita ad gubernationem ciuitatis tradit Ioā. de selua in tract.de benefi.q.5.primæ partis.nu.6. Quid veniat eius appellatione, Alber.in tracta. ita tutorū, in.2.parte.q..176. & Iacob. de bello visu in.5. illud in authen. quib.mod. natu. effici sui collat. sexta. Et in ciuitate construenda de nouo requisita ponit Lucas de penna in.l.fina. colum.3.C. de quibus muneribus.libr.10. Et an si verberetur ciuis, possit ciuitas bellum ob hoc indicere, tradit Lucas in.l.secunda.C. de apparito. proconsu.& lega.libr. duodecimo. & quādo obligetur ciuitas per procuratores vel per syndicos eius, not.Bart.& alii in.l. ciuitas.ff. si cer.peta.

d ¶ Villis muratis.] Villa murata secundum consuetum loquendi modum in Francia, dicitur locus muris circundatus, in quo frequentissimus est populus ibi habitās. glo. in eo. verbo in pragmatica. Et hic accipitur generaliter, quasi text.velit dicere, quod nedum parochiales ecclesiæ sitæ in ciuitatibus magnis conferri debent graduatis, vel aliis qualificatis, verū etiam quæ existunt in aliis villis muratis, & sic in singulis villis muratis, vide quæ dico in tract. nomina.q.16. vbi trado regulam cum amplia. & limitatio. Et hæ ecclesiæ debent conferri qualificatis, etiā si nouis muris sint circundatæ. Feli, in c. Rodulphus.col.1.de rescript.vbi dicit quod ecclesia ruralis de nouo muris circundata debetur impetranti beneficiū in villa murata, vel in ciuitate. Bar.in.l.secunda.ff. de verborum significatione.

villa murata quę dicatur.

e ¶ Non.] Diuersitas magna est inter verba huius tex.& verba prag.nam in prag.erat oratio affirmatiua, hic negatiua, quæ totum negat: & plus negat, quàm affirmatiua affirmet.tex.in.l.si sic stipulatus.& ibi Iaf.not.ff. de verbo.oblig.glo.in.l.hoc genus.ff.de condit.& demonstra. quam notat Cepola in tra

Source : BIU Cujas

ſtatu de ſerui. vrb. prædio. cap. 35. glo. in ca. cum dilectus. in verbo, à ſuſpenſis. de cõſue. Decius in. l. in eo. in princ. nume. 9. ff. de reg. iur. & fortior eſt prohibitio legis prohibitiuæ quàm permiſſiuæ. l. 3. §. liberti. & ibi Bar. ff. de ſuſpec. tuto. Decius in ca. nam concupiſcentiam. 3. nota. de conſtitu. in prima lectura. Et quanuis hic non repetatur clauſula decreti, tamen collatio in contrarium facta eſt nulla proſequente qualificato, quia non eſt dubiũ, ea quæ cõtra legem fiunt, pro infectis haberi. l. non dubium. C. de legi. & infra de firma & irreuoca. cõcor. ſtabil. ponitur clauſula decreti, vbi licet videre. Etiam ſi fuerint collatæ per viã reſignationis vel ſubrogationis, quia hic omnino prohibetur collatio aliis faciẽda quàm qualificatis, vt infra patet. & idem ſi per viã permutationis, cum alii ſint omnino incapaces extantibus qualificatis, vt hic patet, quia hæc conſtitutio eſt introducta partim in fauorem graduatorum, partim in fauorem populi, qui eſt magis capax in ciuitatibus & villis muratis, quàm in municipus. c. ſtatutum. in princ. de reſcrip. in 6. glo. in §. in eccleſiis. eod. titu. in pragma.

Eccleſia parochialis de qua hic nõ poteſt p mutari cum non graduato.

Dictio niſi quomodo accipiatur.

f ¶ Niſi.] Hæc dictio, quia præcedit oratio negatiua, ponit illud quod negatũ eſt in præcedenti, vt eſt tex. & ibi Bar. & alii in. l. actione. C. de tranſact. quaſi velit hic tex. dicere, beneficia ciuitatum & villarum muratarum non conferantur niſi perſonis qualificatis, & ſic qualificatis debent conferri. Et intelli ge quòd non ſemper ponit, ſed interuenientibus aliis neceſſariis requiſitis per alias leges, vt in regulã peccatum. de regu. iur. in 6. Bar. in. l. diuus. ff. de peti. hæred. licet cogitandum reliquerit Iaſ. in. d. l. actione. vide quod in ſimili not. Cuma. conſi. 26. cum ſtatutum. circa fi. Nota quòd dictio niſi, negat potentiam quando oratio negatiua reſpicit futurum tempus. l. titia. §. fi. ff. de manu. teſta. quãdo vero oratio negatiua reſpicit præſens tẽpus, tunc dicitur negare actum, qui actus dicuntur de præſenti, quando in eſſe deducuntur potentia vero reſpicit futura. Bar. & alii in d. l. actione. vbi licet videre fuſius. vide moder. Crotum in c. 1. nota. 6. de cõſti. in. 6. Bal. & ibi Barb. in additio. ad eum in c. vno. col. 3. per quos fiat inueſti. §. ſed & res. Doct. in c. præterea. 2. de appel.

f niſi & perſonis

Iacob. de bello viſu. in repet. §. contrahentes. in verbo. niſi inueniantur. ibidem de ſo. compe. in. 6.

g ¶ Perſonis.] Quarum appellatione venit tam vir quàm mulier. Bal. in. l. quicũque. col. 3. verſic. idem ſi ſtatutum. C. de ſeruis fugit. non ex cõceptione generum, ſed ex propria natura dictionis perſona. Decius in regu. fœminæ. in fi. princ. ff. de reg. iur. hic tamen nõ comprehenditur mulier, quia non poteſt habere qualitates hic requiſitas, ideo tantũ maſculos comprehendit, nec omnes, ſed idoneos & qualificatos, quia perſona dicitur rationabilis creatura. Ideo nõdum natus non eſt habilis. Card. in ca. 2. §. cum vero. de conceſ. præbend. vbi dicit facere contra Brixien. epiſcopum qui contulit eccleſiam vacantem filio cuiuſdam nondum nato, ſiue foret maſculus, ſiue fœmina. Imo etiam non comprehenditur hic vniuerſitas, collegium, ciuitas, municipiũ, vel aliud corpus communitatis, quia proprie appellatione perſonæ non veniunt. c. Romana. in fi. de ſentẽ. excom. in 6. cle. 1. & ibi Bonifa. col. 1. de iudic. & dixi ſupra eo. verb. in rub. de regia. ad præla. nominatio. faciend. in §. 1. Et authẽ. itẽ quæcunque. C. de epiſco. & cle. & ibi Bal. Alex. cõſi. 216. nec arguẽdi. col. 3. in. 2. vol. Roma. cõſil. 436. quod indultũ. col. 1. licet quãdo materia ſubiecta patitur, appellatione perſonæ veniant. §. ſi vero cõtigerit. in authen. de alienã. & emphy. colla. 9. l. metum §. animaduertendum. ff. quod met. cauſ. l. in facto. §. fiſcus. ff. de condi. & demonſtratio. Barba. conſi. 47. clementiſſimum. col. 5. & ſeq. in 4. vol. l. fin. C. de eroga. milit. anno. lib. 12. Iaſ. conſi. 118. nu. 2. volu. 1. & maxime quãdo dicitur quæ-

Perſonæ appellatione quid veniat.

Nõdũ natus habere beneficiũ nõ poteſt.

Source : BIU Cujas

uis persona. Alexan.consil.40.in causa.col: vlt 1.in.7.volu. In iure tamen persona eccle siæ dicitur rector eccleſiæ,& communius po nitur cum adiuncto, videlicet persona eccle siæ,nõ persona simpliciter.licet glo.in prag. in hoc verbo contrarium dixerit.per c.ex parte su- h pra de reſcrip.c. bonæ. & cap.personas.de appella.c.fi. ne præla. vices suas.facit capit. quæſitum ibi clericis quos personas vocant prima.q.3.

h ¶ Modo præmiſſo qualificatis.] Repetit oēs qualitates in hoc titu. traditas personas tangentes. Et sic requiritur primo, antequã quis sit capax beneficii villæ muratæ, quod ſtuduerit per tempus competens & præſtitu tum in §. præterea ſupra eod. vel ſaltem per triennium in theologia, vel altero iuriũ, de ficientibus ſupradictis, propter dictionem saltem, &c.& de hac dictione modo promiſ ſo qualificatis,eſt tex.in §. præfatique ordi narii.ſupra eo.

¶ Secundo,requiritur gradus §. præfati.i.ſu pra eodem.alioqui non eſſet præmiſſo modo qualificatus,& non graduatis beneficia non adſtringuntur in hoc titulo conferenda,niſi saltem &c.

¶ Tertio, requiritur gradus in vniuerſita te priuilegiata: & sic requiritur quod gradũ ſumpſerit in vniuerſitate regni, vt hic dici tur. In vniuerſitate priuilegiata,plene dixi in in tracta.nomina.q.10.& tunc erit præmiſ ſo modo qualificatus.

¶ Quarto,requiritur inſinuatio §.teneantur ſupra eo.vbi qualitas ponitur,quæ hic cenſe tur repetita. Intellige quód extantibus gra duatis non graduati repelluntur, & ſi ſint q inſinuauerint,noninſinuantibus præferũtur vt plene dico in tracta. nomina. q. 16. quod eſt verum,ſi vacẽt hæc beneficia in mẽſibus præſtitutis qualificatis ſecus ſi in mẽſibus or dinariorum,quia in illis ſufficit idoneis gra duatis conferre, etiam ſi non inſinuauerint per verbum libere.probatur in d.§.præfatiq; modo præmiſſo qualificatis, ordinarii ſupra eod. vbi libere conferre poſ ſunt idoneis: & quilibet graduati ſunt ido nei,etiam ſi non inſinuauerint,ergo collatio illis facta valebit ,quia hæc qualitas gradus eſt introducta tam in fauorem parochiano rum villæ muratæ, quam graduatorum, quibus fa tis fit prouidendo gradua tis tempore ſtato ordinariis.dic tamen vt in quæſt.16. ☞ tract.nominatio.non putarẽ ta men ſufficere, ſi cõferretur baccalaureo fa cto ante tẽpus, vt ſi per triennium ſtuduerit quia non eſt modo præmiſſo qualificatus, nec satis fit text.in §.præterea. ſupra eod.ex tantibus aliis. ☜

¶ Quinto,q; tẽpore quadrageſimæ inſinuet vt dicitur in d.§.teneantur.& sic erunt præ miſſo modo qualificati.

¶ Sexto, requiritur quòd non habeat benefi cia vſq; ad ducentos florenos auri de came ra,alioqui non eſſet modo præmiſſo qualifi catus,nec capax villæ muratæ.§.volumus.ſu pra eodem.ibi,in vim gradus ſeu nominatio nis petere non poſſint. & quia ratio eadẽ ha bet locũ,cum non ſit pauper qui obtinet be neficia vſq; ad illam ſummã,& hoc alius ex tantibus.

¶ Septimo, ſi beneficium in villa murata ſit regulare, regulari conferendum eſt qualifi cato:ſi ſeculare,ſeculari: & prætextu diſpen ſationis papæ non poteſt contra fieri, vt in d.§. volumus, continetur. & ſic modo præ miſſo qualificatus erit regularis graduatus ad regularia,ſecularis ad ſecularia.

¶ Octauo,q; nominato conferatur ſi vacet in menſibus nominatorum, vel poterit colla tor gratificare in mẽſibus graduatorũ,dũ ta men habilẽ & idoneũ gratificet, & vt ſupra qualificatum.§.præfati.i.ſupra eod.

¶ Nono requiritur in nobilibus q; ſint qua lificati,vt in §.præterea,& ſequen.& in aliis etiam vt ibi dicitur, aliqui beneficiũ in vil la murata, vel ciuitate,ſi ſit eccleſia parochi alis, habere in Francia non poterunt.alia vi

Source : BIU Cujas

de in d.tract.nomina.q.16. Nec obstat si dicatur quòd ecclesiæ parochiales sint conferendæ viris graduatis si vacent tẽpore præstituto graduatis, vel nominatis, si tempore suo vacent, & nõ alio tempore. & hoc videtur dicere verbũ modo præmisso qualificatis. Sed respõdeo q̃ hic tex. vult parochiales has ecclesias conferri personis præmisso modo qualificatis, & sic requirit qualificationẽ personarũ, non tẽporis, alioqui tex. dixisset, cũ qualificatione prædicta. & tunc putarem q̃ tex. repetisset etiã temporis qualificationẽ, ita quòd si extra tempus præstitutũ vacassent, nõ deberẽtur. quod secus est per hæc verba. nota bene, quia vidi sæpius super his dubitari.

i aut [k] saltẽ qui per tres annos in theologia, vel [l] altero iurium studuerint,

Aut est alternatiua ordinis.

i ¶ Aut.] Alternatiua est ordinis, nõ electionis, vt in.l.cũ pater.§.pe.ff. de lega.2. probatur in.§.1. in verbo aut baccalaureo, & ibi dixi sup̃. eod. gl. in reg. in alternatiuis de reg. iur. in 6. glo. & doct. in ca. mandato. de præb. illo lib. sic dicitur de eo q̃ debet citari in facie, aut ad domũ, vt prius in facie, si reperiatur: si minus, citetur postea ad domũ. l. 1.§. 1. ff. de liber. agnoscẽd. l. scire oportet.§. qui autem. de excusa. tut. Bar. & Alex. in l. 4.§. prætor. ff. de dãno infecto. Card. in cle. vna. col. 1. de foro cõpet. dixi in.§.1. in princ. in pract. mea. rub. 1. + quasi velit dicere tex. q̃ parochiales ecclesiæ sitæ in ciuitatibus aut villis muratis quãdo vacant conferandæ sunt graduatis & qualificatis mõ supradicto & si nõ sint graduati & q̃lificati, conferãtur illis saltẽ q̃ per tres studuerit annos &c + licet p prie nõ sic accipiatur gl. in c.cũ plures. de offi. deleg. in 6. & de multiplici alternatiua. vide tex. in l. 3. ff. de eo quod cer. lo. loã. Fab. & Ias. in.§. huic insti. de actio. Hic magnũ apparatũ facerem de alternatiua, si vellẽ, sed materiam propriã prosequar. tantum.

k ¶ Saltem.] Subsidiaria est, & diminutionẽ significat. glos. & ibi Domi. & Franc. in cap. statutum.§. 1. in verbo vel saltem. de rescrip. in 6. vbi dicit glo. nota. quòd si aliter fieri potest, primo id fieri debet. ad iuramentũ enim recurritur solum in aliarum probationũ defectum. sic in defectum graduatorum conferendæ sunt ecclesiæ parochiales illis qui studuerint triennĩ &c. non aliàs. hoc etiam probat. l. 1.§. vsus. ibi, saltẽ per alios. ff. de procur. cle. ne in agro.§. sane. de statu monach. Domi. in consil. 37. dubitabatur col. 3 Item quando hæc dictio saltem coniungitur cum dictione aut, vt hic, vel seu, vel siue, tunc importat alternationem ordinis. cap. quia propter. de elect. Ioan. And. & Panor. in ca. per vestras. per illũ text. de donat. inter virum & vxo. glos. in.§. fin. de colla. in prag. Vult ergo tex, dicere quòd primo personis modo præmisso qualificatis cõferantur ecclesiæ parochiales. quandocunque vacent, & illis deficientibus saltẽ his qui studuerunt per triennium, &c. quasi dicat, si aliter non potest, his tamen conferat ordinarius. & sic nõ requiritur quòd isti qui studuerint triennium sint qualificati. quia his deficientibus confertur istis qui studuerint &c. alioqui dictio saltẽ. nõ diminueret, & etiam quia non potest esse baccalaureus in triennio. Nec etiam in his requiritur insinuatio, vt plene dico in d. trac. no. q. 16. Nec refragatur quòd si non fiat insinuatio, quo modo poterit scire episcopus quòd quis studuerit triennium? Respon. Episcopus tenetur inquirere idoneos c. graue de præben. & si inquirat, inueniet: & si non inuenerit, conferat cui potest. argu. l. vt gradatim. ff. de munerib. si tamen post factam collationem veniat qualificatus: dummodo infra tempus iuris, admittetur, excluso eo cui est facta collatio, etiam si fuerit facta ei qui studuit triennium per hunc tex.

Studẽs triẽnio an tenea tur insinuare & gradũ habere.

l ¶ Altero.] Idem si in vtroque iure per tres annos studuerit, cum & in altero studuisse

Source : BIU Cujas

videatur, vt dixi in tract. nomin. quæst. 5. Et per hæc excludit medicos, vt non possint obtinere beneficia in villis muratis existentia, nisi sint graduati, & præmisso modo qualificati, etia si studuerint per tres annos, quia hic tantum exprimit illos qui studuerint in theologia vel alterò iurium, ergo in aliis locum non habet. arg. cap. nonne. de præsumptio. nam scientia eorum tangit corpora hominũ: ideo quando medicus est iuuenis, pestis est in patria, vt dicit Alberi. in l. prouidendũ. C. de postuland.

m ¶ Seu magistris in artibus.] Cũ hæc verba denotent ordinẽ, patet quòd & magistris artium possunt conferri beneficia in villis muratis existentia, in defectum tamen aliorum theologorum, & iurium professorum.

☞ Qui præferuntur quo ad hoc magistris artium, etiam si theologi vel alii hic expressi ☜ studuerint tantum triennio, quia magis capaces sunt ad ecclesiam regendam hi qui in theologia, vel in iure canonico vel ciuili studuerunt per triennium, quam in artibus magistri, qui tantum circa nuces laborauerunt. ideo hic tex. illos præmisit, & deficientibus idoneis hi admittũtur. l. vt gradatim §. 1. & l. honor. in fi. ff. de muner. & honor. Tamen intelligo hunc text. quãdo magistri artiũ nõ essent præmisso modo qualificati, quia tunc dicerem eum qui trienniũ studuerit, isti præferendũ, alioqui contra per hunc text. si recte intelligatur. ideo is qui in iure studuit triennium, debet præferri magistro artiũ qui est factus ante quiquenniũ, vt post triennium cum dimidio, quia tunc non est recte qualificatus, ideo studens triennium præferetur, secus si quinquennium studuisset, quia tunc esset præmisso modo qualificatus, & alter non admitteretur.

n Vniuersitate.] Ergo non sufficeret si adeptus fuisset magisterium sub bulla, vel in vniuersitate Auraicẽ. vel in vniuersitate vltra montes etiam non sufficeret, cum hic dicat, in vniuersitate priuilegiata. & illæ quæ sunt vltra montes, non sunt quo ad nominationes & prærogatiuas regni priuilegiatæ, vt dico in tracta. nomina. q. 10. supra eod, tit. plenius dixi.

m seu magistris in artibus qui in aliqua
n vniuersitate priuilegiata studẽtes magisterij gradum adepti fuerint
o cõferantur,

o ¶ Conferantur.] Cõprehendit præsentationẽ & aliã dispositionẽ. glos. in cle. vna. de rerum permuta. & in rub. vt eccleſia. beneficia sine diminutio. conferan. cap. 2. de concess. præbend. Ita intelligitur tex. in §. i. iin verbo collatorem. de mand. apostol. infra & in §. præfati. 1. supra eod. ibi conferre teneantur. Ioan. Andr. in cap. ex tenore. vbi hoc expresse tenet de concess. præb. etiam comprehendit cõmendam.

cõferatur verbũ quã libet dispositionẽ cõprehẽdit.

☞ Videlicet vt non cómendetur nisi præmisso modo qualificatis, nam commenda canonicus est ☜ titulus c. dudum. 2. de elect. & large appellatione collationis venit. not. in ca. nemo. de elect. in 6. dixi in tract. de pacifi. possess. in. 5. amplia. nu. 35. cum sequen. Ideo si nominatus requirat sibi beneficium conferri, licet ad præsentationem beneficiũ vacans spectet, non ad collationẽ, tamen illa requisitio valebit, per suppradicta, qa error in acceptatione (quando cõstat de corpore) non vitiat, argu. l. cum in corpus. ff. de acqui. rerum do, domi. de Rota deci. 219. licet in nouis dixi in tracta. nomina. q. 7. in fin. quia etiã hæc requisitio se refert ad literas nominationũ, quibus mandatur patrono, vt præsentet: collatori, vt conferat, Perus. in c. statutũ in primo nota. de præb. in 6. & sic secundum qualitatem personæ. l. plenum. §. equitii. ff. de vsu & habita. An data potestate cõferẽdi cẽseatur data potestas præsentandi, tradit Ioannes And. & Imol. in d. cap. ex tenore, & Imol. in c. fi. de concess. præb.

¶ §. Monemus duas habet partes, in prima ponitur prohibitio: in secunda, pœna.

Source : BIU Cujas

ſecunda ibi, quod ſi ſecus. & legitur vſq; ad §. ſi quis autem. qui eſt ultimus huius tituli.

Monitio trina eſſe debet, fallit vt hic.

a ¶ Monemus.] licet regulariter monitio debeat eſſe trina. glo. nota. in c. ex literis de cõſti. tamen in actibus extraiudicialibus ſufficit vna. c. ſi epiſcopus. 18 diſt. cle. 1. de hæret. in verbo requiſierint. Inno. in c. ad petitionẽ. de accuſa. Panormita. in ca. conſuluit. de off. delega. fallit in c. 1. de ſupplen. negl. præla. & ibi Anto. de Butrio. Barth. & alii in. l. ſi finita. §. Iulianus ff. de damno infect. Feli. in cap. 2. in fi. de magiſt. & monitio iudicis habet vim trinæ citationis. l. 2. C. quomo. & quando iudex. ſic & hæc principis monitio, ita quòd ſi vniuerſitates Franciæ hæc non ſeruarẽt, poſſent pœnis legitimis affici, non tamen ex ſola cõtrauentione priuilegiis priuari, vt not. in c. ex literis de conſti. Nota quòd quando in conſtitutione eſt verbum moneo, vel præcipio, talia præcepta loco trinæ monitionis habentur, vt pulchre conſulit Feder. de Senis conſil. 109. quæſtio magis. colum. 2. vide vnũ caſum ſingularem, in quo ſine monitione quis incidit in pœnam, per Soſi. conſil. 133.. profecto. col. pen. & ſeq. in 1. vol. ☞ Vbi, quando vltra diſpoſitionem legalem emanaret, circa idem conſtitutio particularis, tunc per talem conſtitutionem videtur quis moneri, & ſine alia monitione incidit in pœnam, vt aliquid operetur conſtitutio particularis. ſic concludit Feder. d. conſi. 109. quæſtio. & Panormita. in c. fi. §. porro. col. pe. vt lite non conteſta. ☜

b ¶ Præfati regni.] Per hoc patet ꝙ vniuerſitatibus tantum regni priuilegia in hoc titulo compræhenſa ſunt data, & graduatis in eis, ſi ſint regnicolæ. & ſic qui ſtudet & ſumit gradum in alia vniuerſitate extra regnũ non habetur pro graduato quo ad hæc priuilegia data graduatis regni, ſecus quo ad priuilegia iuris. quæ tradit Alexã. in additio. ad Bar. in. l. 1. C. de dignitati. lib. 12. & per Feli. in rub. de magiſtr. & Barb. in proœmio clemen. Bologni. in repet. authen. habita. C. ne filius pro parte. & Petrus de Leſnauderie in in tracta. de priuileg. docto. dixi in tracta. nominat. q. 10. quando graduati regnicolæ in vniuerſitate extra regnũ promoti gaudere poſſint priuilegiis, & quibus, ibi licet cernere.

Promoti extra regnũ, regni priuilegiis nõ gandẽt.

a ¶ Monemus autem b præfati regni c vniuerſitates

c ¶ Vniuerſitates.] Studiorum generalium non vniuerſitates ciuitatum, vel caſtrorum, ſeu aliæ communitates, de quibus in rubr. ff. quòd cuiuſq; vniuerſi. nomi. Bar. in. l. 1. col. 2 ff. de damno infect. vbi dicit triplicẽ eſſe vniuerſitatem. & conſi. 189. primo quæritur. de quibus eſt tex. in c. ſtatutum. §. cum vero. de reſcrip. in 6. De illis hic nõ intelligitur text. ſed de vniuerſitatibus ſtudiorum generaliũ. Et hoc ſuadetur ex præcedẽtibus. videlicet ex §. 1. 2. & §. præterea. & per totum ſupra eo. vbi text. locutus fuit de hac vniuerſitate in præcedentibus. ergo & hic loqui cenſetur. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de le ga. 1. ☞ Et dicta eſt vniuerſitas ab vnitate, quod in vnum colligatur, ſeu vertatur, quemadmodum rota in aſſe vertitur. teſte Luca de Penna in. l. fi. col. 4. C. de re mili. lib. 12. licet quandoq; ſit diuerſitas. ☜ Nota tamen quòd vniuerſitas non poteſt puniri pro delicto commiſſo per ciues. niſi perpetratũ fuerit ex propoſito & conſilio, etiam ſi omnes ciues vexillo erecto, & pulſata campana facerent illud delictum ſine deliberatione, quia tunc inquiri debet contra ſingulares, & illi puniri. text. ſing. in. l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. ff. quod vi aut clam. Bart. in. l. aut facta. §. fina. nu. 9 de pœnis. & Lucas in. l. 3. C. de exacto. & executo. lib. 12, Feli. & Decius in ca. cum omnes de conſti. laſ. in §. pœnales. nu. 26. inſti. de actio, & conſi. 139. volu. 4. D. Boer. in tract. de ſeditio. fol. 26. Ancha. in c. dilectus. 2. col. 2. & ſeq. de ſymonia. Et vbi vniuerſitas deliquerit, inſtigatores primo debent corporaliter puniri. vniuerſitas vero in pecunia & emen

Triplex eſt vniuerſitas.

Nota bene qñ vniuerſitas ꝑ delicto puniatur.

Source : BIU Cujas

da condẽnari debet. patruus meus Rebuffus in.l.quinque.C.de decur.libr.10. & in rubr. de mune.patri.lib. eod.col.2. & de ratihabitione vniuersitatis tradit decisio. Neapolita.376.ex quo probatũ addidi in d.§.si in sepulchro. vide Hippo. in.l.nihil. nu.19.ff. ad l.cornel.de sica.

☞ Crimẽ tamẽ vnius bene præiudicat aliis eiusdem professionis viris quo ad diffamationẽ, quia ex inhonestate aliquorum studentiũ diffamatur tota vniuersitas, sicut ex delicto sacerdotis diffamantur alii, & etiam episcopus.c.si mala fama.2.q.5. & ex mala vita aliquorum aduocatorum, & doctorum, vel religiosorũ diffamatur ordo ipsorum. Bonifa. vital. in cle. vna,col.3.de offic.ordina. ☜ Si ergo sola facultas theologiæ, decretorum vel alia circa hoc deliquerit aliquem per saltum promouẽdo, non debet puniri tota vniuersitas: nec altera facultas, quæ non deliquit per supradicta, & maxime vbi sunt omnino separatæ, vt hic Parisiis, & in Montepessulano facultas medicinæ à facultatibus aliis est separata. secus in aliis quæ sunt coniunctæ. apud Tholosates oẽs facultates cõiũctæ sunt, sed facultates iuriũ extollũt inter alias caput floridũ.

[d] sub pœna priuationis omnium & singulorum priuilegiorum, [e] a nobis & a sede apostolica obtentorum, ne collatoribus, seu patronis ecclesiasticis habeant aliquos nominare, nisi eos qui secundũ [f] præfata tẽpora studuerint, & secundum dictarum [g] vniuersitatum statapostolica. hic rex se præmisit, quia sua magis interest, vt in euãgelio, Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. vel Romanus pontifex qui hæc concordata condidit, causa honoris (vt fieri est solitum) Francorum regem præmisit ☞ Vt in c. ego Lodoicus.63.distin.c.victor, 97.dist. & ibi glo. & in supra scriptiõe epistolæ inter claros.C. de summa trinita. vbi Alberi. & in his ☜ nõ est magna vis, nisi quòd digniora sunt præponenda.c.auaritiæ. & ibi Decius de præbẽ. quod fallit in loquente, qui de consuetudine minus dignum præponit, & non seipsum.

Loquẽs apponit minus dignũ.

¶ Item notandum est quòd priuilegia possunt dari vniuersitatibus tam à papa, quàm à principibus secularibus quo ad tẽporalia. authen.habita.C. ne filius pro patre.ca. quo iure.8.dist. Et videmus multa priuilegia esse data clericis & ecclesiis per Imperatores in rub.C.de sacrosan.eccle.& in rub. de episc. & cleri.tex. & ibi glos. in cap.fin.de reb.eccle. non alien. Super spiritualibus non possent seculares dare priuilegia, quia in spiritualibus non sunt superiores. cap.ecclesia.de consti.c.bene quidem.96.distin. glo.in.§.itẽ vt decætero.j. verbo regalibus. eod. titu. in pragma.tex. expressus in cap. conuenior.23. q.8.in prin.ibi: verũ ea quæ diuina sunt, imperatoriæ potestati non sunt subiecta.glo.in cap.veniens de præscriptio.

Principes etia seculares vniuersitatibus cõcedere possũt priuilegia.

f ¶ Præfata tempora studuerint.] Et sic vniuersitas non potest nominare aliquem iure, nisi studuerint per tempus statutum in.§.prætera.supra eod.vbi dixi, & in tract. nomina. q.5. ☞ Etiam si post nominationes studuerit, & ante vacationem beneficii per istum text. & ita fuit conclusum in hoc senatu anno.1522.die prima Aprilis.

g ¶ Vniuersitatum statuta.] Hic non repe-

p.i.

d ¶ Sub pœna priuationis.] Non importat priuationem ipso iure, sed comminationem. ita expresse consuluit Alexan.consil.103.videtur.col.pe.vol.1.glo.in cap.vno. de sagit. text.in ca.salomonitane.63.dist. & ibi bona glo. tex.in c.relatum.in fi.de iure patro. glo. in c.non solum de regula.in 6. Barb.in repe. ca.Raynaldus.col.101.de testa. Hoc fallit in sex casibus traditis per D. Tiraquel. in repe. l.si vnq̃. in verbo reuertatur. nu.211. & seq. C.de reuocan.dona. vide glo.in.§.fi.de annatis in verbo ipso facto.in prag.

e ¶ A nobis & à sede.] Id est, à rege & à sede

Source : BIU Cujas

titur quòd inuenerit per præfata tempora, ſicut in nominationibus. & ſic quis poteſt ſumere gradum, dum tamen modo ſecundum ſtatuta vniuerſitatis ſit habilis, & ſic licet nō ſtuduerit per tempus præſtitutum in d. §. præterea. Vel poteſt intelligi, quòd vniuerſitates non debent nominare niſi eos, qui ſtuduerint per præfata tempora, & ſecundū ſtatuta vniuerſitatum promoti fuerint: & ſic requiritur tam in nominato, q̄ in graduato, quòd ſtuduerint per tēpus præſtitutū ſupra. in §. præterea. Et prior intellectus à ſenatu Pariſienſi. tenetur tanq̄ æquitati conformis.

Decē requiſita doctoribus.

¶ Nota tamen quòd anteq̄ quis ad doctoratum promoueatur, decem requiruntur.

¶ Primo, ætas ſaltem. 17. annorum. l. 1. §. pueritiam. ff. de poſtul. q̄uis Card. in proœmio. cle. in 2. q. dicat quòd nulla ætas eſt determinata, ſi habeat alia requiſita, poteſt ſemper fieri doctor. nec refert ſecundum eum an quis ſit ſenex per ætatem, an ſecundum mores. nā aliqui propter nimium ſtudium præueniunt tempus, vt Pariſien. & Tholoſates. glo. in c. tum ex literis. de in integ. reſti. & in. l. vnicuique. C. de proximis ſacro. ſcrinio. lib. 12.

¶ Secundo, quòd per quinquennium ſaltem ſtuduerit, in proœmio. ff. & prima conſtitu. C. §. quibus. facit. c. fi. de magiſtris.

¶ Tertio, quòd in vniuerſitate ſtuduerit, & non ruri. c. tuæ. de cleri. non reſident.

¶ Quarto, quòd alios moribus præcellat. l. magiſtros. C. de profeſſ. & medic. libro. 10. ✣ & maxime requiritur quòd ſit iuſtus cum ſit exemplar bonorum operum ſcholaribus, alias nō eſt dignus aperire ſenſum ſcripturarum de quo habetur apocali. 5. c. & deus reuelat humilibus & paruulis quod interdum abſcondit ſapientibus vt eſt in euangelio. ✣

¶ Quinto, vt facūdiam habeat. ibidem, & l. vna. C. de profeſſ. qui in vrbe Conſtan. Comerue. lib. 12.

¶ Sexto, quòd habeat docendi ſubtilitatem. d. l. vna. Petrus de Leſnaude. in opuſculo de doct. q. 6. partis. 1.

¶ Septimo, quòd in ſuo examine ſeptem doctores ſint. Bart. o. in. l. medicos. C. de profeſſ. libro decimo. & l. ſi quis. ibidem. quod non ſeruatur in vniuerſitatibus. Franciæ.

¶ Octauo, quòd illi doctores iurati deponant illum eſſe ſufficientem. quod etiam nō ſeruatur, vt dixi in repet. l. vnicæ. in verbo ſubtilitatem. nume. 22. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.

¶ Nono, quòd ſit legitime natus, quod in aliquibus vniuerſitatibus non ſeruatur, vt Valentiæ, & de iure illegitimus poteſt doctorari. c. innotuit. & ibi Bal. col. 2. de elect.

¶ Decimo, non negotiator. l. vna. C. negotia. ne militent. libro. 12. & iſta procedunt in doctoribus regentibus. in aliis etiam omnibus iſta non requirimus: ſed primum examē eſt bulgæ, ſecundum ſcientiæ. Inſuper aduertendum eſt quòd ſi liber ſtatutorum vniuerſitatis reputatur pro tali libro, licet non habeat ſubſcriptionem publicam, tamen probat in iudicio. hoc tenet ſing. Bar. in vlt. glo. in extrauag. qui ſint rebelles. & expreſſius Domi. conſil. 15. reuerende. col. vlt. quod eſt ſumme notandum. ✣ Item ſi ſtatutis vniuerſitatis cautum ſit quòd vniuerſitas non poſſit aliqua ſtatuere cōtra ſtatuta antiqua, ſi tamen vniuerſitas multum læderetur ſi ſeruaret illa ſtatuta antiqua poterit eo caſu ſtatuere & ordinare contrarium. l. cum nauarcorū. & ibi patruus meus Rebuffus. C. de naucula. lib. 11. facit. l. ſi hominem & ibi Curtius. ff. manda.

Primum examen doctorū eſt cru meng.

h ¶ Per ſaltū.] Quādo quis dicatur per ſaltū promotus, declaratur in rubr. de clerico per ſaltū promoto. c. 1. videlicet vt tūc dicatur, quādo ſcholaris ſit doctor, vel licētiatus, antequam ſit baccalaureus. ſaltum enim facit, & non aſcendit gradatim, vt. l. vt gradatim ff. de muneri. plenius declaratur in tract. no-

Source : BIU Cujas

mina.quæſt.21. vlti.limita.

illa i ¶Nullitatis pœnam.] Et ſic retractatio & tus annullatio actus eſt pœna. gloſ. in c.cognoſcētes.de cōſti. & ibi plene docto. tex.in c.ſi religioſus.in fi.princ.ibi, in pœnam præſumptionis illius electio eadem ipſo facto viribus vacuetur omnino.de elect.in 6.c.ſuper literis. ibi in pœnā ſuæ peruerſitatis, &c.de reſcript.Barb.conſi.17.præclare.col. penulti.in primo volu. Intellige quādo actus annullatur in odium perſonæ.l.moris. & l.ſi quis forte.§.fin.iuncta.l.aut damnū,in princ. ff.de pœnis.l. teſtamento centurio.in fin. de manu. teſta. inde eſt quod ſtatutum faciens quem inhabilem, dicitur eſſe pœnale,ideo reſtringendū. Paul. per illum tex.in.l.is qui heres.ff.de vulg.Feli.in c.2.col.1.de teſti. Et ſic annullantur hic nominationes & gradus in odium perſonarum eos promouentiū per ſaltum,vel ante tempus.& ita dicit tex.nullitatis pœnam &c. Itē dicitur pœna quādo actus ſpecialiter contra regulas iuris annullatur.l. ſenatus.ff. de contrahen. emptio. Decius & alii in d.c.cognoſcentes. Annullatio tamen dicitur pœna extraordinaria, & improprie. Innoc.in c.ſi vere.de ſenten.excommunica. Philip.Peruſ.in ca.fi.col.2.de elect.in 6.Bal. in.l.nemo martyres.C.de ſacroſanct. eccle. Alex.in.l.turpia.in princ.ff.de leg.1. Si vero actus annulletur ſecundū regulas iuris communis,non dicitur pœna.Bal.& Iaſ.in.l.non dubiū.C.de legi.vnde iura quæ annullant teſtamēta vel ſentētias non ſeruata ſolennitate requiſita de iure cōmuni,non dicūtur pœnalia.Bal.in d.l.nemo martyres.C. de ſacroſan. eccle. per.l.eius.§. plane.ff. de iure fiſci. Idem ſi annulletur in fauorem alicuius. ideo quādo alienatio minoris vel mulieris annullatur,non dicitur pœna,cū illud ſit in fauorē illorum inductū,& nullum ſit delictum,ergo nec pœna.l.ſancimus.C. de pœnis, docto.in

tra [i]nullitatis pœnam, quam in præfatarum nominationum literis [k] declaramus nominādi [l] priuilegio ad tēpus ſecundū culpę qualitaté [m] ſuſpendemus.

d.c.cognoſcentes.vbi vide fuſius. ☞ Quod facit ad cognoſcendū,quādo ſtatuta dicatur pœnalia,& ſic reſtringenda.l. cū quidā.ff. de libe.& poſth.l.interpretatione de pœnis. ☜

k ¶Declaramus.] Ex hoc tex.patet limitatio ad tex.in c.cum ſecundum leges. de hære.in.6. vbi licet bona ſint ipſo iure confiſcata,requiritur tamen declaratio. fallit vt hic,quādo declaratio fieret per legem,vel ſtatutum, aliis modis limitant Do. & Peruſ. in d.c.cum ſecundū. & Fel.in c. Rodulphus ver.ſed declaratoria.col.22.& ſeq.de reſcri. & c.cum nō ab homine.de iud. vide quæ addidi ad d.c.cū ſecūdum. & de quo profit iſta declaratio,tradit Fel.in c.1.col.12.verſi. non obſtat etiam huic limitationi.de conſtitu.

Quando nō requiratur declaratoria ſentētia.

l ¶Priuilegio.] Nota quòd poſſe nominare eſt priuilegium. Et ſic non competit vniuerſitatibus extra regnum, vt patet ſupra in proœmio, cum hoc regnicolis tantum conceſſum ſit, & an hoc priuilegium poſſit reuocari,dico in q.vlti.tract.nominatio. & multa dicerem hic de priuilegiis, quæ de induſtria relinquo, ne impleam chartas ex materiis incidentibus.

Eſt priuilegiū nominationes cōcedere.

m ¶Suſpendemus.] Patet hic quòd duplex pœna poteſt imponi pro vno facto, videlicet, vt nominationes ante tempus præſtitutum conceſſæ ſint nullæ,& vniuerſitates tales nominantes, priuilegio nominādi ſuſpendi poſſint. Intellige quòd duplex pœna imponi poteſt pro vno facto,quando vtraque per eandem conſtitutionem apponitur.l. placet. C. de ſacroſan.eccle. Item quando vna eſſet ſpiritualis,altera temporalis.glo.in c.de his. de accuſa . Idem propter criminis enormitatē. glo.& doct.in c.at ſi clerici. de iud. & quādo vna tenderet ad intereſſe priuatum , & altera ad vindictam.vel vna eſt ciuilis, altera criminalis.l. 1.C. quando ciuilis actio præiudi. crimina. Bar.in.l. prætor.§.1.ff.de iniur.&.l.

Duplex pœna qñ pro vno facto imponi poſſit.

Source : BIU Cujas

1,&.2.vi bono.rapto.authẽ.imo.C.de actio. & oblig.vbi imponitur triplex pœna.Et quãdo vtraque eſt pecuniaria, tunc imponi poteſt altera,quatenus excedit, vt.l.quoties.ff. de actio.& obliga. Idem ſi vtraque proſequatur intereſſe priuatũ, & vtraque deſcendat ex facto, ex quo reſultant diuerſi tituli criminis,qui habẽt ſe vt ſpecies ſeparatæ,& diſtinctæ. l. ſi adulteriũ cũ inceſtu.ff.de adulter.l. qui de crimine. C.de accuſatio.Si vero oriantur propter duo crimina quæ habẽt ſe vt genus & ſpecies, tunc vna pœna ſufficiet.l.ſenatus.ff.de accuſa. idem quando per nouam conſtitutionẽ imponeretur pœna penitus diuerſa à prima impoſita per ius commune,tunc etiam vtraque exigetur.l. quæ ſepulchra. C. de ſepulchro viola.l. quoties. in princip.ff. de actio. & obliga. & ☞ quando vna per ſe non ſufficiebat.c.non ſolum in fi. & ibi glo.de regula.in 6. ☜ Item quãdo pro eodem delicto imponuntur pœnæ diuerſis, tunc pœna vni impoſita nõ liberat alium, vt hic,& in.l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſcopis & clericis.l.ſi familia.ff.de iuriſdict. omnium iud.l.penult. ne quis eum qui in ius vocа.eſt,vi eximat. Itẽ ſi ex vnico exceſſu plures offenderentur.c.1.de re iud.in 6. pulchre Barb.conſi.74.omnia.col.3.volu.3.vbi plus dicit quòd poteſt imponi ex vno facto pœna, & retractatio actus,quæ eſt pœna, vt hic per l.nemo martyres.C.de ſacroſan.eccle.Fallit etiam in caſibus traditis in c.at ſi clerici.§.fi. de iud.vbi traditur regula,quòd quis pro eodem facto nõ debet duplici pœna puniri.fallit vt ſupra dixi. vide per Lucam in.l. nemo. col.6.C.de curſu publ.lib.12,&.l.3.col.8.C. de exacto.& executo. eod.lib. Et an punitus in vna curia poſſit i alia puniri, vide per Bal. conſi.29.vol.4. & conſi.402.ibidem.& conſil.124.in.5.vol.Barb.d.conſi.74.col.3.in.3. vol.Guido papæ conſi.99.Ioannes,vbi dicit ex ſtylo curiarum temporaliũ ſeruari, quòd debitores excommunicati compelluntur ad ſoluendum per curias temporales,per captionem corporis, & bonorum:donec ſe fecerint abſolui.& ſi debitor in carceribus detinetur,tamen creditor poteſt conuolare ad bona,& cõtra. allegat Angel. Are. in.l. 4.§. ſi ex cõuentione. ff. de re iudi. Henric. boteũ in tract.de ſynod.epiſcopi.fol.58. Phi lip.peruſ.in ca.felicis.§.per hoc. de pœnis in 6.glo.in.§.1.in verbo permãſuris.de cõcubinariis in prag.vide Panor. & alios in cap.de cauſis col.vlt.de offi.deleg.& quãdo imponũtur diuerſæ pœnæ à lege ſtatuto vel ordinatiõe,quæ illarũ ſit imponẽda, Præpoſi. plene tradit ĩ c.fraternitatis.col.pe.& ſeq.34.diſt.

[a] ¶ Si quis autem graduatorũ,aut nominatorũ, in menſibus deputatis collatoribus ordinarijs, aut patronis eccleſiaſticis beneficiũ vacãs,in vim gradus aut nominationis [b] petierit,&[c] collatorẽ ordinarium in vim præfati gradus aut nominationis in proceſſu po-

a ¶ Si quis autem.] Hic.§.duas habet partes,prima imponit pœnã graduatis,& nominatis: ſecunda collatoribus.ſecunda ibi, eodémque vinculo.

b ¶ Petierit.] Petere non dicitur ante litem conteſtatam, ſed petere velle.l.amplius.ff.rẽ ratam hab.Et hoc declarant verba ſequẽtia, & in proceſſu poſuerit. ergo ſi extra iudiciũ petierit,non incidit in pœnam huius tex.ſed poterit pœnitere. Archi.in cap.placuit. primo.11.q.1. Et an verbum petere requirat litis conteſtationem, tradit Barth.in d.l.amplius.& Iaſ.in.l. ſi decem cum petiero. col.1. ff.de verbo.obliga.Georg.nathan in repeti. cleri. ſæpe.colũ.8.in verbo cauſas.de verbo ſignifi. Anto.in ca.ſi diligenti.colum.7.cum ſeq.de for.comp.

Petere ãte litẽ cõteſtatam quis non dicitur.

c ¶ Collatorem ordinarium.] Et ſic ſi nominatus vel graduatus petat à prouiſo per ordinarium collatorem, & in proceſſu ponat,ac moleſtet, nõ incidit in hanc pœnam,

Punit⁹ in vna curia an in alia puniri poſſit.

Moleſtãs quiſq; ab ordinario an ſit puniẽd⁹.

Source : BIU Cujas

e um hic text.illud non dicat, & etiam quia ☞ ille prouiſus expenſas damna & intereſſe ab illo qualificato petere poterit, & ſic non debet puniri quo ad collatorē,ne duplici pœna conteratur c.at ſi clerici.§.fi.de iud. & quia bona fides nō patitur, vt bis maxime ab vno exigatur. regula bona fides de reg.iur.in 6. ☞ Alii contradicūt.vt molestans indebite prouiſum ab ordinario. in cidat in pœnam, quia ſatis dicitur moleſtare ordinariū collatorē, qui moleſtat eius prouiſum,cū ipſe ordinarius teneatur poſtea euicto beneficio eidē conferre.c. inter cætera.de præb.declaro in tracta.nomina.q.vlti.& maxime qa ſatis lucratur ordinarius q explet voluntatem glo.in.l.penul.ff.de cōdict.cauſa data.q̄ ſing. not.Bal.in marg.in verbo.lucrū.q.3.Decius in cap.ex .S. ſup̄ .col.2. de reſcript. addidi ad d.l.pe ntex.pro illa gl.dic vt in quæſt.vlt. tract.nomina.ſcripſi.

ſuerit,& d taliter moleſtauerit, illū e vltra expenſarū f damnorum, & g intereſſe condemnationem, fructibus ſui gradus & nominationis h priuandum eſſe decernimus. i Eodemque vinculo collatores ordinarios, & patronos eccleſiaſticos, quibus graduati & nominati debite(vt ſupra) qualificati ſuorū graduum & nominationis literas inſinuauerint,aſtringimus.vt beneficia ad eorum collationem vel præſentationē ſpectantia in menſibus graduatorū ſimplicium & nominatorum vacan-

d ¶ Taliter moleſtauerit.] Aliqui taliter moleſtauerit legūt,& intelligunt taliter,videlicet per proceſſum. Alii legunt,& aliter moleſtauerit,videlicet quā per proceſſum.ſcilicet de facto, & tunc appellatione moleſtiæ venit iuris & facti moleſtia. vt in.l. vna. C. de nūdinis.dixi in d.tract.nomina.quæſt.vl.

e ¶ Vltra expenſarū.] Et ſic in expenſis tenetur,mederatis tamen.nā promittens reſiceere expenſas, de moderatis tantū intelligitur.glo.ſing.in authen.de iudicib.§.oportet. colla.6.ſecundū Bal.in c.finem.col.3. de dolo.Et de expēſis multa tradit Specula. in tit. de expen.& Lanfran.in repet.c.quoniam cō tra.in fi.de proba.Petr.de Ferra.in pract.ſua in forma libelli in actio.reali.in verb. & expenſis.quæ ſi hic vellē tranſcribere,aſcenderent ad iuſtum volumen.

f ¶ Damnorum.] Quorum appellatione venit dimitutio patrimonii.l.3.ff.de dāno infect. gl.in tit. de friuo. appella. in verbo dānorum. Expenſæ tamen damnorū appellatione non veniunt. tex.ſing.in ca.in noſtra.de iniur. ideo ſupra expreſſit expenſas &c.

g ¶ Intereſſe.] Appellatione cuius venit proprie lucrū ceſſans & dānū emergēs. gl. & doct. in.l. vna. C. de ſentē. quæ p eo p intereſt.& ibi dixi in præſa. repe.ad illā legem.non repeto, cū liceat ibi videre multa per me ſcripta in illa materia.

h ¶ Priuandū.[Et ſic nō eſt priuatus ipſo iure,ſed per ſententiā venit priuādus,quia participiū futuri tēporis & verbū important canonem ferendæ ſententiæ c.cū tu.de vſur.l. improbū. C.ex quibus cau.infa. irrogat.l.in criminali.ff.de iuriſd.om.iud.Fel.in c.Rodulphus.de reſcrip.Fallit in viginti caſibus congeſtis per Tiraquel. in repet.l.ſi vnq̄. in verbo reuertatur.nu.32.cū ſe.q.C.de reuocā.dona.Et ibi tradit vtilitates quæ ex hoc ſequūtur,videlicet quando ſit canon latæ ſententiæ,vel ferendæ.

Participiū & verbū futuri tēporis importāt canonē ſētētię ferendę.

i ¶ Eodem vinculo.] Hic verſiculus duobus intelligitur modis.Primo,quòdſicut graduati & nominati tenentur ad expenſas,damna & intereſſe vltra nullitatis pœnam, quia literæ nominationum & gradus ſunt nullæ,quādo moleſtant ordinarium collatorē:ita collatores conferentes beneficia in mēſibus de putatis nominatis vel graduatis vacātia,aliis

Source : BIU Cujas

quã qualificatis, tenentur ad expenſas, dãna, & intereſſe nominatis & graduatis vltra nullitatẽ collationis. & hoc procedit ſi nominati & graduati proſequantur. dixi in. 8. q. octauæ quæſt. princi. tract. nomina.

¶ Secundo, intelligitur quòd eodẽ vinculo aſtringũtur collatores, vcz, ſicut nominati nõ debẽt petere beneficia eiſdẽ nõ debita, ſic epiſcopi beneficia eiſdem debita, aliis nõ debent cõferre, ſi in menſibus eiſdẽ præſtitutis vacẽt, ſub pœna ſuſpenſiõis poteſtatis cõferendi in octo menſibus illo anno ad collationẽ eorum, ad præſentationẽ liberam ſpectantibus. & ſic non repetit pœnas ſupra poſitas & hic intellectus magis cõuenit textui. vide quæ dico in tract. nomina. q. 1. 9. in fine K ¶ Extantibus præfatis graduatis.] Ablatiui abſolute poſiti cõditionẽ inducũt. ui ſunt abſolute poſiti inducentes conditionẽ. l. ab emptione. ff. de pact. & ibi laſ. & l. à teſtatore. de cõdit. & demõſtra. laſ. in. l. 1. no. 5. de iu. emphy. & in rubr. ff. fol. ma. Vult ergo dicere tex. ſi ſint nominati, & proſequantur beneficia eiſdem debita, epiſcopus non debet aliis q̃ ipſis conferre. ſi vero non ſint nominati, vel ſint, & non proſequantur: epiſcopus tunc conferre poteſt etiã non qualificato, quia ſemper lex intelligi debet, ſi petatur, vel ſi velit: vt laſ. late dicit in. l. 2. C. de iur. emphy. multa congerit D. And. Tiraquel. in rep. l. ſi vnq̃. in verbo reuertatur. nu. 8. cũ ſeq. C. de reuocan. dona.

Proſequi debet nominatus, alias collatio alteri facta valebit. [¶ Proſequentibus.] Et ſic epiſcopus poteſt conferre nõ nominato vel nõ graduato beneficia eiſdẽ præſtituta & debita, ſi nominati non proſequantur, nec graduati, vt hic. Idẽ ſi antiquior nominatus nõ proſequatur, tũc poteſt iuniori conferri beneficiũ debitũ antiquiori, quia iunior vigilauit, & proſecutus eſt. ideo ſuã conditionẽ meliorem fecit. l. pupillus. ff. quæ in fraudẽ creditorum.

¶ Item poteſt cõferre parochiales eccleſias [k] extantibus præfatis graduatis aut nominatis debite qualificatis illa [l] proſequentibus, alijs quam graduatis aut nominatis non conferant. in ciuitatibus aut villis muratis exiſtentes, non proſequentibus graduatis, aut nominatis, aliis non graduatis. d. §. ſtatuimus ſupra. ✣ & dicitur proſequi quando obtinuit collationem & per eam proſequitur aduerſariũ vſq; ad ſententiã: ſecus ſi obtẽta collatione ab ordinario tacẽat quia tunc collatio. ordinarii nõ eſt nulla cũ nõ dicatur proſequi qui cum effectu non proſequitur. l. 1. ff. quod quiſq; iuris nã præſumitur renunciare quando ante ſententiam deſtitit. l. deſtitiſſe ff. de iud. facit glo. in §. item quod ad dictas in verbo. nominatorum eo. titu. in pragmatica. ſcripſi in repet. l. diuus fol. 15. de ſenatuſ conſulto Sylla. ✣

¶ Præterea beneficia debita mandatario poteſt ordinarius collator conferre graduato, vel alteri quando mãdatarius non proſequitur. Rub. de manda. apoſt. verſi. declarantes proſequentes huiuſmodi mandata &c. & in mandatis ſolet apponi hæc clauſula, ſi vobis pro alio nõ ſcripſerimus, qui ſimile mandatũ aut ſimilẽ gratiã proſequatur, vt patet infra in forma manda. & ibi dixi. Ratio eſt, quia in uito nõ confertur beneficiũ, regula iuris, in uito. ff. de reg. iur. & etiam in gratia ſemper intelligitur clauſula, ſi is cui cõceditur, proſequatur & vti velit, etiã ſi clauſula decreti irritantis adſit. Io. Monach. in c. ſtatutum. de præb. in 6. dixi in tract. no. q. 18. facit. l. proinde. in fi. ff. ſi certum petatur. & ſupra eod. in glo. ipſo iure in §. ſi quis vero.

¶ Item inſtitutio facta ſine præſentatiõe patroni, eſt ipſo iure nulla. capi. decernimus. 16 q. 7. inſtante videlicet & proſequẽte patrono, alioqui non. Panormi. & alii in c. illud. & cap. ex inſinuatione. de iur. patro. Rochus in verbo. honorificum. q. 1. tract. de iur. patr.

¶ Intellige rite & rectè proſequẽtibus. & debite qualificatis, vt dicit tex. ſupra in §. præſati. i. & ibi dixi. & in tract. no. q. 18. Item pro-

Source : BIU Cujas

sequentibus intra tempus.aliàs si vellet post sex menses,non facta requisitione,vel habita collatione prosequi post triennium non posset,sed posset repelli per decretum de pacifi.possesso.vt dixi tracta. de pacifi.possess. in 13.amplia.nam permissum ad tẽpus post tempus videtur prohibitũ.l.statuliberum §.1.ff.de leg.2. Et sic graduatus non tenetur acceptare per prædicta primum beneficium,vel nominatus etiã si sciat illud beneficium sibi deberi,& se esse antiquiorẽ, tum etiam quia hoc nõ est expressum,sicut in mãdatis.c. tibi qui.de rescript.in 6.& in c.si clericus.de præben.eo.lib. Imo in.§. teneantur supra:eo dicitur ꝙ graduati & nominati qui non insinuauerunt,nõ possunt petere beneficia vacãtia in mensibus eisdem præstitutis. ergo si insinuauerint.possunt petere,non dicit,teneãtur petere, quia verbũ potest, volũtatem &non necessitatẽ significat.l.sæpe.ff. de offi.præsid.Bart.&alii in.l.gallus.ff.de liber.& posthu.Item non priuatur quis nisi in casibus à iure expressis.glo.in c.vlti. de iure patro.l.si seruum.§.prætor.ff. de acqui.hære. sed hoc non reperitur expressum, ergo &c. ad hæc quód in fauorẽ graduatorum & nominatorum est introductum,vt possint acceptare primum vel aliud,ergo illi fauori renũciare possunt.cap.si diligenti. de foro comp. In hoc ergo erunt melioris conditionis quã mãdatarii.Et in quibus differant. dico infra titul.proximo.in verbo nominatis.§. declarantes.

m sub pœna suspensionis potestatis cõfetendi beneficia in octo mensibus n illo anno ad collationem eorum ac pręsentationem liberam spectantibus.

m ¶Sub pœna suspensionis.] Comminatio est non pœnæ inflictio.possent tamen iudices seculares & maxime domini senatores hanc pœnam collatoribus imponere, & interim persona prouida & honesta, quæ suspensi suppleret defectum, poni deberet. cap.graue. de præb. & etiã si episcopus non se corrigeret, posset puniri pœna contenta in d.capit.graue.vel alia pœna arbitraria.Et hæc pœna habebit locum in collatore, qui confert etiam iure deuoluto, cũ sit eadem ratio, & qa omnibus præcipitur,in d.§.præfati.i. &.§. si quis vero.vide ibidẽ. & quæ dico in tract.nomina.q.8.nu.19.& an suspẽsus ab officio censeatur esse suspensus à beneficio,vide text. & ibi glos.in ca.si quis sacerdotum.81. dist.glo.Panormit.& alios in capit.pastoralis.de appel.& de multiplici suspensione tradit glos.in cle.cupientes de pœnis.Fel.in c.2.de exceptio,

n ¶Illo anno.] Et sic patet ꝙintelligitur de octo mensibus illius anni, & nõ alterius, sicut si dicatur,per tres quadragesimas pœniteat.intelligitur de tribus q̃dragesimis vnius anni,tex,in c.accusasti.de accus. gl. in c.qui cõpulsus. 22. q.5. de qua dubitauit Corse.in sing.incipien.quadragesima.& facit ꝙ eligẽtes scienter indignũ sunt suspensi per triennium à beneficiis ecclesiasticis.c.cũ in cunctis.§.fi.de electio.intelligitur de illis beneficiis quæ habent in illa ecclesia,in qua fuit facta electio.c.si cõpromissarius.in fi.de elect. in 6.Reliqua tangentia materiã huius tituli dico in tract.nomina.ad quẽ recurrito.&sic cum his dicam cum psalte egregio psal. 67. Benedictus dominus die quotidie, prosperũ iter faciet nobis deus salutarium nostrorũ, vt ad finem vsque sua gratia possim peruenire. Sic continuando in hoc titulo dictũ extitit quomodo conferri debent beneficia ratione gradus & nominationis, nũc sequitur videre quomodo ratione mãdati.Ideo sequitur rubr.de mandatis apostolicis.

Cõtinuatio rubricarũ.

TITVLI DE COLLATIONIBVS FINIS

Source : BIU Cujas

RVBRICA DE MANdatis Apoſtolicis.

Quis primo inuenit mandata.

NOtandum eſt quòd olim Romani pontifices nõ ſolebant grauare ordinarios per hæc mandata, ſed Alexander tertius (vt reor) fuit primus qui inuenit iſta mandata. capi. eam te. de reſcript. quæ demum proſecutus eſt Innocen. tertius, vt in cap. dilectus. 2. de præb. poſtea Honorius tertius, vt in cap. capitulum. de reſcript. deinceps Gregorius nonus, vt in capit. mandatum. cum duobus ſequen. illo titu. ſuperuenit poſtea Innocentius quartus, qui decretalem primam de conceſſ. præb. in 6. euulgauit. Et poſt eum Bonifacius octauus compilauit decretalem vlt. de præb. in ſexto. Vltimo clemens quintus in conſilio Viennen. quædam dubia declarauit in cle. vna de conceſſ. præb. De his Ioan. And. not. in addi. ad Specula. in rubr. de conceſſ. præb. in princi. & in cap. duobus. in fin. de reſcript. in 6. Petrus Ancha. in d. cle. vni. in princ. Poſtremo papa & rex certam mandatis in hoc Franciæ regno, de qua infra patet, formam ſtatuerũt, & hæc ſunt iura quæ in mandatorũ materia allegari ſolent.

Quę ſũt literæ monitoriæ præceptoriæ & executoriæ.

¶ Inſuper in his mandatis olim Romani põtifices primo dabãt literas monitorias, (quas primarias preces) per quas monebant ordinarios ad conferendum mandatariis. Veruntamen quia ordinarii voluntatem ſummi pontificis non exequebantur, ideo literas præceptorias inuenerunt, quibus præcipiebant ordinariis collatoribus, vt mandatariis conferre haberent. Verum ſi mandatum collatores non exequebantur, non annullabatur diſpoſitio, ſed cõtrafaciens erat puniendus capit. ſi ſoli. de conceſſ. præbend. in ſexto. capit. dilectus. 2. de præbend. Felinus in capit. conſtitutus. col. 9. nume. 21. de reſcript. Ideo Romani pontifices literas executorias inuenerunt, per quas mandabatur, vt executores compellerent ordinarium ad conferendum. de his tribus literis habetur in capit. capitulum. cap. literis. & cap. ex inſinuatione. de reſcript. Veruntamen quia adhuc manus ordinarii non ligabantur, vt collatio in contrarium facta non valeret, ni ſi in tribus caſibus.

¶ Primus, quando erat creatus canonicus. ca. ſi poſtquam. de præbend. in 6. ca. duobus. de reſcript. illo lib. Felinus in capitulo, ad audientiam. colum. 8. verſic. literæ non dantur de reſcript.

¶ Secundus, quando erat clauſula decreti.

¶ Tertius, quando executor inhibuerat collatori, & ſuæ collationi reſeruauerat. capit. tibi qui. de reſcript. in 6. d. c. ſi ſoli. Ideo executoribus poteſtatem conferendi literis in executorialibus in recuſationem vel negligentiam dederunt. cap. ſi apoſtolicæ. de præbend. in 6. capit. ſi capitulo, de conceſſ. præbend. ibidem. Aliquando vero dabantur tantum literæ executoriæ, vt in d. capit. capitulum. de reſcript. & ibi ample de hac materia. Verumenimuero, quia hæc materia eſt difficilis, & confuſa: nam paucos habet textus & dubia ſuper ipſis formis & clauſulis decidũtur argumentis legalibus melius quam canonicis conſtitutionibus, teſte Petro de Ancha. in cle. vna. col. 1. de conceſſ. præben. ideo putauit hic aliqua quotidiana pro eluci datione inſerere

Materia mãdatorũ eſt difficilis & confuſa.

¶ Quot modis capiatur mandatum, tradit Barb. in cap. mandatum. notab 1. colum. 2. de reſcript. Et quid differat à præcepto, Felinus & Decius in capitul. eam te. illo titulo. Et quid ſit mandatum principis, gloſ. in authen. de mandat. princip. collatio. 3. in princi. Et quotuplex ſit, Azo & docto in eodem titul. C. & per Alber. in verbo. mandatum. in dictio: Hic poſſem multa dicere de mandato, ſed tantum proſequar materiam congruentem.

Source : BIU Cujas

a ¶ Statuimus.] Hic titulus quadrifariam diuiditur, primo præstituit numerum mandatorum ecclesiis Franciæ dirigendum. Secunda præcipit mandata dari sub forma inferius descripta, ibi, & vt obuietur. Tertia reseruat sibi papa præuentione omnium quorumcunque beneficiorum, ibi declarates &c. Quarta vult verum beneficiorum valorem exprimi debere, ibi statuimus. & sit hoc loco summarii ad totum titulum, & de verbo statuimus dictum est in §. primo. supra de colla. in. 1. glo.

¶ Statuimus & ordinamus quod quilibet Romanus pontifex

b ¶ Quilibet.] Canonice promotus, alioqui anathemate cum suis autoribus, fautoribus, & sequacibus, à liminibus sanctæ dei ecclesiæ separatus abiiciatur, sicut antichristus & inuasor & destructor totius christianitatis &c. tex. in ca. 1. col. 3. dist. 23. quem text. dicit sing. Addit. ad Panor. in proœmio decretalium Gregorius, & Panor. in c, licet. de electio. nu. 11. Et alibi dicitur, Si quis pecunia vel gratia humana, aut populari seu militari tumultu, sine concordi & canonica electione cardinalium fuerit apostolicæ sedi in thronizatus, non apostolicus, sed apostaticus habeatur: liceátque cardinalibus illum maiorẽ anathematizare, & humano auxilio à sede apostolica pellere. c. si quis. 79. dist. ideo dicit Bal. in l. impetrata. not. 1. C. senten. rescindi nõ posse. quod princeps legitime electus est deus in terris, & maxime papa. sed non legitime electus est diabolus & apostata, & no habet claues cæli, sed inferni. sequitur Barb. in clement. ne Romani. col. penulti. de electio. Nec retragatur verbum quilibet, quia debet intelligi de habili, vt in. l. 1. C. de sacrosanct. eccle. & ibi addidi Alexá. in. l. 1. §. nunciatio. ff. de operis noui nuncia. & ideo tex. supra de electio. derog. dicit canonice intrantium. & ibi Ioan. Dayma declarat quando dicantur canonice ingredi. & Feli. in cap. ego. N. col. 2. de iureiur. per illum tex.

c ¶ Romanus pontifex.] Etiam si habitaret extra vrbem Romam, quia nõ locus, sed dignitas hanc concedit gratiam, arg. c. illud. & c. multi. 40. distinct. glo. in verbo Romanæ. in §. nos itaque. in extrauag. Ioan. 22. rub. de præben. Et quòd Romæ debeat habitare, cõcludit Oldra. consil. 85. sanctissime. ☞ Et Alber. in supra scriptione epistolæ inter claras. C. de summa trinita. dicit tamen tex. in cap. legimus. 93. distinct. quòd vbicunque fuerit episcopus, siue Romæ, siue AEugubii, siue Cõstantinopolitani, eiusdem meriti est, eiusdem & sacerdotii. Ideo ego arbitrio suo relinquo. Præposi. in capit. in nomine domini. 23. distinctio. instar iudicis. l. prima. ff. de iure deliberand.

Papa vbi habitare debeat.

¶ Item dicit textus, Romanus põtifex, quia alius à papa non potest dare ius ad vacatura. cap. nulla. de conces. præbend. capit. 2. de præbend. in. 6. nec ista mandata concedere. etiam legatus. ca. dilectus. 1. de præben. glos. in cap. si eum. eodem titu. in 6. & cap. quanuis de rescrip. allo lib. & sic papa tantum hæc mandata concedere potest. Imol. in c. consti tutus. col. 1. de rescript. Pontifex enim princeps sacerdotum est, vel dicitur esse quasi via sequentium. Ipse summus sacerdos, ipse pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque leuitas: ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit: ipse quod vnusquisque facere debet ostendit. Antea autem pontifices & reges erant. nam maiorum hæc consuetũdo fuit, vt rex esset sacerdos, & pontifex. vnde & pontifices Romani imperatores appellabantur. sunt verba tex. in cap. cleros. in versi. pontifex. 21. dist. Hodie conuenit soli papæ, etiam ex communi vsu loquendi. clemẽ. si Romanus pontifex. de præbend. ☞ capitu. 1. de constit. in. 6. & ibi glo. & docto. tradunt quibus vocetur nominibus. & Præpositus in cap. statuimus. 4. dist. Aliquando vocatur summus pontifex. clem. si

Quis possit dare mãdata.

Source : BIU Cujas

ſummus.de ſent.excommuni. Aliquando vocatur ſummus ſacerdos, quod nomen cœpit à Moyſe ca.ſacroſancta.22.diſtin. Et maior eſt auctoritas papæ,quàm ſanctorum.c. de li bellis.20. diſtin. de hac poteſtate multa tradit Bal. in.l.reſcripta. col.3. C.de preci.imperato.offerē. [d] ſemel dūtaxat [e] tempore & Occam in ſuo tracta. de poteſta.papæ.ſúntque alii multi tractatus de poteſtate papæ, qui poteſtatem fuſius explicant. ad eos ſi lubet confugito. Sunt tamen quidam hæretici,qui nihili poteſtatem papæ faciunt, cum nihili ſint, non videntes quod dictum eſt eidem, Tu vocaberis cephas. & ipſis,Durum eſt vobis contra ſtimulum calcitrare. ☞ quia papa eſt omnis ſuper omnia. teſte Bald.in c.vno col.2. verſic. pone quod prælatus qualiter domi. à feud. proprie priuet.& contra hos hæreticos habetur.Eſaiæ. 29. cap. & erit ſicut puluis tenuis multitudo ventilantium te,& ſicut fauilla pertranſiens multitudo eorum qui contra te. videlicet papam,præualuerunt. ☜

Papa quid ſit.

d ¶ Semel.] Dicitur Iob. 33. Semel loquitur deus,& ſecundo idipſum non repetit. ſic & Chriſti vicarius.ideo hic dicitur ſemel.& per hoc patet, quòd prohibetur regnicolis petere ſecundum mandatum, niſi vt dicitur infra,quia ſemel & non ſæpius hic peti conceditur,vt in ſimili dicit text. in.l.fina.§. ſed quia quidam. C. de iure delib. nam eo quod prohibetur hic concedere,prohibetur etiam petere, quia prohibito vno de correlatiuis, cenſetur reliquum prohibitum. l. 1. &. 2. C. de cupreſ.lib.11.probatur in.l.fina. & ibi pulchre Iaſ. C. de indic. vidui. tollend. Feli. in proœmio decreta. inci. Gregorius.in princ. pleniſſime per Hippoly. in.l. ſi quis viduam. ff.de quæſtio. Si tamen peteretur mandatum ſecundum,& per importunitatem Rom.pōtifex concederet, non valeret, ſi dirigeretur habenti tantum collationem decem beneficiorum, propter illam clauſulam decreti poſitam in rub. de firma & irreuoca. Concordatorum ſtabili.infra.nec collatores ratione illius mandati conferre tenerentur iſti mandatario. ☞ vt infra eod.dico in glo. præferendos.intellige vt ibi dicitur.quia non dicitur hic, quod ſemel concedere poſſit vnum mandatum, ſed ſemel tempore ſui pontificatus literas mandati concedere poteſt, vt ſequitur. ☜ Nec poſſet ſuper hoc papa diſpenſare,vt ſupra dixi in præſa. ad rubr.de colla.nam ordo confunditur quando ſua iuriſdictio cuilibet non ſeruatur c.peruenit.11. quæſt.1. & alibi dicitur in c.ecce.99. diſtin. Meus nāque eſt honor vniuerſalis eccleſiæ. meus honor eſt fratrum meorum ſolidus vigor. Tunc ergo honoratus ſum, cū ſingulis quibúſq; honor debitus nō negatur. & quia ita conuentum eſt,contra quam conuentionem altera pars non diſpenſat, vt plene dixi ſupra titu.proximo in præſa.Et de inſinuatione literarum ſemel facienda dicit text. in.§. præfatique graduati.ſupra titu.proxi. & plene dixi in tracta. nomi. q.14. ibi, vndecimo quotiens inſinuentur.&c.

Papa au diſpēſare poſſit vt plura mādata dentur.

e ¶ Tempore.] Ergo quocunque tempore, quia indefinita æquipollet vniuerſali.cap.vt circa.de elect.in.6. ſiue ſtatim facta coronatione conceſſerit,ſiue poſt.glo.in.l.1.in verbo,tempore ſolutionis.C.de ſolutio.vbi exponit verbum tempore ſolutionis, id eſt in ipſa ſolutione, vel parum ante vel poſt. Imo etiam conceſſum mandatum ante coronationem valeret.tex.in extrauagā.vlti.de ſenten.excommuni.in cōmunibus, licet de ſtylo ante coronationem non ſoleant concedi, vt videtur concludere Feli.& recentio. in c. eam te.colum.5.verſi. ſecundo reſtringitur. de reſcript. ☞ Vide Præpoſi. in cap.1. col. 7.diſtinct.33. eſt tamen differentia, quia papa ante coronationem vtitur bulla plumblea pro dimidia tantum parte ſculpta. teſte Bonif.in cle.vna.§.porro.nu.27.de iureiu.& vix reciperetur ſic in Francia, ſed poſt coronationem tota eſt ſculpta vt ibidē dicitur. ☜

Quando poſsint concedi mādata.

Source : BIU Cujas

Et sic concedet mandatum antequam cedat papatui.c.1.de renũcia.in 6.quod tam rarum est,sicut auis Phœnix. vel antequam moriatur, quia mors soluit pontificatum, argu.§. deinceps.in authen.de nup.colla. quarta. & si vnum tantum mandatum in ingressu cõcesserit, alterum postea, quandocunque placuerit per hoc verbũ dare poterit,cum semper sit in tempore sui pontificatus ante mortem & cessionem,vt dixi.

f fui pontificatus

f ¶Sui pontificatus.] Et sic tandiu potest concedere hæc mandata, quandiu durat potestas pontificalis.Sed an eo mortuo vel cessione facta expiret concessum? videtur quòd sic per.l.mandatum.C.mandat.&.§.recte. in stit.illo titu.vbi mandatũ finitur morte mãdantis re integra. Contrarium teneo in his mãdatis apostolicis,per tex.in c.si super gratia.de offi.delega. in 6. vbi dicit non expirare,quando res nõ est integra,vtpote quia est collatus canonicatus, vel fulminatus processus.Sic tenuit glosa in §.item voluit. versic. visum.in verb.mandatum.de colla. in prag. Do.& alii in ca.præsenti.de offi.leg.in 6.Cũ ergo in Francia semper cõferatur canonicatus secularibus, vt in forma mandati inferiore patet, ergo in Francia mandata ista per mortem papæ non expirant.ca.vlti. de concess.præbend.in 6.& cap si is cui.de præben. illo lib.& in regula cancella.decima. Sic tenẽt domi.de Rota decisio.285. si episcopus. & decis.349.si papa in nouis.Perus.in cap.si gratiose.1.nota.de rescrip.in 6. Nota tamen quòd quando gratia est facta,quanuis nõ executa, cum quæsitum sit ius ad rem, vel saltẽ ius implorandi officium iudicis vel executoris,tunc non expirat morte concedentis,per notata in capit.si cui nulla.de præbend.in 6. Lappus allega.17.an datio.glo.in c.veniens. de renuncia. Feli.in ca.ad audientiam.2. col. 7.versi.literæ. de rescrip. vbi dicit quòd expectans apostolicus tantum acquirit ius implorandi executores, vt mandatum exequantur:non vero obligationem.glos.in cap.veniens. de renuncia. Si tamen executor nolit exequi, non datur actio contra eum, sed puniendus erit.allegat Domi. & Ioan. And.in cap.1.in princi.col.2.de conces.præbend.in 6. Licet quidam doct. non satis practici parum aduertentes ad stylum cancellariæ hodiernum putẽt mandata de prouidendo dici gratias faciendas, & non factas, cum per gratiam faciendam non quæratur ius in re, nec ad rem: vt si papa pro scholari mandet cuidam, vt promoueat eum ad gradum doctoratus. tunc re integra finietur mandatum, cum non sit aliquod ius quæsitum scholari.secus in mandato,vt asserit Prouinciale.fol.37.versi.præstantissime. facit quod notat Feder. consil. 78.casus est.papa.Imo dicit Bald.in.l. mandatum.colum.3. in 4.oppo.C. manda. quòd si papa in gratia mandet executori, vt eam exequatur,non finitur mandatum morte papæ,licet secus esset si dirigeretur collatori tãtum, & non mero executori.allegat d. cap.si super gratia. ☞ Item per viam contractus est hic permissum papæ, vt mandata concedere possit, quod debet intelligi cum effectu.l.prima.ff.quod quisque iuris.sed si mandata morte papæ finirentur, non concederet cum effectu,imo papæ autoritate circunscripti essent mandatarii,contra.l.primã.C. de his qui veniam æta.impetra.& impetrantibus essent elusoria, contra.l.si prætor.ff. de iudic. & res nummaria Galliæ Romæ propter frequentem mandatorum impetrationem exhauriretur, ac in detrimentum regni colarũ cederet,contra ea quæ supra in proœ. dicuntur, & ibi ponderaui. ☜ ✠ Item officium executorum gratiarum nõ expirat per mortem pape Bald. in capit. relatum de offic.deleg.ergo nec mandata sine quibus non possunt consistere executores illorum. nec præceptum expirat per mortẽ, vt tenet glosa.in capit.dudum.18. quæstio. secunda. Feli.& alii in capitulo.eam te de rescript. ✠

Source : BIU Cujas

Nec obſtat verbum tempore hic poſitum, vi delicet vt ſuo tẽpore concedere poſſit, ergo extra ſuũ tempus nõ, & ſic finietur: quia reſpon. quòd papa poteſt ſuo tẽpore dare, nõ tamen hic tex. dicit quòd datũ ſuo tempore finiatur, ſicut dicimus de ſpurio qui poteſt à papa tempore pontificatus legitimari. c. per venerabilem. & per totum titu. qui filii ſint legi. tamen non finitur legitimatio tempore Romani põtificis, nec per obitum illius, ſic nec mãdatum. facit deciſio Tho. Faſtol. in deciſio. Rotæ. q. 23. cum ſeq. vide caſus in quibus non finitur mandatum, etiam re integra per mortem mandatis, per Iaſ. & Decium in. l. eius. §. placebat. ff. ſi cert. peta. & quæ addidi ad. l. mandatum. C. mand. Et quando dicatur res integra, declarat Guido papæ in deciſio. Delphi. q. 491. prælatus & docto vbi ſupra.

Scriptura quãdo requiratur in gratia papę obtẽta.

g ¶ literas.] Et ſic in mandatis apoſtolicis requiritur ſcriptura, licet de iure ad electum & eſſentiam gratiæ non requiratur, ſed ſolo verbo Roma. pontifi. perficitur. cap. inquiſitionis. 25. q. 2. cle. dudum. §. fin. ibi, verbo ſeu ſcripto, de ſepult. l. contrahitur. ff. de pigno. Archi. & Io. And. in proœmio ſexti. col. pe. nam in lingua principis ſtat gratia, in ſcriptura teſtimonium, in executione commoditas. Bal. in cap. capitulum. col. pe. de reſcript. quia per collationem in ſpiritualibus ius tranſit. cap. ſi tibi abſenti. de præbend. lib. 6. ca. fi. de conceſſ. præb. co. lib. de Rota deciſio. 882. in antiq. Feli. in. c. in noſtra. in fi. de reſcrip. Feli. Decius & alii in rubr. de conſti. Barba. in proœmio cle. §. quoniam. col. 16. & ſeque. Iaſ. conſil. 146. beatiſſimo. col. 4. verſi. 5. facit. in 2. volu. Ideo ſi moriatur ſummus pontifex qui conceſſit gratiam, non leuatis bullis, poterit poſtea ſucceſſor expedire bullas in forma, rationi congruit, vt in regula cancella. 8. Bal. in. l. humanum. in fin. C. de legib. Bonifac. in proœmio cle. col. ſecunda. Et ſi non expediãtur per ſucceſſorem, gratia non eſt probata per illam ſignaturam. Deciſio Neapoli. 253. duo. vide infrà in forma manda, in verbo gratiam.

¶ Item diſpenſatio licet non reperiatur in bullis, dummodo per papam conceſſa fuerit, valet, & ſufficit quod dixerit fiat. nam ſtatim perfecta eſt gratia, vt dicitur Geneſis primo. ca. fiat lux, & facta eſt. Bal. in. l. fi. C. de communi ſeruo manumiſſ. Sic conſulunt de Ripa. in lib. 2. Reſpon. cap. 11. de iure &c. per iura ſupra allegata. nam verbum fiat vt petitur, licet poſſit de futuro intelligi, tamen frequentius accipitur de præſenti. Cald. in cap. quiſquis reprobando. ibi gloſ. de electio. ſequitur Feli. in cap. eam te. col. 3. de reſcript. Referunt moder. in d. rub. de conſtitutio. & d. deciſio Neapolita. 253. duo regii.

De verbo fiat.

literas

¶ Item iſtud beneficium verbo collatum vel per ſignaturam, ante leuationem bullarum poteſt permutari cum alio. Imol. in clemen. vna. colum. 5. nume. 22. verſic. quid ſi aliquis. de rerum permutatio. Auriol. in additio. ad Guillermum de monte Lauduno in d. capit. ſi tibi abſenti. in fine. Et Probus in additio. ad Ioannem Monach. in ca. licet epiſcopus. ibidem. de quo fui interrogatus in cancellaria quondam R. D. Legati de Prato. Sed nõ poſſunt permutari mandata cum aliis literis, nec e contrario, vel beneficium cum literis mandati apoſtolici. Feli. in cap. ad audientiam. 2. col. 7. verſicu. nota etiam de reſcript. per rationes ibidem poſitas. Idem Antonius & alii in capit. cum olim. & cap. fina. de rerum permuta. Ad hæc beneficium dicitur vacare per mortem illius, cui ſolo verbo fuit collatum, etiam ſi nãberet tantum ſignaturam. Et ſi iſte cui fuit facta collatio, moriatur extra curiam, dicitur etiam beneficium extrà curiam vacare, licet ante collationem iſti factam in curia vacaſſet. Domi. de Rota deciſio. 882. not. quòd vbi in antiq. Inno. in cap. inter cætera. col. 2. de præbend. Ioannes Andr. & alii in capit. ſi electio. de elect. in 6. Ad probandam tamen gratiam requiritur

Beneficiũ ante leuationẽ bullarũ poteſt permutari.

Source : BIU Cujas

scriptura.cap.porro.ibi, ex inspectione priuilegiorum.de priuileg. Ancha.in cap.ex diligenti .in fine de simo.Panor.in capi.nosti. col.1.& in cap.qualiter not.1.de electio.Egidius de bella mera decisio. 611. licet capella. & consil. 34.col. 6. vbi dicit ita seruari per cle.1.ibi, confectis super ea literis.de præbē. Feli.& alii in rubr.de consti.nec potest probari gratia papæ nisi per literas, & hoc propter multa absurda quæ sequerentur admittendo probationē per testes,apud quos difficilimum & quasi impossibile esset scire omnem cōtinentiam gratiæ,& omnē formalitatem,licet non sit omnino impossibile.verba sunt Card.in procemio cle. versic.nec sane. Idem in mandato principis.tex.in §. deinde. uersic.si quis autē cui tale aliquid iniūm est, veniat omnino,non respicias eum,nisi sacrā nostrā pragmaticā ostendat formā pro hoc scriptā.in authen.de manda.princ.colla.3.& C.illo tit.l.vna.Imo non crederetur etiā cardinali asserenti se dispensare ex concessione summi pontificis eidem facta viuæ vocis oraculo, nisi literas ostendat.d. l.vna.& hoc est verum in præiudicium alterius.glos.in c. sicut.de sentē. excommu.secus si nulli esset præiudicium.glos.in capit.nobilissimus.97. dist. sic consuluit Ias. consil. 104. circa col. 1.volu.1.

¶ Nisi ageretur de probāda qualitate, vt qa dicit se priorem in data, aut motu proprio mandatum concessum, vel ex certa scientia siue agatur de alia cōiectura, tūc poterit per testes probari.glos.in c.duobus. de rescript. in 6.in verbo si non appareat.&inc. si à sede de præbend.eod.lib.Rota dec.332.licet Romana.in nouis.tex.in c.auditis.& ibi Panormitanus.2.nota.de in integr.resti. ☞ Idem si agatur de facultate danda alicui Cardinali, vel alteri executori acceptandi renunciationem. Oldra. consilio.324.factum in fine. ☜

¶ Secundo, fallit si mādatum siue gratia fuerit perdita, quia tunc etiam poterit per testes probari. Panor.in c.ex diligenti. vlti.notab.de simo.per tex.sing.in.l.tertium. in fin. C.de testi.etiam si scriptura sit de substātia probationis, tamen actus probari per duos testes poterit,casum amissionis scripturæ probando.tex.nota.in c.sicut.& ibi plene prosequitur Feli.col.1. cum seq.de re iud.Requiritur tamen quòd testes deponentes cognoscant vitium bullarum,& deponant se vidisse dictas bullas integras non habentes defectum,nec vitium,cap.cum olim.de priuileg. Et quòd testes sic deponētes sint experti, & periti.vt non possint in his bullis vel instrumentis facile decipi. Bar.in.l.1.colum. pe.ff. si certum pet. & in authen.si quis in aliquo. col.2.C.de edend. &.l.sicut de fid. instrum. Alexander consi.196, viso testamento. col. 2.nume.9.in.2.volu. Decius consi. 82.viso. colum.vlti.& consi.215.in causa col.1.plene tradit Hippol.in rubr.de proba.fol.40. ver si.circa secundum casum. & requiritur talis peritia in illis testibus,vt possint dignoscere quæ sint requisita ad bullas bonas, vel ad aliud instrumentum.Bar.in.l.2.§.1.in fi.ff.de iure fisci.plene Purpura.in.l.1,nume.181. cū sequen.ff.si cert.peta. vbi tradit quinque declarationes,quas ibidem cernere licet.

☞ ¶ Tertio limita,quando dubitaretur de intentione papæ,tunc enim poterit fieri probatio aliter,quam in literis cōtineatur,& sic per testes.c.susceptum.ibi, nisi de intentione mandatis aliud appareret expresse. de rescript.in.6.& illum text.adhoc ponderat Perus.ibi, sed potest intelligi expresse apparere,quando in literis hoc est expressum,& sic quando literis probatur.cle.vlti.de rescript. in glo. ☜

¶ Vltimo,fallit in collatione inferioris,quæ per testes potest probari. hoc tenet Bald,in l.si qua.colum.2.versic. deinde. C.de sacrosanct.eccle. licet distinguat in c.2.inin. de resti.spol. ✣ & vbicunq; esse rei .præcedit esse scripturæ tunc fit scriptura ad probationem:sed vbi esse scripturæ præcedit esse rei

Colatio inferioris p testes probari potest.

Source : BIU Cujas

vel simul concurrunt tunc scriptura est de substantia. verba sunt bal. in cap. primo col. vlti. de offic. deleg. per not. in. l. contractus. C. de fide instru.

A diuersis anpost mãdatũ scribi.

¶ Quæro, an gratia Papæ si scribatur à diuersis, valeat? Videtur quòd sic, tum quòd non reperitur prohibitũ, tum etiam quia tota bulla potest scribi per aliũ, vt continetur in stylo curiæ Romanæ, vbi quilibet scriptor potest habere vnũ clericũ, qui scribat pro eo. ergo & dimidiam partẽ, vel aliquã, per. l. quæ de tota. ff. de rei vendit. c. pastoralis. §. item cũ totum. de off. de le. Contrariũ habet stylus, videlicet vt nõ possit scribi pars per alium, dempto nomine pontificis, Clemens &c. Paulus &c. Ita tenet Corne. consi. 182. videtur, in 4. volum. & hic stylus est seruandus. c. ex literis. de cõsti. Card. in c. licet. de crimi. falsi. si tamẽ prima linea vsq; ad verbũ vitæ &c. scriberetur vt assolet literis longis per vnum, & totum mandatum per alium, non minus valeret, vt videmus quotidie fieri.

De multiplici forma gratiarũ papæ.

h ¶ In forma mãdati.] Quanuis multiplex reperiatur forma de iure antiquo, nõ tamen erat aliqua certa. Ancha. in cle. vna col. 1. de conces. præb. Ideo Galli hoies in incerto vagabantur, quare infra fuit illis præstituta certa forma, vt sequitur immediate post istũ titulũ, quanuis aliqui alio in loco ab isto titulo remoto, & ibidẽ nil ad alios titulos proximos faciente locassent: sed nos insecuti iurisconsul. doctrinã in. l. 2. ff. de sta. homi. proximos cõiunctosq; applicauimus titulos, prout res patitur, vt infra videre est.

¶ Olim inter alias vna erat, de qua in capit. capitulum. de rescript. & dixi supra eod. in rubr. huius tituli. Alia quando simpliciter mandabatur collatori vt prouideret de beneficio, si collator alteri conferebat, valebat collatio. cap. dilectus. 2. de præb. sed puniebatur, vt ibi.

¶ Alia forma erat, nam quandoque mandabatur conferri beneficiũ, & præcipiebatur nõ dato executore, & sine clausula decreti, & beneficium non erat mandatario affectum. ca. eam te. de rescript. cap. si soli. de concess. præbend. in 6.

h in forma mãdati iuxta formã inferi[9]

Alia forma habebat decretum irritans, & afficiebatur beneficiũ nec valebat collatio alteri facta. cap. dilecto. de præbend. nota. in cap. si eo tempore. de elect. in sexto. Ias. in. l. non dubium. nota. 8. colum. 4. C. de legi. Feli. in ca. cæterum. col. 11. de rescript. & c. cum accessissent. nu. 7. de constitu. Barba. cle. 1. col. 9. de elect. Tamen nõ debet apponi in Frãcia, vt licet videre in forma mandati. & si apponeretur, non valeret mandatum. quia esset contra formam infra scriptam, & contra ordina. regi. rub. des mandatz. articu. 1. quia Galli suapte natura sunt liberales, ideo nolunt compelli, & tantum astringi per hanc clausulam decreti. cũ sine ea voluntatem papæ exequantur.

¶ Alia erat forma in qua dabatur executor ad compellendũ collatorẽ conferre mãdatario capit. abbatem. de rescrip. Et hæc forma non afficiebat beneficiũ ante executoris inhibitionẽ, vel nisi collatus esset canonicus. cap. si post quam. & cap. dudum. de præb. in 6. Et de his, tres formæ erant: vna in qua mandabatur vt compelleret ordinarium quòd ad impleret mandatum papæ. Altera qua scribebatur executori vt compelleret cum decreto, & aliquando sine, & aliquando scribebatur in forma, facias assignari. de qua nota. in cap. pro illorum. de præb. Perus. in d. ca. si soli. glos. in cap. si capitulo. ibidem. & in verbo dirigendum. §. Item placuit. versi. visum. de colla. in pragma.

¶ Alia est quando mandabatur executori vt in negligentiam vel in recusationem ordinarii prouideat, vt hodie habemus infra hãc formam, & tunc prius requiri debet ordinarius, demum executor. ca. si capitulo. de concess. præbend. in 6. ibi, capitulo negligente.

Source : BIU Cujas

quia non poteſt dici negligens vel recuſans ſi non requiratur, vt infra dicetur: & per præſentationem afficitur beneficium vacaturũ. d.cap.ſi capitulo.

¶ Aliquando dabatur cum clauſula, quod duxerit acceptandum, ſine determinatione temporis: vt in capit.1. de conceſſ. præben. lib.ſexto. gloſ.in d.verbo dirigendum. ſupra allegata.

¶ Alia, dabat tempus certum, videlicet vnũ menſem ad acceptandum. clem. vna. de conceſſ. præbend. Et hæc eſt reprobata, & duæ præcedẽtes in hoc regno per leges regni eodem titu. artic.1. quia magis induceret votũ captandæ mortis in habente pingue beneficium, quàm in alio, & dari poſſet materia de linquendi in iſtum poſſidentẽ beneficiũ magni valoris, quia communius homines affectant beneficia magni valoris, etiam literati c.1. de præbend. in 6. & dico in forma mãdati in verbo. poſt menſem.

¶ Alia forma concedebatur cũ clauſula anteferri. & de hac in c.pe. de præbend. in 6. & iſta quia reſeruationẽ continet, non admittitur in Francia. de ea tamen vide Rotã. deciſio. 640. ſi aliquis in antiq. Feli. in c. cauſam. col.13. & ca. capitulũ. col.7. de reſcri. & in addit. ad Io. Monach. in c. eũ cui. de præben. in 6. & glo. in verbo retractatiua. in §. viſum. de colla. in prag. ☞ Et Egid. de bella mera cõſil.33. quod ſi col.7. conclu. 7. quid ſi ſecundus habeat clauſulã anteferri, & tertius habeat ſimilẽ clauſulam, an debeat primo præferri. quod non, ibi concludit per illã regulã quæ ponitur in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle. priuilegiatus cõtra priuilegiatum non vtitur priuilegio. ☜

¶ Alia forma habebat clauſulam, ſi pro alio non ſcripſerimus &c. ca. mandatũ. de reſcri. c. literis. ibidem, vt in forma ſeq. habetur, & approbatur per leges regni. vt eod. titu. patet in ordina. regiis.

¶ Aliquando mandatur prouideri ſi is pro quo mandabatur, fuerit repertus idoneus, vel ſub alia cõditione, de quibus in cle. vna. & ibi glo. de offic. deleg. Feli. latein ca. fin. de præſumptio.

¶ Alia eſt forma in qua creabatur canonicus & ſibi mandabatur prouideri de præbenda, vt in c. duobus. de reſcrip. in 6. & iſtud receptũ eſt in his concordatis, vt patet infra in forma mãdati apoſtolici. & dixi ſupra in rub. de reſeruatio. §. fina.

¶ Alia forma volebat prouideri ad certũ valorẽ. c. quanuis.1. de præbend. in 6. Alia valorem non exprimebat, vt ibi.

¶ Alia exprimebat certam præbendam, vt ſacerdotalem, vel integram, ſeu dimidiam, vel aliud beneficium ca. cui de non ſacerdotali. & c. ei cui. de præb. in 6. Alia non. Et de qualibet multa dicerem ſi vtiles eſſent, ſed cum tantum habeamus vnam, illã diſcutiam infra aliis hic breui declaratis. Et nota. quòd quandoque ſcribebatur pro certa perſona & certo beneficio. c. ex parte.1. de offi. delega. Aliquando pro certa perſona, & incerto beneficio. cap. mandato. de præb. in 6. Aliquando ſcribebatur pro certo beneficio, & incerta perſona. ca. ſi is cui. de præb. in 6. Aliquando pro incerto beneficio, & incerta perſona. capit. quanuis.1. & cap. dudum. de præb, in 6. Ioan. Vanquel in d.cap. mandato. poſt Ancha. & alios.

¶ Alia forma habebat clauſulam, motu proprio, de qua in c. ſi motu proprio. de præb. in 6. & hodie recipitur etiam in Francia, vt infra dicetur in forma mandati.

¶ Alia forma dabatur pauperibus clericis. c. ſi pauper. de præbẽ. in 6. Aliæque multo plures inueniuntur formæ quas tradũt Io. And. Peruſ. & alii in ca. ſi ſoli. de conceſſ. præb. in 6. Et iſtæ formæ olim inſtar veſtimentorum Franciæ & Prothei mutabantur, quare Galli homines longo tempore in incerto fuerunt. nunc ſucceſſit iſta forma illis data, quæ ſeruanda eſt, vt ſ. dicã, tanquam pupilla oculi, & aliam Galli nõ quærant, & videtur conuenire ordina. regiis, rubr. Des mandatz. ar-

Source : BIU Cujas

tic.1.Ideo alias de industria missas facio, tanquam non vsu venientes in hoc Franciæ regno, sed exteri videant. Perus.in d.c. si soli. col. 1. alias formas executorũ tradentem.& sicut gallina congregat pullos suos sub alas, vt dicitur in Euangelio & glos.citat in.l.1. ff.de in integr.resti.ita forma inferius posita multas formas continet & congregat,vt liquido intueri potest.vide glo.in verbo.gratiam in forma mand.apost.infra.

i ¶ Dare possit.] Non tenetur si nolit, cum verbum possit voluntatem significet.l.sæpe. ff.de offi.præsid.Bar.in.l.Gallus.de lib.& posthu.Et hoc eidem à iure est concessum in signum vniuersalis obedientiæ & recognitionis,videlicetvt vnaquæq; ecclesia pastorem suum de nouo venientẽ recognoscat, sicut dicitur in Euangelio,Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. & sicut quidam episcopi pro iocundo aduentu ponunt vnum canonicum in ecclesia. Rota.decisio.35.nota quòd vbi episcopus in antiq. & valet illa consuetudo, etiam si numerus sit taxatus & iuratus,si præbendæ nõ sint distincta.Feli.in c.constitutus.col.pe.de rescrip.Etiã rex Frãciæ in aliquibus regni ecclesiis pro suo primo ingressu. multo fortius papa in ecclesiis poterit hæc mandata cõcedere.

Quare in uẽta sint hec mãdata.

¶ Quibus possit papa dare hæc mandata,hic non exprimitur. Tamen respondetur quòd petentibus idoneis,cum erga illos sedes apostolica se ostendat liberalem.ca. sedes.de rescrip.& inuito. vel non petenti non solet dari beneficiũ.regula,inuito.ff.de reg. iur. siue sint graduati siue non,cũ hic nõ exprimatur & si sit concessum non idoneis, an teneatur eidẽ ordinarius cui diriguntur mandata,prouidere? Panor.Feli.& alii in.ca.si quando.& c.cum.adeo.de rescrip.& idem Feli. in c.inquisitioni de sententia excõmuni.& per Aufre.in decisio.Tholosa.quæst.488. Item an sit parendum, vbi cõcludunt quòd sic,quando Papa poterat dispensare super illo crimine cũ mandatario indigno. & cõstat papam hoc voluisse,vtpote quia in mandato expressit inhabilitatem, vt pro parte talis N. nati ex sacerdote & mulieri &c. ita tenet Antonius de Butrio in pœ. decretal. Gregorius. col.4.versic. nunquid autem.eo.&c.nu.31.

Mãdata quibꝰ cõcedi pos sint.

Minori dispẽsato an possit ratione mãdati prouideri.

☞ Sed quid si minori dispensato super ætate,sit datum mandatum, an curatum possit acceptare? dicerẽ quòd sic, quia est idoneus per dispensationem, vt dixi supra in.§. præfati.1.in glo.idoneis.supra de colla. nec potest adscribi vlla subreptio, cum mandatum motu proprio sit cõcessum,& in eo papa habeat pro expressis dispensationes,nec refragatur. cap.si eo tempore.de rescrip.in 6.quia ibi nõ habebat dispensationem, vt videre licet ibidem. ☜ Item regulari professo debet concedi mãdatum, alii non ad beneficia regularia in ordina.regis.eod.titu.arti.6,& quæ ætas requiratur ad impetrãdũ mandata, vide quæ dico infra in tract.de pacti.possess.limita,4.

Quibus possint dirigi mãdata.

k ¶ Vnum.] Intellige vnumquẽq; collatorẽ habẽtem collationem decem beneficiorũ in vno grauari posse.vt sequitur. & non est intelligendus hic tex.quòd vnus collator tantum possit in Francia grauari, vt quidam sentiebant per istud verbum vnum: sed debet intelligi vnumquemq;, vt sentit ordi.regia eo.titu.artic.1.in princ.ibi, à chascun collateur &c. ✣ etiam capitula ecclesiarum grauari possunt vt scripsi in.§.præfatiq; ordinarii in glo.quicunq; de colla.supra ✣ Intellige collatorẽ ecclesiasticũ, nam laicum nõ intendit grauare per mandata.ca.cum dilectus de iur.patro.glos.& docto. in cap.2. de præbend.in sexto. Et idem si competeret ius cõferẽdi clerico simul cum laico, tunc clericus propter laicum etiam si habeãt collationes decem beneficiorum coniunctim, grauari non poterit.arg.l.si cõmunem ff.quemadmodum.serui.amittantur.glo.in capit.1.de iure

annotatam i dare possit hoc modo videlicet k vnum collatorem

Source : BIU Cujas

patro. in ſexto. ideo non valet mandatum directum laico. vel clerico habēti collationem ſimul cū laico, Et ſic patet quibus dirigi poſſint mandata, videlicet omnibus clericis habentibus collationem decem beneficiorum ad minimum. Alia vide in tracta. nomina. quæſt. 8. Si ergo collatio decem beneficiorū ſpectet ad duos clericos coniunctim, mandatum illis poterit dirigi, quia quod de vno ſtatuitur, & in duobus locum habet. l. ſingularia. in fin. ff. ſi cert. pet. nec obſtat hoc verbum vnum, quia inde finite ponitur, vt dixi.

l ¶ Habentem.] Vere, non per fictionē quia non dicitur vere habere. l. qui actionem habet. ff. de regu. iur. Bar. in. l. Centurio. in fi. ff. de vulga. glo. & Bar. in. l. nemo. ff. de in integ. reſti. vide Bal. in. l. prima. ff. de ſtatu hominum: ideo ſi collator haberet collationem nouem beneficiorum vere, & actionem ad collationem decimi, non habebit locum iſte textus, vt poſſit grauari vno mandato quod eſt not.

m ¶ Collationem.] Idem ſi præſentationē vel aliam prouiſionē haberet, quia verbū collatio generaliter accipitur, vt in rubr. vt eccleſia. benefic. ſine diminutio. cōferant. dixi ſupra titu. proxi. in §. ſtatuimus. 2. in glo. conferātur. & patet infra in forma mādati. gloſ. in prag. in verbo collatorē. in §. item voluit. verſi. viſum. tex. & ibi doct. in cap. præſenti. circa finē. & cap. ſeq. de offi. leg. in 6. Et late ſumpto vocabulo, præſentatio dicitur collatio. Barb. in c. abbatem. col. pe. de reſcrip. Et iſta quæſtio etiā deciditur i ordina. reg. art. 1. vbi exprimitur nominatio. præſentatio, collatio, ſeu quæuis alia diſpoſitio, vt ibidē cernere eſt. Inſtitutio tamen non comprehēditur, vt. j. dico in verbo quinquaginta.

n ¶ Decem beneficiorū] Hic numerus denarius eſt perfectus, quia eſt complementum & perfectio numerorum. nam vſque ad illum poſſunt numeri creſcere. poſtq̄ vero denarium attigerint, duplicari quidem poſſunt, & per denarii adiunctionē vel multiplicationem augeri, ideo per denariū numerū intelligitur in ſacra ſcriptura eomplementū legis diuinæ, quæ in decē mādatis conſiſtit, vt nota. Theolo. in præfa. ad pſalterīū. Petrus Bercho. in. 1. parte ſui dictionarii. & licet olim papa grauare poſſet habentem collationem duorum beneficiorum in vno mandato, vt not. in cap. mandatum. de reſcrip. tamen ſi non habebat niſi vnius collationem, in eo grauare nō erat ſolitus. Nicolaus Milius in repert. in verbo gratia. q. 48. Feli. in ca. in noſtra. correla. 24. de reſcrip. Hodie vero inſtar dei optimi maximi retinuit ſibi collationem decimæ partis, ſi decem ſunt beneficia: ſi quinquaginta vel plura, duorum. & iſtud fuit ſtatutum in concilio Baſilien. vt patet in titu. de colla. in §. non tamen intendit. in pragmati. ſanct. & §. item volunt ibidem.

¶ Quid ſi quis habeat collationē quinque dignitatum tantū, & collationē quinq; beneficiorum curatorū vel aliorū, an poſſit grauari in altero? Videtur quōd non. per. l. ſi idem cū eodem. ff. de iuriſd. om. iud. vbi non debet fieri cumulatio in odioſis. ſed iſtud videtur odioſum, quia grauātur ordinarii collatores, ergo nō fiet coaceruatio. facit. l. vbi fideiuſſor. & ibi Bar. ff. de ſolu. Alexan. conſi. 110. in 4. volu. Contrarium teneo. per hūc tex. vtentē verbo beneficiorum, quod etiā comprehēdit dignitates. glo. in cle. auditor. de reſcript. vt dixi ſupra in §. volumus. titu. proximo. in verbo beneficia. & quia coaceruatio in fauorabilibus fieri poteſt, ſecus in odioſis, vt in iuribus cōtrarius. l. ſi plures. & l. maiorem. ff. de pact. c. apoſtolicæ. & ibi Imol. de donat. Bar. & alii in d. l. ſi idē. Feli. in c. 2. col. penult. verſic. 9. intellige de proba. Alexand. conſil. 114. viſo themate in 5. volu. quod eſt duplicatum in 6. volu. conſil. 97. Sed hoc eſt fauorabile, tū quia ſeruatur propriū Roma

Cumulatio dignitatū & beneficiorū an poſſit fieri.

cōſeruatio iuriſdictionis principis eſt fauorabilis.

Source : BIU Cujas

pontificis, & conſeruatio proprii dicitur fauorabilis.l.ſancimus.§.ſi quis autem.C.de donatio. tum etiam quia agitur de conſeruanda poteſtate papæ: & quando agitur de conſeruanda iuriſdictione principis, etiam ſi derogetur iuriſdictioni inferioris, ſicut hic. tamen illa conſeruatio dicitur fauorabilis.l.ſi qui ſeparatim.§.primo. & ſequen.ff. de appellatio. Docto. in d.l. ſi idem. vbi multa referunt. Ego vero contentus ero legem tãtum regni adducere, ordina. reg.eod.titu. articu. 4. vbi expreſſe deciditur hæc quæſtio, ideo amplius Gallis non eſt dubitandum. Intellige collatorem grauari poſſe, ſiue habeat in regno beneficia, ſiue extra: ſiue partim in regno, partim extra, quia papa vbique grauare poteſt. capit. 2. de præbend. in 6. Et hoc onus mandati reſpicit totum epiſcopatum. Ideo ſi primo vacet in regno, acceptabitur illud quod eſt in regno, etiam ſi eſſet ſolum, ſi mãdatarius ſit idoneus ad regni beneficia: ſi extra vacet, debebitur etiam illud mandatario habili, quia onus reſpicit totũ patrimoniũ. l. ſi fideicommiſſum.§.1.ff. de iudic. vbi ſi mercator eſt implicitus debitis contractis in certo loco, illa debita non reſpiciunt bona illius loci tantum, ſed totum patrimonium mercatoris. Vnde ſi bona illius loci non ſufficiant, bona alibi ſita vendi poterunt, quia perſonalis obligatio fundum nõ ſequitur. l. 1.§.ſi hæres. ff. ad Treb. In nominationibus ſecus eſt, quæ non poſſunt grauare extra regnum, ideo non poſſunt dirigi epiſcopo habenti tantum duo beneficia in regno, cum tantum regni beneficia reſpiciant, vt dixi in tract. nomina. quæſtio. 15. verſi. 23. facit quod not. Ioannes de Selua in tract. de beneficio. in 3. parte. quæſt. 66. quod eſt notandum, quia ſæpius à me fuit petitum. Si vero vnum tantum haberet in regno, & nouem extra regnum, nõ poſſet dirigi mandatum tali epiſcopo ad regni beneficia, quia in illo eſt monoculũ, ✠ nam vbi genus non poteſt verificari niſi in vna ſpecie habetur pro ſpecie. l. 2. ff. de liber. & poſthu. & nota. in cap. quoniam abbas. & c. ex parte de offic. delega. Roch Curtius in tract. iur. patro. in verb. ipſe vel is. q. 23. ✠ & quia haberet vim reſeruationis, & votum captandæ mortis (maxime in Francia exoſum) induceret. cap. 2. & 3. de conceſſio. præbend. in 6. & ſicut eſt inutilis impetratio beneficii viuentis. cap. 1. de conceſſio. præbend. ita & iſtius impetratio mandati ad vnum ſolum. & ſic iudicauit papa Clemens quartus in facto præpoſituræ beatæ Mariæ de Brugis contra impetrantem in genere dignitatem ibi, cum vna ſola eſſet. ſic etiam declarauit Bonifacius, teſte Ioanne Monacho, in cap. in generali. col. 3. de regu. iur. in 6. Et ſic fuit declaratum per regem anno. 1527. die. 29. Martii, non valere mandata impetrata ad dignitates tantum, aut ad dignitates & præbendas, ſi omittatur aliquod verbum infra poſitum in forma mandati, etiam ſi omitteretur verbum capellania, propter votum captandæ mortis, & per alias ibidem rationes deſcriptas. vide Felinum in cap. in noſtra. correla. 24. de reſcriptis.

Bñficia extra regnũ, an cõputentur in numero taxata.

Mãdatũ ad dignitates tãtũ non valet.

¶ Quid ſi habeat collationem decem beneficiorum cum alio? an dirigendo mandatum vni tantum, comprehendantur iſta beneficia? Breui reſpon. quòd non, per textum in cap. cum in illis.§.fina. de præbend. in ſexto. Nam læderetur ille contra quem non eſt impetratum, quod eſt æquitati cõtrarium, quia quod commune eſt, meum non eſt propriæ in odioſis. l. illud. ff. de ritu nup. cap. expedit. 12. quæſtio. prima & cap. ſicut hi. 47. diſtinctio. vbi dicitur, nemo dicat proprium quod eſt commune. intellige vt dicitur in. l. ſerui electione.§. primo. ff. de lega. 1. & vnus propter alium grauari non debet. argu. l. ſi communem. ff. quemadmodũ. ſerui. amitta. Multa ibi congeſſi, quæ de induſtria omitto. Vide ſupra in gloſa vnũ. Si vero ſpectaret collatio ad abbatem cum conſenſu vel conſilio capituli tunc etiam poterit abbati dirigi mãdatum. capitulo vno.§. primo. & ſequen. ne

Source : BIU Cujas

ſede vacant. in 6. & hoc mãdatum directum iſti, eundem adſtringit ad conferẽdum, quia ſufficit impetranti exprimere collatorem, licet cum conſenſu vel conſilio conferat, quãuis hoc non exprimatur. Ioannes Andr. & Domi. in dicto capit. cum in illis. §. fina. de præbend. Sequitur Feli. in cap. eam te. col. 14. verſi. ſi papa. ibi, prærerea. de reſcrip. non tamen ſufficeret exprimere in mandato illum, de cuius conſenſu habet conferre vel præſentare, quia non grauatur principalis. Collecta. in cap. niſi eſſent. columna ſecunda. de præbend. ☞ Idem in nominationibus declarat Maleret. in tract. de elect. quæſtio. 12. fol. 79. & quæſt. ſequen. vbi decidit, quòd quando requiritur conſenſus duorum, & illi ad inuicem diſcrepant, quod ad ſuperiorem deuoluatur. l. 1. §. 1. & ibi Bar. ff. de vẽtre inſpiciend. text. in. l. 3. in fi. C. finium regum. Feli. in cap. propoſuiſti. col. 3. de proba. verſi. 1. concluſio. ☜

o ¶ Quinquaginta.] Si vero haberet minus, etiam ſi haberet tantum quadraginta nouem, non poſſet in duobus grauari, vel ſi ſolum nouem, non poſſet in vno, quia hic numerus ſtatuitur, oportet ergo quòd ſit completus, ſicut dicitur de teſtibus in teſtamento requiſitis, vt ſi ſex teſtes ſint, non valeat teſtamentum, niſi ſeptem de iure requiſiti interueniant. l. hac conſultiſſima. C. de teſta. & non datur annus iubileus, ſi nõ ſint quinquaginta anni completi. extraua. vnigenitus. de pœni. & remiſſio. in communibus. ſic non mandabit papa pro duobus, ſi non ſint quinquaginta beneficia, vel vltra: & tenebitur hic ſecundus mandatarius, qui fundat ſe in numero, illum numerum probare. argu. l. actor. C. de proba. & l. eum actũ. ff. de nego. geſtis. Poſſet tamen grauari, etiã ſi haberet tantum præſentationem viginti, & collationem aliorum viginti, & nominationem in aliis decem, quia hic collationem large accipimus, vt ſupra diximus. Et fiet coaceruatio omnium, vt in proxima gloſa. dixi, videlicet tam illorum beneficiorum in quibus habet præſentationem & nominationem, quàm collationem liberam: tamen ſecus ſi inſtitutionẽ tãtum. gloſa. in. §. non tamen. de collatio. in pragma. in verbo collationem. ☞ Per text. in cap. cum in illis. §. cum autẽ. de præbend. in 6. quia ad præſentationem patroni tenetur inſtituere, aliàs eſt irrita inſtitutio, ſi idoneum poſtea patronus præſentet. cap. decernimus. 16. quæſt. 7. cap. paſtoralis, de iure patro. ☜

o in vno. habentem autem collationem quinquaginta beneficiorum & vltra

¶ Quæro quid ſi quinquaginta ſint collationes ſuper vna abbatia, tamen ratione cuiuſdam compoſitionis quidam confert tertiam partẽ, vel decem ex illis: an iſtis poſſit mandatum dirigi, & cui? Reſpon. poſſe dirigi ambobus, cum iſta clauſula coniunctim vel diuiſim, quia quod in vna perſona hic ſtatuitur, idem in duabus eſt dicendum. l. ſingularia, in fin. ff. ſi cert. peta. capitu. fina. de præben. in 6. Si tamen haberet collationem decem beneficiorum iure ordinario, & quadraginta iure deuoluto, non poterit niſi in vno mandato grauari per ea quæ notant doct. in cap. ſecundo. de conceſſ. præbend. Item ſi haberet quinquaginta regularia, & quinquagin ta ſecularia, quia etiam non poterit grauari niſi in duobus, & hoc per iſtum text. probatur, ibi quinquaginta & vltra, quæ comprehendit etiam ſi habeat collationem mille beneficiorum. per glo. & not. in authen. nouiſſima. C. de inofficio. teſta. text. in. §. 1. ibi, ſi vero vltra quatuor habuerit filios, mediam eis totius ſubſtantiæ relinqui partem &c. vbi ſi eſſent centum filii & vltra, legitima illorũ nõ eſſet niſi ſemis. facit. cap. ex tuæ. de cleri. non reſid. ca. de multa. de præbend. De hac dictione vltra not. Benedict. in repet. cap. Raynucius. in verbo alteroche. de teſta. Decius in l. filiam. 2. C. de collatio.

Source : BIU Cujas

Cõferens ratione mandati an à suo turno excludatur

¶ Quid si duobus conferentibus alternatim directũ sit mãdatũ, an cõferenti ratione mãdati computetur in suo turno? Respõ. opiniones esse diuersas. & ideo breui dico sic.

¶ Primus casus est quando duobus alternis vicibus spectabat collatio, & mandatum vel nominationes in p duobus beneficijs diriguntur ambobus coniunctim vel diuisum: tunc is qui confert ratione mandati aut nominationum, non excluditur à suo turno. Ratio, quia impeditus impedimento facti, remanere debet illesus. capit. quia diuersitatẽ. de conces. præbend. & quia per eum non stat, ideo eidem non est imputandũ, vt in propriis terminis concludit Rota. decisio. 19c. nota quòd vbi in antiq. quia etiam non apparet quòd papa voluerit grauare magis vnum, q̃ alterum, ergo ista collatio nõ computabitur in turno vni magis quàm alteri. ☞ Et in nominationibus hoc expressim tenuit glos. in verbo faciendæ. in §. Item quòd omnia. de colla. in pragma. ☜

¶ Secundus casus est quando ad duos pertinet collatio alternatiue, & mandatum dirigitur vni, tunc ipse conferens vigore mandati perdit suum turnum, quia papa voluit eum priuare potestate cõferendi semel, & potuit, vt in c. 2. de præbend. in 6. & intentio pontificis est, vt grauet istum cui dirigit mandatum, & non alium, post q̃ eidem direxit mandatum, ergo intentio papæ erit seruanda. ca. mandatum. de rescript. Sic concludit Ioan. And. & alii in ca. cũ in illis. §. fi. de præbend. in 6. & Ioan. de Ana. consi. 43. stante vicissitudine. Collecta. in capit. nisi essent. col. secunda. de præbend.

¶ Tertius casus est vacante beneficio, cuius collatio spectat alternatim ad duos, si papa illud conferat, hæc collatio non facit turnum, quo minus possit is, ad quem spectabat collatio, conferre, dum primo vacauerit. Ius enim conferendi vel præsentãdi inter illos est per vices: & ideo si vice sua nihil erit, non fiet compẽsatio. l. cũ certus. ff. de tritico vino, & oleo leg. & ideo si in hac vacatiõe vices suas non habuit sine sua culpa, sequitur quòd in alia vacatione habere debet: alioquin sequeretur quòd vnus duas, vt dicunt, vices haberet, contra naturam vnionis & societatis, c. cum omnes. de consti. Concludendum est ergo quòd quando papa hunc turnum meum præoccupat, non videtur mihi præiudicare, & ita iudicauit Amanenus de casis, auditor sacri palatii, vt refert Collecta. in ca. querimoniam de iure patro.

¶ Item collatio facta causa permutationis facit turnum. glos. in §. item quòd omnia. in verbo faciendæ. de colla. in pragmati. sanct. Bertrand. consi. 284. viso. & consi. 323. quicquid. in prima parte. ☞ Etiam si is cui fuit facta collatio, non fuerit adeptus possessionem, ita fuit iudicatum inter magistrum Petrum Remey, & Ioannem Iacques, anno, 1504. die. 17. Augusti, in hoc diuino senatu. ☜ Et an valeant statuta taxantia numerum canonicorum, & præbendarum, vel aliorum beneficiorum in præiudicium mandatariorum, & expectantium, videlicet vt in ecclesia non sint deinceps nisi nouem præbendæ, quòd non, decidit Oldra. consil. 150. in ecclesia Valentina. & Feli. in ca. constitutus. in fine de rescrip. quia in fraudem mandatariorum fiunt & fieri præsumuntur.

Statuta taxantia numerũ præbẽdarũ an valeant.

p ¶ Duobus.] Hoc vltra legatum retinuit sibi papa (nam legatus eodem tempore vnũ tantum beneficium reseruare in vna ecclesia potest. capitu. præsenti. de offic. lega. in 6) vt tantum duo, ne nimium onerentur collatores, mandata concedat. Si vero scriberet etiam cum derogatione istius tituli pro tribus, non valeret tertium mandatum, vt patet in rubr. infra de firma & irreuo. concord. stabi. vbi ponitur decretum irritans. & etiam quia hic text. de duobus concedit, ergo de aliis negare videtur, argu. cap. nonne. de præsumpt. quod est verum, vt possit compelli ordinarius collator ad conferendũ

Source : BIU Cujas

tertio. Si tamen vellet posset, vt per c. mandatum. ibi. teneris. de rescrip. dummodo nō fieret in præiudicium nominatorū, nec graduatorum, quia non dicitur collator grauari quando vult. Imo dicit glo. in. l. penulti. ff. de condict. caus. data, eū satis lucrari, qui adimplet voluntatē suā: & sic est prima limitatio per quam possunt vltra duo beneficia in vim mancatorum conferri: nā posset conferre ordinarius collator sine mandato. ergo & cum mandato tertio.

¶ Secundo, fallit quando primus vel secundus esset inhabilis, vel eidem non fuisset prouisum, vt pote quia mortuus, tunc tertius poterit prosequi suum mandatum, quod sic probo per cle. 1. in verbo vexare. de rescript. vbi quis ex sola impetratione non dicitur vexare alium. sic ex sola mandati imperatione nō est grauatus ordinarius, donec prouisum fuerit duobus. facit c. dispendia. in verbo fecerit. de rescrip. in 6. plene Felinus in capitu. in nostra. col. 5. versic. de primis, ibidem. verba enim debent intelligi cum effectu. l. 1. ff. quod quisque iuris. plene in decisio. Rotæ. 10. Papa. in rubr. de concess. præbend. Collecta. in capit. accedens. illo titul. nec debet præstare impedimentū, quod de iure non sortitur effectum. regula, non præstat. de reg. iur. in. 6. & secundum mandatum nullum, nō dicitur secundum mandatum, sed nullum cap. factus. 7. q. 1. in fin. ibi, iam non secūdus ille, sed nullus est. & literæ quæ non valent, non dicuntur priores, sed nullæ, glo. in verbo de facto, in ca. cum nostris. de cōcess. præbend. notat plene Fel. & alii in cap. ex. tenore. de rescrip. & si papa mandet monachis vt aliquem recipiant, poterunt tamen eidē opponere crimina vel defectus. Feli. in cap. si quando. col. 1. de rescript. Item tex. iste dicit ordinarium grauari posse in duobus beneficiis, & de mā datis nihil dicit. Ideo poterunt etiam centū mandata impetrari, sed tantū duo beneficia debebuntur mandatariis. ita puto intelligendum istum tex. licet multi super eo dubitēt.

¶ Tertio, fallit quādo literas executoriales dedisset pro primo mandato concesso à prædecessore, vel si confirmasset mandatum à prædecessore concessum, vel si concessisset rescriptum in forma, rationi congruit & c. adhuc in duobus beneficiis grauare poterit per mandata collatorē habentem quinquaginta beneficia in collatione. Card. Panor. & Imol. in c. literis. de rescript. vbi ponitur ratio in fine, quia factū prædecessoris nostri potius q̄ nostrū fuimus prosecuti ☞ Nam sicut patris & filii vnū est testamentum. l. patris. ff. de vulga. ita antecessoris & successoris est vna gratia, quæ denomiatur à suo principio. Bal. in d. c. literis. ☜ Facit. l. vnū ex familia. §. 1. ff. de leg. 2. Barb. cōsi. 39. bene enim col. 7. voln. 3. vbi concludit actū nō proprie dici celebratum ab eo, qui alterius voluntatem exequitur. multa adducit, quæ ibidē cernere licet. Intellige siue concedātur duo mā data vni, quod potest fieri, si vnum faciat alterius mentionem. cap. in nostra de rescrip. Et tunc si vnum extinctum fuerit, altero vti poterit. Rota decisio. 49. nota quod vbi aliquis. in antiq. quia qui habet plura remedia, si in vno succumbat, aliud remanet. l. aurelius. §. fi. ff. de libe. leg. l. in delictis. §. si detracta. de noxa. actio. l. eum qui. C. de inoffi. testa. nota. docto. in. l. 1. de furt. & in. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. actio. nam si collator duo beneficia in vim mandatorum contulerit vni vel duobus, non poterit per aliud mandatum grauari.

¶ Quarto, non procedit in locis in quibus non est receptū concordatū, vt in prouincia Prouinciæ, quia hæc iura ibidē non seruātur ideo nec hic tex. per nota. in c. 1. & c. ecclesia sanctæ Mariæ, de consti. &. l. omnes populi. per Bar. ff. de iusti. & iure.

☞ ¶ Quinto quando papa in secundo mandato concederet collatori facultatē recipiēdi, & nō præciperet, tunc etiam posset aliud mandatum cōcedere, nec istud computatur in numero, quia non dicitur ordinarius gra-

Source : BIU Cujas

uari capit. cum aliquibus, & ibi glos. de rescript. in sexto. & dico in glo. seq. sed in hoc regno non admitteretur, cum certā habeamus formam infra descriptam, à qua recedere non licet.

¶ Sexto, quando papa concederet alicui pauperi clerico literas in forma pauperū vel cum secundum Apostolum, directas illi, qui talem ordinauit, nam adhuc si collationem habuerit quinquaginta beneficiorum, in duobus mādatis poterit grauari. cum hic tantum prohibeat grauamen per viam mandati, ergo non alia ratione, vt supra dixi. & quia iste ordinarius deliquit ordinando pauperem, ideo debet puniri. vt eidē prouideat. cap, postulasti de rescrip. c. episcopus. & ca. cum secundum. de præbend.

duntaxat q gruare possit.

¶ Vltimo, fallit quando tria mandata dirigerentur abbati habenti collationes beneficiorum regulariū, & secularium, & duo regulares impetrassent duo mādata ad illū, & vnus secularis etiā: quia si vacet primum beneficiū regulare, debebitur regulari. si postea vacet seculare, debebitur seculari, excluso secūdo mandatario regulari. arg. c. susceptum. & c. si pro te. de rescript. in 6. & c. quia sæpe. & ibi not. de præb. illo lib.

Grauari qū dicatur ordinarius.

q ¶ Grauare.] Dicitur grauari ordinarius quando aufertur eidē libera collatio, quæ est in fructu. glos. ingu. in capitul. cum olim. de maiorita. Panormita. in cap. mandatum. colum. 1. de rescript. Et etiam quia non potest suis prouidere. cap. abbatem. col. 2. de rescriptis. per Barba. Tamen grauatus non dicitur, si alter mādatarius sit inhabilis, etiam si illi fuerit prouisum, quia collator ex suo dicto vel culpa non debet commodum reportare. Quod intellige quando crimen huius erat notorium, vel inhabilitas ex rescripto apparebat, vtpote quia in mandato impetrās ad beneficia huius regni dicebat se Hispanum, tunc conferenti imputatur, quia libere dicitur conferre, cum non teneretur. & hoc probatur per ea quæ tradit Bartolus & alii docto. in. l. 2. columna. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. vbi si constet iudici per ostēsionem priuilegii aliquem esse exemptū, non tenetur comparere is exemptus sic citatus, & si in citatione exprimatur exceptio seu excusatio competens citato, tunc non tenebitur comparere citatus. Inn. in ca. præterea. de dilatio. sic non tenebitur collator conferre ei qui ex mandato suo declaratur inhabilis, Item non succurritur emptori equi vel alterius animalis, quando vitium erat notorium & patens: secus si latens. l. 1. in princi. ff. de ædilitio edic. sic non debet succurri huic ordinario conferenti notorie inhabili. si vero inhabilitas esset occulta, grauatus dicitur prouidendo illi etiam inhabili, & sic alteri non tenebitur prouidere, arg. nota. in c. ad probandum. de re iud. & in ca. nostra. de cohabita. clerico. Henric. Bohic in c. veritatis. de dolo.

¶ Idem si ab executore fuerit inhabili prouisum notorio, vt supra. dictū est, quia reclamare debebat collator, ne isti inhabili cōferretur beneficiū, & alteri conferre, quàm mādatario: si fuerit negligēs, imputet sibi, quia negligentibus iura non solent subuenire. l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. l. si duas. §. decet. ibi, & circa operationem negligenter se non habeant. de excusationib. tutor. Præterea si prodesset hæc collatio facta mādatario inhabili, daretur materia delinquendi, cōtra. l. conuenire. ff. de pact. dota. Nam ordinarii procurārent suis inhabilibus mādata concedi, & ipsi hoc modo prouiderēt illis, quod nō est permittendū, sed malitiis est obuiandū. l. in fundo. ff. de rei vendi. c. sedes, de rescript.

¶ Nec dicitur grauari quando vult. hoc importat huius naturā vocabuli, vt si dicā, grauate fero, vel non grauate, & sic voluntarie. nam grauare onerare est. Virg. Nec me labor iste grauabit. & alibi dicitur, Hoc portat leuiter, quod portat quisque libenter. glo. in

Source : BIU Cujas

l.3.ff.de excuſ.tuto. Imo.tutelæ affectatæ nō dicuntur grauare.§.item tria.inſtit.de excu. tut.quanuis alias dicātur grauare l.diximus. in fin.princ.ff.de excuſa.tuto.

¶Item quando papa impetranti confert iure præuētionis, & nō vi mandati duo bene ficia, non dicitur gra uari ordinarius quoad hoc, vt non teneatur mandatario prouidere, quia papa iure præuentionis omnia beneficia poteſt conferre, cum totus mundus ſit dioceſis papæ.cap.cuncta per mundum.& c. per principalem, 9.quæſt.3. vnde nō eſt mirum ſi in ſua dioceſi, & ſic per totum mundum conferre poſſit, quia omnia beneficia mundi ſunt manualia quo ad poteſtatem papæ.Bald.in.l.reſcripta col.penult.num.7.C. de preci.impera.offi.tamen ſi reſeruaret omnia beneficia mundi ſuæ collationi, oriretur ſcandalum, & ideo non poſſet.gloſ. in cap. per principalē.9.quæſt. 3. hoc expreſſe tenet Barb.in c.mandatum.col.5.de reſcript. Nota tamen quod etiam grauatus dicitur collator quando contulit beneficium vni ſuper quo litigabatur: ideo pendente lite non poterit grauari in altero, ſi decem beneficiorū collationem tantum habebat, & non quinquaginta, quia clauſula ſi pro alio, apponitur in fauorem illorum, & quia poterit iſte mandatarius illud conſequi, ideo alter mandatarius lite pendente nō admittetur. Card. & Barb.in c.mandatū.de reſcrip. & ſic non requiritur pacifica poſſeſſio, ſicut in eo qui adipiſcitur ſecundū, vt faciat vacare primū beneficium.ca.de multa.de præb.c. cōmiſſa. de elect.in 6.ſi tamen euincatur à mandatario, tenebitur collator alterū conferre eidē. arg.c.inter.de præb.

r ¶Ita tamen.] Sic ponitur in.l.ſi pluribus. in fi.ff.de leg.1.& reſtringit præcedentia, vt tradit glo.in.§.placuit.in eo. verbo de colla. in prag.per.l.libertas. ff.de manu. teſta.quæ nil facit.ſed tex.eſt in.l.Lucius.§.quæ habe-

r ita tamen quod in eadē eccleſia cathedrali vel collegiata vnum collatorem habentē collatione quinquaginta beneficiorum in duobus grauare per mandata, non tamen in duabus præbendis vnius eccleſiæ, & hoc vult dicere text. quia in eadē eccleſia exoſum eſt vt duobus mandet cōferri: ſicut exoſum eſt, vt quis duo habeat, text. & ibi gloſ. in cle. vlti. de præb. Ideo dicitur quod diſpenſatus ad duo beneficia, non cenſetur diſpenſatus vt habeat ſub eodem tecto vt dicunt, niſi expreſſe dicatur in diſpenſatione, quia magis odioſum eſt in eadem eccleſia plura habere, quam in diuerſis. Panormitanus.in capit.de multa. colum. 2.de præbend. ſequitur Feli.in cap.in noſtra. correla.8.de reſcrip.quia in diſpēſationibus non fit extenſio etiam ad caſum minorem. ideo monachus diſpenſatus ad curatum, nō eſt diſpenſatus ad beneficium ſimplex. Feli. in cap.poſtulaſti.col.11.nume.9. verſic.regula eſt.de reſcr.i.vbi plene proſequitur.& laſ. in.l,ſi.nu. 37. cum ſeq.ff.de conſtitu,princi. Item quanuis per adeptionem ſecundi ſimplicis non vacet primum ipſo iure.capit. de multa.de præben. fallit in beneficiis ſimplicibus exiſtentibus in eadem eccleſia.text.ſingula.ſecundum Card.ibi in ca.literas.in fin. de conceſſ.præben. Præterea epiſcopus non

bat.ff.ad Treb.l.ita tamen.ibidem. & .l. ſichum titio.de ſtatu lib.l.fin.§.ſinautem quaſi.C.de furt. Guido papæ ſing.334.dictio ita tamen. Ideo ſi teſtator reliquerit domū vxori ſuæ, ita tamen quòd poſſit in ea habitare toto tēpore vitæ ſuæ per hoc reſtringitur ſegatum ad habitationem tantū. & non ad proprietatem. Aliquando tamen facit modū vel inducit conditionem, vt plene explicat Lucas de Penna in.l.1. C.de colla. fundo fiſca.libr.11.& ſic poteſt hic text. intelligi. Et hoc eſt introductum, vt qualificationes graduatorum in ipſis præbendis ſuum valeant ſortiri effectum, vt habetur in prag.§.non tamen intēdit.de colla.& licet papa poſſit vnū collatorem habentē collatione quinquaginta beneficiorum in duobus grauare per mandata, non tamen in duabus præbendis vnius eccleſiæ, & hoc vult dicere text. quia in eadē eccleſia exoſum eſt vt duobus mandet cōferri: ſicut exoſum eſt, vt quis duo habeat, text. & ibi gloſ. in cle. vlti. de præb. Ideo dicitur quod diſpenſatus ad duo beneficia, non cenſetur diſpenſatus vt habeat ſub eodem tecto vt dicunt, niſi expreſſe dicatur in diſpenſatione, quia magis odioſum eſt in eadem eccleſia plura habere, quam in diuerſis. Panormitanus.in capit.de multa. colum. 2.de præbend. ſequitur Feli.in cap.in noſtra. correla.8.de reſcrip.quia in diſpēſationibus non fit extenſio etiam ad caſum minorem. ideo monachus diſpenſatus ad curatum, nō eſt diſpenſatus ad beneficium ſimplex. Feli. in cap.poſtulaſti.col.11.nume.9. verſic.regula eſt.de reſcr.i.vbi plene proſequitur.& laſ. in.l,ſi.nu. 37. cum ſeq.ff.de conſtitu,princi. Item quanuis per adeptionem ſecundi ſimplicis non vacet primum ipſo iure.capit. de multa.de præben. fallit in beneficiis ſimplicibus exiſtentibus in eadem eccleſia.text.ſingula.ſecundum Card.ibi in ca.literas.in fin. de conceſſ.præben. Præterea epiſcopus non

In eadē eccleſia plura habere beneficia maxime eſt prohibi tū. fallit vt in fine.

Source : BIU Cujas

potest dispensare, vt quis habeat plura beneficia cõformia in eadem ecclesia, etiam duo altaria. glos. Panor. & Imol. in d. c. literas. Itẽ etiam non valet consuetudo vt quis habeat duas præbendas, aut duas capellanias in eadem ecclesia in titulum. cap. 1. de cõsuet. [n] 6. vide quæ dixi supra in titu. proxi. §. volumus. glos. in cathedralibus. Item si mandetur prouideri habẽti præbendam in vna ecclesia de primo beneficio vacaturo, non tamen poterit eidem prouideri de præbenda altera, licet primo vacet, quia duas præbẽdas sub eodẽ tecto tenere non potest. d. ca. literas. de conces. præbend. & ibi nota. & in d. clemen. fina. de præben.

Primum beneficiũ vacãs quãdoq; nõ debetur mãdatario

¶ Nota tamen quòd sine dispensatione potest quis beneficium in eade ecclesia habere in titulum, & capellam non curatam etiam requirentem celebrationem, & potest esse canonicus & capellanus in eadẽ ecclesia, licet non possit duos canonicatus in eadem habere. Lappus allega. 116. testatur, in fine. quem refert & sequitur Feli. in cap. ex parte S. col. 1. & seq. de rescrip. Intellige quòd papa non potest grauare prætextu mandati, vt in eadem ecclesia duæ præbendæ mandatariis conferantur, sed bene eas iure præuentionis conferre poterit, vt sequitur. quia hic prohibetur grauamen ratione mãdatorum. secus in alio, quod enim nõ mutatur, cur stare pro hibetur? l. sancimus. C. de testa.

† ¶ Pro tẽpore.] Ergo successor poterit ꝙa hic excluditur vt idem nõ grauet in duabus præbẽdis ergo diuersi sic & idem in diuersis beneficiis extra præbendas vt duo põtifices ad duas præbendas grauare possint eandem ecclesiã siue pro vno scribatur, siue pro pluribus quia non plus grauatur ecclesia, quando mandatur pro vno q̃ pro pluribus & hic tex. generaliter loquitur, & indefinite & etiã non distinguit an mandetur provno vel pluribus igitur nec ego iuxta. l. de præcio. ff. de publiciana. in rem actio. & an ille qui habet duas præbẽdas possit duplici suffragio vti in electionibus. & aliis actibus tenet Io. fab. in §. primo instit. de excusa. tutor, quod nõ tu illũ videto.

rẽ [f] pro tempore in duabus præbendis non grauet.

§. [a] ¶ Et vt obuietur litibus, quæ occasione literarum mandatorum huiusmodi oriri possent, mandata huiusmodi [b] sub forma quæ est inferius annotata, dari volumus, quam

a ¶ §. Et vt obuietur.] Per hoc dicunt. quidã non esse formã datam per hæc cõcordata in mãdatis apostolicis, dicentes quando aliquid est introductum ad vtilitatẽ tantum partium, vt hic tunc nõ dicitur de forma. ita in propriis terminis dicit Bal. in l. vniuersa. colum. 1. C. de præcib. impera. offerẽ. Sed respon. non esse hic tantum introductum ad vtilitatẽ partiũ, sed etiã vt sit de forma: vt demonstratur in hoc tex. supra iuxta formã, & infra sub forma quæ est inferius annotata. & etia voluit Romanus pontifex formã in quinterno registrari, & ad perpetuam rei memoriam, & infra forma mãdati, & ibi dicam.

b ¶ Sub forma.] Ergo sub alia forma non vult dari, quia qui de vno dicit, de altero negat. c. qualis. 25. distinct. cap. nonne. de præsumpt. l. cum prætot. ff. de iud. Frustra annotaretur & scriberetur hic, si non obseruare tur, nec est verisimile quod conditores dixissent esse de forma, si non esset, prout in simili nota. tex. in cap. ad audientiam. de deci. postquam est de forma. tene quod dicitur primæ ad Timoth. 6. cap. Præcipio tibi corã Deo, vt serues mandatum sine macula. Et Deutero. 12. cap. in fine. Quod præcipio tibi hoc tantum facito: nec addas quicquam, nec minuas. Et Apocalyp. vlti. cap. Si quis apposuerit aliquid super hoc, apponet deus super ipsum plagas: & si quis diminuerit, auferet eius partem &c. Et ad Timoth. 5. ca. Testor

Forma totis neruis obseruari debet.

coram deo vt hæc cuſtodias ſine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. ſimpliciter enim & pura forma mandati tenenda eſt. Feli. in ca. cum dilecta. col. 9. verſi. amplia. 1. de reſcript. vbi plus dicit amplia. 11. quòd forma mutatur ſex modis, ſubtrahendo, addendo, interponendo, verbū pro verbo ponēdo, verba corrumpendo, & verba tranſponendo, Ibidē vide, & in declaratione regia, de qua infra in prin. formæ mādati.

[a] ¶ Declarātes [b] proſequētes huiuſmodi mandata (quo ad beneficia ſub illis [c] ad perpetuam rei memoriam in cancellaria apoſtolica publicari, [d] & in illius quinterno regiſtrari mandamus.

a ¶ §. Declarantes.] Eſt conſtitutio declaratoria, quia apoſtolicus de iure omnibus eſt præferēdus, etiam antea receptis auctoritate legati ſeu ordinarii. cap. eum cui. & ca. hi qui. de præben. in. 6. quia magis priui legiatus præfertur minus priuilegiato. l. verū. §. fi. ff. de mino. nota. in authen. quas actiones. C. de ſacroſan. eccl. ſic doctor creatus à papa præcedit alios doctores creatos ab vniuerſitatibus, & dicitur eſſe dignior. cap. per tuas. & ca. ſtatuimus. & ibi not. de maiorita. facit. l. 1. ff. de albo ſcriben. laſ. & alii. in. l. cū quid. ff. ſi cert. pet. Barb. & Decius in cap. clerici. de iudi. & miles creatus ab imperatore maiori gaudet prærogatiua, quàm ſi à duce eſſet creatus. Panor. in cap. poſtulaſtis. col. 3. de conceſ. præben. ſequitur Feli. in rub. de maiorita. col. 3. Notandum eſt tamen quod dicit Rota deciſi. 55. nota quòd vbi. in antiq. vbi dicit, quòd ſi quis ex reſcripto papæ vel priuilegio poſſit nominare ad vacantem, ſeu ad præbendas vacantes, tunc nominatus per talem priuilegiatum, non præfertur impetrāti apoſtolico, ſed apoſtolicus præfertur. ſic dico in nominatis per vniuerſitates, vt mandatarius apoſtolicus præferatur illis, vt hic dicitur. ☞ Hoc expreſſe tenet etiam gloſ. in. §. non tamen intendit in verbo effectum de colla. in pragma. ☜

b ¶ Proſequētes.] Iure. tex. egregius in. l. 3. ibi, qui iure dati ſunt. ff. de teſta. tute. l. 1. C. de vectigal. c. faciat homo. 22. q. 2. & ibi glo. cōdemnatū eum accipere debemus, qui iure & rite cōdemnatus eſt. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. alioqui melius faceret mādatarius, ſi expenſis inanibus ſe non vexaret, cùm obſ. 1.

c ¶ Ad perpetuam rei memoriam.] Idem dicit text. in capitulo primo. in fine, de renuncia. in 6. cap. ad apoſtolicæ. in ſupraſcriptione de re iud. ibi, Fruſtra publicaretur ſi nollet obſeruari hanc formam. nam leges publicantur, quas perpetuo ſeruari vult faciens, in authen. vt factæ nouæ conſtit. colla. 5. Et perpetuum quot modis accipiatur, tradit glo. & ibi addidi in. l. 1. ff. pro ſocio. Alber. in tracta. ſtatu. in. 4. parte. q. 62. gloſ. in. §. item placuit. in verbo perpetuis. de colla. in pragma. Bald. conſi. 372. in 4. volu. Barb. in cap. ad audientiam. col. 1. de reb. eccleſi. non alienan. & cōſil. 63. col. 3. in 1. vol. & conſil. 44. in 2. volu. & conſil. 53. ibidem. vide quæ dico infra in forma mandati &c.

d ¶ Et in illius quinterno regiſtrari.] Fruſtra regiſtraretur, ſi non obſeruaretur forma hic deſcripta, vt obſeruetur mandat hic regiſtrari. & quid ſi ſtatuto caueatur quod quilibet debeat iurare, & dicere omnia bona ſua & debita, vt deſcribantur in regiſtris ciuitatis, aliquis iurauit ſe debere Titio decē, quæ non debebat: fuit debitum regiſtratum, nūc Titius petit illa decem ratione illius iuramēti, an poſſit? Reſpon. quòd non. quia ex illo iuramento aſſertorio nō oritur actio. l. ſi quis pro eo. & ibi ample dixi in repe. illius. ff. de fideiuſſ. & quòd nō oriatur actio, iſta eſt communis opinio quam citaui ibidem, vbi tenui contrà per iura & rationes patentes. & in hac quæſtione ita expreſſe concludit Alber. in tracta. ſtatuto. in prima parte. quæſt. 178. item quæro.

Source : BIU Cujas

tinere spem nõ laboret.l.1.ff.de inoffic.testa. §.emancipatos,insti.de exherada.libero.

Quot modis finitur mãdatum.

¶ Quæro quando dicatur nõ prosequi,& sic tunc finietur mandatũ.Respon.duobus modis, primo si expresse iuri suo renunciauerit, & literis mãdati.c.sollicite.& c.audita.de resti.spolia.data pẽsione, vel non.c.ad audientiam.2.de rescript.Secundo tacite dicitur renunciare & nõ prosequi, quãdo contra eum est lata sentẽtia,à qua non appellauit, sed illi acquieuit.glo.in c.1.de concess.præb.Domi. in c.1.de litis contesta.in.6. Idem si aliud beneficium incõpatibile adeptus sit, quia tunc suæ gratiæ videtur tacite renũciare. cle.gratiæ.de rescript. ☞ Vide tamẽ glo.in.§.quod si quis ex dictis in verbo tẽpore. in fi.de col. in prag.vbi videtur renunciare si vacet incõpatibile,tamẽ si vacet simplex nõ vt ibi dicitur.vel si obtineat dispensationẽ ad aliud.☜ Idem si duxerit vxorẽ.c.1.de cleri. coniuga. etiã si cõtraxerit tantũ sponsalia de præsenti glo.& doct.in c.vno de cleri. coniuga. in 6. Barba.consi.11.scripsit col. penul.in.1.volu. Non minus tacite renunciauit,qui eiecit habitum clericalẽ.ca.1.de aposta. Vel factus est miles.argu.c.1.& 2.dist.51. & ca.eos.20.q.3. ca.clericũ.50.dist. Collecta.in c.fi. de cleri. non residen. Vel aliud fecit cõtra clericatũ. arg.l.professio.C.de muneri.patrimo.lib.10. Item finitur & perditur mandatũ,quãdo forma infra descripta nõ est seruata,quia omissio formæ facit actum corruere.l.1.ff. de lib. & posthu.&.l.cum hi.§.si prætor. de trãsact. ✠ Idem quando mandatarius facit sibi sciẽter conferre beneficiũ alteri debitum.c.eum qui de præb.in 6. Perus.expressim in c.si clericus.col.1.ibidẽ. ✠ Idem quando erat subreptitiũ.c.ad aures.de rescrip. quod raro euenit in hoc regno, propter multas clausulas in mandato descriptas,& quãdo conditio in eo requisita nõ potuit verificari.Ancha.consil.58.& c.si pro te.de rescript. in 6.vide fusius in tract.nomina.in.q.vlt. Vltimo finitur mandatũ si mandatarius fuerit negligẽs. ca. tibi qui de rescrip.in 6.c.si clericus.de præb. eo lib.Et quãdo dicatur negligens,relinquitur arbitrio iudicis secundum glo.ibi.& bonus iudex arbitrabitur, vt saltẽ intra sex mẽses petere debeat.c.2.de concessio.præbend. glo.in.§. item quòd omnia.in verbo scilicet. de colla.in prag.plene Feli.in c.capitulũ.col. 3.versi.fallit primo.de rescrip. possem allegare Ioan.de selua in tract.de benefi.in.3. parte.q.12.in fi.&.q.15.ac.q.34. & D. Ruseum in tract.de mãd.apost.in.4.parte,& in tract. regalio.in.4.priuileg.aliósque multos adducerem nisi putarẽ istos sufficere. Nota tamẽ quod si capitulum in fraudem secũdi modicum dederit primo mandatario, vt renunciaret suo mandato, & is renunciauit, quia etiã eo non dato volebat dimittere clericatum, tunc talis titulus pro nõ titulo habetur, arg. l.etiam.§.1.ff. de petiti. hæred. & sic non excludetur secũdus,etiam in habente collationem decem tantum beneficiorũ. Idem si primus mandatarius compulsus miseria, & fatigatus laboribus & expensis cessit,& modicũ quid accepit,arg.c.fi. de rescrip.c.2. de arbi. Compostella. & Barb.in d.c.mãdatum. col. 10.vide quæ dixi in tracta.nomi.in.quæstio. vlti.vbi late dico, quot modis perdantur nominationes, & mandata iisdem pene modis amittuntur.

Primus mãdatarius renũtiãs suo mãdato qñ excludat secũdum.

¶ Quid si mandatarius in his casibus velit probare,quòd non renunciauit suo mãdato, an possit? videtur quòd sic,quia contra præsumptionem potest probatio admitti.l. fi. ff. quod met.caus.c.is qui de sponsa.Contrariũ videtur tutius, quia ista præsumptio dicitur iuris,& de iure,contra quam non admittitur probatio in contrarium.l.vna in princ.C.de rei vxor.actio.l.antiquæ ad velleia.secus si esset præsumptio iuris tantum,contra quã probatio admittitur,vt supra dictum extitit. Et an executor possit conferre beneficium sine acceptatione mãdatarii?quòd sic,tenet Collecta.in cap.inter.in fi.de præben.per not.in cle.vna de conces.præb.

Source : BIU Cujas

¶ Nota vltimo quòd si mãdatarius semel re quisierit ordinarium qui recusauerit eidem cõferre si postea habuerit recursum ad suum executorẽ, qui distulit conferre per annum, nõ per hoc excluditur quo minus possit prouidere, quia executori apostolico non est certũ tempus præfixum, intra quod debeat prouidere, sicut aliis collatoribus, vt dixi in c.2.de cõcess.præbend. ita in propriis terminis tenet glos. & Card.in cle.si de beneficio. de præbẽ.Perus. in cap.gratia, in fi.de rescrip.in 6.glo.in §.visum in verbo respectiue, de col.in pragmati. vbi ista limitantur.

c ¶ Comprehẽsa. Quæ sunt omnia, nisi sint excepta c.mandatum.de rescrip. Doct.in ca. dilectus.in.2. de præben. Quæ ergo sunt nõ cõprehensa? Respon. regulare nõ comprehẽditur sub mandato seculari, & seculare beneficium non cõprehenditur etiam sub mandato regularis.§.volumus. supra titu. proximo.c.super eo de regu.& ibi pulchre Panor. vide Archid.& alios in c.si postquã. de præben.in 6. & illa fere quæ non cõprehenduntur in nominationibus, quæ tradidi in tract. nomina.q.15.non comprehenduntur in mandatis. vide ibidem triginta quatuor. Item religiosus sancti Augustini non potest impetrare mandatũ vt prouideatur illi in ecclesia sancti Benedicti: sed tantũ potest impetrare in illo ordine, in quo est professus. extat lex regia in eo.titu.arti.6.not.in cap.deus.de vita & honesta.clerico.c.in nona.16.q.7.Item beneficium generaliter vel specialiter reseruatum dicitur nõ comprehensum. Aufre. in decisio. Tholosa.q.434. vbi dicit super hoc extare regulam cancellariæ. ☞ Sed parum prodest in Frãcia, cum reseruationes sint in ea sublatæ. Adhæc non est comprehensum beneficium litigiosum, vt mãdatarius teneatur illud acceptare. probatur in §.1. supra eo. vbi beneficium spectans ad collationem ordinarii, debet conferri mãdatario, sed litigiosum non spectat ad collationem ordinarii, quia non vacat, ideo illud non potest altero collitigante mortuo alteri conferri.ca.fi. vt lite penden.in 6.& cle.1.illo titu. regula cancella.27. ne litigia in ecclesiarum dispẽdium prorogari contingat, vt ibidem dicitur: nec diceretur grauari ordinarius illud conferendo, quia forte alteri colliti ganti primo contulit. probatur in forma mandati, ibi, cum plenitudine iuris cõferatis: & ibi, iuriúmque & pertinentiũ vniuersorum &c. nõ potest conferri cum plenitudine iuris, vel cum vniuersis iuribus, quod in mandato præcipitur, sed conferretur cum diminutione, quod est prohibitum.c.vno.vt ecclesiasti.benefi.sine diminutio.conferant. Præterea alienans rem litigiosam punitur.l. fina.C. de litigios. ergo non potest alienari, minus conferri, facit quia sicut non valet impetratio beneficii litigiosi, nisi fiat mentio de lite.Feli.in cap. cæterum.col.1. & in ca.in nostra correla.15.de rescript. Ita mandatum non comprehendit beneficium litigiosum, quia sicut expresse papa conferendo tale beneficium, si non exprimat litem nil facit, ita nec executor vigore mandati, seu aliarum literarum. nam verisimile est, quòd si papa litem sciuisset, alii non contulisset, vel de eo non mandasset, quia nollet litiganti plures dare aduersarios.d. cap. primo. vt lite pend. in 6.Egidius bella mera consil.35. vtrum, in fi.ita fuit decisum in hoc reuerendo senatu hoc anno.1537.pro nobili Francisco de Caluimont contra nobilem Hugonem de Mauriac.sic expresse tenent Domi. de Rota, decisio.608.si aliquis in antiq.quia forte mandatarius non habet vnde litem prosequatur, & posset multa litigando incurrere pericula, vel est bonus vir, qui execratur lites. l. item §.fina.ff. de alien. iudi. nec dicitur simpliciter vacare postquam non vacat de facto.capit.cum nostris. de conces. præbend. Fallit quando mandatũ esset impetratum ante litem inceptam, quia tunc deberetur, nam mandatarius habebat ius acceptandi quod-

Source : BIU Cujas

cunque beneficium, ergo & istud. Item quocunque modo vacaret, nec debet eidem obesse, si forte primus mandatarius acceptauerit ante eum, & postea mortuus est, nam beneficium istius primi poterit secundus acceptare, & eidem prouideri de hoc debebit, licet sit litigiosum cum alio, nec per litis pendētiam debet impediri vti iure suo antiquiori. c. 1. vt lite penden. Ista est decisio Bonifa. in cle. 1. nu. 60. & seq. in 8. conclusio. vt lite penden. cum res inter alios acta, aliis nō debeat præiudicare. rub. C. res inter alios acta. tamen hæc collatio facta mandatario, non præiudicabit superstiti, sed per euentum litis declarabitur, an valuerit prouisio. & acceptatio. per glos. in d. cle. 1. & sic consuluit Egid. bella mera d. consil. 35. vtrum. vbi dicit non esse aliquam constitutionem prohibitiuam in contrarium, ista tamen limitatio est dubia per supradicta. nec eam firmo. ☜ ✠ si tamē mādatarius sine protestatiōe acceptaret collationē beneficii litigiosi, grauari tunc censeretur ordinarius: quia fecit quod voluit mādatarius & quod is ipse potuit, quia contulit. vt dixi in glo. grauare. §. 1. supra eo. ✠ Item non est comprehensum in mandato apostolico, vt mādatario debeatur beneficium quod ordinarius vniuit ante vacationem, quia ante vacationem mādatarius non habebat ius. & sicut de illo beneficio poterat fieri permutatio. ca. vno. de rer. permu. in 6. ita & vnio, non tamen post vacationem vel incontinenti ante, ratione fraudis vitandæ, quam ordinarii facere possent. not. in cle. vlt. de reb. eccle. non alienand. hoc expresse tenet Collecta. in cap. constitutus. colum. 3. de rescript. ☞ Item non est comprehensum beneficiū paternum, si vacet, ne videatur esse successio in beneficialibus, siue filius sit legitimus, siue illegitimus, sed aliud expectabit mandatarius. cap. 2. & c. ex transmissa de filiis presbyterorum, dixi. ¶. in forma manda. in verbo pro expressis. versic. tertio, debet &c. ✠ nec beneficium vacās causa permutationis quia aliis extra permutantes non debetur. ca. vno de rerum permuta. lib. 6. glo. penult. in cap. 2. de præben. eo. lib. nec beneficiū non liberū vtpote si collatum fuerit absenti qui non acceptauit licet ante declarationē voluntatis. c. si tibi absenti vacet. de præb. in 6. tamē mādatario conferri non potest vt ibi. Imo si recusetur post mensem non debebitur mandatario si vacauerit ante mensem quia beneficia ante mensem vacantia post præsentationem mandati nō debentur illis vt patet infra in forma manda. nec dicitur de nouo vacare quando absens recusat vt habetur in. d. ca. si tibi. per docto. ✠ Nec præbēda quæ per mortem episcopi præbēdatarii vacat, c. cū in ecclesia. de præb. in 6. nec etiam est cōprehensa præbenda in eadem ecclesia. si alteram habeat ibi. vt dixi ī gl. ita tamē. §. 1. supra eo. ☜ ✠ Item nō cōprehenditur beneficiū primo vacaturum vbi est consuetudo optādi. ca. fi. de consuet. in 6. nec beneficiū de nouo fundatū. cle. fina. de rescrip. vide glo. solemnem in c. quia sepe de præb. in 6. ✠ Item si beneficium vacet in curia, non debetur mandatario. c. 2. de præb. in 6. nisi ordinarius post mēsem illud cōferret, quia tunc de nouo in partibus incipit vacare. Lappus allega. 84. dominus papa. col. 2. per c. statutum. & ibi not. de præb. in 6. Item sub mandatis apostolicis nō cōprehenditur beneficiū villæ muratæ parochiale, si nō sit mandatarius qualitatis requisitæ, videlicet graduatus, per c. quia sæpe. de præb. in 6. & c. ei cui. ibidem Domi. in c. si eo tēpore. col. vlt. de rescrip. eodē lib. quia nō videtur fuisse de mente cōcedentis, quod probatur hic in versi. declarantes, ibi, sub illis cōprehensa, vbi vult mandatarios præferri graduatis & nominatis in beneficiis comprehēsis in mandatis. ergo sunt aliqua quæ non cōprehenduntur, vt villæ muratæ, & præbendæ theologales, & alia beneficia, de quibus in quæst. 15. tracta. nomina, & sic in illis non præferuntur. nam in mandatis comprehenduntur beneficia secundum qualitatem per-

Bñficia sita in villis muratis nō debētur mādatariis.

ſonarum quibus dantur mandata.l. plenum. §.equitii.ff. de vſu & habita. ideo dicitur in text.ſub illis comprehenſa. Nec duo ſpecialia hic videtur papa voluiſſe inducere, videlicet & quòd nominatis & graduatis præferatur, & quòd habere debeat beneficia quorum nō eſt capax, ſaltem per concordata, nam hoc prohibetur in.l.1. C.de dotis promiſſion. ✣ cum hæc ſpecialia ſint de iure ſpeciali concordatorum introducta nō de iure communi. ✣ expreſſiſſet enim ſi voluiſſet.ca.ad audientiam.de deci. & quia in §. ſtatuimus. prohibuit ne conferantur aliis q̄ ibidem expreſſis, inter quos mandatarius nō eſt. & ſi his deberentur, peruerteretur ſtatus eccleſiarum parochialiū regni, quod eſt prohibendum.

¶Item infra eodem papa retinuit ſibi & ſucceſſoribus, vt poſſint cōferre beneficia quo modocunque qualificata. ergo alius extra eū conferre non poterit etiam ſi ſit executor datus ab eo in mandato, quia ſibi tantum retinuit, vt conferret, non autem vt mandaret conferre. ideo quando in mandatis ſcribitur executori vt conferat, non videtur mandatum vt conferat has eccleſias parochiales in villis muratis ſitas: & ſi mandaret, non reciperetur in regno, vt aliquis beneficia qualificatis affecta conferret, etiam ſi eſſet legatus, vt alibi dixi. Et non eſt mirandum de hoc, quia longe aliud eſt conferre, aliud mandare conferre. gloſ. in c.cum cui. & cap. ſi poſtquā de præbend. in 6. & cap. duobus. de reſcript. illo libr. l. aliud. ff. de regu. iur. & ibi Decius. Bal. expreſſim in c. in literis de officio. delega. & ita declarauit rex, vt infra dico. & not. Collecta, in c. ſignificatum. in fi. de præben. ✣ ſicut aliud eſt ordinare eccleſiā aliud pronunciare ordinandam glo. & docto. in c. ſuper eo. de offi. deleg. ✣

¶Item maiorē poteſtatem ſibi retinuit pontifex, quam commiſerit. c. dudū, de præbē. in 6. ergo non cōmiſit, quia nō potuiſſet maiorem poteſtatem ſuper illis beneficiis habere & quando duo ſunt impedimēta, vno ſublato, remanet reliquum, c. ex morū. de vſu & auctori. pallii. Panor. in c. ad aures. col. pe. de reſcrip. ſic conſuluit Ancha. cōſil. 364. viſo.

a ordinarijs collatoribus, & d

☞ Per prag. non erat ſic prohibitū, quia papa non ſic ſe aſtrinxerat, vt in his concordatis eſt videre. & quia papa debet facere mentionem quando confert, vt dixi in glo. ac etiam infra eod. ergo etiam ſi mandaret conferre, ſed non videtur fuiſſe huius intentionis, vt executor conferat in vim mandati, poſtquā ipſe papa hoc non faceret ſine expreſſione, nec me mouet quòd executor quando confert, papa videtur cōferre, quod eſt verū fiēte, ſed non vere: & ideo hic retinuit papa iure præuentionis ſibi, & ſucceſſoribus ſuis collationē, non executori: & ſi hoc papa concederet executori, poſſet etiam legato eadē ratione concedere, quod non admitterent Galli. nec eſt verum dicere, quòd omnia vacantia extra curiam executor poſſit conferre, quia vacantia iure regali non, nec alia non cōprehenſa in mandatis. & quāuis papa voluerit mandatarios præferri graduatis & noīatis, nō tamē in villis muratis, vt declaratur. infra. ibi, tā in mēſibus graduatis ſimplicibus & noīatis, q̄ &c. Ergo non in beneficiis parochialib⁹ villarū muratarū, alioq̄ expreſſiſſet, ſicut expreſſit reſiduū. c. ad audientiā. de decimis. Nec eſt hoc mō intelligēdo reſtringere mandatū, ſed cōtrariū dicere eſſet extēdere ad caſum in mādato nō cōprehenſum, q̄ non eſt faciendū. ✣ putarē tamē q̄ſi mandatarius ſtuduerit trienniū licet nō ſit graduatus q̄ illi deberetur beneficiū ville muratæ, tū q̄ ſit habilis §. ſtatuimus. 2 ſupra tit. proximo tū q̄ ceſſant rōnes ſupradictæ alias ſecūdus mādatari⁹ q̄lificatus præferetur primo nō q̄lificato in his beneficiis & etiā aliigraduati nō mādatarii per ſupradicta & in aliis nō cōprehenſis in mādatis. ✣

d ¶Ordinariis collatoribns.] Senſus eſt q̄

Source : BIU Cujas

mandatarius debet præferri in beneficio primo vacaturo, siue vacet in mensibus in quibus ordinarius libere cõfert, siue in mẽsibus nominatorũ vel graduatorum. & dicitur ordinarius collator, vt declaraui in glo. ordinarii §. præfatiq; ordinarii. supra tit. proximo

Si fuerint duo mãdatarii, præferetur primus, c. eũ cui. de præb. in 6. Fallit in casibus positis per glo. magistrã. in c. quia sæpe. de præben. in 6. & per text. in c. ei cui. eo tit. & c. fi. de consuet. in 6. & cle. fi. de rescri. not philip. Perus. in cap. susceptũ. col. 2. de rescript. in 6. vide glo. in verbo præferendos, infra eo d.

e ¶ Graduatis simplicibus.] Hi dicũtur, qui non habent nominationem, sed tantum gradum, dixi. supra tit. proximo. §. præterea. glo. graduatis simplicibus.

f ¶ Nominatis.] Etiã anterioribus tempore, & quibuscũq; præfertur, etiã graduatis & nominatis simul, cũ non sit dabilis nominatus sine gradu. etiam præfertur illis qui studuerũt per triẽniũ, de quibus in §. statuimus. 2. supra titu. proximo. Etiã si essent doctores in theologia, extra tamen præbendã theologalẽ, vt J. dico, quia hic indefinite loquitur, quæ æquipollet vniuersali. c. vt circa. de elect. in 6. Etiã præfertur nominatis, qui prius acceptauerũt q̃ mandatari, etiãsi vacaret in mensibus deputatis nominatis, ne fiat fraus istis mandatariis. & hoc probatur in hoc §. & sic differunt mãdatarii à nominatis, vt hic ☞ Ideo si nominatus acceptauerit beneficiũ in mense Iulio vacans, postea aliquis impetrauerit, demũ mandatarius collationẽ ab executore habuerit, quod hic præferatur, per regulã si vinco vincentem te, à fortiori vinco te c. auctoritate. de cõcess. præb. in 6. nam papa iure præuentionis nõ poterat conferre, quia iam erat prænentus per nominatũ, mandatarius vincit hunc nominatum, nominatus impetrantẽ, ergo mandatarius etiá vincet impetrantẽ, q̃us contrariũ tenuerit. D. Aurio. in d. c. auctoritate, in additio. ad Guil lel. de monte lauduno. ☞

¶ Secundo differũt, quia mãdatarius tenetur paucis casibus exceptis acceptare primũ beneficiũ vacãs, alioqui suo priuatur mandato c. tibi qui. de rescrip. in 6. ca. si clericus. de præb. illo lib. etiam si in mandato nõ dicatur de primo beneficio. glo. & docto. in c. si post q̃. de præb. in 6. glo. & doct. in cle. vna. in verbo notitia. de consues. præb. Imol. & Feli. in c. cõstitutus. de rescrip. secus in nominatis & graduatis, vt dixi in glo. prosequentibus. §. fi. de colla. supra.

Mãdatarij in quib⁹ differãt à nominatis.

¶ Tertio, in mãdatis requiritur habilitas tẽpore datæ. c. si eo tempore. de rescrip. in 6. secus in nominationibus. §. volumus. ibi. vacationis tẽpore. & ibi declaraui. supra. ti. proxi.

¶ Quarto, extinguitur mandatũ per adeptionem beneficii quantũcunq; modici in vim mandati collati. c. si motu. & ca. non potest. de præb. in 6. Secus in nominationibus quæ non extinguuntur per adeptionẽ beneficii, nisi illud ascendat vsque ad ducentos florenos auri de camera. d. §. volumus. & dixi in tract. nomina. q. vlti. quot modis perdantur nominationes.

¶ Quinto, semel mandatũ est præsentandũ. c. tibi. & c. pe. de rescri. in 6. c. si capitu. de cõcess. præb illo lib. Itẽ nominati literas noiationũ etiam semel insinuant, sed nomina & cognomia in singulos ãnos, donec eis plene fuerit prouisum. §. teneantur. de coll. supra. & quare hoc fiat, dixi in tract. nomi. q. 14.

¶ Sexto, duo mãdata non possunt dirigi collatori nisi habeat collationem quinquaginta beneficiorũ, vt in hoc ti. dicitur. secus in nominatiõibus. probatur in §. præfatiq; ordinarii. supra tit. proximo, & ob id conquerũtur ordinarii collatores cur nominationũ numerus non est taxatus, sicut mandatorũ, quod difficile esset facere. ☞ Cum nõ taxetur per hæc, concordata, sed permittatur tot nominare, quot habiles reperientur: & si numerus

Source : BIU Cujas

esset taxatus diuites nominarentur, & pauperes non: nam doctores venderent nominationes.

¶ Septimo, nominationes non concedūtur nisi graduatis §. præfatiq; ordinarii. supra. de colla. mandata vero quibuscunq; idoneis etiam nō graduatis, vt dixi in glosa, dare possit. supra eodem.

¶ Octauo, differūt quia nominationes inuē tæ sunt in fauorem literatorū & ecclesiarū Franciæ, vt melius regantur per literis honestatos, q̄ per ignaros, vt dixi q. 3. tract. nomina. mandata vero in fauorē pontificis, vt dixi. supra in glo. dare possit, & sic magis fauorabiles sunt nominationes q̄ mandata. ideo magis sunt ampliandæ & extendendæ q̄ mādata, nisi in casibus expressis.

¶ Nono non conferens nominato requirēti priuatur iure conferendi per octo menses, quos habet liberos. §. fi. de colla. supra in mādatis. nō punitur collator nō conferens, sed executor confert, si ordinarius conferre recusset. c. si capitulo. & c. si soli. de concessio. præb. in 6. & c. tibi. de rescrip. eod. lib.

¶ Decimo, in nominationibus non sunt exprimenda nisi illa quæ traduntur in §. volumus. de colla. & quæ dixi in tracta. noīa. q. 9. In mandatis secus, vt not. Feli. in ca. in nostra. de rescript. & ego dixi. in glos. pro expressis. in forma mandati apostolici.

¶ Vndecimo, exemplum nominationū seu literæ duplicatæ expensis nominati debent dari collatori. §. teneantur supra. titul. proxi. & ibi dixi. in mandatis secus, quia non inuenitur expressum. nota. docto. in c. penulti. de rescript. in 6.

¶ Duodecimo, literæ nominationū gradus ac aliæ necessariæ tēporequadragesimæ sunt insinuādæ, ac nomina & cognomina §. tenea tur de colla. supra mādata vero quolibet tempore præsentari poterūt, cum contrariū non exprimatur. tex. & ibi docto. in c. si capitulo. de concess. præb. in 6.

¶ Decimotertio, nominatus nō tenetur pro bare collatorē habere tria beneficia sub sua collatione, quia habet regulā pro se, vc3 q̄ omnia beneficia vacantia certo tēpore sunt illis affecta. ergo sufficit q̄ probet vacasse illo tempore statō. & qui excipit non deberi, debet hoc probare. Bal. in c. 1. col. 2. de alien. iud. & qui habet regulā pro se, habet intētionem suam fundatā. glo. in. l. omnis definitio. ff. de reg. iu. Bar. in. l. quotiēs. ff. si quis cautio. Decius in reg. 1. not. 2. ff. de reg. iur. ideo is qui allegat non habere, debet hoc probare. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probatio. secus in mandatario, qui tenetur probare, collatorem cui est directum mandatū, habere decē vel quinquaginta beneficiorū collationes, quia fundat se in numero, illū ergo probare debet, arg. l. eum. ff. de neg. gest.

¶ Decimoquarto, mandatarius debentur beneficia vacantia etiam per resignationem c. dudū. de præb. in 6. in nominationibus secus. §. volumus. supra. de colla.

¶ Decimoquinto, de consuetudine nominationes conceduntur tantū tempore quadragesimæ, vt dico in. q. 7. tract. nomina. mandata quolibet tempore. §. 1. supra. eod.

¶ Decimosexto, mandatario potest cōferri beneficium ratione mandati regulare, si sit dispensatus. secus in nominato §. volumus. supra titu. proximo, quod tamen non firmo.

¶ Decimoseptimo, mandatarii non possunt obtinere beneficia curata in ciuitatibus vel villis muratis sita. si nō sint graduati, vel qualitatis requisitæ, vt in verbo cōprehensa dictum extitit, secus in nominatis, & graduatis quibus sunt reseruatæ dictæ ecclesiæ parochiales. §. statuimus. 2. supra. titu. proximo.

¶ Decimooctauo, nominatus molestans ordinarium priuari debet suis nominationibus §. si. supra. tit. proximo. secus in mandatario in quo non est expressum. no. in ca. dilectus. 2. de præbend.

Decimonono, nominationes quandocunque etiam post viginti annos insinuari possunt vt dici in q. 14. tract. nomina. nume. 20.

Source : BIU Cujas

dic vt ibi ſecus in mandatis.c.tibi de reſcri. in ſexto.capitul.ſi clericus,de præb. ibidem. Vigeſimo, nominationes ad beneficia extra regnũ non dantur,ſecus in mandatis.vt ſupra in verbo decem dictum extitit.

Vigeſimoprimo,ſimul atq; inſinuatæ ſunt nominationes, ſi vacet beneficium debetur nominato,vt dixi per illum tex.in verbo capacem.§.teneantur.de colla. ſupra mandatario vero non, niſi poſt menſem à die præſentationis. vt infra in formata mandati patet in verbo poſt menſem.

In quib⁹ cõueniat mãdatarij & nominati.

¶ Nota tamen quòd etiam mandatarii æquiparatur nominatis,In primis, quia in vtroq; tempus datæ attenditur:& qui prior eſt tempore,potior eſt iure.cap.capitulũ.ſecundum verũ intellectum,de reſcriptis.c.tibi qui.illo titu.in 6.c.eum cui.de præb.illo lib.§.ſtatuimus.1.de colla.ſupra vbi vide quomodo intelligatur.

¶ Secundo,cõueniunt, quia quilibet verum valorem beneficiorũ exprimere tenetur. ca. ad aures.de reſcript.cle.1.de præb.d.§. volumus.de colla.ſupra.

¶ Tertio, quilibet beneficia quæ quis obtinet,exprimere tenetur.d. cap.ad aures.ca.in noſtra.& cap.ſi proponente. de reſcript.d.§. volumus.

¶ Quarto,ſicut ſubreptio in mãdatis ipſo iure vitiat.d.c.ad aures.c.ad audientiã.in 2.& ibi doct.de reſcrip.c.ſi eo tempore.illo tit.in 6.c.ſi motu.de præb.illo lib.ſic in nominationibus.d.§.volumus.

¶ Quinto , quia beneficium de nouo creatũ non debetur nec mandatariis nec nominatis.clem.vlti. de reſcript. dico in tracta.nomi.quæſt.15.

¶ Sexto, in mãdatis requiritur ſcriptura.ſupra eodẽ,in verbo literas.&ibi dixi.ſic in nominationibus.§.teneantur.de colla.ſupra ibi literas.

¶ Septimo , tam inſinuatio mandatorum q̃ nominationum fieri poteſt in abſentia collatoris ſuo vicario. & illa inſinuatio ligat etiã epiſcopum.d.§.teneantur & in ordina.regus rubr.des graduez ſimples.articu.11.glo.in.§. ſtatuit.in verbo vicariis.&.§.item voluit.in verbo,vicario.de colla.in prag. dixi in tract. nomina.quæſt. 14.nume. 59. & ſequen.

g præferendos eſſe,

¶ Octauo, inſinuatio vtriuſque eſt faciẽda de literis originalibus , nõ de exẽplo.§.præfatiq; graduati.de colla.ibi,per patẽtes literas.cle.cauſam.de elect.l.ſancimus. C.de diuerſ.reſcriptis.capit.pe.de reſcriptis in 6.in aliis fere æquiparantur, niſi ſit contrarium expreſſum.

g ¶ Præferendos.] Apoſtolicus præferri de iure aliis expectantibus debet. cap. hi qui.de præbend.in 6.dictum extitit in glo.declarantes,ſupra eod.dũ tamen acceptet intra tempus ſibi præſtitutũ.cle.vnica de cõceſ.præb. & ibi glo.in verbo menſem. vide Feli.in cap. capitulum.de reſcript. Hodie habet ſex menſes ad acceptandum & requirendum , vt dixi infra in forma manda. Fallit quando eſſet inhabilis , quia tunc non præferretur , nam hic ſermo intelligitur de habilitate.l.1.C.de ſacroſanct.eccl.Quãdo dicatur inhabilis,dixi plene in tracta.de paci.poſſeſ. in 4.limita. Et intellige præferri aliis habentibus ius ad rẽ,ſecus ſi in re.c.ſi à ſede.de præb.in 6.Perus.in d.c.hii qui poſt Domi.ibidem.

Mãdatarius qñ non præferatur gradua tis

¶ Item præfertur mandatarius etiam alteri recepto in canonicum ab ordinario, vel auctoritate capituli,cum ſit gratioſa receptio, quæ non dat ius ad vacatura.cap.hi qui.iuncto cap.ſi poſtquam.de præbend.in 6.Feli.in cap.in noſtra.col.4. verſic. limita tamen.de reſcript.quia hæc receptio tantum dat recepto ius agendi coram ſuperiore , vt compellat capitulum ad præbendam cõferendam.c. relatum.& cap.dilectus.1.de præb.gloſ.in c. veniens . de renuncia. niſi papa illam receptionem confirmaſſet, quia tunc confirmatus , auctoritate papæ receptus cenſetur.ca. ſi apoſtolicæ.ibi, noſtra prouiſio de præben.

Source : BIU Cujas

in 6. facit.l.1.§.omnia.C. de veteri iur. enuclean.& sic præfertur isti ratione prioritatis, & etiam præfertur apostolicus nominato ab Imperatore vel Rege,dum dirigit primarias preces.Idem si esset nominatus per archiepiscopum in vim specialis priuilegii. Rota decisio. 15. vtrum. & sequen. in rub.de præb.vide tamen Collecta. in c.dilectus.1.de præb.contrarium tenentem.

nosque & h successores nostros,

¶ Tertio fallit,quando esset tertium mandatũ concessum nepoti collatoris,vel alii.tunc collator illum mandatarium præferre nõ poterit graduatis aut nominatis in beneficiis eisdem præstitutis,quia iste tertius non censetur tunc receptus auctoritate apostolica. cap.cum aliquibus.de rescript.in 6. nec executor, vbi aliàs non esset ordinarius, istud mandatum exequi poterit. Barba. in capitu. mandatum.col.4.de rescrip. si duo prima valeant,vt supra dixi.

h ¶ Successores.] Non iure sanguinis, sed ratione nouæ electionis, aut alterius prouisionis dicũtur in beneficiis successores.Barba.per illum text.in cap.2. de rerum permut. glos.in cap. quod sicut.in verbo consentire. in fin.de electio. ☞ Vbi subrogatus in locum canonici non vocati ad electionem nõ agit de contemptu mortuo eo, qui contemptus fuerat.text.in cap.relatum.2.de testa. & ibi Imol.☜ Feli.in cap.ex literis.col.3.nu.8. de proba. cum in beneficialibus non sit successio ratione sanguinis. cap.1. de præbend. ☞ Et ideo large dicitur successor.Barba.& Decius in cap. cum omnes.per illum text.de constitut.☜ Et iste successor nihil iuris habet à suo prædecessore. glos.possedit. de pacific.possess. in pragma.sanct. Ideo hic successor non tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, nisi sit facta pro ecclesiæ vtilitate, vel necessitate.cap.fina. ne prælat.vices suas.& ibi multa addidi in glo.Bald.in.l. emptorem.C.loca. Alexã.in.l.si filiofa.in.1. §.fin.ff.solu.matri. Nec tenetur soluere debita prædecessoris.not.in.l.2.C. de repudiã. hære. per illum tex.vbi filiusfa. non tenetur soluere debita paterna, si non possideat illa bona ex successione paterna, sed ex emptione alterius, vel donatione bona fide facta, quia nil habet à patre. sic nec successor beneficii. plene hoc disputat Lucas de Penna in.l.2. col.3. & seq.C. de fund. rei priua. libr.11. Item subrogatus vel successor in beneficio non tenetur restituere fructus quos prædecessor percepit,quia nihil iuris ab eo tenet.& ita fuit prolatum arrestum per supremum senatum in hoc ☞ anno. 1536. & in mense Februario. nec ad expensas, nisi à die subrogationis,prout etiam in eodem senatu fuit conclusum anno.1508.die.3.Aprilis ante pascha, nisi pure & simpliciter receperit processum, & arramenta causæ, vt fuit conclusum in hoc senatu Parisiensi. anno 1492. die. 27. Augusti:nam tunc ad omnes etiã expẽsas sui prædecessoris tenetur, quod est notandum,facit quod no. ☜ Ioan. Monach.& alii in d.capit. si hi qui.& cap. si tibi absenti.de præbend.in 6. Ioannes And.in c. ex parte.de arbitr.

Successor in bñficio an teneatur soluere debita prędecessoris.

¶ Notãdum est triplicem esse successorem, Primum rei iuris & causæ, vt in hæreditatibus temporalibus. l. tam ex contractibus. ff. de iudi.Secundum rei causæ & iuris,vt quando quis subrogatur in locum defuncti.cap.si hi qui,vt lite penden.in 6.& ibi Guillelmus, & decius in cap.cum omnes.nota.4.de constitu. Tertium rei tantum,non iuris nec causæ, vt in beneficiis non litigiosis, in quibus successor simpliciter prædecessori succedit. 11.quæstio.tertia.cap.antecessor.Guillelmus de monte Lauduno in dicto cap.si hi qui.De multiplici etiam successore tradit Lucas de Penna in d.l.secunda.col. penul.C. de fund. rei priua.libr.11.vbi licet videre. Sed prosequamur hanc tantum materiam, ne prophana diuinis misceam.

Successor triplex est.

¶ Postremo signandum est, quòd licet vno

t.i.

ex litigantibus moriẽte, ſuperſtite proſequẽte alteri non poſſit fieri collatio. cle. vna, vt lite pẽden. in 6. Imo nec alius ſubrogari niſi per Papam. d.c. ſi hi qui. vt lite penden. in 6. ceſſio tamen facta alicui litiganti per tertiũ lite pendente, bene valet. Rota deciſio. 176. commiſſio in no. Hodie tamen ordinarius vel alius altero litigante mortuo confert, & is cui de nouo facta collatio eſt, impetrat literas à Rege in hoc regno, vel à cancellaria, vt ſubrogetur in locum & inſtãtiam defuncti vel cedentis, & ſibi conceditur. ita vidi practicari, & hoc fit ex æquitate, vt concludit Domi. Ruſeus in tracta. iuris regalio. in. 5. priuileg.

¶ Item hic ſubrogatus nõ debet cauſam de nouo inchoare, ſed in eo ſtatu in quo eſt, cũ ſuperſtite, vel eius procuratore proſequi. d. ca. fi. vt lite penden. in 6. & ex eiſdem actis, & cauſa in eodem ſtatu manente. de Rota. deciſio. 3. not. quòd ſucceſſor. in antiq. Non poterit tamen procurator ſuperſtitis proſequi cauſam cum iſto ſubrogato ſine nouo mandato, tum quia mandata procurationis ſunt ſtricti iuris, ideo non extenduntur niſi ad perſonas vel cauſam in mandato expreſſam. ca. qui ad agendum. de procur. in 6. cle. non poteſt. illo titu. tum quia mutata perſona, mutata eſt cauſa. ca. veniens. 2. de teſti. & not. in c. cum ſuper de re iud. Peruſ. in d. cap. ſi hi qui. vide text. & docto. in. l. nulla. C. de procura. & Guido. Papæ. q. 86. procurator. Bonifa. in cle. 1. vt lite penden. Rota deciſio. 171. ſi A. conſtituat. in nouis. quod ego intelligerem, niſi ille procurator eſſet generaliter conſtitutus ad proſequẽdam totam cauſam cõtra Titium & quoſlibet alios, argu. l. à procuratore. C. mãda. ſic debet intelligi deciſio Rotæ. 440. ſi agens. in no. vbi dicitur intimationem factam procuratori cauſæ, ea non finita valere. ſi tamen ipſe petat dilationem ad dominum conſulendum, erit eidem danda: alioqui appellare poterit. cap. dilectus. de procur. & quid ſi nil iuris habet, an ſubrogatus poterit dare obiectus pro iure tertii, vide Rotam Deciſio. 433. not. nunquid. in antiq. Imo ſi lite pendente ſuper beneficio reus vel poſſeſſor tranſferat beneficium in alium per mutando, vel alio modo, & moriatur, huiuſmodi permutatio reuocabitur per viam attentati, etiam contra illum ſuperſtitem, eo tamen vocato. argu. nota. per Innoc. in cap. cum M. de conſti. & ca. cum teneamur. de appella. hoc expreſſe refert Rota deciſio. 400. nota. ſi lite. in antiq. & deci. 56. ſi lite in nouis. & ibi in addit. dicitur an valeat collatio lite pendente facta, vel adeptio poſſeſſionis. an facta altero mortuo, debeat per viam attẽtati reuocari. & deciſio. 411. ſi lite pendente. in no. tenet quòd ſic, ſed non ſeruatur in Frãcia. & an pars aduerſa poſſit ſe dicere ſpoliatam, vide de Rota deciſio. 429. not. nũquid. in antiq. & deciſio. 4. nunquid. de reſti. ſpolia. Sententia tamen lata pro vno etiamſi eſſet mortuus, mittetur executioni pro ſubrogato ad illud beneficium. l. cum quaſi. ff. de fideicommiſ. liberta. quæ licet loquatur in libertate, idem dicemus fauore eccleſiæ, quæ iiſdem priuilegiis fulcitur. Soci. in. l. eius qui ff. ſi cert. peta. poſt Paul. ibi, licet regulariter non valeat ſententia contra mortuum, vel pro eo lata. l. in ſumma. ff. de re iudi. l. Paulus 1. quæ ſententiæ ſine appella. reſcindant. Et quòd pro ſubrogato poſſit exequi, in propriis terminis tenet Bal. in. l. vna. 5. in primo C. de cadu. tollen. & Iacobi ibidem, in. 5. præceden. Et iſta faciunt contra Paul. qui conſuluit, quod arreſtum latum contra abbatẽ Cluniacen. & eius tẽporale, expirat eo mortuo, nec poterit exequi contra monaſterium vel ſucceſſorem, teſte Domi. Boer. in additio. ad Benedictum. de Plumbino in d. l. cum quaſi. Subrogatus in ius mortui vel reſignantis poteſt cauſam in eo ſtatu in quo eſt proſequi. nam ad poſſeſſionem cenſetur etiam ſubrogatus, per illa verba poſita in ſubrogationibus, & ad omne ius quod eidem competebat quomodolibet, ſeu competere poterat tem-

Procurator an poſſit p̃ſequi cauſã cũ ſubrogato ſine nouo mãdato.

Sẽtẽtia lata pro mortuo qñ poſſit mandari executioni p̃ſub rogato.

Source : BIU Cujas

pore ſui obitus &c. ſic concluſum eſt in rota, vt patet in deciſio. 64. ſubrogatus. in no. Feli. in rub. de reſcript. colum. tertia. Sed de conſuetudine regni eſt vt apprehẽdatur poſſeſſio antequam ſubrogatus petat ſe ad cauſam admitti, in quo ſtatu eſt. ita vidi ſeruari. ☞ Et niſi quis intra annũ petat ſubrogari, poſtea non admittetur, etiam ſi per literas regias releuaretur à lapſu anni, vel biennii, allegando cauſam, ob quam non potuit petere, etiam ſi reſignans fuerit proſecutus proceſſum poſt reſignationem, ſic fuit pronunciatum in hoc venerabili ſenatu pro magiſtro Ioanne du Drac. canonico Carnoten. contra Iacobum de Polingnes, & quendam abbatem de Vaul drille, qui petebat ſubrogari in ius alicuius nuncupati Seneſchal poſt annum, & fuit paſſus repulſam. anno. 1514. die. 8. Februarii. Idẽ fuit dictum pro Bartholomeo Fouchier, contra Ioannem Tillon appellãtem à Seneſchalo Andegauen. in cauſa vnius præbendæ eccleſiæ Andegauenſis anno. 1529. die. 5. Mau. Imo niſi quis proſequatur inſtantiam intra annum perit, ſic pronunciauit ſenatus pro abbate & religioſis S. Martini de Pontiſara contra Antonium le Feure religioſum S. Dioniſii in Francia, pro prioratu S. Albini de Chambliano. anno. 1512, die vero. 20. Iulii. ☜

¶ Item in hac ſubrogatione debet fieri mentio de beneficiis obtentis, quia vim collationis habet. capit. 1. & 2. vt lite penden. in 6. de Rota deciſio. 274. licet in ſubrogatione. in nouis. Egidius bella mera deciſio. 115. falſa. & 218. in cauſa. &. 351. eadem. niſi referat ſe ad aliam gratiam, in qua fuerunt neceſſaria expreſſa Nico. de milis in Reper. in verbo gratia. quæſtio. 91. gratia per quam &c. & an valeat impetratio lite pendente, vide per Rotam deciſio. 310. ſi reus & poſſeſſor. in nouis, & quando litigans venit intra menſem à die impetrationis factæ per tertium, debeat præferri: extat regula cancellariæ. 27.

¶ Quæro quid ſi teſtator velit bona venire ad ſucceſſores, qui veniant appellatione ſucceſſoris? Reſpon. ſucceſſores deſcendentes ab ipſo teſtatore, per rationem legis, cum accutiſſimi. C. de fideicommiſſ. ita expreſſe concludit Soci. in conſil. 249. materia. columna octaua, verſic. ſecunda difficultas. in ſecundo volu. vbi plene licet videre. & conſil. ſequent. in cauſa. columna prima. & ſequent. & venit ſucceſſor vniuerſalis, non ſingularis. Iaſ. in. l. quædam. §. primo. ff. de edend. Peruſ. in cap. primo. nume. 110. de teſta. in 6. Feli. in cap. quia. 6. colum. penult. de iudi. niſi in duobus caſibus ibidem poſitis.

Succeſſoris apellatione qui comprehẽdãtur.

i ¶ Iure præuentionis.] Pro hoc eſt text. in cap. dudum. §. nos igitur. de præbend. in 6. & præuenire dicitur, quando prius cõfert. ſi ergo ordinarius etiam nulliter prius contulerit non graduato, poſtea papa, demum nominatus requirat, & obtineat collationem ab archiepiſcopo, is nominatus in ſuis menſibus erit præferendus, quia ſibi papa tantum retinuit præuentionem hic, non prælationẽ, ergo extra præuentionem non valebit ab eo geſtum ſuper his, vt dicitur de firma & irreuoca. concordia. ſtabi. in verſi. necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper his, vel eorum aliquo, à quoquam quauis auctoritate, etiam per nos & ſucceſſores noſtros præfatos ſcienter vel ignoranter contigerit attẽtari, decernimus.

Papa qñ dicatur præuẽire

¶ Et dicitur etiam præuenire ratione horæ vel momenti, ſi poſſit probari. glo. in ca. pe. de reſcrip. in 6. & c. ſi à ſede. de præbẽ. ibidẽ. & poteſt probari per teſtes, vt ibidem dicitur, quod ſequitur Decius in ca. cauſam. col. 3. de reſcrip. Feli. in c. paſtoralis. illo titu. per glo. in. l. ſi ex pluribus. in fi. ff. de ſolu. Et quando poteſt dubitari de viribus inſtrumenti, apponenda eſt hora in inſtrumẽto. Bal. in. l. cũ proponas. C. de interdi. matri. allego. tex. ad hoc in. l. titius. §. Lucius. ibi, hora diei ſexta. ff. de lib. & poſthu. Fel. in c. ego. N. de iureiu.

Source : BIU Cujas

Alioqui hora in inſtrumento non eſt ponenda neceſſario.ita tenet Barba.in repet. Rub. de fide inſtru.col.61.verſi. quid de hora. dicens nõ eſſe in inſtrumento neceſſario ſcribendã,niſi in caſu.l.aut qui aliter.§.1.ff. quod vi aut clam.Idem tenuit in cle.fi.col.9. de re ſcript.vbi dicit bonum eſſe apponere horam propter reſcripta quæ in pari data reperiuntur.Et ſicut quãdo ſunt plures iudices, vnus poteſt præuenire alium.l.ſi quis poſteaquam. ff.de iudi.ca.pen.& ibi Soci.de foro compet. Ita quando ſunt plures procuratores inſolidum conſtituti.c.ſi duo.de procura.in 6.cap. penult.de elect.eo.lib.& de multiplici præoccupatione tradit Antonius in ca. capitulum. col.5.& ſequent.de reſcrip. ſic & præuentio hic procedit in papa, qui præuentus dicitur quando nominatus aut graduatus ſolum iure requiſiuit beneficium ſibi conferri, licet non fuerit collatum, vt ſtatuit lex regni in ordina.regiis,Rubr.des graduez,articul.14. ☞ Etiam ſi requiſitio fuerit facta capitulo, quia cum poſſit vacante ſede qualificatis cõferre,ergo & requiri poteſt,vt dixi in tracta. nomina.q.8.nume.30.Ideo papa non dicitur præuenire,nec poteſt conferre iure præuentionis,cum ſit præuentus per illam requiſitionem, imo ſi ſola præuentio non afficeret, daretur materia delinquendi.nam forte ordinarius requiſitus nõ conferret, vt ab eo miſſus ad papam præueniret, vt dixi in tract. de pacifi.poſſeſſ.in fi. ☞ Tamen Feli.in cap. in noſtra.correla.18. dicit quòd ſi inueniren tur acceptatio & requiſitio per graduatum, & collatio per papam eodem die factæ, præſumetur pro collatione,& valebit.cap. capitulum.de reſcript.Ioan. Andr.in cap.ſi poſtquam.de præben.in 6.Item per collationem nullam non dicitur papa præuenire ordinariũ. ☞ quo ad hoc, vt collatio ordinarii non valeat obſtante collatione per papam facta, quæ nullo modo poteſt obſtare ratione reſeruationis,quæ in regno non habet locum, vt ſupra titu.de reſerua.dixi.Panormita.in cap. inter.de exceſſib. prælat. quãuis contrarium teneat.Ancha.conſil.58.dixi in glo diſpoſuerit.in fin.ſupra titul.proximo.§. ſi quis vero, quæ intellige vt hic. ☞ Sicut citatio nulla non inducit præuentionem.l. ſi pater. & ibi gloſ.C.ne de ſtatu defunct.glo.vlti.in cap.ſi plures. de offic. delega.in 6. Iacobi. in d.l. ſi quis poſteaquam.col.ſecunda. vbi poſt Angel.tenet etiam per captionem perſonæ nullam,non induci præuentionem. Soci.in d.c. propoſuiſti,articu.4.quæſt.5. & ſequen.glo. in.§.viſum.in verbo non valeant.de colla.in pragma.Ideo cum collatio facta non graduato ſit valida non proſequente nominato, vt ſupra in.§.ſi quis vero.titu.proximo. dictum extitit,quando eſt facta non graduato, præuenit papam,vt dico in tract.nomina.quæſt. 17.nume.19. ☞ Item quando apparet epiſcopum contuliſſe tẽpore,quo potuit,dicens illã collationem nõ valere propter papæ præuentionẽ,habet illud probare.Ioan. Andr.& Peruſ.in c.ſi tibi abſenti.col.2.de præb.in 6. Et an requiſitio facta per graduatũ vel nominatum inhabilem impediat præuentionẽ papæ dixi quod ſic in §.ſi quis vero.in verbo diſpoſuerit in fine ſupra eo. & an papa poſſit in præiudiciũ nominatorum afficere beneficia nõ vacantia,dixi in glo. diſpenſationis.§. volumus. de colla. ſupra. ☞ Intellige hanc præuentionem papæ valere, quando tantum tẽpus effluxerit à die mortis,quod veriſimile ſit eum cui eſt facta collatio,potuiſſe ad papã peruenire, alioqui præuentio papæ etiam nõ valebit, ne votum captandæ mortis ingeratur.Reg.cancella.28.niſi prætextu renunciationis ante mortem cucurriſſet,quia computabitur tempus à die conſtitutionis procuratorii,& non à die mortis,quando in collatione eſt derogatum illi regulæ,eo quòd habuit bonum initium.glo.in.§.neque. in verbo faciendas. de colla.in pragma. Ioan. de Selua, in tracta.de beneficio.in tertia parte. quæſt. 46. ☞ Quid ſi reſignatarius qui diem præuenerat erat inhabilis, & ſtatim alius per

Sola requiſitio graduati afficit bñ fic.um.

Regula de veriſimili notitia declaratur.

Source : BIU Cujas

mortem impetrauit, an possit ei excipi de illa regula cogita, aliàs dicã quando operepre= cium erit. ☜ ✠ fuit in hoc senatu parisien. iudicatum quòd sic contra Tristãdũ fretard pro magistro Germano cornuto in cau= sa canonicatus san= cte Radegundispicta nẽ. ecclesi. anno. 1537 die. 7. septembris li= cet fuisset allegatum quod in ecclesia paro chiali iam decanatus erat collatus ✠ Et an illa habeat locũ in or dinario, vide glos. in d. verbo faciendas, & in d. regula, 28. & quæ dixi in glos. alieni fa= ti. supra in prooemio. ☞ De ripa i c. 2. i fi. de rescrip. imo etiã non valebit derogatio hu= ius regulæ facta etiam per papam, vt glos. in d. regula tenet. & ita fuit aliàs conclusum in senatu. ☜ Multa de verisimili tradit Felinus in c. quia nõ est verisimile. de præsump. mul= to plura. Do. Andre. Tiraquel. in. l. si vnquã. C. de reuocã. donatio. in prin. nu. 37. cũ seq. versi. sed iam &c.

[k] dignitates, [l] personatus, administra tiones & officia, [m] cæteraque benefi= cia ecclesiastica secularia, & quorum= uis ordinum regularia, quecunque &

¶ K Dignitates] Exceptis episcopalib⁹, quæ non veniunt appellatione dignitatis, cũ epi= scopatus sit culmen dignitatis. cap. venera= bilis. de præbend, glos. in ca. 2. illo titu. in 6. Et sic appellatione dignitatis in materia pœ nali & odiosa nõ venit episcopatus, per glo. in d. capitul. 2. quam notat. Barba. singu. in tracta. de præstan. cadinal. quæst. 1. partis pri mæ. colum. 4. & q. 12. eiusdẽ partis, & in pro= œmio cle. in 2. lectura. colum. 3. & in clemen. auditor. colũ. 12. de rescri. pro illa glos. est tex. in cle. vna, de renuncia. Inno. in cap. dile ctus. de concess. præbend. vbi dicit quòd di= spensatus vt obtinere possit dignitates, non poterit habere episcopatum, vide ibi latius. & per Nico. Milium in reper. in verbo. gra= tia. q. 57. Item hic nõ comprehenduntur ab= baiæ, prioratus, nec aliæ dignitates, in qui= bus ecclesia est viduata pastore, & seruatur forma cap. quia propter, quia illarum no minatio in hoc regno spectat ad regem. su= pra in rubr. de regia ad prælatu. nomina. fa= ciend. nam non est verisimile quòd tam cito conditores se correxerint. l. non ad ea. ff. de conditio. & demonstra. plene Lappus alle= ga. 84. dominus papa colum. penulti. Fallit quando illæ supradi= ctæ dignitates vacarẽt in curia, tũc ad pa pam libera pertinet prouisio, etiam sine regis nominatione, vt patet in rubr. de re= gia. ad præla. nomin. faciend. §. 1. Item digni tates ecclesiasticas intellige vt dixi. supra ti tul. proximo in. §. præfatique ordinarii.

l ¶ Personatus.] Declara ista vocabula vt per glos. in. §. præfatique ordinarii. supra. ti t ul. proxi. vbi dixi.

m ¶ Cæteraque beneficia ecclesiastica.] Etiam si essent altaria vel capellaniæ fun= datæ etiam à laicis, dummodo auctoritare episcopi, aut papæ sint constructæ, quia be= neficiorum ecclesiasticorum plenaria dispo sitio ad papam pertinet. cap. 2. de præben. in 6. dixi in tracta. nomina. q. 12. nam non di= citur beneficium ante episcopi approbatio= nem. Feli. in c. ex parte. S. de rescript. col. 1.] ☞ Et episcopus non debet primarium lapi= dem ponere, nec ecclesiam consecrare, nisi prius fundator dotem illi ecclesiæ constitue rit. cap. nemo ecclesiam de consecra. distin. 1. si non fuerit constituta dos, potest compel li adhuc fundator ad dotem cõstituendam. cap. piæ mentis. 16. quæst. 7. vel eius hæres, si fuerit soluendo, alioqui episcopus tenetur. arg. cap. episcopus. de præb. ✠ Fallit si quis construxerit capellam in ecclesia mendicãti um Ancha. in consilio. 113. vel in ecclesia ca thedrali seu collegiata per text. in auten. vt nullus fabricet ora. Do. colla. 5. sic expressim cõsuluit Ioãnes de Ana. consil. 24. primo vi dentur. ✠ sic consuluit Calca. cõsi. 31. Anto nius col. 2. vbi etiã vide an per diruptionem

ecclesiæ hæres fundatoris sit liberatus, & cō cludit negatiue. ☜

n ¶ Quomodocunque qualificata.] Hic po stea declarat, siue vacent in mensibus gra duatorum simplicium, siue nominatorum. & per hoc verbum pa tet, quod etiam iure præuentionis potest conferre beneficia si ta in ciuitatibus vel villis muratis nō gra duatis, sed quia peruerteret statum ecclesia rum parochialium regni videtur quòd non possit, vt infra dico in præbenda theolo gali. ☞ Et quia exempla declarant vt in eisdem casibus procedat. l. nunquam. ff. & priua. delict. mode. in. §. sed iste colū, 7. insti. de actio. ergo procedet in casibus declaratis postea in vers. tam in mensibus &c. ☜ quod cogitandum relinquo. & an possit con ferre habenti ad summam ducentorum au reorum beneficia, videtur per hoc verbum, quia non agitur tunc de qualificatione. vn de in simili dicit glos. in extrauag. execrabi lis, in verbo personatus. in fin. de præb. quòd si papa in collatione dignitatis dicat, non ob stante quòd alia beneficia habeas, quotcun que & qualiacunq; sint: tunc potest tenere prima etiā si essent electiua, per cle. si Roma nus. de præb. nam hæc verba generalia duos habent effectus. Primus, quia tollunt subre ptionē. c. non potest. in fi. de præb. in 6. Secū dus effectus est, quòd simul obtineri possunt quæcunque, & quotcunque, quia tantum va let genus in suo genere quantum species in sua specie. l. si duo. ff. de administ. tutor. Feli. in c. nonnulli. col. 8. ver. addatis. etiam glos. de rescri. Non poterit quoq; non theologo præbendā theologalē conferre, quia totius reipublicæ interest habere theologū, & im mutaretur status ecclesiæ Gallicanæ, ꝙ pa pa facere non pōt. no. gl. & doct. in. c. propo suit. de cōcess. præb. vbi quando immutatur status ecclesiæ, papa non potest aliquid atten tare, vel quādo decoloratur status ecclesiæ, si cut hic. nā possent tunc cōferri asinis, & sic parochiani ciuitatū & villarū muratarū pa terētur, quia nec prædicationes haberēt, nec docerētur, quod est absurdū. Etiā ratione cō uentionis & cōcorda ti, nisi alia deputare tur theologo, vt dixi in. §. 1. supra tit. proxi mo. ✠ vel nisi cōfer ret baccalaureo for mato etiā extante doctore, quia tūc crederē papā hoc posse, quia cessant ratiōes supra ad ductæ, & ipse insequitur cōcordata sic cōfe rendo, ideo est validū quod facit per. §. primū de firma & irreuococabili cōcord. stabi. vbi facta cōtra concordata etiā per papam sunt irrita. ergo si secūdū cō cordata valēt alia nō dico: cū causa pendeat in magno cōsilio de cisionē illius expectabo. ✠

Iure præuētionis papa beneficia in villis muratis sita an conferat.

Non theologo papa prebēbam theologalē nō confert.

n quomodocūq; qualificata, tā in mēsibꝰ graduatis simplicibꝰ & noīatis q̄ ordinarijs collatoribꝰ pręfatis assignatis vacantia, ° ac etiā sub dictis mandatis

¶ Item non cōfert ratione præuentionis ea quæ iure regali spectant ad regē. not. in. c. ge nerali. de elect. in 6. doc. in c. 2. de præb. ibidē & D. Ruseus in tracta. de iure rega. pulchre hoc tract. Sed regularia beneficia poterit se cularibus conferre, iure præuentionis, sed in vim nominationū & gadus non debentur re gularia secularibus qualificatis, vel econtra rio, vt in. §. volumus. supra. tit. proximo dici tur, etiam prætextu dispensationis apostoli cæ, vt ibi dixi. nec videtur hic se correxisse, cum in aliis possit intelligi.

o ¶ Ac etiā.] Sub dictis mandatis comprehē sa. Non tātam potestatē dedit papa, quātam sibi retinuit. tex. in c. dudum. de præbend. in 6. & sic pōt conferre beneficia sub mādatis cōprehensa, vt hic per tex. in c. quanuis. 2. de præb. in 6. sicut legatus beneficia reseruat. glo. in c. præsenti, in verbo, illa pendente. de off. leg. in 6. Cald. cōsil. 3. an si legatus. de præ ben. poterit etiā cōferre præbendā primam, quanuis fuerit conuentū & confirmatū per papā, vt prima vacans diuideretur, & ex illa fierēt duæ, per rationē supra adductā. Requi

Papa bñ fica sub mādatis cōprehē si cōfert facta expressione

ritur tamē mentio & derogatio præcedentis cōuentionis, alioqui non videtur velle derogare, nec ſuæ fuiſſe intētionis, ex quo nō exprimit. c. dilecto. de verb. ſigni. ideo collatio per papā facta alias erit ſubreptitia. Collect. in c. relatū. col. 1. infi.. de præb. ☞ Vide tex & ibi doct. in c. q̄is in 2. de præbē. in 6. & idē ſi papa cōferat beneficia qualificata, qa etiā mentio facienda eſt per ſupradicta, & facit regula cancella. 30. Oldra. cōſi. 324. facta tum tale, col. 4. Egid. bella mera conſil. 33. quod ſi col. 5. in 5. cōcluſio. vbi dicit q̄ collatio facta per papam etiā ex cauſa permutationis de beneficio iam affecto alteri, non valet, niſi mentio facta ſit de reſeruatione. ✣ Nec refragatur d. c. dudū. quia ibi idē papa poteſtatē conferendi ac reſignationes recipiendi primo cōceſſerat & poſtea contulerat. ideo expreſſio non requiritur, ſecus ſi conuentio fuerit facta vt hic quia difficilius rumpitur conuentio confirmata quam ſimplex papæ conceſſio capitul. primo de treuga. ✣ Item ſi fuerit ſtatutum iuratum & confirmatum à papa, quòd de cætero non erunt niſi duodecim canonici in tali eccleſia, & nullus recipietur in canonicum, donec 30. canonici fuerint reducti ad duodecim, tamen ſi vnus ex viginti, velit permutare, poterit coram ſummo pontifice, facta expreſſione ſtatuti iurati, coram alio nō. Imol. expreſſe in j cle. vna. colū. 3. verſi. quærit hic Guillelmus. de rerum permuta. quia eſſet nouum canonicum recipere, & ſtatutum violare, quod inferiori à papa non eſt conceſſum, vt ibi Limita quando beneficium vacaret in curia: tunc etiam non facta mentione mandati: valebit collatio. capit. 2. & ibi Ioā. And. de præbend. in 6. refert Peruſ. in c. ſi poſtquam, col. 2. illo titu.

¶ Secundo fallit quando tale beneficium nō eſſet affectum mandatario, quia tunc collatio ordinarii valeret, à fortiori & papæ. c. dilectus. 2. de præbend.

¶ Tertio limitat Peruſ. d. c. ſi poſtquā. quando motu proprio conferret: tamen per illam clauſulam non intendit præiudicare iuri tertii. ibi vide alia.

p ¶ Conferre.] Poterit ergo papa conferre, ſed mandare conferri, non quia tā tum retinuit poteſtatē cōferendi. & ita conuenit cū rege, & ſic non poſſet etiā legato dare hanc poteſtatem conferendi iure præuentionis, nec regnicolæ paterentur, per hunc tex. cū aliud ſit conferre, aliud mandare conferre. c. ſi. de off. vica. in 6. ca. eū cui de præb. eo. lib, vide Feli. in c. veniens primo. col. 2. de teſti. Et quādo papa iure præuētionis cōfert, mandatū valebit ſuper alio beneficio. d. cap. mandatū. & ſic non finitur. Sed quot modis finiatur, reſpon. quòd eiſdē fere modis ſicut nominationes, vt dixi in tract. nomina, q. vl. & ſupra eod. in verbo proſequētes. Quid in legato, an poſſit conferre in præiudiciū mādatarij? Dicerem quòd non, quia inferior nō tollit legem ſuperioris. clemen. ne Romani. de elect. ita tenet Archi. Domi. & Peruſ. in ca. ſi poſtquam. col. 2. de præben. in 6. fallit ſi data eſſet eidem ſpecialis conferendi poteſtas à papa. arg. c. 2. de præb. in 6. quod intelligo vt ſtatim dixi. & dic, quando reſignaretur in manibus legati ſine fraude, tunc valeret prædicta reſignatio. arg. c. dudū. de præb. in 6. & ſic fuit prolatum arreſtum hoc anno. 1537. die Veneris ante Pentecoſten.

Legatus in preiudiciū mādatarij non confert.

a ¶ Statuimus.] Hic. 5. nō eſt recept⁹ à regnicolis, ſed cōſuetudinē habēt exprimēdi quod fructus beneficii nō excedūt ſummā viginti quatuor ducatorū auri de camera, & illa ex

Valor verus beneficiorū non exprimitur in Francia ſed cōſuetus

a ¶ Statuimus inſuper quod in prouiſionibus quas perſonis quibuſuis de beneficijs, vacantibus, ſeu certo modo vacaturis, per nos & ſucceſſores noſtros ac ſedem prædictam, etiam motu proprio etiam promotis ad comprehenſa libere p conferre.

Source : BIU Cujas

preſſio in hoc regno ſeruatur, ideo hic nō ſcribo an ſit de iure exprimēdus valor, de quo per do ct. in cap. ad aures de reſcript. gloſ. in cle. 1. de præbend. Et qui primus hoc ſtatuit, fuit Vrbanus ſextus vt nota. gloſ. & docto. in cle. 1. de præben. Hic multa ſcriberē, quæ de induſtria miſſa facio cū in hoc regno vſu non veniant. vide Feli. in cap. fi. colum. 2. de præſump.

b ¶ Eccleſias cathedrales. Hic ergo vult exprimi verum valorem etiam per promotos ad eccleſias cathedrales, vel metropolitanas. nam per electionem, confirmationem, & conſecrationem, vel poſt lapſum tempus de conſecrandis, vacāt beneficia quæ quis habebat ante epiſcopatum, vel archiepiſcopatū, cap. cum in cunctis. §. cū vero. de elect. Et hoc quatuor inter uenientibus, Primo requiritur electio, vt ibi dem dicitur. Secundo requiritur confirmatio. c. fi. de elec. in 6. Tertio requiritur quòd electus & confirmatus bonorū adminiſtratione habuerit, & poſſeſſione epiſcopatus, vt nota. in ſimili in ca. de multa. de præb. Quid ſi epiſcopatus poſſeſſione habere non poſſit vtpote quia eſt apud infideles. vide per Car. in clemen. in pleriſq; . in fi. de elect. Quarto requiritur conſecratio, vel quòd tempus de conſecrādis ſit elapſum. c. quoniā. 100. diſt. & d. §. cū vero. & etiam prouiſi beneficia nō vacant antē conſecrationē, & ante adminiſtrationem bonorum, licet prouiſio habeat vim electionis & confirmationis. Panormitanus. & alii in cap. eam te. de reſcript. & in cap. cum ſuper ele ctione de cauſa poſſeſſ. & propriet. gloſ. in clemen. 1. in verbo collato, vt lite penden. Curia tamen ex ſtylo habet, vt ſtatim beneficia prouiſi conferat. quia nō præſumit quòd recuſet epiſcopatū. Decius in d. §. cum vero. col. 2. ✣ niſi fuerit diſpenſatum cum illo epiſcopo vt beneficia retinere poſſit Angel. cōſi. 274, bonifacius. ✣ & quia beneficiorum quorundam valor eſt taxatus in curia Romana, vt licet videre in prouincia: & tūc papa nō eſt ſolitus expedire bullas, niſi detur ſibi annata ſecundum valorem illius taxationis, licet quis non exprimeret tam magnum valorem, vt vidi practicari.

Exprimitur verus valor bñficij taxati Romę.

c ¶ Monaſteria.] Promotus ergo ad abbatiam, ſi retinere velit beneficia quæ antea habebat, debet exprimere verum valorem, & hoc antequam adipiſcatur poſſeſſionem pacificam abbatiæ. Alioqui per poſſeſſionem pacificam abbatiæ ſicut per adeptionem pacificā alterius dignitatis vacant beneficia priora, etiam ante benedictionem. Oldra. conſi. 14. cum quæritur cap. de multa. de præben. & extrauag. execrabilis illo titu.

Per adeptionē abbatię, an vacant bñficia.

¶ Nota tamē, quòd licet per promotionem ad epiſcopatum vacent priora beneficia, tamen per adeptionem dignitatum vel beneficiorum non vacat epiſcopatus. tex. ſing. in c. cum noſtris. de conceſſ. præb. quia epiſcopus ſine conſenſu papæ epiſcopatum dimittere non poteſt, vt cap. inter. c. fi. de trāſ. epiſcop. & per hoc limitatur. d. capit. de multa. quod licet loquatur de dignitatibus, tamen non procedit in epiſcopatibus, cum ſit odioſum. & ita not. Panor. in d. cap. cum noſtris. quod eſt notandum. ✣ Imo per adeptionem ſecundi epiſcopatus, non vacat primus ſine papæ auctoritate ca. quanto & ibi, Panor. in fi. de tranſlat. epiſcopi. ✣

Limitatio ad cap. de multa de præben.

¶ Quæro an electus in epiſcopum ante confirmationē poſſit permutare beneficia, quæ habebat tempore electionis? & breui decidit

Bñficia electi quatuor interuenientibꝰ vacant.

Vix recuſatur epiſcopatus.

Source : BIU Cujas

glo.in §.item insuper.in verbo disponere.de colla.in prag.vbi dicit quòd nõ.cum sit inca pax ad obtinẽda beneficia cũ episcopatu.ca. cum in cũctis.§. cũ vero.de elect. & sic dicit interueniſſe arrestũ,licet in fine videatur cõ trariũ tenere. ☞ Declaratur in regula.24. cancella.quòd prouisiones beneficiorũ, quæ vacãt per resignationẽ simplicem,vel ex cau sa permutationis illorũ,qui promouentur ad regimina ecclesiarũ,vel monasteriorũ,si an te diẽ promotionis conferantur, sunt nullæ, quia ille qui sciebat se promouendum ad epi scopatũ, vel abbatiã , faciebat resignationes secretas, vel permutabat cum alio beneficio etiã minimo . Ideo postea facta promotione papa erat illusus,& nil valebat cõferre.quare statuit,vt supra dictum extitit. ☜ Quædam ad hanc materiã facientia vide per Do.Leo binum Dalerium in tracta. de manda. apost. & per D.Ruseum in suo eodẽ tracta.vbi ele ganter & pulchre hanc materiam explicant. ☞ Sic continuatur, supra dictum extitit de mãdatis apostolicis,& quod in eis certa for ma debet seruari, ideo sequitur eius forma, & sic volui eam hic esse sitam,licet alii prin cipio aliter locarent. ☜

FINIS TITVLI DE MANDA TIS APOSTOLICIS.

☞ FORMA MANDA ti Apostolici.

IX hac rub.patet quòd scriptura mã dati infra scripta est de forma , cu ius omissione actus corruit.l. cum hi.§.si prætor.ff.de transact.l.1.de lib.& post hu.& forma est diligenter obseruanda.l.dili genter.ff.manda.cap.cum dilecta.de rescrip. etiam si actus fiat per æquipollens, tamẽ ad huc actus erit nullus,omissa forma.Bal. An gel.& alii in d.l.1. Paul.in.l. mancipia.C. de seruis.fugit.quod sic probatur, vbicũque lex vel dispositio dicit se tradere pro forma.tũc censetur ibi forma tradita.l.hac consultissi ma. ibi, ante late formæ. C. qui testa.facere possunt.& maxime quando in rub.dicitur de forma seruanda in consilio,tunc illa rub.pro bat quòd sit de forma,sicut hic videmus. Fe li.in cap.cum dilecta. versi.decimum & vlti mum.de rescrip.plene tradit Albert. Brunus in tract.de forma & solenni.actus,rub. quan do aliquid cẽseatur traditum pro forma. fol. 34.versic. quinta conclusio. probatur etiam supra de mandatis apostolicis,versi.iuxta for mam inferius annotatam. & ibi, sub forma &c.& ibi ponderaui.

¶ Secũdo,probatur quãdo lex vel alius actus disponit circa modũ cõficiendi actũ aliter q̃ ius cõmune disponat, illud dispositũ cẽsetur esse traditũ pro forma. Feli.in d.ca. cum dile cta. Alioqui nil operaretur, quod esset cõtra. l.si quando. ff. de lega.1. & c. si papa de pri uileg.in 6.& sic in vanum fieret.

¶ Tertio,quando congregantur multi actus simul,tunc illa dispositio est vtilis, & non su perflua,vt dicunt iuriscõsulti in substitutio ne breuiloqua in.l.Lucius.ff.de vulga. proba tur etiam in rubr.ff. communia prædio. & in rub.C.communia vtriusque iu. & iu rub.C. communia de leg. & cõmunia de succeſſ. & cõmunia de manumiss. hoc sequitur Alberi. in rub.ff.de vulga.col.45.in 4.oppo.sed hæc forma multas antiquas formas congregat,er go vnam formã præstituit,quam seruare re gnicolis necesse est.

¶ Quarto, formam hic annotatã vult publi cari , & registrari in quinterno, quod in va num fieret,si non obseruaretur. sed non ob seruaretur nisi esset de forma,ergo de forma erit,vt etiam supra dixi.

¶ Quinto,ad perpetuã rei memoriam vult il lam formam publicari , non esset perpetua memoria si non esset de forma,quia non ser

Source : BIU Cujas

uaretur,& ſic extingueretur, vt etiam ſupra dixi, ſed repeto, vt hic congregem diſperſa. ¶ Sexto,iſta forma eſt ſcripta & data ad obuiandũ litibus, quæ occaſione literarũ mãda torum oriri poſſent,vt ſupra proximo titulo dicitur.ſed nõ obuiaretur litibus,ſi non eſſet de forma, quia vnus impetraret mandatum ſub vna forma, alter ſub altera, & deinceps poſtea maiores eſſent lites quàm olim, quia crederent Galli quòd iuxta conuentionẽ factam in titulo proximo deberent impetrare ſecundum hanc formam. tamen hoc modo non concederetur: & ſic deciperentur ſub hac promiſſione,contra id quod dicitur in.l. prima. C. de his qui veniam ætatis impetra. vbi dicitur neminem debere decipi principa li beneficio. nam veriſimile eſt, quòd poſtq̃ papa & rex ſupremi in terris ſic conuenerũt, quod nolũt aliam formam ſeruari,quia actus principis debẽt eſſe ſtabiles,& perpetuo mã ſuri.Feli.in ca.cum olim.col.3. de re iudi.per cap.decet.de regu.iur.in 6.vnde in ſimili dicit Galder.conſil.7.rub.de reſcrip.quòd ſi papa ſcribat pro beneficio à ſe reſeruato, non facta mẽtione reſeruationis, præſumitur circunuentus. ſic conceſſio regis Franciæ contra ſuam pronunciationẽ eſt nulla,quia præſumitur circunuentus.Bald.expreſſe in dicto cap.cum olim.

¶ Item ea quæ non ſunt de forma, vel ordine, poſſunt ordinis fieri & formæ per principem, quia quod illi placet, legis habet vigorem.l.1.ff.de conſti.princi.Bal.in.l.prolatam. col.3.verſi.& nota quòd princeps.C.de ſenten.& interlo. ſed voluit eſſe de ordine.in.§. ſi quis vero.ſupra de colla.ergo erit de ordine ſubſtantiali,vt dico ibidẽ. Nec obeſt de claratio ſummi pontificis facta per Clemen tem ſeptimum anno tertio ſui pontificatus ſexto Idus Ianuarii,quia nil nocet ſine declaratione regis,nam contractus ſemel factus à duabus partibus non poteſt declarari nullus, vel alio modo, in præiudiciũ alterius partis, nec valet declaratio in contrariũ facta, arg. l.1.& ſeq.C.quando liceat ab empt.diſcedere. Imo declaratio papæ iniqua, eſt ipſo iure nulla,& eſt attribuenda circunuentioni,importunitati,aut errori.Egidius de bella mera deciſ.734.etiam extra Rotam verſi.ſexta ratio.Soci.conſi.260.in cauſa. col.9.verſic.ex quibus infero.in 2.volu.

De declaratione papę & Regis.

¶ Item quando declaratio papæ non conſonat verbis declaratis,vt hic,habẽdus eſt põtifex pro circunuento. Calderinus conſil.7. rub.de reſcrip.Feli.in c.ex parte decani verſicu.& ob illuſionem ibidem, & in d.ca. cum olim.col.4.de re iud.imo ſtatuere ſuper iam confirmatis nõ eſt proponere remediũ æquitatis,ſed calumniam præteritis inuenire. Ancha.conſi.398.permitto. quem refert Feli.in cap.ſi quando. col.1.de reſcrip. Nec refragatur quòd interpretatio ſeu declaratio ſummi põtificis ex ſingularis poſtulatione perſonæ facta ad legem vel ordinationem præcedentem cõſtituit ius generale inter omnes. not. in c.in cauſis.de re iudic.l.vlti.C.de legib.ſic conſuluit Roma.conſi.260.in propoſito.Reſpon.loqui quando papæ declaratio eſſet facta ſuper ſua conſtitutione: ſecus in concordatis,quæ ſunt tam à Papa quàm à rege condita, & ſic ſua declaratio nil poteſt obeſſe, nec poteſt hæres vel ſucceſſor declarare voluntatem defuncti.no.in.l.idem Pomponius §.ſi.ff.de rei vendi.& in.l.inter.§.1. de verb. obli.Peruſ.in cap.2.col.1.de reſcript. Ideo ad regem,qui erat vnus ex contrahentibus, ſpectabat declarare, potius quàm ad Clemẽtem ſeptimum,qui non nouerat mentem contrahentiũ,Leonis videlicet & regis, ſicut Rex, qui in ſua declaratione dicit ſe fuiſſe memorem illius formæ,& quòd pro forma ſubſtantiali erat poſita inter eoſdem cõtrahentes,& ſic Rex declarauit anno. 1527. ante paſcha die.29.Martii,quæ fuit lecta,publicata, & regiſtrata in magno cõſilio.anno.1528. die.13. Iulii, ſuæ fuiſſe intentionis mãdata impetrãda eſſe ſecundum formam hic immediate deſcriptam, quam ſubſtantialem vult eſſe, ita

Source : BIU Cujas

quòd nil addi huic formæ possit, nec dimi-
nui, vel alterari in substantia, sed ad verbũ, vt
est hic descripta, debet mandatum impetra-
ri, nec aliæ clausulæ insolitæ sunt apponẽdæ,
alioqui declarat mandata nulla, & nullius ro
boris, vúltque omnes curias secundum
istam declarationem debere iudicare: *
ac præcipit mandata contra hanc for-
mam impetrata reiicienda & respuenda. quæ
declaratio est summæ vtilis pro regnicolis,
& iuste ac rite facta: ideo sequenda. ☞ Di-
cit tamen Bald. in ca. cum in veteri, col. 1. de
electio. quædam esse de forma, & horũ trans
gressio inducit nullitatem, quædam sunt de
præcepto, & horum trangressio inducit pœ-
nalitatem, quædam sunt de simplici consilio,
& ista omissa non vitiant, nisi expresse hoc
dicatur. hæc ille. ☜ Nec me mouent not. in
cle. 1. de iure patro. vbi quãdo actui noua da-
tur forma, tunc si non apponatur clausula de
creti, valebit actus in contrarium factus, nec
dicitur ille actus esse de forma substantiali,
quia respon. quòd clausula decreti est appo-
sita in d. rubr. de firma & irreuoca. concor.
stab. versi. necnon. ¶. Leo. Ideo non est amplius
hæsitandum. ☞ Item clausula nõ aliter in-
ducit formam. Bar. in. l. de his. ff. de transact.
Decius consil. 528. pro resolutione in fi. quæ
videtur poni in d. rubr. de firma. ☜ Nec re-
fragatur quòd si curetur de effectu, sufficit
implere per æquipollens. l. fina. §. fi. ff. manda.
Iaſ. in d. l. hac consultissima. in fi. & l. 3. not.
1. C. de institu. & l. puberem. C. de iure. deli-
berand. Respond. esse verum quando tãtum
respiceretur effectus, & non esset apposita
clausula irritans, secus quando illa clausula
esset apposita, per not. in d. cap. cum dilecta.
vt hic & supra dixi. Minus obest si dicatur
de forma accidentali, quæ omissa non vitiat
actum. Bar. in dicta. l. cum hi. §. fi prætor. ff. de
transact. & plenius in tracta. de alueo. versic.
quod si. vbi ponit multa exempla. Et illa dici
tur accidentalis, quando actui iam producto
accidit. Substãtialis vero forma dicitur, quã
do requiritur ad actum producẽdum, vt hic:
& ponitur exemplum, in pileo concauitas &
rotunditas sunt de forma substantiali. Bald.
in. l. vniuersa. C. de preci. impera. offer. Et sic
dico hanc formam sequentem esse substan-
tialem mandatorum, sine qua in hoc re
gno mandatum non valebit. vide quæ
dixi in repet. l. quod iussit. in præfatio.
nume. 18. cum seq. ff. de re iudi. Et nota quòd
mandatum papæ debet intelligi secundũ ius.
cap. dudum. 2. de electio. & cap. 1. de conces-
præben. in 6. Et secundum ius canonicũ in-
terpretari. Bal. in c. si quando. in princ. de re-
scrip. refert Iaſ. in. l. beneficium. nu. 36. ff. de
cõsti. princi. Ideo hic aliqua iura ad huius elu
cidationem duxi inserenda, vt sequitur.

Mãdatũ papæ est secũdũ ius intelligendũ.

a ¶ Leo.] Leo græce idem est quod Rex la
tine, eo quòd rex est omnium animalium te-
ste Isidoro lib. 12. etymolog. cap. 2. sic papa est
rex omnium, & ei vicario Creatoris est sub-
dita omnis creatura, vt dicitur Psal. 8. Om-
nia subiecisti sub pedibus eius. Ita expresse
tenet Innocen. & alii in cap. 1. de consti. ipse
enim non puri hominis, sed veri dei vicem
gerit in terris. cap. quanto. de translatio. epi-
scopi. Barba. consil. 1. col. 15. in 1. volu. Vnde
Leonis virtus apparet in pectore, firmitas in
capite. dormit apertis oculis, ignem timet, &
strepitum rotarum: & cum ambulat, vestigia
eius cum cauda delet, ne venatores inue-
niant locum suum. hæc Isidorus vbi supra.
Sic papa debet habere virtutem in pectore,
quo ad charitatem & dei dilectionem. firmi-
tatem in capite, id est, in intentione, quæ de-
bet esse firma ac bona ad deum. Dormire de
bet oculis apertis, per discretionem & saga-
citatem iuxta illud Cantico. 5. Ego dormio,
& cor meum vigilat. dicitur etiam psal. 120.
Ecce non dormitabit neque dormiet, qui cu
stodit israel. Vestigia, id est, peccata præteri
ta delere debet per confessionem. & per clau
es ecclesiæ indulgentias concedendo. Stre-
pitum rotarum, id est, comminationes sacræ
scripturæ, & ignem æternum timere debet,

De natu
ra leonis

Source : BIU Cujas

per frequentem cogitationem. & ſic à venatoribus, id eſt, à dæmonibus non poterit reperiri, ſed dicet, In me non habent quicquã. hæc Berchor. in reducto. morali libr. 10. cap. 57. Ideo bene conuenit ſummo põtifici Leo. Et nota ꝙ prima litera mandatorum, & literarũ apoſtolicarum debet eſſe magna, & capitanea, & ſolenniter ſcribi, & extenſe. verba ſunt Specula. in titũ. de reſcrip. præſenta. §. primo. igitur. col. 3. verſi. & quoniam ex forma. Et ſi reſcriptum non haberet tractus ſolitos, nõ faceret fidem, vel ſi imagines amborum apoſtolorum in plumbo non eſſent. Domi. in cap. quis neſciat. 11. diſt. in. Feli. in cap. 2. nume. 11. de reſcrip. Nota tamen quòd ſi papa ſcriberet ſub nomine proprio, non intitulando ſe papam, illæ literæ non facerent fidem. Feli. in cap. 2. colũ. 7. nume. 17. in fi. de reſcrip. ☞ Vel ſi ſcribere tur papæ ſub nomine proprio baptiſmali, poſſet ratione dicere, Iſtæ literæ non dirigũtur mihi, vel ſcribens videtur in cõtemptum dignitatis facere. Bald. in proœ. decretalium, Gregorius col. 2. verſicu. nunc reuertor. ☜ Quia iſte eſt ſtylus contra quem literæ impetratæ non valent. c. quàm graui. de crimi. falſi. & de hoc ſtylo poteſt informari cũ practicis & expertis in illa materia teſte Bar. & & Iac. in. l. 3. §. fi. ff. de teſti.

Reſcriptũ papæ quomam modo ſcribi debeat.

b ¶ Epiſcopus.] Ab ordine vocatur epiſcopus, non à dignitate, quia non reperitur par vel maior ordo in eccleſia. gloſ. & docto. in proœmio ſexti. in verbo epiſcopus. ibi licet videre. dixi in. §. ſi quis vero. in glo. cardinalatus. ſupra de colla. Epiſcopi enim ſanctiſſimi Chriſti legati exiſtunt, ſpirituales ſunt patres, papæq; fratres, & coepiſcopi colũnæ comprobantur eccleſiæ. verba ſunt text. in cle. 1. §. pen. de pœnis. & quare dicitur ſeruus ſeruorum dei, traditur in proœmio cle. vbi multa iactantur, quæ non multum ſeruiunt practicantibus. Ideo ea miſſa facio, quia multa effundit Io. Dayma in. 1. rub. de conuento.

Epiſcopi ſanctiſſimi Chriſti legati ſunt.

approba. in verbo epiſcopus. ſupra eo. vbi licet videre.

c ¶ Venerabili.] Hæc dictio & omnes aliæ in mandatis ſeu gratiis apoſtolicis poſitæ ex tenſe ſcribi ex ſtylo debẽt, his exceptis quæ ſi abbreuiate ſcribantur, ſtylo non repugnat, vt epiſcopus, ſuus, ſuorũ, dioceſ. ſalm & apſtolicam benedictionẽ, eccleſia. nomina ciuitatũ, vel diœceſum, vt dioceſ. Pariſien. Bononien. ac nomina mẽſium, Septemb. Octob. Nouemb. In data, Datum Idus, Non. Calend. vt in prouincia. fol. 14. habetur verſi dictiones.

Quæ verba poſſit abbreuiate ſcribi in reſcriptis apoſtolis.

d ¶ Fratri.] Omnes epiſcopos, archiepiſcopos, & patriarchas, Papa fratres vocat, de ſtylo curiæ. cap. quàm graui. de crimi. falſ. Sunt autem ſacerdotes leuitici generis, fratres noſtri, qui nobis iure Leutico in executione ſacerdotalis officii coadiutores exiſtunt. ca. per venerabilem. §. ſunt autem. qui filii ſint legiti. Ideo papa. cardinales, epiſcopos vocat fratres, etiam ſi aliqui mixti ſint non epiſcopi. alios vero cardinales non epiſcopos, ſeparatim vocat filios. gloſ. in capitu. primo. de offic. delega. in ſexta. Borba. in cap. in præſentia. columna quarta. de probatio. & cap. 1. columna ſecunda. de loca. & eo vocat illos fratres per participationem eiuſdem dignitatis. cap. præterea. 51. diſtinctio. cap. fratres. de pœniten. diſtinctio. quinta, ipſi enim epiſcopi cum papa vocati ſunt in partem ſolicitudinis. cap. fundamenta. §. decet. de elect. in 6. quod eſt verum quando ſunt conſecrati. ſi vero tantum ſunt electi, eos filios vocat, vt in prouincia. curiæ Romanæ habetur. fol. 14 verſicu. literæ apoſtolicæ &c. Aliquando vocantur fratres aliqui dilectione. Ideo amicus vocat amicum fratrem. l. nemo. ff. de hæred. inſti. aliquando illi qui profitentur tria ſubſtantialia regulæ. cap. cauſam. de iudi. vbi dicit Panormitanus. illos fratres appellari ex communi vſu loquendi, qui ſunt in religione aliqua mendicantium. Alii vero religioſi

Frater quot modis dicatur.

Source : BIU Cujas

vocantur monachi.largiſſime omnes Chriſtiani fratres dicuntur cap.ad menſam.11.q.3.& facit.cap.ex merito.6.quæſt.1. omnes enim chriſtiani fratres in Chriſto ſumus,ſed non in diſco, dicebat quidam. Proprie fratres dicuntur,qui ex eodem patre & matre nati ſunt.authen.poſt fratres C.de legi.hæred. vel ſi ab eodem tã tum patre,& tunc vocantur fratres conſanguinei.ſi ab eadem tantum matre vtirani .§. 1.inſtitu.de legi.agnato.ſucceſſ.& in authẽ. de cõſangui.& vterinis fra.colla.ſexta.Item omnes qui in eadem eccleſia ſunt conſtituti vt canonici,vocantur fratres ratione ſocietatis,& communionis. Calder. in cap.mandatum,per illum tex.de reſcript.& ibi Barb. colum.3.& concordia fratrum valde placet deo. Eccleſiaſtici.25. capit. vnde dicit diuus Hieronymus, Infernus fratres diuidit.& refert Lucas in.l.cum allegas. colum. 2. C.de caſtren.pecu.milit.libr.12.& fuſius Io. And. in cap. Ioãnes.colum.1.de regula. Vidi dubitari an appellatione fratris veniat frater patruelis.quod non,decidit Bar.in.l,Lucius.§. quæſitum.ff.de lega.3.& Bar.per illum text in cap.vno de feudo mar.ſic conſuluit Bald' conſil.327.cum in cauſa.colum.vlti,volum.3.& Alexan.conſil.97.viſothemate,col.2.in 2.volu.& 204.conſideratis.col.3.ibidem.& conſil.36.viſo.col.2.in 6.volu.ac conſil.89. circa.colum.4.ibidem,& cõſi.203.viſo.col. 3.in 7.volu.glo.& ibi Angel.in.l.1.ff.de inofi.teſta. ☞ Decius conſil.461. præſens. & 679.vbi etiam dicit appellatione patrui non venire patruum magnum. ☜ Reliqua licet videre per Petrum de Vbal.in tract.de duobus fratribus. quod facit ad intellectum ordinationis regiæ permittentis facere ceſſionem fratri, vt non poſſit fieri fratri patueli. Sed an fratri naturali, dico in d.ordina.artic.2.

ella
e fra
nõ
t fra
true

e ¶Epiſcopo.] Et ſic in ſalutatione quando ſcribitur epiſcopo vel abbati, debet ſemper poni locus vnde eſt, vt epiſcopo Magalonen.)qui nunc epiſcopus Montiſpeſſulani dicitur propter tranſlationem eccleſiæ Magalonen.ad Montempeſſulanum) vel abbati ſanctæ Genouefæ. non tamen ordo, teſte prouinciali fol. 73. rubr. de iudicibus & eorum ordine. verſic. Item non punitur. Ego vero vidi apponi ſic, abbati & conuentui monaſterii beatæ Mariæ de Ioſaphat prope & extra muros Carnoten. ordinis ſancti Benedicti &c. & arbitror non apponẽdum ordinem, quando ſcribitur epiſcopo,ſecus ſi abbati. ☞ Et tũc ordo debet præcedere diœceſim.teſte prouinciali rubr.de quatuor clauſulis fol.22.verſic. Itẽ ordo. ☜ Nec ponitur fratri noſtro nec dilecto filio noſtro, niſi forte ſit familiaris papæ,tunc ſic ſcribitur.Dilecto filio tali.N. capellano noſtro vel diacono ſalutẽ. alioqui eſſet falſa litera,vt eſt tex. in.c.quam graui. de crimi.falſi.niſi ſcriberet regibus. vel regi nis, tunc dicitur chariſſimo in Chriſto filio Franciſco Fraciæ regi.c.chariſſimis. de conuerſ.cõiug.cle.vna de iureiur.cle.paſtoralis. de re iudica.& contra reges & principes ſeu magnos duces nondantur literæ ſine ſignatura papæ,vt in Prouinciali habetur. fol.20. verſi.contra reges.

Stylus re ſcribẽdi ad reges & alios.

¶Item quando ſcribitur abbatiſſæ vel monialibus,tunc bene apponitur in Chriſto.c. cum dilecta.de reſcri.c.dilecte. de exceptio. c.cum dilecta.de cõfirma.vtili. Hoc expreſſe tradit pater practicæ Specula. in tit.de reſcrip.præſenta.§.ratione formæ.verſi.& nota quòd in ſalutatione. fallit quãdo loquitur de mortuis regibus vel aliis, quia tunc ſine iſto honore eos nominat vocando Henricũ quondam imperatorem.d.clemen.paſtoralis verſi.ſane. per quem dicit Barb.in capit.inhærentes.nume.26.de iuramen.calum.quod quãdo loquimur de viuis, debemus apponere nomen appellatiuum dominus talis &c.ſecus de mortuis. Sic etiam quando allegantur doctores viuentes, debet addi dominus Decius; ſi mortui, non: vt Bartolus. quod

Honore afficiẽdi ſunt viuentes.

Source : BIU Cujas

est notandum. Nec etiam est omittendum sufficere primam literā nominis proprii rei vel reorum contra quos impetratur rescriptum, exprimere, vt cōtra. P. Rebuffum. text. in c. cum M. & ibi docto. de consti. c. cum in multis, de rescript. in sexto quia spectat ad impetrantem declarare rescriptum ambiguum. c. pastoralis. §. 1. de rescri. & in c. fin. ibidem. quod secus est in cognomine & in iudicibus, qui incerti non possunt dari, ca. ad hæc. de rescript. ✣ hodie tamen de consuetudine curiæ apponitur nomen extense secundum Imol. & Feli. in c. cū accessissent col. prima de consti. ✣ Notandum est tamē quòd prouisio ecclesiarum spectat ad episcopos de iure communi in suis episcopatibus. ca. omnes basilicæ. 16. q. 7. etiā si fundator ordinaret ꝙ institutio non spectaret ad episcopum, sed ad inferiorē. ca. sic quidam 10. q. 1. & c. nouerint. ibidem. Innocen. in c. in Lateran. in fi. de præbē. Panor. in c. requisisti. col. pe. de testa. Bar. per illum text. in. l. quotiens. §. fi. ff. de administra. tutor. nisi episcopus cō sentiret, quia tunc valeret. Panor. in cap. nobis. de iure patro, Rochus in tract. de iure patro. in verbo pro eo. q. 12. nec poterit postea successor episcopi reuocare, cū nō agatur de præiudico iuris ecclesiæ quæsiti. Barb. in d. c. requisisti. col. 30. versi. ego vidi. Roma. cō si. 177. licuit &c. Ista tamen non procedunt in quinq; casibus reductis pulchre per Fel. in c. cum venerabilis. col. 11. versic. circa dicta abba. de exceptio. vbi videre licet.

Prouisio ecclesiarum spectat ad Episcopos de iure cōmuni.

f ✣ ¶. N.] Id est episcopo parisiensi. monstispessulani, vel alii: & per hæc habes qđ mā datum debet dirigi alicui, alias non valet. c. mandatum. cum seq. de rescript. in 6. quid si quis habeat plures episcopatus, vel abbatias, aut episcopatum cum abbatia, seu archiepiscopatum, & dirigatur mandatum isti episcopo triplici, vel istis abbatibus, ratione cuius episcopatus vel abbatiæ teneatur prouidere Respon. in episcopatu expresso vel in abbatia, quia in eo expresso censetur grauatus & non in alia abbatia, non expressa vel episcopatu cap. cum in illis. §. fin. de præbend. in 6. & d. cap. fi. Si vero exprimeretur sic venerabili episcopo Aurelianen. & abbati sancti benedicti &c. tūc dicerem teneri prouidere in episcopatu Aurelianen. si ibi prius vacet beneficiū, si in abbatia prius forte vacauerit ibi mandatario prouidebit, si simul per mortem vnius vacent beneficia & in episcopatu & in abbatia, prouidebit in episcopatu prius nominato, & attendetur ordo mandati per tex. solennem in cap. mandato de præbē. in 6. sed si non exprimeretur qualitas, non valeret mandatum, vt si dirigatur Guillelmo pellicerio & non exprimatur episcopatus, quia hoc casu collatori non est directum, vt debet esse in. §. primo supra titul. proximo ibi vnum collatorem &c. & hic patet scripsi in glos. leo. supra eod. Imo. si mandatū dirigeretur episcopo Carcassonen. singulisque canonicis non comprehenderet beneficia ad collationem, archidiaconi vel alterius dignitatis spectantia text. in d. capit. fina. & vidi super hoc sæpius dubitari quæ notes. ✣

dilectis filiis

g ¶ Dilectis filiis.] Sicut deus est pater omnium, quia creator omnium. cap. 1. de summa trini. & sic omnes sumus filii eius, ad Galat. 3. c. Oēs filii dei estis per fidē. Ideo eius vicarius vocat oēs suos filios, vt ca. q̄ graui. de cri. falsi. ☞ Non tamē sunt filii eius generatiōe, nec adoptiōe, sed cura & honore, quia curā omniū, & ei oēs honorē habere debent Bonifa. in proœmio cle. colū. 2. no. 4. ☜ Et quot modis vocetur qs pater vel filius tradit Archi. in c. fi. 22. q. 2. Lucas de pēna in. l. 1. C. de excu. artifi. lib. 10. Fallit quādo scribit excommunicatis, quos tunc nec fratres, nec filios appellat, sed loco salutationis & benedictionis dicit spiritum consilii sanioris, teste Specula. in titu. de rescript. præsenta. §. ratione formæ. versi. & nota quod papa: quia ex-

In literis excōmunicatorū papa eos non salutat.

Source : BIU Cujas

cõmunicatus pro mortuo habetur, vt nota. in c.graue.de ſenten.excõmunica.facit glo. in verbo ſuſpendendum.ca. dilectis.filiis de appella.

✠ h ¶Capitulo]Etſicmandatũ poteſt dirigi epiſcopo & capitulo ſimul vt hic & in capi.literis de reſcript.c.fi.de præb.in 6.poteſt etiã dirigi mandatũ ſoli capitulo.c. ſi capitulo de cõceſſio præben,in 6.&ſoli epiſcopo c.ſi ſoli illo tit.in 6.&c.mandatum de reſcriptis nec iſte tex. tradit formam in hoc cũ hæc verba ſint narratiuavt debeat dirigi ſicut hic dicitur ſed cui voluerit mãdatarius in impetratione declarare.& poterit grauari epiſcopus ſi collationes quinquaginta beneficiorũ habuerit ſeparatim à capitulo duobus mãdatis.& capitulũ ſi totidẽ collationes habeat duobus aliis.quia in rebus ſeparatis pro duobus habentur vt notatur in c.edoceri de reſcrip.&cũ quilibet collator grauari ſic poſſit.§.primo ſupra.tit.proximo in gl. vnum ſi vero collationes cõiter fiant per epiſcopũ & capitulũ vltra duo mandata dirigi iſtis non poterunt,quia in illis pro vno collatore reputantur & vnũ corpus cenſentur c. nouit & c.ea noſcitur de his quæ fiũt à præla.Hoſtiẽ. in ſumma illius titu.hoc innuit vide gloſ.in verbo ſpectat.§. ſtatuit de colla. in prag. ✠ i ¶ Singulisq; canonicis.Iſtud expreſſit propter tex.in c.fina.de præb.in 6.vbi mandatũ directũ capitulo, non cõprehendit ſingulos canonicos.facit.l.ſed ſi hac.§.qui manumitti tur.ff.de in ius vocand.quia aliud eſt capitulũ,aliud ſinguli de capitul.l.ſicut.§.1. ff.quod cuiuſq; vniuerſita.no. Ideo actor vniuerſitatis non eſt actor ſingulorũ.l.2.ibidẽ. facit ꝙ notat Ancha.cõſil.204.viſis col.2.Feli.in c. cum acceſſiſſent col.9.nu.22. de conſt.& in c.eã te.col.10.verſi.aliud ſinguli.de reſcript. laſ,conſil.140. cõitas.vol.4. Et ita expreſſe fuit deciſum in rota deciſio.583.nota in dicẽ ceſi.in antiq. Idem dixi in nominationibus in tract.nomina.q.8.Imo.ſi mandetur prouideri de beneficio ſpectãte ad collationẽ capituli cõmuniter vel diuiſim,nõ venit beneficiũ,qđ ſpectat ad prælati collationẽ tãtũ, qa prælat⁹ & capitulũ ſunt diuerſa. Rub.de his quæ fiũt à præla.&nõ cõprehenditur prælatus, niſi exprimatur. Inno.in c.dilectus de cõceſſ.præb.ſic cõſuluit Bal.cõſil.242. factũ tale.in fi.volu.3.Collecta. in c.poſt electionẽ.col.1.de cõceſſ.præb.Si tamen mandetur capitulo,non cõprehendit ſingulares,niſi illi ſingulares vice &nomine capituli conferrẽt ut per hebdomadas vel menſes. Geminia.in d.c.fi.de præb.in 6.de rota deciſi.119.nota ꝙ vbi.in antiq.quia cũ ipſi vice capituli conferant,capitulũ ipſum videtur conferre,arg.l. quod meo.ff.de acq.poſſ. Et indultũ epiſcopo vt nullus conferat beneficia ad ſuã collationem ſpectantia,non extenditur ad beneficia,quæ epiſcopus confert cum capitulo,per ſupradicta.& ſic conſuluit de ripa conſil.34. indultum.lib.2.reſpon.c.23. Iulius.in fi.niſi in indulto expreſſe exprimeretur. nam ſicut vnum poteſt papa concedere.& alterũ.ca.2. de præbend.in 6.Si vero mandatum dirigatur decano & capitulo Bituricen.cõiunctim vel diuiſim, non cõprehenduntur beneficia ſpectantia ad ſingulares perſonas capituli, quia iſta gratia ſatis poteſt operari in ſpectãtibus ad collationem decani & capituli,ideo illa ſolum cõprehendit, ſecus ſi ſcriberetur ad capituli collationem cõmuniter vel diuiſim.d.c.fi.& ibi Domi.& Io. Colo. imo ego vidi apponi vltra, videlicet ſingulisque perſonis eccleſiæ,vt dixi in tracta.nomina.q.8. ✠ k ¶Eccleſiæ.]Si ergo dirigatur decano & capitulo,montiſpeſſulani nõ dicitur eccleſiæ montiſpeſſulani de ſtylo curiæ Romanæ vt Paulus &c.dilectis filiis decano & capitulo mõtiſpeſſulani teſte proninciali fol. 87. rub.de intitulatiõe in fi.niſi dicatur vt hic ✠ l ☞ ¶ Salutẽ.] Inſequitur diuũ Paulũ.1.ad

Indultũ vt nullus ſua conferat bñficia, non comprehedit bñficia quæ coniunctim conferũtur.

Source : BIU Cujas

Salutatio in litteris pape quo modo debeat scribi, & de quo ꝓfit

Cori.vlt.ca.sic dicentem, Salutate inuicē in osculo sancto, & idem dicitur, 1.Petri.vlt.c. & virgo beatissima salutauit Elizabeth Lu. 1.cap. & hæc salutatio producit actus charitis, pietatis, largitatis, fidelitatis, sedulitatis, tranquillitatis, iocunditatis, & necessitatis m quæ ꝓsequitur Berch in suo dictiona.m orali, in verbo salutare. vide alios effectus per text. & nota. in clemē. si summus de senten. excom. gl. in c. cū Adrianus. 63. dis. & in proœmio decreta. Gregori⁹ & in proœmio sexti dixi supra. in proœmio in hoc verbo. Aduertendum est quod hæc salutatio debet scribi literis longis, & tota debet poni in vna linea, ita quod tria vltima puncta retorta, quæ cōsueuerunt poni post n perpetuum, nō fiant extra, sed intra lineā ilateralem, teste Specu. in titu. de rescrip. præsenta. §. primo. igitur. col. 4. vers. circa dictiones. Et aliqua dictio non debet diuidi, vt in fine vnius lineæ sit principium, & in principio alterius sit finis. pulchre Archi. in summa. 25. quæst. 2. vbi plene tradit. ego ipse vidi aliquando diuisas.

Quatuor partes sunt in mādato.

m ¶ Vitæ.] Hic incipiunt verba narratiua mandati, & sic nota hoc mandatum habere quatuor partes. In prima ponitur, salutatio. in 2. narratio, vt hic. in tertia dispositio, ibi, ac volentes. in quarta non obstantiæ, quæ est ibi, non obstantibus forsan &c. & in prima mādati & 2. parte licet aliquid sit additum mandato, vel detractum dummodo factum sit plene narratum, & stylus seruatus non vitiatur mandatū, quia forma interdum dicitur quædā narratio, quæ nō est de substātia. l. scio. in fi. ff. de appella. Bal. expressim in c. cum in veteri in princip. de electio. & ineptum esset narrationem vitiare dispositionē cū ex narratiuis non arguamus. ca. si papa de priuileg. in 6. glo. singu. in. l. vna. C. quando non petent. partes, ideo si in narratiua dicatur. cupientes, quod eidē N. habenti aliud beneficiū &c. licet istud sit superfluū propter clausulam motu proprio, & pro expressis habentes, tamen non vitiat. l. testamentū. C. de testa. ✣ Ideo in vno mandato vidi sic descriptum, Salutem &c. grata deuotionis obsequia quæ dilectus filius. N. breuium apostoli corū scriptor nobis & apostolicæ sedi hactenus impēdit, & adhuc solicitis studiis impēdere nō desistit nec nō vitæ & c. & non minus valebit ✣ idem si dicatur in vltima parte, non obstante quod ex soluto & moniali natus sit &c. alioqui non posset aliqs naturalis, vel alias indignus impetrare mandatum, hoc videtur probari in cle. exiui col. 3. de verb. signifi. vbi fratres minores iurantes seruare regulā beati Frāciſci tenētur seruare cōsilia ꝑ cōsiliis, & præcepta pro præceptis, sic in mandatis verba narratiua debent seruari pro narratiuis, & decisiua prodecisiuis, & hoc fuit corroboratum aresto magni consilii vt dico infra eod. in glos. ac volentes &c. quod est notandum, quia vidi sæpius dubitari super his.

n ¶ Morum honestas.] Quanuis vita concernat necessaria ad victum clericorum, verbum honestas concernat ipsos respectu morū, vt tradit glo. in rub. de vita & honesta. clerico. tamen hic papa vult coniungere, videlicet vt honestas & morum & vitæ inducant eum ad liberalitatem. Et an istud probet. videlicet istum cui cōceditur mandatum, esse honestum, & an ista debeant verificari per executorē? quod non, quia non scribitur cōditionaliter, tradit Innocē. in c. finali. in princip. de præsumptionib. & D. Probus in additio. ad Ioan, Monach. nu. 22. rubr. de vita & honest. cleric. in 6. nam solet apponi de consuetudine. vnde non probat ita esse de Ripa in lib. 2. Respō. c. 35. collatio. Imo si pars probaret contrarium, videlicet mandatariū non esse honestæ vitæ, non minus esset eidē prouidendum, tum quia hæc solent de consuetudine apponi. tum quia verba narratiua non probant, & quia ex stylo scribuntur. &

Honestas vitę vel morū nō probatur ex verbis enunciatiuis.

Source : BIU Cujas

ad ornatū potius, quàm ad veritatē, nisi probaret defectum reddentem inhabilem mandatarium vt infra dico. ☜ Vide tamen tex. in cle. vna de probat. quæ non habet locum in regno, vt infra patet rub. de subla. clemē. literis. de probatio. & quæ ponit Ancha. in cle. vna. oppo. 1. de cōcess. præbe. & Dy. in regula semel. de reg. iur. in 6.

o ¶ Probitatis & virtutum.] Virtus laudatur & alget. dicit Iuuena. & hic stylus in Francia quoad secularis in mandatis seruari debet, sed in religiosis dicitur, religionis zelus, literarū scientia, vitæ ac morum honestas, aliáque laudabilia probitatis ac virtutum merita &c. vt habetur in Prouinciali fol. 67. & infra dico in forma mandati pro regularibus. In impetrationibus tamen quas faciunt doct. & alii graduati, solet apponi in principiis gratiarum, literarum scientia, vitæ ac morum honestas. & sic scientia præponitur. Quādo vero scribitur pro minore quatuordecim annis, sic solet scribi, laudabilia infatilitatis indicia, prout fidedignorum testimoniis accepimus, verisimiliter præsumi, quòd te in virū produce re debeas virtuosum, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiā liberales &c. & de clausula fidedigno commendatur testimonio, vi de Corset. in repet. c. grandi. nu. 46. de supplend. negl. prælat. lib. 6. Quid si dicat, ex his & aliis animum nostrum mouentibus cōcessimus. an si in expressis sit surreptum, possit rescriptum ratione huius clausulæ sustineri: tradit Barb. consi. 33. bene etenim. in 3. volu. quod non. tu illum videto.

p ¶ Inducunt.] Honestas morum ac sancti tas vitæ inducunt ad multa concedēda, quæ alias non concederentur. deus ipse optimus maximus propter sanctitatem Mosi fuit sæpius ad ludæis indulgendum motus, vt legitur Nu. ca. 12. & c. 14. ibi, dimisi iuxta verbū tuum. & c. 21. & alibi. Item propter sanctitatem viri indulgetur alicui, si succūbat in expensis. Hostien. in ca. finem. de dolo. quē refert Hippo. in. l. 1. §. fi. ff. de quæstio. vbi alia multa ad hoc proposi tum adducit: inter cætera, ꝙ si res furtiua reperiatur penes hominem honestæ vitæ & conuersationis, nō præsumitur eam subtraxisse. secus in alio, de quo in. l. in ciuilē. & l. ciuile. C. de furt. Salice. in. l. fi. de quæst. Facit etiam quòd testi valde legali & fidedigno creditur sine citatione, licet aliàs secus. hæc est doctrina Bal. in additionibus ad Specula. in titu. de teste. col. vlti. versic. valet dictum, &c. quem sequitur Hippolytus in cōsi. 1 circa finem. vbi etiam alia multa similia ad ducit. ☜ Dixi in tracta. de reproba. & salua tio. testium in verbo citatus. vide Deciū con sil. 575. in casu. col. 2. ☜ Hic possem allegare sexcenta similia, quæ de industria (ne membra nas occupem) relinquo.

q ¶ Liberales.] Liberalitas papæ est, vt dicit Io. Andr. in c. sedes apostolica. de rescrip. vt det plumbum pro auro. quod, dicebat quidam, ego bene facerē, sed imo est liberalitas, quia gratiā mandati, vel aliam nō teneretur facere, ideo est liberalis eam faciendo. c. nōnulli. in princi. de rescrip. & ibi Panor. notat & etiam dicitur liberalitas & gratia inquantum magis cōceditur vni, quàm alteri glo. in ca. relatū de præb. quā sequitur Feli. in c. postulasti. col. 3. de rescrip. glo. in ca. quanuis. 1. de præb. in 6. Aliqui ponūt duplicem liberalitatem, vnā in dando. c. cum marthæ. de celebra. missa. & ibi glos. alterā in accipiendo, &

Liberalitas papę quæ sit & quotuplex.

Source : BIU Cujas

ista est fere omnibus communis, nec dicitur proprie liberalitas. prima placet, ista displicet. dicit glo. in d.c. cum marthæ. vbi tradit hos versus, Temporibus nostris quicũq; placere laborat, Det, capiat, quærat plurima, pauca nihil. Et nota ꝙ in beneficialibus gratiis sic solet dici, vt hic. in dispẽsationibus vero, specialibus fauoribus prosequentes. in aliis autẽ, specialibus fauoribus & gratiis &c. teste prouinciali fol. 56. versi. ad gratiam &c.

Clausule in gratijs & dispẽsationib⁹ papę apponẽdę.

r Mandatũ, & aliarũ duarum illam immediate sequentiũ decretaliũ s formas de t canonicatu & p̃bẽda v aut dignitate, personatu, administratiõe vel offi

r ¶ Mandatum.] Sub titulo de rescriptis. vi de quæ dixi in præfatione ad titulum de mãda. apostol. supra.

s ¶ Formas.] Hoc ideo dicit, quia hæc forma fuit elicita & extracta ex illis decretalibus: nõ tamẽ vult hanc formam omitti. nec obstat si dicatur, si illa forma debeat seruari. ergo ista non. Respon. quia ista quo ad effectum non differt ab aliis, cum omnes tendãt vt prouideatur mãdatario, licet essent quædam formæ ab ista differentes, vt supra dixi in glo. in forma, titul. proximo. & ista forma cõtinet alias positas in c. mãdatũ. & sequẽti.

t ¶ Canonicatu & præbẽda.] Non ergo sufficeret prouidere de canonicatu sine præbenda, vel de sola præbenda extra canonicatum, cum hic copulatiue loquatur. de hoc dixi plene in. §. primo. supra de collatio. in glo. canonicatum. & non sufficeret exprimere de beneficio, nisi dixisset de præbenda. Feli. in cap. postulasti. col. 7. de rescrip. Et sic mandatum vt in dioceſi prouideatur de beneficio, non comprehendit canonicatum & præbendam in ecclesia cathedrali propter ipsius honorẽ ca. quanuis. 1. de præbend. in 6. ideo hic exprimitur. de Rota. decisio. 136. voluerunt. & decis. 247. habens gratiam. & decis. 445. si legatus in nouis. & decisio. 133. nota. quod illi in antiq.

Mãdatũ de prouidẽdo an cõprehendat prębẽdã in eccle. sia cathedrali.

¶ Item in simplici dispensatione nõ veniũt cathedralia beneficia. verba sunt Feli. in d.c. postulasti. col. 7. versic. secunda cõclusio. vbi limitat. vide ibi per eum.

¶ Fallit quando mandatur prouideri in ecclesia cathedrali, tunc veniunt etiam præbendæ ex verisimili intẽtione pontificis, & canonicatus in illa ecclesia. Cald. in consil. 31. rubr. de præbend. quem sequitur Socinus consi. 260. in causa. col. penulti. versic. secundo dico. in 2. vol. Et etiam quando nulla erant alia beneficia in illa ecclesia, ne gratia sit in vanum impetrata, argu. capitu. si papa de priuileg. in 6. & nisi verba illius gratiæ essent valde generalia. Imo. in clem. vna. colum. 3. de supplend. neglig. præla.

¶ Item in literis in forma pauperum (cũ sint de iustitia, & proprius episcopus arctetur ad prouidendum, cap. episcopus. cum similibus. de præbend. cap. si episcopus. illo titu. in 6.) comprehenditur etiam cathedralis ecclesia: licet in literis gratiosis secus. glos. & docto. in dicto cap. quanuis. & in ca. accepimus. de ætate & qualitate. Felinus in c. postulasti. col. tertia. versic. dum declarat abbas de rescrip. & sic quando mandatur prouideri de beneficio ad collationem episcopi spectãte, vt hic, comprehenderentur etiam beneficia ecclesiæ cathedralis, quia sumus extra casum. d.c. quanuis. & hoc tenet ibi Ioannes Andr. & Ioannes Vanquel per illum text. ibi, hoc casu. sequitur Nicolaus Milus in repertorio in verbo gratia. quæstio. 56. Contrarium tamen tenet Oldra. consi. 185. thema tale. præcedens tamẽ, ratione huius generalitatis mãdati, est verior.

v ¶ Aut dignitate.] Sufficit ergo prouidere de dignitate, aut alio beneficio, quia alternatiue loquitur: ad veritatem cuius requiritur alteram partem esse veram. c. inter cæteras. de rescript. l. si hæredi. ff. de conditio. insti. &

Source : BIU Cujas

necessaria est ista expressio: quia si mandatur prouideri de beneficio, non comprehenditur dignitas. cap. ad aures. & ibi plene doct. de rescrip. cap. fi. de præbend. & est regula cancel. 63. quæ hoc expresse tradit. Imo si concedatur mandatum ad beneficia curata, & quæcunque alia, nō includetur dignitas, quia hæc dictio quæcunque alia includit similia. glo. in authen. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. Sic consuluit Soci. consi. 260. in causa. col. 10. in quarta principa. conclusione. in 2. vol. Nec comprehēditur in mandato, vel impetratiōe ad dignitates, maior dignitas post pontificalem. hoc expresse tradit Egidius in decisio. 698. conclusio. Hic ordin. regiæ. eodem titu. arti. 3. & seq. derogatur, vbi poterat mandatum dirigi tantū ad dignitates, si collator decem habebat: hodie non, vt hic dicitur: alioqui non daretur secundum hanc formam, & ita fuit declaratum per regem vt supra dixi in rub. forma mandati.

x ¶ Vestræ vel alterius.] Hoc dicit vt tollat dubium, si episcopus habeat collationem in alia ecclesia quam cathedrali, etiam in alia dioceſi, vel præsentationem, vt teneatur conferre, vel præsentare. not. in ca. pro illorū. de præb. Et quid si beneficium est in claustro ecclesiæ, aut in continentibus ædificiis an censeatur inesse ecclesiæ, & debeatur impetranti? tradunt Do. de Rota. decisio. 149. vtrum beneficium. in antiquis. quod si mandetur abbati non habenti collationem nisi in sua ecclesia, non est necessario apponēda ista clausula, quia frustra apponeretur, & in mandato vel alio actu non debent apponi verba quæ non operātur. l. si quando. ff. de lega. 1. nec est verisimile quòd papa velit grauare mandatarios, vt exprimant superflua: cum ea tollant, vt in procemio decreta. & sexti ac imperator in procemio Insti. & in. 1. consti. C. & quia in mādato nullum debet esse verbū sine ministerio operādi. Bal. in rub. C. de contrahend. empt. q. 9. sed quia mandatarii nō desiderabant capellanias pauci valoris, ideo eas omittebant. Fuit igitur declaratum mandata non valere nisi exprimātur capellaniæ in habentibus collationem, aliàs non: tutius est tamen vt exprimātur in omni casu ad vitā tandos processus.

cio [x] vestræ vel alterius ecclesiæ, aut alio beneficio, [y] cum cura, vel sine cura

y ¶ Cum cura.] Ideo dicit, vt tolleret dubiū. c. cùm in illis. de præbend. in 6. vbi quādo mandatur prouideri de beneficio, non cōprehēditur curatū. Et quia maior idoneitas in eo requiritur, cum sit ars artium, regimen animarū. c. cum sit. de ætate & qualitate. facit c. cum in cunctis. de elect. Idem si mandaretur prouideri de dignitate, vt non comprehendatur curata. Etiam si omnes essent curatæ in illa ecclesia, & nulla alia ibi curata esset. Bonifa. in cle. 1. nume. 45 de præbend. Nisi cura esset illi dignitati vel beneficio annexa. ca. super eo. de præben. in 6. cap. extirpandæ. 5. qui vero. illo titu. vel nisi exprimeret esse collegiatam, vel conuentualem: tunc non tenetur aliam curam exprimere, etiam si haberet curā parochialem extra collegium vel conuētum, nisi essent duæ ecclesiæ separatæ, scilicet collegiata & parochialis simul iunctæ, ita quòd vna non sit alteri annexa nec ei subsit, tunc etiam de cura habenda est mentio. Nicolaus Milius in repert. in verbo gratia, quæst. 10. vide in regu. cancella. 63. Etiam in materia fauorabili non venit cura, nisi exprimatur, vt si papa det potestatem conferendi beneficia, non vemet curatum, nisi expressum sit. Io. Calde. in ca. in nostra. q. 4. de rescript. vbi dicit quòd nulla tā no. expressio requiritur, quā de cura, sequitur Card. in consil. 30. in hac, col. 4. nu. 21. sed Bonifa. cōtra in cle. 1. nu. 47. de præb. & cōmuniter docto. in d. c. cū in illis. An sufficiat exprimere beneficiū curatū, si sit ecclesia parochialis, quod videtur, quia tantum valet expressio generis, quantū speciei. l. si duo. ff. de admini. tutor. & cura. continet eccle-

Cura bñficij quādo sit exprimēda

An sit exprimēdū quod ecclesia sit parochialis.

Source : BIU Cujas

fiam parochialem. Item eadē ratio eſt in cura, quæ in eccleſia parochiali, in d.ca. cum in illis. In contrarium videtur, quia ſtylus curiæ Romanæ hoc habet, vt exprimat eccleſiam parochialem. Secundo quia poteſt intelligi de cura fori pœnitentialis, vt no. in c. omnis. de pœniten. & remiſſio. & de cura habitu: ideo melius eſt exprimere parochialem, & hodie eſt expreſſum in regula cancella. 52. & Imol, ſcribit in cle. vna. in verbo, duobus. de officio vica. vbi traduntur differentiæ inter eccleſiam parochialem & curatam, ✣ facit quod notat 10. And. in c. ſi apoſtolica. de præbē. in 6. vbi quo ad illum tex. appellatione eccleſiæ parochialis dicit non venire curatam quæ nō ſit parochialis. c. ſuper eo. ibidē & ibi Auriol. ☜ ſi tamen in ſignatura fuerit facta mentio curæ, & in ea fuerit dictum, quod poſſit maior ſpecificatio fieri, poterit in bulla extendi, & apponi parochialis, quia exprimēdo parochialem ſpecificatio fit curæ, cum parochialis dicatur ſpecies curæ. vide Cardi. conſil. 30. in hac quod eſt notandum. ☜ Si tamen impetrans aſſereret beneficiū non habere curam animarū, nō habet hoc neceſſe probare, quia tacite intelligebatur, vt ſupra dixi. ergo expreſſio non mutat formā. l. conditiones extrinſecus. ff. de condit. & demōſtra. Egidius de bella mera in deciſio. 676. ſi impetrans. & iſta intellige procedere in mandato de prouidēdo. ſecus in prouiſione facta de beneficio vacante. Nam tunc valebit prouiſio, etiā ſi mentio curæ non fiat. Ioan. Colon. in d.c. cum in illis. in 1. cōcluſi. quia gratia de vacante eſt vberior, q̄ mandatū de prouidendo. Vide tamē ibi Domi. & Peruſ. quia illud nō firmo, & infra dico in gl. pro erpreſſis habētes.

z ¶ Parochialis eccleſia.] Hoc expreſſit ad tollendum dubiū, de quo traditur in dicto. c. cum in illis. de præbend. in 6. quod oportet exprimere curam, prout ſupra expreſſit. Verum quia poſſet quis dubitare, an parochialis eccleſia comprehendatur, quia non omne beneficium curatum dicitur eccleſia parochialis, ſed omnis eccleſia parochialis actu habere dicitur curam animarum, Ioannes Andreæ, & alii in cap. ſuper eo de præbē. in 6. dixi in rubr. de collatio. §. ſtatuimus. in ſecūdo. ſupra in verbo parochiales. In mandatis regularium non ſolet apponi hæc clauſula, quia monachi regulariter ſunt beneficiorum curatorum incapaces, niſi eſſet aptus ad prædicandum ca. quod dei timorem. de ſtat. regula. cap. cum de beneficio. de præb. in 6. ☞ Illis dicitur Pſal. 83. elegi abiectus eſſe in domo dei mei magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorū. Curtius in tracta. de iure patrona. in verbo honorificum. ☜ Canonici regulares S. Auguſtini & Præmonſtraten. ſolent regere eccleſias parochiales ſui ordinis. ideo in illis mandatis deberet hæc clauſula abſcribi.

An parochialis eccleſia in mādatis regulariū ſit exprimēda.

✣ a ¶ Capella.] Quæ dicitur quælibet eccleſia etiā parochialis per ſe cōſiſtens dummodo non fuerit collegiata Panor. per illū text. in c. nobis de iure patro. docto. in rub. de cappellis monach. vbi vide hoſti. in ſumma quid iuris habeat epiſcopus in illis: capellania vero ſolet dici illa quæ non eſt per ſe ſed eſt intra eccleſiam fundata & cōſtructa de quibus Feli. in cap. ex parte. S. col. prima & ſeq. de reſcript. & in cap. cum venerabilis colum. 11. de exceptio. ✣

b ¶ Collationē.] Iſta vocabula reperies declarata. in §. prætatique ordinarii. de collat. ſupra. Nota tamē quod in mādato de prouidendo de beneficio ſpectāte ad collationē epiſcopi, non cōpræhēditur beneficiū, cuius collatio deuoluta eſt ad capitulum, vel aliū. clemē. ſi de beneficio. de præbend. quia non fuit intentionis Romani pontificis, vt alium

Source : BIU Cujas

extra episcopum nominatum in gratia grauaret. glossa in dicta clemen. quam sequuntur doct. ibi. venit tamen sub dicta gratia beneficium ad episcopum deuolutum, quia spectat ad collationem episcopi, per illum textum. Item vt omnes modos vacandi extra electionē comprehēderet, sequentia verba expressit.

c ¶ Aliam quancunque dispositionem. Alias expresso vno modo vacandi, non veniret alius capit. susceptum. de rescript. in 6. & cap. cum in illis. §. cum autem. de præben. eodem libro.

¶ Fallit quando apposita esset clausula, vel alias quouis modo vacet, quia tunc apparet de intentione mandātis, dicto cap. susceptū, ibi, nisi de intentione mandātis aliud appareret expresse. & venit per hanc clausulam omnis modus vacandi glos. in dicto cap. susceptum. Rota decisio. 28. si mandetur. in nouis & decisio. 143. habens in eisdem. & decisio. 726. nota quod beneficia in antiquis. Nam dictio quouis modo aut quoquo modo, omnem modum denotat, siue directum, siue indirectum, principalem, siue accessorium. glo. in cap. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæreti. in 6. Domi. i cōsi. 29. licet subtiliter. col. 2. fallit quando vacaret per mortem alterius personæ, quam expressæ, vtpote si quis impetrauit per resignationem Petri, tamen vacauit per mortem Ioannis, tunc nō debetur impetranti beneficium: nam possent vacare per mortem curialium, quæ sunt Ro. pōtifici reseruata. Ideo non est mens pontificis cōferre beneficia, si ex alia persona vacent: quia sicut modus vacationis expressus, & locus & tempus referuntur ad personam Petri argu. not. in c. abbate sane. de re iudica. in 6. ita & illa clausula, & alio quouis modo vacet. refertur ad illam personā expressam. l. si ita stipulatus. §. Grysogonus. ff. de verbo. obliga. Domini de Ro. decis. 273. not. quòd vbi papa. in antiquis. & dec i. 743. not. quòd si facta ibidē. & 483. no. quòd clausula. in eisdem. & ca. ex parte. 1. de offi. deleg. quia literæ ad beneficia sunt restringendæ. capi. quanuis. 1. de præben. in 6. licet Rota decis. 613. si. papa. in antiq. & decis. 12. papa rub. de præbend. teneat etiam venire ex quacunq; persona vacet. Vide Aegidium de bella mera. decis. 610. licet palatiū. etiam in Prouinciali fol. 54. versi. clausula aut. Ex stylo aliam personam nō venire Bonifac. testatur in clemen. vlt. colum. 2. de senten. ex communicationis & Cardinalis consilio. 30 in hac. colum. 2. quod est intelligendum, nisi in literis esset clausula & alio quouis modo vacet, vel ex alterius cuiuscunque persona, seu loco vel tempore vt solet apponi, tūc veniret etiam vacatio per aliam personam, etiā si obierit in alio loco, & alio die, quā expresso: alias non, quia mors vnius non est mors alterius, nec mors vno loco & tempore, est mors alio loco & tempore. Philip. Perus. in dict. cap. susceptum glos. in. §. vltimum in verbo, alias quouis modo, de causis in pragmatica. Nicol. milius in reperto. in verbo gratia. §. 2. Rota decisio. 27. fuit dubitatum, in additionibus. & decisio. sequen. in nouis.

¶ Fallit in acceptationibus & prouisionibus executorum, quæ non sunt nisi declarationes voluntatis, quæ satis est declarata quando constat de corpore beneficii, licet fuerit erratum in persona. Nicol. de milis in repertorio in verbo beneficium, quæstio. 62. Rota decis. 219. licet impetrans. in nouis Aegidius de bella mera decis. 221. in causa domini. vt si aliquis acceptet beneficium vacans per mortem A. & tamen vacat per obitū. B. valebit acceptio, dummodo probetur de vera vacatione, quia in acceptationibus debet potius attendi vacatio, quam modus vacationis. Dominic. & Perus. in dict. capit. susceptum. glos, in verbo nominatorum. in fin.

Error in acceptatione nō nocet.

Source : BIU Cujas

§. Item quo ad dictas. de collatio. in pragma. dummodo constet de beneficio acceptato. de Rota decis. 407. si expectans. in nouis. qa est quæda qualitas subsequens gratiam. Rota decis. 97. nota quòd capit. susceptum. in antiqu. & decis. 356. no. quòd cũ. in eisdẽ & decis. 413. no. impetrans, ibidẽ. dixi plene in tracta. nominatio. q. 17. in fine, vbi videre licet. intellige qđ si expressit plures modos vacationis, sufficit impetranti haberevnũ Domi. de Rot. decis. 83. si impetrãs. in nouis. Nico. de milis in d. ver. gratia. q. 3.

¶ Ite & quando est apposita clausula, siue per cessum siue per decessum vel quenuis alium modũ vacauerit, tunc omnis modus vacationis cõprehendetur. & cautum est vt apponatur. Socin. consil. 32. ex his. colum. 5. versicu. non obstat si diceretur in primo volumine.

¶ Nota tamen quòd quãdo in gratia expressa est clausula talis, beneficium tale. N. vacans per resignationẽ liberam talis, siue quouis alio modo vacet, siue per obitum, siue per alterius cuiusuis personæ cessionẽ in Ro. curia, vel extra eam etiã coram notario publico & testibus sponte factã, etiã si tanto tempore vacauisset, quòd eius prouisio ad sedem apostolicã legitime deuoluta existeret &c. & tunc dico nõ habere locum d. c. susceptũ: vt si alius expresserit verum modum, præferatur. Nam ista clausula exprimit verum modum, regula cancella. 62. vbi plene declarantur hæ clausulæ. nec obstat allegatio Lappi. 89. quam allegant, corrupte tamen, docto. in d. cap. susceptum. dicens quòd si quis beneficium impetrauit per resignationem, vel quouis alio modo vacans, & alius per mortem, si vacet per mortẽ, ille qui expressit verũ modum, est præferendus. Nam hoc intellige rem. quãdo ab vno & eodem collatore esset facta collatio. Nam hoc casu per illam clausulam, quouis modo, non apparet expresse quòd voluerit conferre per mortem. Imo cũ secundo contulerit, apparet de contraria intentione conferentis, quòd noluit conferre, si vacaret per mortem. ergo tunc habebit locum illa decisio. sed si cõferatur à legato hodie per resignationem vacans, vel alio modo & per episcopum Parisien. eodẽ die vacãs per mortẽ, tunc habet locũ. c. si à sede. de præb. in. 6. nec præfertur is q est ab episcopo prouisus, tanq̃ expresserit verũ modũ vacandi: quia apparet iã legatũ voluisse conferre quocũq; modo vacet, maxime quando derogauit regulæ de viginti diebus. Si tamen in rescripto simpliciter exprimeretur vnus modus, videlicet collationis & in executorialib⁹ exprimeretur omnis modus vacandi, vel clausula generalis, tamen non veniret nisi vnus modus in mandato expressus: quia literæ executoriales nõ ampliãt gratiam. cle. 1. in fi. de præbend. vbi nota. & est summe vtile.

¶ Item expresso vno modo vacandi, non venit alius, nisi esset cõmunis opinio, quòd vno modo vacaret. tunc licet alio modo vacet, illa communis opinio excusat impetrantẽ vnicum: secus si haberet coimpetratorẽ, argu. l. Barbarius. ff. de offi. præto. ☜ Item quando est eadem ratio vno modo expresso alius venit. glo. no. int. c. fi. de renuncia. in 6. sing. secundũ Barb. cõsi. 11. col. 5. nu. 7. in 1. vol. ☜ plene Fel. in c. in nostra. correla. 37. vbi tradit quinq; limitationes ad dictũ c. susceptũ. de rescri. Alia vide in tractatu nomia. quæst. 17. in fin. hodie ex cõmuni stylo tam papæ q̃ aliorum collatorũ solet semper apponi in collationibus ista clausula, vel quouis alio modo &c. de qua not. prædicta.

☞ d ¶ Ac volẽtes.] Hic incipit tertia pars istius formæ mandati, & est decisio seu disPositio, sicut omnia posita in compilatione clemen. sunt decisoria, sic posita in hac parte, ita expresse tradit Barba. in c. Raynutius. nu. 5. col. 7. de testa. & de hac potest dici, ne addas quicquã, nec minuas, vt dixi. supra in

¶ d Ac volẽtes præfato N. præmissorũ

Verba decisiua mãdati seruãda sũt.

Source : BIU Cujas

glo. ſub forma. §. 1. titulo. proximo. vidi tamē in vno mandato addita hæc verba, volentes præfato N. qui dilecti fratris noſtri cardinalis N. familiaris, & continuus commenſalis exiſtit &c. & mandatum non minus fuit validū, Imo etiam ſi impetrans non eſſet excōmunicatus, tamen iſta clauſula abſolutionis requiritur alioqui forma nō ſeruaretur, & etiā ſi non haberet beneficium vel beneficia, requiritur clauſula nec nō omnia & ſingula &c. nā hæc clauſulæ poſſunt in caſu dubii prodeſſe, ſed clauſula canonicatus & præbēdæ, quādo mādatū dirigitur nō habenti collationē canonicatus & præbēdæ, nil poſſet pdeſſe, ergo nō debet poni. ✠ Nec refragatur quod ſi hæc verba ſunt de forma vt ſupra cōcluſi in rub. Forma &c. & quando forma non ſeruatur actus eſt nullus. l. cū hii. §. ſi prætor. ff. de trāſactio. l. prima & ibi doct. de liber. & poſthu. cp eſt verū in verbis neceſſariis & ſubſtātialib⁹, ſed verba ſuperflua non ſunt de forma ergo illorū omiſſio non vitiat per nota in ca. cum dilecta de reſcript. ✠ Tutius eſt tamē vt omnia iſta verba deciſoria inſerātur in mādato. ne proceſſibus quis inuoluatur. & in magno cō ſil. pronunciatum fuit, præſente magno Franciæ cancellario, & pluribus magiſtris libellorum, ac conſiliariis magni concilii in cauſa præbendæ Agenen. pro Arnaldo Gabrillagues, dict. du Gabre mandatario cōtra magiſtrum Petrū Gineſte canonicū Agenē. hoc anno. 1536. in mēſe Ianuario, cp modicus defectus etiā in deciſoriis, dummodo nō fuerit neceſſarius, nō vitiat. quod arreſtū ſimul atq; mihi nunciatū extitit, vehementer gauiſus ſum. eā voluptatē melius mente cōcipiens q̄ verbis exprimens, mirari poſtea nō deſii illorum perfectiſſimorū virorū diuinitatem, ac ingeniū ſole ipſo lucidius. quare vix conſiderari poteſt, q̄ bene, quā appoſite, & quā egregie verba iſtorum concordatorū ab eis intelligantur, dicam libere ab iſtis prolata, & quidem ſi Pithius affirmaſſet, veriora & meliora eſſe non noſſe. ✠

a ¶ Meritorum.] Hæc merita nō debet probare impetrās, quia quādo donatio ſit ab eo q̄ poteſt libere donare nullis præcedentis b⁹ meritis, vt hic, tūc iſta verba enunciatiua inducunt probationem inter eaſdem partes. l. Aquilius regulus. ff. de donatio. Si vero ſint iſta verba, ratione meritorū & ſeruitiorū, prolata ab eo qui nō poteſt libere donare nō præcedentibus meritis, vtpote à patre qui nō poteſt dare regulariter filio in poteſtate ſine benemeritis, nec vir vxori, tunc non inducūt probationē meritorum, etiā cnm iuramento, ſed oportet aliter probare, etiā ſi diceretur in inſtrumento releuauit eum onere probādi. Bartolus. in. l. ſi forte. in fine. ff. de caſtren. pecul. & idem Bar. & alii in. l ſi donatione. C. de collatiōi. pleniſſime per D. Tiraquel. in repetitione. l. ſi vnquam. in verbo donatione largitus. numero. 75. cum ſequenti. C. de reuocand. donatio. Decius conſil. 576. pro reſolutione colum. 1. Si tamen ſonent in conditionem, debent probari, vt ſi in mādato diceretur, Si vitæ laudabilis eſſe reperieris. textus ſolennis in cle. 1. de officio delegat. & ibi glo. plena. q̄ latius proſequitur Feli. in cap. fin. de præſumptio. & ibi addidi.

Beneme rita an poſſint probari.

e meritorum ſuorum intuitu f gratiā facere ſpecialem, ipſumque a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis

☞ f. ¶ Gratiam.] Et ſic mandatum dicitur gratia, vt hic patet. idem nota. in ca. gratia de reſcript. & cle. gratiæ illo titu. idem in nominationibus dixi in tracta. nomina. q. 3. idem in reſeruationibus & expectatiuis dixi in rubr. de reſerua. ſupra. diſpenſatio etiam gratia vocatur. tex. in c. licet canon. & ibi notat Peruſ. de electio. in 6. & in ca. apoſtolicæ de clerico excommunica. miniſtran. Decius conſil. 541. viſa. nu. 6. vide infra in verbo diſpenſationem. Aliud eſt reſcriptum gratiæ] u od noua prouiſio vacatur, & eſt quando

Reſcripta plura gratię ve ſu venientia.

Source : BIU Cujas

de nouo impetratur beneficium à papa, &. impetranti confertur, de quo in capit. ad aures, & c. cum adeo de reſcript. & nunquam datur noua prouiſio ſi ſemel Roma. pontifex contulerit. Prouincial. fol. 60. verſ. Item ſuper prouiſionibus. Aliud reſcriptum gratiæ, vocatur rationi congruit, vt ſi impetrauero beneficium à papa Clemente. VII. & ab eo ſolũ obtinui ſignaturam, ſi poſt mortẽ papæ Clementis VII. volo leuare bullas à ſucceſſore. Paulo tertio. debebunt ſic expediri. Paulus &c. rationi cõgruit & conuenit honeſtati, vt ea quæ de Ro. pontificis gratia proceſſerũt, licet eius ſuperueniente obitu litere Apoſtolicæ ſuper illis cõfectæ non fuerint, ſuum plenum conſequantur effectum &c. Et iſte literæ poſſunt dari tam à ſucceſſore mediato, q̃ immediato, cum ratio diuerſitatis in contrarium non aſſignetur. licet Alexan. ſextus noluerit à mediato admittere. vt patet in regulis ſuis rubr. de ſignatura gratiæ. Petrus de Viaſſio in directo. electio. in 3. parte c. 28. & in regula cancellar. Innocen. 8. regula. 8 vi de Bonifac. in proœmio Clemen. §. nunc igitur colum. 3. nu. 16. vbi dicit fortius, quod ſi poſſit probari per teſtes prædeceſſorem pontificem contuliſſe beneficium, ſucceſſor debebit concedere bullas ſub rationi cõgruit. quod debet intelligi quãdo ſupplicatio non potuit ſignari, quia papa facta collatione breui mortuus fuit, alioqui imputari debet ei, q̃ non accepit ſignaturam.

¶ Aliud reſcriptum gratiæ dicitur perinde valere, quod datur ei, qui dubitat collationẽ factam per ordinarium viribus non ſubſiſtere, nã tunc papa vult, quod talis collatio perinde valeat, ac ſi principio vera collatio fuiſſet facta & valida, & iſta clauſula non tollit ius interim acquiſitum tertio per aliam collationem, vel prouiſionem. ca. quanuis de reſcrip. in 6. hoc expreſſe tenet Domi. conſil. 11. lite. colum. 2. & conſil. 128. factam. plura tradit. Probus de hac clauſula in additio. ad Io. Monach. in c. fina. de conſuetu. in 6. vbi vide ſi non graueris.

¶ Item aliud reſcriptum gratiæ dicitur ſubrogationis, vtpote quando aliquis in ius defuncti vel alterius petit ſubrogari. c. fi. vt lit. pende. in 6. Feli. in rubr. de reſcript. col. 3. nu. 6. & quandoque etiam datur pro nõ collitigante. vt eſt videre in regul. Alex. ſexti rub. de ſubrogatio. dixi in titu. proximo. ſupra. in §. declarates in verbo ſucceſſores. De reſcripto permutationis quod eſt etiam gratiæ loquitur rubr. de rerum permuta. & dico ſupra in §. volumus in verbo permutationis de colla.

¶ Aliud eſt reſcriptum gratiæ frequentiſſimum. quod, ſi neutri vocant, & tunc datur, quando ſunt duo cõtendentes ſuper vno beneficio, ſuper quo eos nullũ ius habere prætenditur, tũc tertius illud beneficium ſi neutri acquiſitum fuerit ius in eo, à papa impetrabit, ſi vero fuerint tres contendentes, impetrabitur reſcriptum ſi nulli, videlicet ius acquiſitum fuerit, vt mihi conferatur, & in his impetrationibus oportet exprimere beneficium, quod impetrans ſcit ſe habere, Roma. conſil. 481. præſentis & etiam beneficii qualitatem, ac modum vacationis perinde ac ſi de nouo impetraretur. Feli. in ca. in noſtra correla. 15. de reſcript. quia ex hac gratia nouus acquiritur titulus. Barb. ibidẽ col. vlti. Et in hoc attenditur euẽtus finitæ litis quo ad effectum. de Ripa. in c. eam te. nume. 27. de reſcript. Domi. conſil. 29. dominus Iohãnes. colum. vlti. vbi dicit multas literas ſi neutri, impetrari poſſe, & ſi primæ valeant, non valebunt ſecundæ: ſed ſi primæ non valeant, ſecundæ valebunt. Etiam in his literis debet exprimi ſtatus cauſæ. c. inter de re iud. imo etiam omnia quæ poſſunt mouere papã ad concedendum vel denegandum. Rota de ciſio. 238. impetrans in nouis. Nicol. Milius in reperto. in verbo gratia. §. 90. incipien. vel debet &c.

De reſcripto ſi neutri.

¶ Aliud eſt reſcriptum in forma dignum arbitramur, & eſt quando papa alicui facit gra-

Source : BIU Cujas

tiam de beneficio vacante, vel vacaturo. cõmittendo alicui, quod si impetrans repertus fuerit idoneus, quod eidem prouideat, & de hoc loquitur cle. vna & ibi glos. de offic. deleg. Feli. in cap. postulasti colum. 3. de rescrip. & in cap. fin. de præsumptio. sed in Francia raro vsu venit, & nũquã vidi impetrari.

¶ Aliud est rescriptũ vnionis, de quo in c. sicut vnire de excessib. præla, Pet. de Perus. in tracta de vnio. eccles. & in tracta. de reuocatio. vnio vbi plene. & notabis hæc rescripta gratiæ, quibus frequentius vtimur quàm alius. id eo ea annotare volui.

& interdicti alijsque ecclesiasticis sentẽtijs cẽsuris & pœnis a iure vel ab homine [c] quauis occasione vel causa latis, si quibus qũolibet [a] innodatus existit, runt, vel verberauerunt cardinales aut episcopos. c. felicis de pœnit. in 6. clemen. 1. illo titu. plene scripsi in. d. bulla cœnæ domini arti. 8. vbi contra istos apposui octo pœnas.

d ¶ Innodatus existit.] Et sic absolutio potest fieri sub cõditione. An præsupponat excommunicationẽ? probatur in. l. nõ vtique, & ibi addidi. ff. de excepti. & per Innocen. & alios in ca. venerabilẽ. de electio. Lud. Rom. plenissime scribit in. l. cũ mulier. ff. solu. matr. las. & alii in. l. decẽ. de verb. oblig. vbi cõcluditur quòd nõ, quia solet peti ad cautelam, & bonarũ mẽtium est timere culpã vbi non est. c. 2. de obseruatio. ieiunio. Fel. in c. cũ venerabilis. col. 4. versi. an & quãdo reus. de except. Et sic licet excõmunicatus impœnitẽs nõ possit absolui. c. cũ aliquis. 11. q. 3. tamen quandoque contrariũ seruatur. vt hic. nã & impœnitens & inuitus hic absoluitur. etiã testis vt ferat testimoniũ. Antonius Butrius in ca. veniens 2. de testibus. Imol. in c. ab excõmunicato. de rescrip. durabit tamẽ semper peccati vinculum. c. quòd quidã. de pœnitẽ. & remiss. & an legatus de latere sic possit absoluere, tẽque à quibusuis excõmunicationis &c. & ab omni alia excõmunicatione? Feli. in c. ad eminentiã. in fi. de sentẽ. excõmunic. tenet quod sic, etiã si absolutio esset reseruata papæ, nisi in septem casibus ibidẽ traditis per eũ. ideo solet in suis literis exprimere hanc clausulam, tẽque à quibusuis excõmunicationis &c. vt sæpius vidi. non potest tamen episcopus nõ vocata parte absoluere excõmunicatũ. glos. in ca. excõmunicatos. 11. q. 3. nisi proprio motu excõmunicauerit, vt ibidem dicitur. & sequitur Bald. in. l. si pacto. col. 1. C. de pact.

¶ Notandũ est quòd nõ valet electio vel postulatio sub conditione, vt eligo talem si episcopus eũ elegerit. nec electio alternatiua, vt eligo talem aut talẽ. nec incerta, eligo talem

c ¶ Quauis occasione vel causa latis.] Hæc tamen absolutio non prodesset, si impetrans esset excommunicatus propter hæresim. Hostien. & alii in ca. excommunicamus 5. credentes, de hæret. Feli. in ca. apostolicæ. col. 1. de except. nec etiam prodest cõmittentibus falsum in literis apostolicis de quibus dixi in bulla cœnæ domini arti. 4. nec impedientibus nuncios publicos, seu executores apostolicos. regula cancella. cle. 7. reg. 72. & archiepiscopus Florẽ. in. 3. parte suæ summæ titu. 24. cap. 13. de excommunica. & titu. sequen. Quid de vtentibus literis falsis? ibidem vide. & do. Ruseum in tracta. iuris regalio. in. 20. priuil. Idem si impetrans in excommunicatione insorduerit vltra annum, vt in d. regu. declaratur. Feli. in d. cap. apostolicæ. & quia male videtur sentire de fide, qui tanto tempore perseuerat. glos. in cap. fi. de pœnis. doct. in cap. 1. de iudi. nisi ista crimina exprimerentur. Do. Auriol. in c. cum contumacia. de hæret. in 6. sed pars hæc non solet exprimere, nec papa concedere.

¶ Item nõ proderit hæc absolutio post actũ, ideo in prouisionibus solet apponi ad effectũ præsentium duntaxat consequendum. Puto etiam quod non prodesset his qui interfece-

Source : BIU Cujas

quem epiſcopus eliget. tex. in cap. 2. de elect. in 6. tum quia actus legitimi non recipiunt diem, nec conditionem. regula, actus legitimi. tum quia eccleſia quæ eſt ſine macula, vota ſua diu eludi nō eſt paſſa. arg. l. 2. C. de ſpō ſa. etiā quia poſſet dari via eligendi ſeipſum: vt eligo quē epiſcopus. & epiſcopus illum eligit. argu. ca. quanto. de diuorti. & aliæ multæ fraudes poſſent contingere contra conſilium. c. cum in cunctis. de electio. ita Hoſtiē. ibi renūciatio etiā nō valet, ſi fiat ſub conditione, ſi placuerit patruo meo, ſi eidem non placeat. Domi. de Rota. deciſio. vlt. de renunciatione.

¶ Intellige prædicta quādo incertitudo verſatur circa perſonā electi, vel circa modū eligēdi. ſecus ſi incertitudo verſetur circa modum vacationis: vt eligo talem ad beneficiū vacans per mortem talis, vel alio quouis modo vacet. Lappus allega. 6. in hac. vel ſi diceret, eligo prout melius de iure poſſum, tamē non valeret ſi ſonaret in conditionem, vt eligo ſi vacat. Archi. Domini. & Peruſ. in d. ca. 2. ſecus in collatione, quæ bene valet ſic, confero ſi vacat, vel ſi tali modo vacet, vel tali, quia tacite ineſt. glo. & docto. in d. c. 2. Nicolaus Milius in reperto. verbo beneficium. q. 1. & q. 56. Domi. conſil. 84. quia iſtud. col. 2. Mandago. in tracta. de electio. c. 26. Feli. in c. cum ex officii. col. penult. de præſcriptio. de Ripa lib. 2. Reſpon. cap. 23. ☞ Non tamen valet, ſi dicat, ſi qua præbenda vacat, illam tibi cōfero: quia certum quid conferre debet, vel confero ſi tibi de iure debeatur. Domi. in cap. dudum. in fi. de præbend. in 6. quia collatio pura eſſe debet. vt ſupra dixi, & ſequitur Feli. in cap. cum contingat. col. penult. de officio delega. nec valet etiam acceptatio facta ſi placuerit Regi, vel epiſcopo, ſecūdum eum ibi & Domi. in d. c. 2. de electio. in 6. ☜ Sed acceptatio bene poteſt fieri, ſi mihi debeatur. gloſ. & docto. in cap. 2. in fine. de reſcrip. in 6. & glo. in §. item quòd ad dictas. in verbo nominatorum. de collatio. in pragma. ſanct. vide Anchar. in conſil. 413. vltra.

¶ Item præſentatio poteſt fieri ſub alternatione, & alio modo etiam incerto, vt dicit gloſa in clemen. vltima, de iure patro. Iaſ. conſi. 162. in cauſa. colūmna quarta, in ſecūdo volu. Curtius in tracta. de iure patro. in verbo honorificum. quæſtio. 9. & Paul. de citad. eodem tracta. in 6. parte. quæſt. 46.

c ad effectum præſentium dūtaxat conſequendum, harum ſerie d abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, necnon

e ¶ Ad effectum.] Non prodeſſet ergo iſta abſolutio quo ad ferendum teſtimonium. ca. veniens. 2. de teſtibus. nec vt poſſit celebrare, vel horis intereſſe, nec ad alia, ſed ad effectum tantum impetrationis. ideo non poſſet eidem conferri ab ordinario beneficium, ſi ante collationem non fecerit ſe abſolui per cap. poſtulaſtis. & ibi dixi fuſius de cleri. excommuni. miniſtran. & declaraui hoc verbum in rub. de reſerua. ſupra in §. fi.

f ¶ Abſoluentes.] Alioqui non valeret mādatum ab excommunicato impetratum. ca. 1. de reſcript. in 6. & hæc clauſula ſolet apponi in quibuſcunque impetrationibus gratiarū. in literis iuſtitiæ non vidi apponi: ſed in quibuſdam mandatur abſolui ad cautelam.

Mādatario excōi cato an poſſit cōferri bñ ficium.

¶ Quæro an proſit hæc abſolutio ſi impetrans non procurauerit abſolui, & tempore vacationis beneficii ac collationis ſit excōmunicatus, illíque fuit facta collatio? videtur quòd proſit, quia hic abſoluitur ad effectum præſentium conſequendū, effectus mādati eſt collatio, ergo ad hoc proderit abſolutio: alioqui mandatum non prodeſſet. In contrarium videtur, quia abſoluitur, vt impetratio valeat. dicto capitu. primo, & dixit duntaxat, alioqui remaneret in ſua proteruitate, quod eſſe non debet. cap. vt clericorum. de vita & honeſtat. clerico. cum habeat menſem antequam poſſit acceptare, intra quem petere abſolutionem poterit: ſi non petat, im-

Source : BIU Cujas

putetur eidem si poterat eam obtinere, alias præberetur via contemnendi claues ecclesiæ, cui est obuiandum. ca. grauem. de pœnis. & daretur materia delinquendi, quod, summopere iura abhorrēt. l. cōuenire. ff. de pact. dotal. cap. ex parte. de verbo. significa. & absoluit ad effectū præsentium consequendum. quod debet intelligi, si fuerit capax tempore vacationis beneficii. nam si interim mandatarius committeret homicidium, non posset tempore vacationis beneficium acceptare, sic nec hoc casu quando non est capax per excommunicationem. Differentia est enim impetrationis vacantis beneficii, & vacaturi: quia impetratio vacantis beneficii valet cum hac clausula sine alia absolutione. secus in mandato & in literis ad vacatura, ne duo specialia concurrant. l. 1. C. de dotis promissione videlicet vt valeant literæ mādati, & vt possit habere beneficium sine alia absolutione. quod non est dicendum. facit. c. gratia. de rescrip. in 6. cap. non potest. de præbend. illo lib. vbi licet impetratio valeat, tamen non propter ea erit habilis impetrans in aliis. imo quando dependet à potestate excommunicati, vt possit absolui, & non curat, non debet eidem prouideri de fructibus beneficii, etiam quantum ad necessitatem vitæ, nisi in mortis articulo. glo. & doct. in cap. pastoralis in glo. vlt. de appel. Archi. & Præpo. in c. præter. 32. distinct. ☞ Facit quòd si excommunicatus impetret rescriptum super consecutiuis causæ, & dependentibus, valebit, non poterit tamē actus in iudicio postea facere, nisi sit absolutus, videlicet producere testes, & alia facere. Ioannes Andr. in regula vtile. de regul. iur. in sexto, in mercurial. docto. in capit. primo, de rescriptis, illo lib. sic nec iste excommunicatus poterit acceptare, vt ius consequatur, antequam sit absolutus, licet mandati impetratio teneat, quia licet excōmunicatus admittatur ad se defendendum, tamen si possit obtinere absolutionem, repelletur. Cald. & alii in cap. ab excommunicato de rescript. Feli. in ca. intelleximus de iudi. & an quis possit probare absolutionem ab excommunicatione vt beneficium impetratum obtineat per solum suum confessorem. tradit Calder. consi. secundo an si opponatur. rubr. de test. quod non, tu illum videto. ☜

g omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, quæ præfatus. N. etiam ex quibusuis apostolicis

g ¶ Omnia & singula.] Quoniā multa per surreptionem solent euenire. capit. transmarinos. 98. distinctio. ideo hæc clausula tollit surreptionem. nam teneretur alias impetrans beneficium quantumcūque modicum exprimere. cap. si motu proprio, de præbend. in sexto capit. ad aures. & capit. si proponente. cum similibus de rescript. Alioqui mandatum esset nullum, & alia quæuis impetratio apostolica, vt ibi. Et notat Feli. in capit. nonnulli. columna septima, & capitul. in nostra. plene per illum textum. correlario. 9. de rescript. per. l. qui iure. de testamen. mili. & cap. primo. de transactio. Facit quod expressum dicitur etiam in genere. Bartho. & alii in. l. prima. ff. de vulga. & l. prætor. §. 1. de no. ope. nūciatio. & hæc expressio valet, vt ibidem dicitur. & valet hæc expressio generalis tantum, quantum si singula expressim enumerarentur. text. singul. & ibi glosa in. l. omnes. C. de præscript. triginta vel quadraginta annorū. Iason. in. l. prima. in fine. ff. si quis in ius voca. non erit. & dico fusius infra. in verbo pro expressis.

¶ Nota tamen quod aliquando inuenitur in literis, tibi qui vt asseris in decimo tuæ ætatis anno es constitutus, & tunc oportet probare asserta in bulla, & nisi ita sit gratia surreptitia reputatur, secus si impersonaliter dicatur, vt asseritur, argumen. authen. si quando. C. de constituta pecuni. Rota. decisi. 74. nota quòd vbi alicui. & decisio. 727. nota

De verbis vt asserit vt asseritur & vt accepimus.

Source : BIU Cujas

quòd si ponatur. in antiq. & decisio. 6. rub. de præben. Sic consuluit Card. in consil. 69. vacante. colú. vlti. Et de stylo curiæ Roma. est quòd quando impetrans est supplicans, dicatur in literis vt asserit. quando duo supplicant, vt asseritur, vt in permutatibus. quãdo vero alius pro eo supplicat, dicitur, vt accepimus. vel quando motu proprio papa facit, teste Prouincial. curiæ Roma. fol. 55. versicu. item not. quod vt asserit &c. text. in cap. ex literis de pignorib. & cap. penulti. de pact.

h ¶ Obtinet.] Tunc dicitur obtinere, quando habet ius in re. Archi. in capit. si gratiose col. 1. dè rescrip. in 6. & sic non dicitur quis obtinere beneficium ante acceptationem, licet sibi collatum fuerit, nec tunc dicitur vacare in curia. Domi. & Perus. in capit. præsenti de præb. in sexto, vnde si electus nõ confirmatus moriatur in curia, beneficium non vacabit ante confirmationem per mortem suam. teste Aret. in cap. super his col. 3. numero. 17. de accusationib. vide glosam & doctor. in clement. si Romanus de præbend. alteram glosam in verbo literas. §. 1. supra titulo proximo. Idem in verbo pertinere Ancha. in ca. præsenti. & c. seq. de præb. in 6.

i ¶ Expectat.] Eo apponitur, quia tam de iure in re quàm ad rem est facienda mentio in literis gratiæ. cap. in nostra. de rescript. facit cap. 2. de filiis præbyter. vbi in secunda dispẽsatione licet non tribuat ius etiam ad rem, sed impetrans habilis sit, quis tenetur facere mentionem primæ. quod est notandum. & de hoc satis dicitur in dicto capit. in nostra. & sic propter hanc clausulam valebit mãdatum secundum etiam non facta mentione primi licet alias contra in cap. duobus in fin. de rescript. in 6. Nicola. Milius in verbo gratia. quæstio. 96. Et quando mandatur prouideri, si non sit alicui ius quæsitum, intelligitur de iure in re, non ad rem. Cald. consil. 8. in fine de rescript. Roma. consil. 256. approbo. in fine. Ant. Imol. & alii in capit. causam quæ de rescript. per text. in c. vlti. de concessio. præbend. in 6. Feli. in ca. mandatum nume. 5. de rescript. tamen AEgidius de bella mera in consil. 34. suppositio. colum. penult. tenet non tolli per hanc clausulam

dispẽsationibus [h] obtinet & [i] expectat, ac in quibus & ad quæ ius sibi quomodolibet competit, quæcunque quotcunque & qualiacunque sint, [k] eorumque tructuum reddituum & prouentuum veros annuos valores, ac huiusmodi [l] dispensationum tenores præ-

ius quoquo modo quæsitum, etiam ius ad rẽ. Ibi vide fusius. Primum tamẽ commune est. Feli. in ca. super literis. columna septima, versicu. quinta regula. & cap. causam. colum. 11. de rescript. vbi etiam declarat quando papa dicit, non obstante collatione, debere intelligi de inualida. & per hanc clausulam papa declarat se nolle præiudicare iuri tertii. reg. cãcel. 16. vbi dicitur in impetrationibus apostolicis solere apponi. & operatur quòd si non fiat mentio possessionis coloratæ, valebit tamen impetratio cum hac clausula, licet alias nõ valeret. tex. & ibi Iohan. Andre. & Imol. in cap. cum nostris. de concessio. præbend. & in cap. literas. ibidem. not. in cap. quanuis. de rescript. in sexto.

k ¶ Eorúmque fructuum.] Quia verus valor tam beneficii impetrati, quam illius quod impetratur, debet exprimi. d. c. in nostra. plene Feli. in c. ad aures. ibidem. de valore expri mẽdo, dixi in tracta. nominati. q. 9. & in §. fi. supra. de manda. apostolo. hic non repetitur.

l ¶ Dispensationum.] Impetrans secundum dispensationem, tenetur facere mentionem de prima. cap. 2. de filiis præby. & dixi supra eo. in glos. expectat. nisi impetrauerit indultum a papa, quòd in aliis impetrationibus apostolicis non teneatur facere mẽtionem. ita consului cuidam spurio legitimato. Fal-

Dispẽsatio secũda an debeat facere mentionem primæ.

Source : BIU Cujas

lit etiam quando Rom.pontifex vult dispensationes haberi pro expressis, & earum tenores, vt hic, vt fictio tantum operetur in casu ficto, sicut veritas in casu vero.l. filio. ff.de lib.& posthu. Item si aliquis sit dispensatus, vtpote illegitimus,ad vnum beneficium curatum non poterit permutare cum alio curato,sed dispensatio intelligetur de primo. ca. non potest.de præbend.in.6.

☞ Item dispensatus ad duo beneficia intelligetur de duobus primis.per.d.c.non potest quod est intelligendum quãdo ea habuit cũ effectu, alioqui si duo fuerit prosecutus in iudicio, & super illis succubuerit, poterit alia duo habere.teste Ancha. in c.2.de filiis præsbyterorum libr.6.Bal.in in c.olim colum.2. de rescri.dixi in.l.boues.ff.de verb. sig.Egi. Bella mera.consil.32.pro introductione. ☜ Et ista fuit opinio Archi.in capi.fin.de filiis presbyte.lib.sexto.quæ semper in curia Romana & palatio apostolico fuit seruata,teste AEgid.de bella mera decisio.vlti.Ideo solet apponi in dispensatione quòd loco dimissi vel dimissorũ possit aliud vel alia simile vel similia recipere. ☞ Et quoties sibi placuerit illa dimittere,simul,vel successiue,simpliciter,vel ex causa permutationis, & illis dimissis aliud,vel alia, simile vel similia,vel dissimilia recipere, & quoad vixerit retinere, &c.sic consuluit Domi.consil.97.Titius habuit &c. Decius cõsil.169.& diligenter colũ.1. & hæc dispensatio non retro trahitur, prout consuluit Oldra. consil. 325. thema. col.2.& ad petendum eam requiritur speciale mandatum. Panormitanus. in c.innotuit. col.2.notat ante penulti.de elect. potest tamen à superiore concedi motu proprio. Panormitanus.in cap.cum in cunctis.§.1.colũ. vlti.de elect. vide docto.in c.nonnulli.§.vlt. de rescript.

¶ Quæro an dispensatus per legatum vt plũra possit obtinere beneficia, possit ea obtinere extra territorium legationis ? Decius consil. 207. pulchrum. consuluit quòd sic, per aliqua fundamenta satis debilia. Sed ego tenerem contra.per glos.in cap.dudum.2.in verbo intitulatam.de electio. & istam opinionem tenuit Io. Andr. Domi. & Perus. in cap.cum ex eo.in verbo subiectas de electi. in 6.nam papa, qui habet maiorem potestatem quã legatus,quando legitimat aliquem, non legitimat extra terras ecclesiæ ad succedendum.Bald.in.l.1. C.de iure aureo.anulo. Thomas Ferra.cautel.1.faciũt no.per doct. in.l.1.C.de summa trinita.& fimitatũ est legato territoriũ,ergo extra non poterit.arg. l.fina.ff.de iurisdict.omnium iudic.&.l.in agris de acqui.rerum domi.& adducta per docto.videntur tolli per Bar.in.l. pupillo. ff.de tutor.& curator.datis ab his.glos.in.l.nõ solum.§. & qui in testamento de excusa.tutor. & ego ipse sigillatim respondebo, cũ operæprecium fuerit.

¶ Notandum est quòd quando legatus vel alius virtute specialis potestatis sibi concessæ dispensat, quod debemus recipere & custodire literas non solum dispensationis,sed etiam potestatis sibi concessæ. Panormita. in capit.fraternati.de schisma,& in ca.quod super col.2.de fide instru.glos.& doct.in ca. cum in iure.de offi.deleg.Et an sub generali dispensatione ad quæcũq; beneficia etiam si curam habeant animarum intelligatur facta dispensatio ad beneficia in cathedralibus ecclesiis existentia.quod sic,tenet Domi.in c.1 de filiis presbytero. & Ias.consil. 104. circa col.2.in 1.volu. ☜

Potestas legati recipiẽda.

¶ Notandum est quòd nunq̃ dispensatio dãtur per breue,nec rehabilitatio, vt in regulis Alexand.papæ.6.continetur in rub.de signatura gratiæ.& hæ dispensationes si fiant sine causa,dispensatus non erit tutus quo ad deum.glos. singul.in capit. non est.de voto. quam ibi sequuntur docto. & Panor.in cap. significasti.nu.8. de elect. & in c.cum adeo. de rescript. & in c.extirpandæ. in repetitio. §.qui vero col.12.de præbẽ. Archi. & alii in cap.licet.canon. de elect.in 6.Perus. in rub.

Dispẽsatio nõ datur p breue.

Source : BIU Cujas

deteſtamen.col.vlti.lib.6.Oldra.conſi.325. thema quæſtionis.col.1.& conſil. ſequē. Petrus Ancha. conſil. 313. niſi legibus. in fine gloſ.in verbo poſtulaſtis .§. cui rei.de collatio.in pragma.ſanct.Feli.in c.ad audientiam 2.col.4.verſic.nihilominus.de reſcript.& in c.poſtulaſti:col.16.verſicu.quartus caſus.de reſcript. & idem tenent theologi, quos refert Adrianus de traiecto in quæſt.6.quolibet. articul.2. & Aſten. in ſua ſumma, rub. de diſpenſatio.libr.6.titu. 2.artic.4. quibus aſſentit Angel. in ſua ſumma angeli.in verbo diſpenſatio.§.3. etiam ſi fiant à papa:quia ex officio ſibi commiſſo tenetur facere ſicut bonus diſpēſator,fidelis,& prudēs, vt Lucæ 12.dicitur, Fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus. Vbi primo declaratur fidelitas, videlicet vt in diſpenſando habeat rationem ad bonum publicum. Alias dicitur infidelis. Floren.in.1.parte ſummæ titul. 17.cap. vlti.Panormitanus.in d.§. qui vero. colum. 13. Decius conſil. 602. viſo puncto. colum.3.& ſequent.vbi plene dicit. Secundo pōderoſitas, videlicet vt diſpenſans prudenter conſideret cauſam rationabilem, & qualitatem perſonarum. Nam diſpenſare eſt diuerſa penſare. glo. in cap. requiritis.§. niſi rigor.1. quæſt.7. Tertio requiritur poteſtas in eo. cum quo diſpenſat. ibi probatur, quē conſtituit dominus. Ideo legatus non diſpēſat ſine cauſa etiam in illis caſibus in quibus papa poſſet. Innocen. in cap.dudum. in 2.in fine.de electio.Feli.in d.cap. poſtulaſti. verſic.quartus. & epiſcopus & archiepiſcopus ſine cauſa diſpenſantes debēt deponi, ſi accuſentur.c.1.& vlti.21.diſtinct.Panormitanus.& Imol.in ca.de multa.de præbend. Feli in cap.conſtitutus.colū.8.de reſcript.ſed bene multi hodie deponerentur.idem ſi ex falſa cauſa. Oldra.conſil.256. Clemens. Iuſtæ cauſæ ſunt neceſſitas. cap.tali.1.q.7.Panormicanus.in capitu.de multa.& ca.quanto.de tranſla.epiſco.cap.quod pro remedio.1.q.7. Vtilitas.glo.in c.vt cōſtitueretur.50.diſtin. capit.ipſa pietas.in fine.23.quæſtio.4. Iacobus Bonaud.in additio.ad Ioannem de terra rubea.fol.105.conclu.9. Perſonæ etiam qualitas.cap.didici.& cap.tali.1.q.7.ca. de multa.de præband. Item religio. capitul. monachus.77.diſtinct.cap.cum illorum.de ſentē. excommunica.Ipſa pietas. gloſ. & docto.in cap.requiritis.§. niſi rigor.1.q.7. & aliæ cauſæ ad iſtas reducuntur. ☞ Nec eſt omittendum, quod diſpenſatio differt à priuilegio, quia hoc ſine cauſa conceditur, diſpenſatio cum cauſa, vt proxime dixi, qua exiſtente falſa vitiatur.Panormita.in cap. quia circa. col.2.de conſanguini. Decius conſil. 681.in cauſa.colum.penulti.& conſil.695.nume.14 & hæ diſpenſationes ſtricte ſunt interpretā dæ.ca.1.de filiis preſbyterorum,lib.6. glo.in verbo diſpenſationes, capitulo.ordinarii.de officio ordin.in ſexto. ✚ & nil eis accreſcit Bal.in.l.prima.col.prima.C.de indict.vidui. tollen. ✚ intantum, quod non fiet extenſio ad caſum etiam habentem maiorem rationē cap.fina.de tranſla.epiſcopi. Panormit.in c. ad aures colum.3.de reſcript. ✚ Ideo diſpenſatus vt non obſtante defectu ætatis poſſit habere beneficium curatum non intelligitur diſpenſatus ſuper adminiſtratione bonorum, niſi aliud appareat ex voluntate principis Ancha.in cap.primo de ætate & quali.in 6.Feli.in cap.edoceri colum.2.de reſcrip. ✚ Extenditur tamen ad neceſſaria conſecutiua gloſ. ſingul. in capitu.quia intantum, de præbend. Feli.abunde in capitul. poſtulaſti. de reſcript. & Probus in additio. ad Ioannē Monachum in capit.vno colum. penulti.de æta. & qualita.in ſexto. ideo illegitimus diſpenſatus vt poſſit promoueri ad ordinem epiſcopalem. videtur etiam diſpenſatus ad minores.Bonifac.in clemen.1.nume.34. de præbend.plene Felin.in dicto capit. poſtulaſti. vide Ioannē de Lopis in repetit.l.ſi pater numero.225. cum ſequentib. C. de hæredib.inſtitu. Decius.in capit.ſi clerici.§. fi. de iudic. ☜

Diſpēſatio an differat a priuilegio.

Cauſę iuſtæ diſpēſationis.

Source : BIU Cujas

ausula expres habē quid retur

m ¶ Pro expressis.] Hæc clausula operatur, vt omnia quæ in mandato debebant exprimi per hæc verba censeantur expressa, & ꝙ nō sit opus alia expressione. teste Feli. in ca. in nostra. correla. nono. de rescrip. vbi se remittit ad ea quæ plene scripsit in cap. nonnulli. illo titul. quod dictū pulchre prosequitur. D. Auriol. in additio. ad Guilel. de monte laud. in capit. si motu. de præbend. in sexto. Decius consil. 542. visa colum. 2. quod est repetitum consil. 695 visa col. 2. Et hoc fit per fictionem, contra q̄ non potest contrariū probari, vcꝫ quòd non sint expressa necessaria. cle. literis. de proba. glo. in. l. conficiuntur. ff. de iure codicil. Docto. in. l. si is qui. de vsucapio. Nec facta prodesset. l. retro. & l. in omnibus. ff. de. captiuis. l. vna. in princip. C. de rei vxo. actio. Bonifa. per illum text. in clemē. vna. §. 1. colum. 2. de concess. præbend. Et hæc clausula est valde necessaria tam in priuilegiis, rescriptis, quā in confirmationibus priuilegiorum, & habet vim specialis derogationis, & expressionis, quando dicitur, cuius tenorem vel tenores volumus haberi pro expressis, etiam si adverbum de illo vel illis esset facienda mentio. l. omnes. & ibi glos. C. de præscri. 30. vel. 40. annorum. Feli. in cap. nonnulli. colum. 7. versicu. addatis. de rescript. Vide quot modis specificatio possit fieri, pulchre per Barba. consil. 25. scribitur. col, 9. & seq. in. 1. vol. Idē si dicatur, nō obstantibus quibuscunq; priuilegiis vel constitutionibus sub quauis forma vel expressione verborum concessis. de qua clausula est tex. in c. fi. in fine de senten. excōmunicatio. in 6. quē tex. notat Areti. in c. 1. col. 6. de rescrip. & Feli. in d. ca. nōnulli. col 7. Idem si diceretur, nō obstantibus quibuscunq; priuilegiis, etiam si de ipsis esset facienda mentio specialis, & de verbo ad verbum (vt dicunt) & infra hoc modo exprimitur in fine huius formæ. c. vt officiū. §. cōpescendi. de hære. in 6. Alioqui si papa vellet derogare priuilegiis multis, necesse haberet illa omnia exprimere, tā à se concessa. q̄ à prædecessoribus. quod ferme extenderetur ad infinitū, vt dicit Feder. consil. 47. habita. & ista est cōmunis opinio, teste Ioanne de Ana. in consi. 56. his quæ in facto. col. 2. Ias. & alii in. l. sed & si quis. §. quæsitū. notab. 1. ff. si quis cautio. & ita se habet stylus. curiæ Romanæ. Antonius de Butr. cōs. 2 Ioā. Andr. in ca. vno de excess. prælato. in 6. Angel. cōsi. 274. non est dubiū. Gemini. cōsil. 65. discutiā. col. antepenul. & cōsi. 120. qa in facto. Alex. consi. 215. nec arguēdi sumus. col. 7. lib. 2. Nam scriptū ad quod fit relatio, perīde cēsetur, ac si expressum fuisset specifice in scriptura, quæ ad aliā refertur. l. ait prætor. §. 1. ibi, sic accipiendū est quasi quantitatē nominauerit. ff. de re iud. l. asse. ff. de hæredib. instit. c. cū venerabilis. §. 1. de excepti. & si aliud diceremus, sequeretur quòd papa & princeps possent sibi auferre per indirectū potestatem reuocandi legem, vel priuilegiū à se concessum. nā si haberent expressam facere mentionē illius priuilegii, non recordarētur & illud forte nō inueniretur. ideo ipsi nō possent derogare, quod est absurdū, vt tenet Panor. in c. cum infantia. col. 2. de censi. Feder. dicto consil. 47. & Collecta in c. cū dilecta. col. 1. de rescript. Ias. in. l. prætor. col. 3. ff. de no. oper. nunciat. & Cardin.. cōsi. 52. Gregorius. col. 2. & consi. 102. super facto. col. 1. Ista licet procedant in legibus, statutis, vel rescriptis, seu ordinationibus principū, quia satis habetur pro expresso illud quod lex vel princeps voluit haberi pro expresso, tamen secus est in actibus priuatorū, quia partes non possunt facere quod habeatur pro expresso, illud quod specialiter exprimi debet. c. qui ad agendū. de procura. in 6. l. sed & si quis. §. quæsitū. & ibi not. ff. si qs cautio. ideo causæ grauaminis in interlocutoria nō possunt haberi pro expressis à partibus. Alex. in. l. quicquid. in 2. col. ff. de verbor. obligatio. Angel. cōsil.

sentibus m pro expressis habentes

Source : BIU Cujas

249.Philippus ſic conſuluit, etiam Iaſon.cõ ſil.173.circa primum.in fine volumi.4. quia quamuis princeps & lex poſſint fingere, non tamen homo priuatus.Bartol.in.l.ſi quis pro. ff.de vſucapio.per textum,in.l. ſi forte.de caſtren.peeul. Areti. in d.cap. 1.colum.6. verſicul.his tamen non obſtantibus. de reſcriptis. niſi apponeretur in actu in quo priuatus haberet plenam poteſtatem, vt in teſtamentis .l. ſi quis. in principi. & ibi Bar. ff. de legatis.3.

¶ Secundo, fallit, vt per Roma.conſil.327. Iſtæ ſunt rationes.colum.2. & per Ioannem de Ripa in ca.1.nume.80. cum ſequen.de reſcript.Feli.in cap.ſedes.colum.8. verſi.intelligе ſecundo.& in c.cum dilecta.col.13.verſicu.amplia quinto.illo titulo.Cardina.conſil.136.factum.colum.penulti.Calderi.conſil.11. Rubri.de priuileg. Decium conſi.165 viſo tenore.

☞ ¶ Tertio, fallit quoad iſta concordata, quia hæc clauſula pro expreſſis &cæ. nihil operatur quo ad hoc, vt his concordatis per hanc clauſulam derogetur, vt in.§. 1. verſic.illam de firma & irreuocab.concord. ſtabilit. ☜

In mãdatis quæ ſint exprimenda.

¶ Quæro quæ ſint in his mãdatis & aliis impetrationibus exprimenda? Reſpon. Felin.late explicat in cap.in noſtra.de reſcript.Ideo putarem ad eum remittendum. Tamen quia nec omnes eum habent, & vt breuius comprehendam quæ ibi dicit,& vltra eum aliqua addam, dico primo exprimendum eſſe in mãdato, ſeu alia impetratione ad beneficia, q̃ impetrans eſt clericus.cap.cum adeo. de reſcriptis.cap.ex literis.de tranſacti.Domi.cõſil.38.pro clariori.colum.1.Et hoc eſt de ſtylo curiæ Romanæ, vt dicunt docto.in dicto cap.cum adeo. & Peruſ.in ca. ſi pro clericis. colum.1. de præbend.in ſexto.tamen ſecundum eum alii ordines non ſunt exprimendi, etiam ſi illa beneficia requirerent certum ordinem à iure.ſecus ſi à ſtatuto, fundatione, vel conſuetudine.Imo etiam præſentatio facta de non clerico ad beneficiũ eccleſiaſticũ non valet.Nicola.Milius in repert.in verbo beneficium,in fine. ☞ Et cognoſcũtur clerici in tonſura.cap.duo.ſunt.12.quæſt.1.cle. 2.& ibi gloſ.de vita & honeſta.cleric,Secundo cognoſcuntur in forma veſtimentorũ.c. clerici.vlti.de vita & honeſta.nam duo colores ſunt eis prohibiti.d.clem.2. Tertio,in qualitate negotiorũ.rub.ne clerici vel Monachi.Panor.in c.contingit 2.de ſenten.excommunica. ☜

Secundo,debet exprimi ſi ſit ſpurius & qualitas ſpurietatis.Feli.in cap.poſtulaſtis.colũ. 4.de reſcriptis.per tex.in c.1.de filiis preſbyterorum,in ſexto.

Filius an officium vel bñfi. ciũ pater nũ habere poſſit.

¶ Tertio,debet exprimi quod non eſt beneficium paternum, alioqui non debetur.Ideo mortuo patre,qui habebat beneficium in eccleſia, non debebitur illud beneficium immediate filio,etiam vigore mandati apoſtolici, ne videatur ſucceſſio in beneficialibus, ſiue filius ſit legitimus, ſiue illegitimus.cap. 2.capit.ex tranſmiſſa. capitu. cum decorem. de filiis preſbyterorum. Decius in cap.inter cæteras.2.notab.de reſcript.Et ſic facit contra illos qui petunt ſibi cõferri beneficia, eo quòd plures de ſua familia illa habuerint.Nã hæc ratio, ne beneficia iure hæreditario dẽtur,facit quood repelli debeant. Panor.per illum tex.in ca.venerabilem.col.5.num.15. de elect.in eadem tamen eccleſia non prohibetur filius habere beneficium vbi pater habet.Calderi.conſi.1.rubr.de filiis preſbyterorum.nec eſt facienda mentio quòd ibi pater habeat beneficium vel præbendam . Secus in officiis, quia ſuprema curia non ſolet recipere filium alicuius ſenatoris.ſi datum fuerit aliud officium eidem filio in eadem curia, ſi non fuerit expreſſe facta mentio quòd pater ibidem habebat officium ſimile.& hoc prohibet in fratribus lex regni. rub.des preſidens & conſeillers.artic. 46. in ordinatio. Regiis,vbi dico rationem vtriuſq; & diſpẽſationẽ à Rege requiri, non tamen ſi impe-

Duo fratres in eadẽ curia recipi nõ debent.

Source : BIU Cujas

traret officium paternum, vt ibidem dixi.

¶ Quarto, intrusio etiam debet exprimi. ca. cum iamdudum. de præbend. in 6. ne intrusi sint melioris conditionis, q̃ alii, qui iuste assecuti sunt beneficia glos. in cap. eum qui, de præbend. in 6. Aufre. in decisio. Tholosa. q. 483. quidam nobilis &c. Et intrusus dicitur proprie is, qui non intrat per ostiũ, sed ascendit aliunde. text. glẽ. in cap. relatum. in prin. de iure patrona. & aliis modis de quibus per Feli. in d. cap. in nostra. correla. 2. & cap. veniẽs. de accusa. & scripsi infra de pacific. possess. in glo. intrusus.

¶ Quinto etiam de fructibus receptis ratione iniustæ detẽtionis debet fieri mentio. Io. And. in additio. ad specu. in titu. de lapsis, & dispensatio. §. dicendum restat. versic. sed pone, aliquis. & hoc quando ex perceptione fructuum fuit factus inhabilis, vt dicitur in ca. quisquis de elect. alioqui secus. Hosti. in cap. dudũ. in 2. de elect. & ibi Ioã. Andr. & alii in glos. furtum. Imol. in ca. postulasti. col. pe. de rescrip. nisi in ecclesiæ vtilitatem fructus cõuertisset. Nicolaus de milis in reperto. in verbo gratia. q. 16. Aufre. in decis. Tholos. q. 483. quidã nobilis. Feli. in d. c. postulasti. col. pe. vbi plene distinguit, quòd si quis illicitæ per potentiam secularem occupauerit beneficium, & receperit fructus ex illo, & postea illud impetrauerit non habita mentione fructuum, non valebit impetratio. & idẽ si aliud impetrasset. sed si ipse propria temeritate occupauerit, sine laicorum potentia, quia non est factus inhabilis, & aliud beneficium impetrauerit, valebit impetratio. secus si illud quod occupauit. Ita Feli. videtur distinguere vbi supra quod est notandum.

¶ Sexto, debet exprimi beneficiũ etiam modicum. c. si proponente. de rescrip. c. si motu. & c. non potest. de præb. in 6. quia qui habet vnum beneficium, non est ad aliud idoneus. cap. is cui. de præb. in 6. Panor. in c. super inordinata. de præben. etiam si eo fuerit spoliatus, cum in eo ius adhuc habeat, debet facere mentionem illius. Panor. in ca. cum tenea mur. de præb. nam qui actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur. l. qui actionẽ. ff. de regu. iur. plene Feli. in ca. postulasti. col. penult. de rescript.

¶ Septimo, qualitas beneficii exprimi debet, videlicet an sit dignitas. c. ad aures. de rescri. vbi plene Feli & in regul. cancel. 63. in nominationibus. dixi in tracta. nominationum. q. 9. an sit qualitas beneficii exprimenda.

¶ Octauo, valor est exprimendus, d. c. ad aures. glo. nota. in cle. 1. de præb. Galli tamẽ habent suam expressionem ex consuetudine, de qua dixi in. §. fi. supra de manda. apostolo.

¶ Nono, etiam beneficium manuale quod quis obtinet, debet exprimi. Calder. consi. 9. titu. de rescrip. & consi. 6. & 30. de præbend. de Ripa in ca. ad aures. nume. 65. de rescrip. quia de beneficio quocunque quod datur in titulũ, debet fieri mentio. nec ius distinguit an sit temporale, an perpetuum. secus si non detur in titulum, vt vicaria temporalis. c. postulasti de rescrip. glo. & docto. in cap. si pauper. de præb. in 6. & manuale potest esse perpetuum, ideo pro perpetuo habetur. glo. in c. si gratiosæ. de rescrip. in 6. per. l. sufficit. ff. de condictio. indeb.

Beneficiũ manuale quod quis obtinet.

¶ Decimo, de pensione à Romano pontifice in titulum constituta. cap. ad audientiam. 2. de rescript. regula cancel. 61. vbi glo. in fine. Item de præstimoniis. Oldra. consil. 81. quod processus. & Cald. dicto consi. 6. de præben. dixi in tracta. de pacific. possesso. in 17. & 18. amplia.

¶ Vndecimo, de beneficio dato in commendam glos. in ca. nemo deinceps. de electio. in sexto. Cald. in iam dicto titu. de præben. consil. 6. quia dicitur beneficiatus, qui illud habet. & commenda dicitur canonicus titulus. cap. dudum. 2. de electio. dixi in tracta. de pacifi. possess. amplia. 5.

Beneficium in cõmendam datũ est exprimẽdum.

¶ Duodecimo, de iure ad rem, hoc est de alio mandato quod habet, debet facere mentionem text. & ibi plene docto in cap. in nostra.

Source : BIU Cujas

de reſcrip.ſiue impetrentur mandata eodem tempore,ſiue diuerſo.c.ex tenore.de reſcrip. Decius in cap. cum teneamur . de præbend. quia papa non intẽdit per ſuas literas iuri alteri quæſito(niſi hoc exprimat in literis) præiudicare,ſiue ſit præiudicium extinctiuum, ſiue dilatiuum.cap. quanuis.&c. ſi propter. de reſcrip.in 6.cap.ſi ſuper.& cap.ſtatuimus.de offic.deleg.cod.lib. declara. vt in gloſ. expectat ſupra eod.dixi.

¶ Decimotertio, quòd is qui poſſidebat beneficiũ,cuius morte vacauit, erat familiaris papæ, vel alicuius cardinalis, Rota deciſio. 721. nota quòd dominus. in antiq. & regul. cancel.30. ☞ non tenetur tamen papa mandans conferri,facere mentionẽ de titulo collatoris.Barb.in ca.Raynaldus.col.39. de teſta.allegat.ca.dilectus.de præbend. ☜

Curę de bet fieri mentio.

¶ Decimoquarto,de cura animarum mẽtionem facere debet, quia maior idoneitas in illis requiritur.c.cum in illis.in princi. de præben.in 6. ☞ etiã in impetratione facta cauſa permutationis,cum ſit eadem ratio. ſic cõſulit Egid.de bella mera conſil.32. pro introductione col.penul.verſi. nũc venio &c.vbi etiam dicit quid in curato beneficio,quod regitur per vicarium,an debeat exprimi, quod non. ibidem vide.& in cle.1.de præbend. ☜ vbi dicitur non ſufficere ſic exprimere , cura animarum non negligatur . vel facere mentionem in literis executorialibus , vel in verbis executiuis. quando vero eſt cura annexa beneficio ſimplici, nõ requiritur expreſſio.c. ſuper eo. de præbend. in 6 .

¶ Decimoquinto, debet fieri mentio de numero canonicorum , quãdo vult recipi vltra numerum, & ſub expectatione primæ præbẽbæ , quia in dubio non intelligitur ſummus pontifex velle derogare numero.cap.conſtitutus.de reſcript. & an canonici poſſint,vide Feli. in cap.cum acceſſiſſent.col.5. nume. 11.cum ſeq.de conſti.

De idul. to,vt nul lus bene ficia ſuę collatio nis conferat.

¶ Decimoſexto,debet exprimi ſi quod indultum habeat epiſcopus,quòd nullus etiã legatus poſſit beneficia ad ſuam collationem pertinẽtia conferre, alioqui mandatũ non valebit.c.cũ aliquibus.& ibi not.doct.de reſcrip. in 6.ideo infra exprimitur,& hoc eſt notandum propter cardinales Franciæ qui iſta habent indulta. ☞ de quibus vide Soci.conſi. 260.in cauſa.volum.2. ſolent tamen indulta excipere, niſi cauſa reſignationis , nam tunc papa ſibi reſeruat,& ſic non erit opus expreſſione.aliàs ſic. ☜

¶ Decimoſeptimo,de poſſeſſione alterius colorata.c.cum noſtris.de cõceſ.præb. vide regu.cancel.32.Feli.in c.ex tenore.col.5.verſi. limita.6.de reſcri.vbi dicit quòd in omni impetratione debet fieri mẽtio de alterius poſſeſſione,per tex.in c.2.de decimis in 6.

¶ Decimooctauo, de collatione alteri facta, licet non fuerit per eum cui facta extitit,acceptata,glo. in c.gratia. in verbo ignoranti. de reſcript.in 6. ☞ Item de electione eſt facienda mentio, quia per eam ius quæritur ad rem.cap.quanto.63.diſt.& ibi glo. Panor.in cap.noſti.& cap. tranſmiſſam de electio. ca. quam ſit.& ibi Domi.illo titu.in 6.& ſufficit per æquipollens exprimere.Bald.conſil.209. caſus talis volu.1. ☜ De præparamentis tamen, vtpote quia vocati ſunt canonici ad eligendum, non eſt facienda mentio. gloſ.in.5. viſum.in verbo non valeãt.de colla.in prag. quia res tunc dicitur integra.text.in cap.vbi .5.ſi vero.de electio. in 6. Item oportet confirmationem exprimere. Nicola. de milis in verbo gratia.q.105.& ſeq.de poſtulatione ſecus , quia non quæritur per eam ius ad rem, cum poſtulantes poſſint variare ante præſentationem papæ factam.ca.bonæ.2. & ibi Panormita.in.3.notab.de poſtula.prælat.intellige vt dicitur ibi notabi.10. Idem in præſentatione, vt requiratur expreſſio illius, quia per eam ius acquiritur,nec poteſt variare clericus.Panormita.in cap.quod autem. de iure patro.Card.in cle.fi.in princi. oppo.1.de ſupplenda neglig.præla.Feli.in capitu.cum Bertholdus.colum.ſecunda.de re iudic.Rochus

De collatiõe vel de electione an ſit faciẽda mẽtio

Source : BIU Cujas

in tracta.iuris patro. in verbo honorificum. quæſtio.9.Secus in laico.Panor.in ca.1.& 2. & cap.nobis.de iure patro.

¶Decimonono, oportet exprimere ſi ſit ſolitum regi per ſeculares,quãdo regularis impetrat? vel per regulares. quãdo ſecularis impetrat .c.cum de beneficio.de præb.in 6.reg. cancel. 41. alioqui mandatario ſeculari non debetur beneficium regi per regulares conſuetum.niſi vt ibidem declaratur.

¶ Vigeſimo,in impetratione debet fieri mẽtio de vnione nunc facta per epiſcopum.Rota deciſio.160.& deciſio.253.in antiq. Cald. conſil. vltimo, ſub titu. de reb.eccleſiæ non alien.Quia non eſt veriſimile quod papa velit tollere iſtam vnionem,niſi expreſſe dicat. nota.in cle.fina.de reb.eccleſ. non alien.vbi Card.dicit eſſe verũ,quando vnio facta erat ante papæ diſpoſitionem,alioqui contra: vel niſi eſſet clauſula motus proprii cum clauſula generali non obſtantibus quibuſcunque, per quæ gratia noſtra impediri poſſet.Feli.in cap.ad aures. colum.5.nume.8.verſicu. tertius caſus.de reſcrip.& cap.poſtulaſti.col.7. verſic.poteſt etiam inferri.ibidem.vel ſi quis impetrat beneficium, quod dicit acceſſoriũ, & ſit principale,non valebit impetratio. Ancha.in regula acceſſorium,de regu. iur.in 6. refert Dec.in cap.præterea.columna penult. de offic.deleg.

¶ Vigeſimoprimo, exprimi debet diœceſis cuius eſt impetrans.quando eſt alterius diœceſis, & regni, quia in dubio oriundo potius intendit prouidere papa,q̃ exterò.cap.nemi nem.70. diſtinct.l.in eccleſiis.C. de epiſcopis & cleri.glo.reputata ſingul.in cap.ſi proponente.de reſcrip.regula cãcel.19.vbi prohibet conferri beneficium non intelligenti vel loquẽti idyomate patriæ, dixi in tract.nomina.q.15.& etiã debet exprimi eccleſia cathedralis.c.q̃is.1.de præbend.in 6. Fallit in ſeptem caſibus traditis per Feli.in dicto cap. in noſtra.correla.39.

¶ Vigeſimoſecundo de reſidentia, ad quam quis tenetur ex ſtatuto vel conſuetudine ecclеſiæ,debet quis facere mentionem,nota.in cap.cum omnes.de conſtitutio.& cap.fin.de cleri.non reſiden. quia eam poteſt papa probabiliter ignorare.ca.1.de conſtit.in 6.ſecus ſi non requirat aliam reſidentiam, quàm de iure,ſecundũ quod omne beneficium requirit reſidentiam. cap. ad hæc. de præbend. Et iſtud ſcit papa,quia omnia iura habet in ſcrinio pectoris. dicto.ca.1. Idem in imperatore dicitur in.l.omnium.C.de teſtamen. Et hoc propter ſapiẽtes quos habet aſſidue,niſi quãdo vadit venatum, tunc non ſemper habet princeps ſapientes.Feli.in dicto ca.in noſtra. correla.4.nume.14.Nam ſapiẽtes iuriſconſulti delectantur in venatione põtificum & imperatorum, non regum, vel ferarum, ſeu auium. cum ludere neſciant nec venari niſi in legibus imperatorum. Nota de venatione iuriſcõſultorũ.

¶ Vigeſimotertio,exprimitur quod eſt beneficium vel dignitas electiua, quæ non comprehenditur ſub aliis,clemen.1.& ibi gloſ.de præben. & ideo hic ad maiorem expreſſionẽ dicit,dummodo non ſit dignitas electiua, vt dico infra in eodem verbo.

¶ Vigeſimoquarto, quòd beneficium eſt ſacerdotale, & hoc quando ex fundatione vel ſtatuto nullus debet admitti,niſi ſit ſacerdos ✣ vel ſi ſtatutũ diceret quod ſacerdoti cõferatur quia debet intelligi quod ſaltem intra proxima tẽpora fiat loha. And. & Ancha.in ca.ſi pro clericis.de præb.in 6.vt verba ſtatuti ſecundũ ius cõmune moderentur.c.cũ dilectus.de conſuetud.l.2.C.de noxa.actio. ✣ ſecus ſi de iure.gloſ.& doct.in cap.nemo.de elect.in 6.c.ei cui.de præb.iſſo lib. Decius in ca.ad aures.col.3.de reſcrip. ☞ Nec poſſet tunc epiſcopus non ſacerdoti cõferre.Card. & alii in clemẽ.vt hi qui.§.illi vero de æta.& quali.niſi de conſenſu patroni.Feli.in c.cum acceſſiſſent nu.19.& ſeq.de conſti.☜ Barb. conſil.33.ſcripſit in fi.volu.2.

¶ Vigeſimoquinto de patronatu laicorum, quia Roma.pontifex.cum mandat prouideri

Source : BIU Cujas

de beneficio, non intelligit de beneficio ſpectante ad præſentationem laici, ne retrahantur à fundatione eccleſiarum. cap. decernimus.16.quæſtio.7.glo.& doct.in c.2.de præben.in 6.Card.conſi.69.vacante. dixi in tracta. uomination. q.8. ☞ Et cum hæc ratio ceſſet in iure patronatus eccleſiaſtico, papa poteſt conferre non facta eius mētione, etiā quia non inuenitur à iure expreſſum, quod exprimatur.& pro hoc eſt tex.in ca. dilectus de offic. lega. & nuncupatim Io.de Selua. in tract.de benefi.in.3.parte.q.11.nume.29.ver ſic.fallit tertio. hoc tradit. ☜ Et in Francia conſuetudinaria non ſolet etiam mentione expreſſe facta papa iuri patronatus laicorum derogare.& an illa conſuetudo valeat,tradit Collecta.in capit.ex tenore.columna prima, de conceſſio.præbend.

Iuri patronatus laicorū in fracia papa nō derogat.

¶ Vigeſimoſexto, quòd eſt hoſpitale debet exprimi.clemen.ſecunda.de præbend. multa dixi in tracta,nominationum.quæſtio.15.intellige vt ibi, & per Nicolaum Miliū in verbo gratia.quæſt.17.

¶ Vigeſimoſeptimo,debet exprimi,quòd beneficium eſt monoculum.glo.in cle.1.in verbo incerta.de præb. Archi.& Peruſ. in cap.ſi pro clericis.col.1.de præb.in 6.quia ipſos collatores hoc vnico lumine priuare nolumus, dicit tex.in clemē. vna de ſenten. excommunicatio.nec in mandatis comprehenduntur, ſicut nec in nominationibus, vt dixi in tracta.nominationum.q.15.nume.41.

¶ Vigeſimooctauo, debet exprimere quòd beneficium eſt litigioſum cum ipſo impetrante, ſecus cum aliis,ſi non cedat in præiudicium illorum. Nicolaus Milius in reperto. in verbo gratia. quæſtio.67. & ſequen. Feli. in dicto capitu.in noſtra.correla.15. Et ſic ſi tantum habuerit recredentiam, vel non habuerit,debet hoc etiam exprimere, & etiam de lite pendente ſuper beneficio, debet fieri mentio.plene Feli.in cap.cæterum.columna prima. de reſcript. alioqui os quod mentitur occidit gratiam.Bald.in cap.ex inſinuatione columna prima.de reſcript.

¶ Vigeſimonono, exprimi debet eccleſia principalis, vt ſi multa ſint beneficia in eccleſia collegiata, & mandetur prouideri in illa, non comprehenderetur prioratus illius eccleſiæ, quia eſſet prouidere de eccleſia, & nō in eccleſia, & in mādato hoc non fuit dictū. cap.ſi.de præbend.niſi ex generalitate verborum aliud appareret.Imol.in clemen.vna.columna.2.nume.6. de ſupplen.negligē..præla. & ideo in his mandatis cōtineretur, vbi mādatur prouideri de dignitate veſtræ, vel alterius eccleſiæ,& non in eccleſia, vt hac in forma patet,ſi non eſſet prioratus electiuus. ☞ In quo ſeruaretur forma ca.quia propter de elect. quia de illis eſt ſpeciatim prouiſum in rub.de reg.ad prælat. nomina facien.§.mo naſteriis quando habent qualificationem ibi dem poſitam,vt ibi dixi. ☜

¶ Trigeſimo nomen ſancti, aut patroni, in cuius honorem eſt fundata eccleſia, vt in eccleſia ſanctæ Genouefæ,debet exprimi,quando non eſt cathedralis. ſi vero ſit cathedralis, non. vt in eccleſia Pariſienſi, Bituricen. Card.in cap.cum ſecundum.not.19. de præbend. Et iſte eſt ſtylus curiæ Romanæ, teſte glo.in cap. quanuis.1.de præbend.in 6. Lapus allega.16.an valeat. Feli.in cap. cum aceſſiſſent. col.1. de conſtit.niſi eccleſia inferior ſit principalis,& maior in illo loco,tunc non eſt neceſſe exprimere nomen ſancti, vt in eccleſia Iſſouldun. ☞ Vel ſi exprimeretur in ſignatura, quod maior expreſſio poſſit fieri etiam in nomine ſancti. niſi dolo illa clauſula fuerit appoſita, vtpote, papa noluit recipere reſignationem beneficii ſancti Iohannis,nunc quidam impetrat beneficiū ſancti Petri, apponens maiorem expreſſionem poſſe in bullis fieri, vult in bullis extendere ad beneficium ſancti Iohannis, quod papa recuſarat conferre.an poſſit ? dicerem quod non, tum quia malitiis hominum eſt obuiandum c. ſedes de reſcri. & dolus nemini prodeſſe debet,etiam quia intentio ſummi pon-

Nomen ſancti qñ ſit exprimēdum.

Source : BIU Cujas

tificis non eſt, vt voluerit cõferre illud, quod recuſauit, & vltra intentionem papæ non poteſt extendi ſignatura. c. ad aures. cap. mandatum de reſcrip. ca. cum in illis de præbend. in 6. nec præſumitur variare papa. in clem. vna de renuncia. ſed præſumitur circũuentus. c. cum olim de re iud. ☜ Si tamen nomen ſancti exprimeretur. non vitiarutur impetratio. Domi. & Peruſ. in d. ca. quanuis. Feli. in cap. ſignificante. col. 2. de reſcri. licet Iohan. fab. contra teneat in §. ſed quotiens inſti. de iure natura. & vide alia in dicto c. in noſtra. & per Ioannem de Selua in tracta. de benefic. in. 3. parte. quæſt. 11. & ſequẽti. Et generaliter alia debent ex primi, per quæ redderetur concedens difficilior ad cõcedendum c. poſtulaſti. de reſcri. Et an papa ſcribendo pro indigno videatur diſpenſare, not. in l. quidam. ff. de re iud. & Feli. in c. ſi quando. col. 4. verſicu. ſtat difficultas. de reſcrip. dixi in glo. dare. §. 1. ſupra titu. proximo.

¶ Notandum eſt tamen, quòd omnia quæ in iure reperiuntur debere exprimi, neceſſario exprimenda ſunt, etiam ſi concedens nõ redderetur difficilior, ad cõcedẽdum vel denegandum. alioqui talis taciturnitas vitiat literas, argu. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. vbi dicitur quòd lex, licet ſit dura, tamen eſt ſeruanda. ita in propris terminis tenet Domini. in cap. dudum. col. penulti. de præbend. in 6. pex textum in cap. ſi motu. illo titulo. Feli. in cap. ſuper literis. colum. 5. & dicto cap. in noſtra. de reſcript.

¶ Si vero à iure non eſt ſtatutum vt illa qualitas exprimatur, tunc debemus videre an cõcedens non ita conceſſiſſet, vel non de leui, ſi illa qualitas eſſet expreſſa, & tunc non valebit impetratio. cap. ſuper literis. & cap. poſtulaſti. de reſcrip. & ibi Feli. colum. 4. Nicolaus Milius in verbo gratia. quæſt. 63. Panor. in cap. conſtitutus colum. prima de religio. domi. ✠ Si verbo conceſſiſſet tunc valet reſcriptum tex. elegans in c. dudum verſ. conſiderantes de præb. in 6.

¶ Et poſtquam omnes aliæ qualitates quæ reddunt concedentem difficiliorem, nõ ſunt à iure expreſſe, arbitrio iudicis relinquuntur argu. capit. de cauſis. de offic. delega. gloſa in c. ſtatutum. §. proferendo. de reſcrip. lib. 6. l. 1. ff. de iure deliber. Lappus expreſſe allega. 89. factum ſuper quo verſiculo, itẽ eſt ſcien dum. vbi dicit eſſe recurrendum ad coniecturas, maxime duas, videlicet ad conſuetudinem concedentis, ſi alias noluerit concedere in ſimili caſu, vel cum ſumma difficultate conceſſit. Nam conſuetudo patris familias inſpici debet. l. vel vniuerſorum. ff. de pignoratia actio. l. ſi ſeruus plurimm. §. fin. de lega. 1. Item ſpici in debet ſtylus illius concedentis. Nam ſi de ſtylo curiæ Romanæ erat vt nobilitas exprimeretur, exprimenda erit licet de iure non ſit exprimenda. nota. in cap. ad aures. & capit. in noſtra. de reſcript. Feli. in capitu. ſuper literis. colum. 5. ibidem. quia ſtylus habetur pro iure. cap. ex literis. de conſtitu. capit. qua & graui. de crimine falſi.

Quę ſint qualitates quę reddunt difficiliorem cõcedentẽ.

¶ Aduertendum eſt, quanuis ſit differẽtia inter gratias ad vacatura beneficia, & ad vacãtia. cap. ſi ſuper gratia de offi. de legat. in. 6. gloſa & docto. in cap. eum qui. &c. ſi cui de præbend. eodem lib. tamen quantum ad expreſſionem non fit à iure differentia, quia eadem expreſſio pene in mãdatis & reſcriptis ad vacatura fit, quæ in impetrationibus vacantium beneficiorum. Ita tenet expreſſe Ioannes Andreæ, Domini. & alii in cap. nõ poteſt. in fine de præbẽd. in. 6. vbi ibidem etiã dicunt in diſpenſationibus, quod etiã ſequitur Felinus in d. cap. in noſtra correl. octauo. de reſcriptis. Iſtæ tamẽ expreſſiones nõ fiũt coram ordinario, ſed tantum debent fieri coram papa, & legato de latere clement. 2. de offi. ordinar. & ibi plene Cardina. vbi dicit non eſſe faciendam mentionem, niſi quando illa taciturnitas redderet collationẽ nullam, & niſi quatenus eſſet à iure expreſſum. Felinus in. d. cap. ad aures. 14. concluſ. Tamen fallit in nominationibus, vbi etiam exprimi

Eadẽ expreſſio fit in mãdatis quę in aliis impetrationib⁹.

Source : BIU Cujas

debet verus valor.vt ſupra de collatio. dixi. & in diſpenſationibus etiam ab ordinario conceſſis domi. & Peruſ. in cap. non poteſt de præbend.in 6.

Ignorãtia quã. do vitiet impetratiõẽ.

¶ Limita tamen ſupradicta, quando ratione ignorantiæ impetrãs non expreſſiſſet, quia tunc (ſi poterat gratia ad ius cõmune reduci) non vitiabitur c.gratia.& ibi omnes docto. de reſcri. in ſexto. Panormita.& alii in cap.ſuper literis.de reſcrip.ſi gratia non poterat ad ius cõmune reduci, non excuſat impetrantem.ca. conſtitutus.de reſcriptis.vbi ignorantia numeri canonicorum non excuſat interpretantem, quia gratia non poteſt eſſe valida ſecũdum ius commune,quod vult vt non rumpatur numerus ſtatutus in eccleſia.capit. cum omnes.& capit.cum M.de conſtitutio. plene Felin.in.cap.ſuper literis, col.3.cum ſequent.verſicu.ſecunda concluſio. de reſcri. Et hæc ignorantia iuramento probari poterit tex.in c.nulli.& c.vt circa in fine de electio in 6.& glo.in c.præſumitur.de reg.iur. illo lib.Decius & alii in ca.cognoſcentes.de conſtit.Fallit quãdo eſſet veriſimile quòd habuiſſet notitia, & tamen non expreſſit.nam tunc iuramento nõ probaretur.Roma.cõſil. 481. præſentis dubitationis. vbi plene ſcribit.ibi vide.

¶ Item fallit quando in ſupplicatione oppoſita eſſet iſta clauſula, quòd maior expreſſio in confectione literarum fieri poſſit, tunc vera qualitas poteſt exprimi,ſed non omnes ſimul ex ſtylo curiæ Romanæ. Ita tenet glo ſa in regul.concella. 63. ☞ Nec alia non expreſſa inſignatura,quæ non poſſunt exverbis expreſſis elici,etſi de hac expreſſione exactius atque ad ſtomachum conſequi velis. lege Ioh.de ſelua d.quæſt.11.atque vt ſemel omnia apprehendas, Felin.in d.ca.in noſtra. & quis teneatur probare literas eſſe ſubrepti tias,an proponens,vel is qui eas impetrauit. vide Calder. conſil. 10. A. poſſidet rubr. de proba. ☜

n motu proprio,

n ¶ Motu proprio.] Hæc clauſula non operatur niſi in his quæ in iure expreſſa ſunt. Cardina.in clemen.ſi Romanus,de præben. quæſt.3.vbi dicit quòd motus proprius papæ eſt optimus artifex, omnem habens virtutẽ. ſequitur Peruſ.in ca. ſi pluribus. nota.2.de præbend. in 6.& ſicut papauer teſte Dioſco. & Plinio gignit ſomnum,& quietem,ita & hæc clauſula habenti eam: & non poſſet eſſe maioris importantiæ & vtilitatis, teſte Franciſ.Cremenſ.ſing.135. Videndũ eſt igitur quæ à iure expreſſa ſunt, notandũ eſt quod hæc clauſula operabitur ſuos effectus,etiam ſi conceſſio emanauerit ad ſupplicationem alicuius, vt ſi dicatur, talis nobis ſupplicuit vt concederemus mandatum, cui illud etiam motu proprio concedimus.ſingul.eſt verbum Bal. in capit.niſi.colum.1.de offic.lega. Sequitur Petrus Pariſius in c.accedentes.col.vlti.numero.25.de præſcrip.& hoc innuit verbũ ſequens,non ad ipſius &c. Sic conſuluit Decius conſi.51.& pro tenui.col.2.& cõſi.602. viſo puncto.col.1.

¶ Primus effectus huius clauſulæ motu proprio, eſt, quod licet literæ ad beneficia ſtricte debeant intelligi.ca.quanuis. 1. de præb. in ſexto.tamen ſi motu proprio fuerint conceſſæ,ampliant gratiam,& extendũt. Alber. in.l.beneficium.colum.2.ff. de conſtitu.princi.refert Felin.in ca.cauſam.colum.7. verſi. tertia declaratio. ibi, limita.de reſcrip. colum.10.ac cap.conſtitutus.colum.terti. Ibidem.per c.ſi pluribus.& ibi eſt gloſa de præbend.in 6.

Plures effectꝰ motus proprii.

¶ Secundus effectus eſt, quia collatio beneficii viuentis facta motu proprio, non reddit infamem eum cui eſt facta,nec aliis pœnis afficit.gloſ.in regula cancel.20. licet ſecus eſſet ſi ad petionem fieret.capit. audiuimus.3.quæſt.2.doct.in ca.1.& cap. cum noſtris.de conceſſ.præben. quia non eſt in culpa,cum non procurauerit, & ſine culpa non debet puniri.regula, ſine culpa. de regu.iur.

Source : BIU Cujas

in 6.& plenius q̃ alibi de impetratione beneficii vtentis, vide per Ioan. Dayma in prooemio supra in verbo adiunctũ. vbi vsq; ad sanctitatem videbis. hoc tamen dimisit.

¶ Tertius effectus, decretum motu proprio interpositum ex falsa causa, non est nullũ ipso iure. secus quando ad petitionẽ. Bar. in l. tutor si petitus. colũ. 1. ff. de tutor. & curato. dat. ab his. Curtius in. l. 3. in princip. ff. quod quisq; iur. per. l. si vt proponis. C. de cõfirm. tutor facit c. susceptum de rescrip. in 6. gl. in §. reseruatiões in verbo nullæ de collatio. in prag. vide quæ dico infra de cõclusio. Latera nen. concilii. in verbo decretis. in secũda. q.

pẽsa- ¶ Quartus est, quòd dispensationes factæ
es motu proprio, late interpretari debẽt. Ioan.
do la Andr. Panormi. & alii in ca. cum in cunctis.
nter- §. cum vero. colũ. vlti. de elect. Philip. Perus.
ti de- in c. si pluribus. colum. 1. de præbend. in 6. licet alias cõtra. c. 1. de filiis presbyter. eo lib. cum aliis quæ allegaui in verbo. dispensatio num. supra eodem.

¶ Quintus, inquisitio sine fama præcedente valet. quando fit motu proprio principis. glo. singu. in c. 2. in verbo fuerat. de accusat. quam seq uitur Hippoly. singu. 14. adhoc. & in pract. in verbo constante. nu. 22. & consi. 78. num. 10. Angel. in tract. maleficio. in gl. fama in additione incipiente, principe. licet alias regulariter cõtra quãdo ad petitionẽ c. qualiter de accusatio.

¶ Sextus, quando aliquid fit motu proprio, non requiritur citatio partis, quæ alias requiritur quando ad patris petitionem iudex procedit. Bal. in l. quod fauore. col. 1. C. de legib. Franciscus qui. Curtius in d. l. 3.

¶ Septimus, quod mandatum proprio motu concessum extenditur etiam ad præbendas. cap. si pluribus. de præbend. in. sexto. Ioann. de selua in tracta. de beneficio, in prima parte quæ. 3. nume. 4. limita. 5. ✣ etiam cathedralis ecclesiæ Perus. in capit. quãuis primo §. quanq̃. de præbend. in sexto. ✣ licet in materia stricta appellatione beneficii non veniat prbenda. capi. 2. de præbend. in sexto. vide quæ dico in tracta. nomi. quæst. nona. nume. quinto.

¶ Octauus est quod rescriptum vel priuilegium concessum motu proprio, valet, & extenditur ad litem pendentem, licet non fuerit facta mentio litis. glo. sing. in. l. qui autẽ. in princip. ff. siquis cautio. & ibi docto. Et sic fuit prolatum arrestum, vt refert Aufre. in stylo parlamenti. in. 4. parte, aresto. 83. cõtra Ioannem de Nulli procuratorẽ regium Matiscon. opponentẽ cõtra impetrantẽ suum officium, eo quod non fecerat mentionẽ de lite pendente. In parlamento. Item priuilegiũ motu proprio concessum vt omnes debitores euntes ad exercitum habeant dilationem duorum annorum ad soluendum, proderit etiam debitoribus qui iam erant in causa cõuenti, licet non fuerit facta mentio litis, vt tenet Iacobi. in dicta. l. qui autẽ. vide Panor. & alios in c. causam. 2. de testi.

¶ Nonus est qp intra tres menses quis debet petere cõsecrationẽ & confirmationẽ, alias lapso illo tempore perdit beneficia c. cum in cunctis. §. cũ vero de elect. c. q̃ sit. illo titu. in 6. Si tamen fuerit prorogatũ tempus per papam proprio motu, nõ vacant beneficia quæ prius habebat: secus si ad supplicationẽ. Domi. de Rota decisio. 576. vtrum episcopus. in antiq. per notata in d. §. cum vero.

Decimus, motus proprius validat gratiã in qua non fit mentio qp ecclesia fuerat grauata per eundem papam. Ancha. consil. 138. de natura. col. 1. vide Perus. in c. quamuis. 1. in glos. 1. de præbend,

Vndecimus, quód quãdo iudex delegatus datur alicui motu proprio, non habet locum reconuentio, quia dicitur quædam retorcutio, quæ non procedit quando motu proprio conceditur priuilegiũ. l. penulti. cum authẽ. ibidem posita. C. de sentent. & interlocuto. omnium iudic. Ias. in d. l. 3. per illum textum ff. quod quisque iuris. dic tamen vt ibidẽ per docto. istum effectum non firmantes.

Source : BIU Cujas

¶ Duodecimus, quod mandatarius habens mandatum motu proprio conceſſum, poteſt beneficium pinguius acceptare, ſi duo vno momento vacent. tex. ſingu. & ibi multa dixi in c. ſi. pluribus. de præb. in 6.

¶ Decimustertius, quod tollit defectum perſonæ. Angel. in. l. imperialis. §. ſimiles. C. de nupt. per illũ tex. quem legit cũ authen. quod eis. & quomodo procedat. tradit Alexã. in. l. quidam. ff. de re iud. & infra dico.

¶ Decimusquartus. in gratia conceſſa motu proprio non eſt neceſſe exprimere valorem beneficii regula cancel. 61. Feli. & alii in cap. ad aures. de reſcript. licet ibidem Panor. teneat contra, tamen contra Panormi. eſt cõmunis opinio.

¶ Decimusquintus, habet vim clauſulæ non obſtante in reſcriptis, quæ ſunt contra ius. Bald. in. l. omnes. C. de quadrien. præſcript. Feli. in cap. nonnulli. in princi. colum. 15. ver ſicu. Fallit tertio. de reſcript. dicit hoc verũ, quando erat prohibita impetratio, tunc valebit ſi motu proprio cõcedatur. l. 1. C. de petitis bono. ſubla. lib. 10. ſecus quando cõceſſio non valebit, quia tũc motus proprius nõ faciet valere reſcriptum ſecundũ eum.

¶ Decimusſextus, reſcriptũ cõtra leges motu proprio conceſſum, valet. Ioan. And. in c. 1. colũ. 3. de exceſſib. prælat. in 6. quod fuſius declarãt docto. in. l. nec damnoſa. C de precib. impera. offer.

¶ Decimusſeptimus, reſcriptũ cõtra ius præſumitur conceſſum per importunitatẽ, quando ad ſupplicationẽ conceditur, ſecus ſi motu proprio. gloſ. in c. 1. in verbo noſcatur, de reſcript. in 6. Panor. in c. accedentes. in fine de præſcrip.

¶ Decimusoctauus, valet ſecundum reſcriptum non facta mentione primi, quando in eo eſt appoſita clauſula motu proprio, licet alias contra tex. & ibi Fel. in c. cæterum. nu. 9. & 18. de reſcrip. Allegat text. & ibi Anto. in c. fin. de dila. Peruſ. in c. cũ in illis col. prima in prin. de præben. lib. 6. Imo ſi in primo eſſet ſpecialis clauſula derogatoria, tũc etiã ſecundum motu proprio impetratum, tollit primum dũmodo in ſecũdo ſit appoſita clauſula generalis, non obſtante. Calder. conſil. 11. de priuileg. Decius conſilio. 165. viſo tenore. col. penul.

¶ Decimusnonus, non valet proceſſus per primas literas factus, quando ſecundæ reuocatoriæ erant motu proprio impetratæ, quia ſtatim inducitur reuocatio primarum, etiam ante notitiã, ſecus ſi ad poſtulationẽ. Anto. & Feli. in d. c. cæterum. Soci. conſi. 117. in facto. col. vlti. in 3. volu. Ideo primũ reſcriptũ non reconualeſcit, etiam ſi ſecundus impetrans nõ vtatur ſuo primo per annum, quia quod nullum eſt, nõ poteſt tractu temporis cõualeſcere. l. quod in initio. ff. de reg. iur. nec pars poſſet renunciare, cum conſtet de volũtate ſuperioris.

¶ Vigeſimus, quod quando ſunt mandatarii pares in data, præfertur habens clauſulam motu proprio. regul. 15. in reg. cancel. in ca. duobus. de reſcript. in 6. ☞ Sed in hoc regno ſi in vno mandato deficeret hæc clauſula, non valeret mandatum, quia non haberet formam hic requiſitam, ☜

¶ Vigeſimusprimus eſt, quòd factum motu proprio à papa vel à principe in fauorẽ alterius contra decretum ſuum, valet. Domi. & alii in ca. 2. de præbend. in 6. Soci. conſi. 117. in facto. col. vlt. in 3. volu.

¶ Vigeſimusſecundus, reſcriptũ motu proprio conceſſum ante præſentationem, operatur in fauorem impetrãtis. cap. ſi poſtquã de præben. in 6. Feli. in d. cap. cæterum. colum. 11. verſicu: prima reſtrictio, quod non recipiunt Galli.

¶ Vigeſimustertius, clauſula generalis non obſtãte, tollit ſtatuta iurata iũcta hic clauſulæ, licet alias non tolleret. Domi. in c. 1. colũ. penult. verſicu. nota. hic. de filiis preſby. in 6. Feli. in ca. conſtitutus. col. 4. de reſcrip. quia tunc habetur tantum ratio ad concedentem qui non arctatur legibus. Ideo ſufficit quali-

Source : BIU Cujas

tercunque ſciatur eius intentio, quæ ſatis patet quando motu proprio ſcribit, adiecta etiã clauſula, non obſtante. quod eſt notandũ ſecundũ eos, illud eſſet verum in eo qui poſſet ſcribere & tollere iuramentũ: in alio ſecus, per not. in ca. eccleſia. de conſtitu.

¶ Vigeſimusquartus, prohibitus impetrare reſcriptum, non prohibetur, ſi motu proprio concedatur, vel prohibitus aliquid petere, nó prohibetur, ſi motu proprio concedatur. l. 1. C. de petit. bono. ſublat. lib. 10. quia quod per poſtulationem obtinetur, præſumitur conceſſum per importunitatem: ſed quod motu proprio, ob meritum. Bald. in. l. quod fauore. colũ. 2. C. de legib. regula cancel. 27. in gloſ. Ioan. de Ana. in ca. cum ſit. col. 3. de Iudæ. & in cap. quàm pernicioſum. colum. 5. de vſur. ☞ Vnde dicit gloſ. in. §. ad tollendum de electio. in prag. in verbo procurabit. quod princeps vel alius proprio motu poteſt procurare quod idoneus eligatur, ſi ipſe non procurauerit. ☜

¶ Vigeſimumquintus, quia derogat reſeruationi etiam cum decreto factæ, vbi aliàs nó derogaretur. Feli. in c. in noſtra. col. 10. in 5. correla. de reſcrip. allegat Domi. in c. 2. in fi. de præb. in 6. Idẽ tenet Soci. cõſil. 3. in cauſa. col. 3. in 3. vol. licet D. de Rota deciſio. 489. nuncius, in nouis. contra teneant.

¶ Vigeſimusſextus eſt, quòd is cui motu proprio collatum eſt beneficiũ, non debet examinari, quia de voluntate principis patet illi velle conferre: & inſtar ſacrilegii eſt dubitare, an dignus ſit quem princeps elegerit. l. 2. C. de crimi. ſacrileg. ita expreſſe dicitur in Prouincial. eccleſiæ Ro. fol. 58. verſic. & aduerte. quod non ſeruaretur in ſenatu.

¶ Vigeſimusſeptimus, reſcriptum iniquitatem ſapiens non retorquetur contra impetrantem motu proprio. ſecus ſi ad poſtulationẽ. l 3. ff. quod quiſque iur. Roma. conſi. 327. iſtæ ſunt. quia retorcutio eſt quædam pœna, quæ non cadit in eum qui priuilegiũ meruit, & præſumitur meruiſſe, & iuſte conceſſum, quãdo motu proprio conceditur. Bal. in d. l. quod fauore. col. 2. in 2. oppo. vide gloſ. ſing. in cap. 2. de mutuis peti. Corſe. in ſing. incipien. confeſſio ſimpliciter.

¶ Vigeſimusoctauus, ſi quis mutet domicilium per priuilegium motu proprio conceſſum, mutat etiam forum quo ad cauſas iam cœptas. Alexand. in. l. cum quædam. in prin. nota. vlt. ff, de iuriſd. omn. iud.

¶ Vigeſimusnonus, tollit ſurreptionem. c. ſi motu proprio. de præb. in 6. in quibuſcunque beneficiis, & qualibuſcunque, ſiue ſint maiora, ſiue minora, quia eadem eſt ratio. in hoc enim attenditur voluntas papæ. Cardin. in cle. ſi Romanus. 3. not. per illum tex. de præbend. quia hæc gratia procedit ex mera liberalitate. ideo præſumẽdum eſt quòd ſi fuiſſet ei expreſſum aliud, æque conceſſiſſet, vt tenet Soci. conſi. 115. fundata. col. 1. in. 3. volu. & quia nil poteſt imputari impetranti non ambienti. Ancha. conſi. 295. pro clariori. ſiue fuerit appoſita à papa. ſiue à legato. cap. fi. de offi. leg. in 6. ☞ Et ibi gloſ. quam ſequuntur communiter docto. glo. & ibi communis turba docto. in cle. vna de offi. lega. vbi Bonifa. reſpondet opinioni contrariæ Io. Monach. & plene Probus in addi. ad Ioannẽ monach. in dicto ca. fi. Imol. in cle. ſi Romanus. & ibi Bonifa. de præb. glo. in regul. cãcel. 15. Boer. in tracta. de digni. lega. fol. 8. & Peruſ. in c. ſi poſtq̃ col. 1. de præb. in 6. & ☜ Ioan. Brunel. tract. de dignit. lega. conclu. 31. niſi ſurreptio competeret re ipſa, vt per Egid. de bella mera deciſio. 472. ſi epiſcopus. & 475. quia papa in ſpecie non eſſet veriſimiliter conceſſurus, arg. l. obligatione. ff. de pignor. Bonifa. in cle. 2. col. 2. de præbend. Item ſicut purgat taciturnitatẽ beneficiorum, ita omnem aliã taciturnitatem, quia non eſt dare rationem diuerſam. Feli. in dicto cap. ad aures. nume. 6. vbi vide fuſius.

¶ Trigeſimus, firmat gratiam in his in quibus princeps habet plenam notitiam. l. idem Vlpianus. ff. de excuſa. tutor. ſecus in quibus

Source : BIU Cujas

non habet notitiam. Bald. in. l. fi. C. de crimi. ſacrileg. Feli. in dicto cap. cauſam.

¶ Trigeſimus primus, vnio valet non facta expreſſione valoris, ſi motu proprio fuerit facta. d. c. ſi motu. glo. hoc expreſſe tenet in regula cancel. 21. in fi. Feli. in cap. ad aures. col. 6. verſic. quinta concluſio. de reſcript. ſequitur Ioan. de Selua in tracta. de beneficio, in tertia parte. q. 12. nume. 4.

¶ Trigeſimus ſecundus, quòd licet ſit facienda mētio de numero canonicorū iuramento firmato. c. conſtitutus. de reſcrip. tamē clauſula motus tollit illā ſurreptionē. Ancha. cōſil. 138. de natura. col. 1. intellige vt ſupra dixi. quod non reciperetur in Francia ratione formæ hic traditæ.

¶ Trigeſimus tertius, quòd ſi papa motu proprio eximat monaſterium, & capellas, tales N. eas nominando, tunc ex quo papa fundat intentionem ſuper illa aſſertione, probatur quòd illæ capellæ ſunt illius monaſterii. ſecus ſi ad ſupplicationem alicuius hoc fecerit papa. Panor. & alii in c. dudum. col. vlt. de priuileg. An procederet in hoc regno, deciditur in rub. de ſubla. cle. literis. infra.

¶ Trigeſimus quartus, priuilegium datum dignitati conceſſæ motu proprio, durat etiam finita adminiſtratione, ſecus ſi ad partis inſtantiā. Bar. in. l. vniuerſi. C. de legat. lib. 10. quem refert Feli. in cap. cauſam. 2. col. 3. de teſti. dicens iſtam clauſulam fauorabilem, & late ampliandam.

¶ Trigeſimus quintus, quòd papa præſumitur vti plenitudine poteſtatis ratione huius clauſulæ, licet aliàs. contra. Anto. de Butrio in ca. conſtitutus. col. 2. de reſcript. ſequitur Feli. in dicto ca. cauſam. col. 4. glo. & docto. in cap. ad hæc. de reſcript.

¶ Trigeſimus ſextus effectus eſt, quod priuilegium cōceſſum motu proprio, derogat priuilegiis conceſſis gratia publicæ vtilitatis, tanq̄ ſi emanata eſſet ſecunda iuſſio. ita expreſſe conſuluit Roma. conſil. 436. quod indultū. nume. 11. per. l. 1. C. de peti. bono. ſubla. lib. 10. licet aliàs contra. Bal. in. l. iubemus. r. col. 1. C. de ſacroſanct. eccle. l. vna. vt nemini liceat in emptio. ſpecie. lib. 10.

☞ ¶ Trigeſimus ſeptimus eſt, quòd collatio motu proprio facta patrono, qui aliàs habebat præſentationē, valet ſine alia præſentatione, nec cēſetur præſentare ſeipſum, quòd etiā nō poteſt. c. per veſtras de iure patro. ſed collationi factæ poteſt expreſſe vel tacite cō ſentire. Card. conſil. 62. in eccleſia nu. 5. quæ non eſt nulla non proſequente patrono. c. de cernimus. 16. q. 7. de Rota deciſ. 528. nota in fra in anti. hoc expreſſe tenuit. Panor. in d. c. per veſtras col. 1. Ioan. Dayma in procœmio. ſupra in verbo adiunctum. fol. 102.

¶ Trigeſimus octauus eſt, quod quanuis iudex excommunicatum ad partis inſtantiam abſoluere non poſſit, parte nō vocata, ſecus ſi motu proprio fuerit excōmunicatus. gloſ. in ca. excommunicatos. 11. q. 3. ſequitur Bal. in. l. ſi pacto. col. prima. C. de pact. dixi. ſupra. in verbo innodatus.

¶ Trigeſimus nonus effectus eſt, quod conceſſio motu proprio facta à principe alicui, cenſetur eſſe donatio, & is cui facta eſt nulla inquietudine laceſſendus eſt. l. 1. & ibi glo. & docto. C. de quadriennii præſcriptio. faciunt notata in. l. cum quid. ff. ſi cer. pet.

✣ ¶ Quadrageſimus eſt, quod ſi motu proprio vacante ſede conſtitutum ſit ſalarium œconomo illud eidē debebitur, ſecus ſi œconomus peteret ſalarium Alexā. in additio. ad Bar. in. l. à tutoribus. §. fi. ff. de adminiſtra. tutor. per ibi nota.

f ¶ Diſtulerint.] Differre dicitur quãdo non confert intra ſex menſes. c. 2. de cõceſ. præb. vel ſi non cõfert intra tempus ab executore præſtitutũ: vt nota. ĩ c. ſi capitulo. de cõceſſ. præben. ☞ vel verius, quando eſt requiſitus ordinarius, & non confert, ita ſeruatur, vt facta per mandatarium requiſitione, ſi ordinarius nõ conferat executor cõferre poſſit nõ expectato alio tempore, vt in gloſ. ſe. dico in caſu negligent: æ ſic quando differt. ☜

Differre quãdo dicatur ordinarius

diſtulerint, aut

Source : BIU Cujas

✣ Si tamen ordinarius mortuus esset cui directū est mandatū tunc poterit mandatarius requirere capitulū quod potest cōferre beneficia, quorū collatio est necessaria, vt in hoc casu secus in volūtaria. c. 2. & ibi interpretes ne sede vacan. gl. in verbo dispoſuerit. in §. si qs vero. de coll. supra & i trac. de pacifi. posse. in fi. & si capitulū recuset executor cōferre poterit quod est mēti tenendum.

g ¶ Negligentes fuerint.] Et sic ante negligētiam vel recusationem nil tenetur facere hic executor datus ad prouidendum, tenebitur tamen post ea facere processum, vt cognoscatur eum seruasse mandati formam. secus quando papa confert, quia tunc executor, nec quidem processum vel aliud facere tenetur vt expresse tradit Domi. in conci. 14. in hac causa. colum. 2. Item facit. c. si capitulo. de cōcess. præben. in. 6. vbi executor datus vt prouideat in negligentiam capituli, debet prius terminū competentem præfigere capitulo, quo elapso & non ante prouidere poterit, quia non potest detegi negligentia, nisi assignetur terminus ab homine. glo. & ibi Panor. in. c. extirpandæ. §. qui vero. de præbend. text. in. c. si tibi absenti. illo titu. in. 6. l. mancipiorum. ff. de optio. lega. Feli. in cap. si autem. colum. 2. versi. negligentia. de rescript. ☞ In hoc tamē regno sufficit requirere, & si collator recusset, poterit executor cōferre iuxta formā hic datam, quæ tam in casu recusationis, negligentiæ, q̄dilationis, negociū executori cōmittit per ea quæ dixi in gl. prox. ☜ Quomō sunt in his casibus puniendi collatores recusantes, vide quæ plene dixi in tract. no. q. 19.

h ✣ Conferre.] Ergo executor apostolicus per hūc text. potest conferre beneficium, etiam si patronus non præsentet, quia non mandat papa præsentare quando patronus, recusat vel negligit, seu differt, iuxta mandatum debet executor facere. capit. cum dilecta. de rescript. & vt vitetur circuitus. ele. auditor. de reseri. l. dominus. ff. de condi. indebi. & quia executor præsentādo nō assignaret beneficiū cum omnibus iuribus quod vult hic tex. fieri debere, imo si recusante patrono executor præsentaret episcopo, qui recusaret functus esset officio suo, & recursus haberi forte deberet ad papam, & quia verbum cōferre est latum, vt etiam comprehendat præsentationem, vt supra dixi in §. statuimus. 2. in glo. conferatur. de colla. Nec refragatur. c. super eo. de offic. deleg. quia loquitur in rescripto iustitiæ, hic in rescripto gratiæ, quod est ampliandum, tū in fauorem cultus diuini, qui insurgit ex collatione executoris, quia non diu vacat ecclesiæ doct. in. c. quam sit. de elec. in. 6. tū ne mā datum sit sine effectu. Ad hæc quando papa facit alicui gratiā motu proprio, vt hic, vel de plenitudine potestatis, tunc executor poterit cōferre, & alias prouidere, cū sit datus ad prouidendū. c. si capitulo. de cōcess. præbē. in. 6. Innocē. & alii. in. d. c. super eo. Nec me mouet quod papa non intendit alicui præiudicium facere, vt dicitur in. d. c. super eo. & in. c. quāuis de rescrip. in. 6. quia hoc est verū in dubio. secus quando constat quod hoc vult, vt hic, vbi mandat conferre & assignare non assignaret, si tantū præsentaret hic cōsului pro magistro Laurentio Berardo clerico Heduen. diœce. Romæ degente, qui è Roma misit ad me hoc dubium cum aliis vt cō-

Source : BIU Cujas

fulerē & fusius loquor in d.cōsilio incipien. Parisien. 4-1

Quid significent hęc verba ōnia & singula.

¶ Omniaque & singula.] Per hæc verba nō solū factum, sed etiā qualitatē facti vult exequi, cū hæc verba omnia & singula, hoc importēt. glo. in c. vt circa. in verbo omnia. de elec. in 6. Barb. sequitur eā in cōsil. 37. plane. col. 3. in 3. volumine & consi. 74. omnia quæ. col. 2. ibidem. & consil. 59. à loue. col. 2. ibi. & c. si quis præsbyterorū. col. 2. de reb. eccle. nō alie. vide Feli. in c. eā te. col. x. & seq. de rescrip. vbi dicit sufficere quo ad mentē sic dicere, oīa in literis cōtenta exequi curetis. Sed additum fuit singula, ad euitandū friuolas licet subtiles occasiones, ne quis forte dixisset, aliud vniuersi, aliud singuli. natura ergo istorū verborum est, vt nihil prætermittatur. Iason in. l. 1. col. 4. ff. de leg. 1. allegat Bar. cōsi. 113. qui hoc nō dicit, vide gl. in verbo omnia supra in forma manda. Fel. in c. sedes. col. 9. in 6. declaratione de rescri. Card. in ca. vno §. sane. de statu. monach.

K ¶ In omnibns & per omnia.] Generalissima sunt hæc verba, teste Ludo. Roma. consilio. 82. columna. 2. quo ad id. & valde latissima. Angel. consilio. sexto. lata est. vbi dicit quod licet latissima sint, recipiunt tamen interpretationem, ne ad intellectū iniquissimū perducantur, sed coaptentur iuri communi quantum possunt. & sic recipiunt restrictionem, ne sequatur absurdum vel inconueniēs & etiam recipiunt restrictionem datam ab aliis iuribus. Alexand. & alii. l. 1. ff. de legatis. 1. sequitur Curti. consilio. 50. memoriæ. numero. 194. versic. 4. corroborantur. quasi velit dicere text. curetis exequi mandatum in omnibus & per omnia, id est sine aliqua exceptione, & plene in omnibus suis partibus. l. secunda §. furiosus. ff. de iure codicill. secundū tamen iura & consuetudines regni.

¶ Item finito mandato & extincto, non poterunt executores exequi vt notat glosa in regula Iulii secundi in vltima parte: vbi dicit quòd si papa cōcessit priuilegiū instar de scriptorū in rotulo papæ, quòd sicut p mortē papæ expirat priuilegiū familiarium de scriptorum in rotulo ita & istorū. vide ibi, quia sublato principali & accessoriū. l. cū principalis. ff. de reg. iur. de facto. iuris autē contradictores non poterit compescere. glos. singul. in cap. pro illorū. in verbo. contradictores. de præb. Idem si dicatur, amoto quolibet cōtradictore, intelligitur de cōtradictore de facto, & non de iure, per illam glos. quam sequitur Corset. in singu. incipien. molestia. vbi plus tenet, quòd si quis prohibitus sit molestare aliquem, intelligitur de facto, per glo. in. l. si seruum. §. prætor. ff. de acquir. hære. Et verba, reuocetis in irritū quicquid fuerit in tali causa factum, intelligūntur illegitime factum. text. & ibi Panormitanus. in cap audita. de restitu. spol. Possem adducere sexcenta similia, quæ tradunt docto. in. l. quidam cum filium. ff. de verbo. obliga. Felin. in cap. causam. colum. 11. & sequent. vers. non obstante de rescript. Barb. in repet. capit. Raynaldus. colum. 123. de testa. & consil. 12. scribitur. colum. 7. in 1. volum. ac consi. 59. clementissimi. colum. 5. & sequen. ibidem. & cōsil. 38. præclare. colum. 5. in 2. volum. ac consil. 44. illud afferam. colum. 2. in 3. lib. ac cōs. 56. à ioue. col. 5. ibidem. necnon in consi. 79 illud. col. 9. in eodē volu. & consil. 4. illud. colum. 10. in 4. volu. & consil. 40. clementissimū. col. 17. ibidem. omitto Alex. cōs. 52. viso testamento. in. 2. vol. Alios etiā nunc missos facio, ne turba allegationū lectorē fatigem. non tamen pōt hic executor excōmunicare.

lo assignatis) oīaque & singula alia in dictis literis cōtenta, alias iuxta earundē continentiā atque formā k in oibus & per omnia facere & exequi curetis, cōtradictores (prout iustitia suadebit) ad hoc compescendo, non obstantibus

l ¶ Contradictores] Appellatione cōtradictoris quis veniat & molestiæ

Source : BIU Cujas

xcutor regno cig nō cōmu- at.

Do.in c.1.in fi.princ.de cōcef.præb.in 6.vbi dicit executores non habere iurifdictionē ni fi cōtra refiftentes, vel rebelles indebite, fed in hoc regno feruatur ✣ quod nō poffet cōpefcere etiā contradictores de facto fed hoc fit per ordinarios nec etiā ✣ pōt excōicare fed tantū cōferre.&fi excōicet,ab eo ad fenatum tanq̄ ab abufu appellatur, vt vidi practicari, & ipfe cōpelliſ tur fuo fumptu abfoluere. nec poffet hic exe cutor aliquē impedientē priuare beneficiis. Dom.in c.1.§.1.col.2.de homic.in.6. quē fequitur Dec.in.c.1.col.pen.de offi.deleg.quia priuatio beneficiorū non fit fine magna cau fa.c.inuentū.16.q.7.Et etiā quia eidem non eſt conceſſum.ideo extra conceſſa nō faciat c.cū dilecta.de refcrip.& in hoc tex. dicitur prout iuſtitia ſuadebit. Aliquando in refcripto ſolet apponi,amoto quolibet detentore, quæ operatur, vt refcriptū valeat non facta mētione poſſeſſionis coloratæ alter ius:quod alias nō valeret.c.cū noſtris.de cōcef.præb. Imol.in c.cū vniuerſorū.col.1 de rerum permut.Intellige etiā ſi apponatur tantum in literis executoriis, quia in literis gratiæ nō ſolet apponi.Feli.i c.in.noſtra correl.36.de refcrip.allegat conſiliū Cardin.corrupte tamē vide ibide.Sed cōtrarium tenet Calder.cōſi. 25.an valeat.rub.de præb.& Franciſq. Curtius in cōſi.3.placet.col.1.inferto poſt tractatum feudorum.Et is executor ordinem iuris ſeruare tenetur, teſte Collecta.in dicta. cap. proillorum.col.2.

omnib⁹ quę in dictis literis voluimus non obſtare. Datum &c.

¶ Pro[a] regularib⁹ aūt[b] ſimilis forma illis

a ¶ Regularibus] ii dicuntur,qui ad viuēdum ſecundū regulā, q̄ profeſſi ſunt, tenentur, ſiue ſint monachi, ſiue canonici regulares ca.quod dei timorem de ſtatu monach. hoc expreſſe declarat Hoſtien. in ſumma de regul.§.1.vbi plus dicit in.§.ſeq.quod regularis dicitur ab illa regula quæ ad recta ducit, &normā recte viuēdi tribuit,& quod diſtorſū pranumq; eſt corrigit.c.regula.3.diſt.&ii profitentur tria ſubſtantialia regulæ,pauper tatē,caſtitatē.& obedientiā.c.cum ad monaſterium de ſtatu mo.& in rub.de regula.plene doct.tradūt.tu illos ſi lubet videto,& quæ dixi in tract.nomi.q.15.nume. 23. Seculares dicūtur omnes q̄ nō profitentur regulam. Bal.in c.licet. de offi. ordin. ✣

b ¶ Similis forma.] Similis dicitur forma. qa generaliter ad omnia beneficia regularia debet dirigi hoc mā datum ad dignitates & officia, ſicut mandata data ſecularibus, & ſunt dati executores,& clauſulæ ſubſtantiales poſitæ in mandatis ſecularium debent poni in mandatis regularium.Sunt tamen multæ differentiæ, vt licet videre.non tamen minus dicitur ſimilis forma,licet non oīno ſimilis ſit.tex. in c.tibi qui.& ibi Alex.de Antilla. in vlt.oppo.de reſcript.in 6.Item dicitur ſimile quod non eſt idem formaliter,nec per omnia.ſed eſt idem in effectu,& ratione.tex. & ibi Bal.& Iaſon in.l.qui liberis.in princ.ff.de vulga.vnde dicit Boetius ſuper topica Tullii, quem citat Ioannes Andreæ in cap.non poteſt. de præbend.in 6. quod ſimilitudo eſt rerum differētium eadem comparatio, ſeu qualitas.& alibi dicit Bald.in.l.ſi quis non dicam.colum.1 C.de ſacroſan.eccleſiis.quod ſimilia ſunt,in quibus eſt eadem ratio, vel quando eſt eadē qualitas. Sed eadem ſunt quorum eſt eadem ſubſtantia. Euerardus in ſuis locis legalib.loco à ſimili.fo.23.& ſequē.Et illa ſunt ſimilia, quorū ſunt diuerſi termini & vna ratio vel qualitas.l.quæritur. ff. de ſtatu homi. Bal.in.l.neque.ff.de legib. vel ſimile dicitur, quod eſt ſimile quo ad quædā,& non quo ad omnia.l.prima.ff.de arbitr.§.inter.inſtitu.de nupt.vel ſimilia dicuntur, vbi eſt eadē ratio in genere,ſed nō in ſpecie,& ſic nō videtur requiri oīmoda ſimilitudo,niſi in ſuo genere.l. non ſolū.§.q̄ primipilū.ff.de excuſa. tuto.gl. nota in c.nō pōt in verb.curā de præb.in 6.

Simile quando dicatur vel idē.

Source : BIU Cujas

vel ſimile eſt quod pari æquitate vel maiori nititur cum eo cui aſſimilatur. argu. nota. in.l.ſi quis ſeruo.C.de furt. Arch.in c.2.in fine de procurato.in 6. Et ſic nō requiritur talis ſimilitudo, ſed in eo de quo agitur, vel ad quod cōfertur.ca.cum dilecta. de confirma.vtili.c.per venerabilem.§. verum. qui filii ſint legiti.

Et proprie illa dicitur ſimilitudo quando eſt plena ſimilitudo.& vbi ſunt plures cōuenientiæ quàm differentiæ,alias non dicitur ſimilitudo.Bal.& Iaſ.l.prima.C.de iure emphyteo Et multa de hoc argumento à ſimili tradit Claud.cantiuncula in topica iuris,& nouiſſime Ioan.appellus in ſua methodica, ac Chriſto.Hegendor.in arte differendi. ☞ ſic cū certa forma pro regularibus non aſſignetur hic expreſſe, pro modico defectu non debet illorum mandatum annullari,ſi habeat clauſulas ſubſtantiales:ideo quandoq; dixi mandatum regularis eſſe validum:licet in eo iſta clauſula non eſſet ſcripta, eique cura immineat animarum, cum primo expreſſerit curatum beneficium.& iſta clauſula, eique cura &c.non eſt niſi quædā declaratio, quæ ſatis ex ſupradictis apparet, idē dico ſi iſta verba eſſent in mandato regularis, dummodo electiuus,electiua, vel electiuum, & dignitas cōuentualis non exiſtat,quia intelligitur tantū excepta dignitas conuentualis electiua,ſicut ſolet in aliis mandatis excipi,ideo eſt quædā interpretatio non reſtrictio,cum copulatiue tradatur,ſecus ſi alternatiue verba in mandato inſerantur, vtpote dūmodo prioratus,ſeu alia dignitas cōuentualis, vel officium huiuſmodi clauſtrale nō exiſtat,quia nimis reſtringeret dictum mandatū,& ſic hæc forma vltima fuit reprobata per Senatum Pariſien.anno.1536.Maii.13.☜

¶ Notandum eſt,quōd hoc argumentū à ſimili,ſi rite ſumatur,eſt forte,& tollitur data diſſimilitudine.glo.in cap.ſicut vrgeri.1.q.1. & ca.nuptiarum.27.q.1.ideo allegans ſimili-
tudinem, eam probare debet, ſaltem colo-
rate.nam non eſt credendum ſimplici verbo dicentis.l.auctor.C.de proba.Io.Baptiſta in repeti.l.omnes populi circa finem. ff.de iuſt. & iure. poſtquam quis oſtenderit ſimile, qui vult dicere non eſſe,probare hoc debet. Panormitanus.& alii.in c. tranſlato.de conſtitut. Vnde aduocatus debet eſſe cautus ad oſtendendā eſſe diſſimilitudinem, vt papa facit in ca.per venerabilem. verſic.verum qui fil. ſint legi. Alexā.in addi.ad Bar.in.l.quod Nerua.ff.de poſit.Bal.& alii in.l.non poſſunt. ff.de legib. Et de triplici ſimilitudine tradit Stepha. de Feder.in tracta.de interpretatio.iuris in vltima parte.colum.2.Benedict.in repe.c.Raynutius in verbo mortuo.in.2.nū.38.de teſta. Feli.in c.capitulum.col.2.verſi.nullum ſimile.de reſcript. ✣ vide ſeptem caſus in quibus non procedit argumentum à ſimili per eundem Feli.congeſtos in cap. præterea nu. 9.cum ſeq.deſponſa. ✣ multa ego ipſe addidi ad dictam.l.non poſſunt.

Probari debet ſimilitudo & diſſimilitudo

c ¶ Conueniens.] Conueniens dicitur ſi regularia mandet prouideri in mandatis regulariū,in multis tamen diſconueniunt à mandatis ſecularium.quia in his dicitur, vitæ ac morum honeſtas.&c.vel ſi ſit graduatus, literarum ſcientia vitæ ac morum honeſtas. &c.in mandatis regulariū dicitur, venerabilis religiōis zelus.&c.vt patet in Prouincia. fo.66. Rub.de exordiis in beneficialibus, & infra.in forma ſequenti patet.

Differentig inter mādata ſeculariū & regularium.

¶ Secunda differētia,quia regularis nō ſolet creari canonicus ad effectū obtinendi dignitates,vt infra licet videre in ſecularibus,ſecus vt ſupra in proxima forma habetur.

¶ Tertia differentia eſt,quia in mandato regularis directo abbati non habenti niſi collationem in eccleſiis ſui monaſterii, non apponitur clauſula, vel alterius eccleſiæ, vt ſupra dixi. Tutius erit tamen apponere,ne proceſſibus inuoluatur quis, ſed non neceſſarium, & ſi non apponatur mandatum non erit nullum.

Source : BIU Cujas

¶Quarto nō ſolet pro monachis poni clauſula, etiam ſi parochialis eccleſia vel eius perpetua vicaria &c. quia ipſi non debent eccleſias parochiales obtinere. cap. cum de beneficio. de præbend. in 6. Panor. in. cap. de monachis. de præbend. &c. quod dei timorem. de ſtat. monac. dixi ſupra non procedere in canonicis regularibus ſancti Auguſtini & Præmonſtraten. Aliquando ex priuilegio conceditur etiam monachis ſancti Benedicti, vt poſſint eas habere. quæ ſunt illius ordinis.

☞ ¶Quinto, non vidi apponi in mandatis regularium, etiam ſi parochialis &c. aut capella, vel perpetua capellania fuerit, quia regulares non ſolent habere illas capellas, aut capellanias, ſi tamen haberent eſſet neceſſarium in mandato inſerere, & qui dicit regulares collatores habere capellas, probare debet. l. ei qui. ff. de proba. ſed in mandatis ſecularium eſt neceſſaria illa clauſula, vt licet ſupra in forma mandati videre. ☜

¶Sexto, in mandatis regularium ſolet apponi de beneficio per monachos vel canonicos dicti monaſterii obtineri ſolito, quideri poſſit. & alibi dicitur, beneficium eccleſiaſticum cū cura vel ſine cura per eoſdem monachos obtineri ſolitum &c. in mandato ſecularium generaliter mandatur, vt in eo eſt videre.

¶Septimo in mandatis ſecularium dicitur, ſi extra Roma. curiam vacare cōtigerit &c. intendit papa de illo non mandare. in mandatis regularium non apponitur illa clauſula: quia monachi extra ſuum monaſteriū reſidere non debent. cap. placuit. capit. iuxta & ſeq. 16. q. prima. Ideo illa clauſula non ſolet apponi. ☞ Si tamē apponeretur, non vitiat, quia ſuperflua non vitiant. l. teſtamentū. C. de teſta. & bonum eſt apponere propter reſignationes quæ in curia fiunt. ☜ Hodie frequentes ſunt in curiis, ita vt quidam dicerent eos videri in tribus deo ſimiles. Primo, quia vbique ſunt, etiam aliquando in lupanari. Secundo, quia omnia noua ſciunt, vagando ſic per ciuitatem. Tertio, ſunt deo ſimiles in non peccādo, quia cum accuſantur, nimis ſe defendunt nunquam ſe peccaſſe dicentes.

☞ ¶Octauo, clauſula in fine mandati ſecularium appoſita, videlicet ſeu ſi dictus N. præſens non fuerit &cæ. non apponitur in mandatis regularium, quia hic ſemper debet eſſe præſens in monaſterio. nam ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine monaſterio monachus. cap. placuit. 2. in. 16. q. 1. ☜ Aliæ differentiæ colliguntur ex his formis, vide quæ dixi in §. volumus. in gloſ. condecentiam. de collatio. ſupra.

¶Notandum eſt quod formā ſequentem poſui pro regularibus, quia multa dubia quotidie vidi occurrere ſuper illa. & ſciendum eſt differre à proxima ſuperiori, quia illa dirigitur duobus, iſta vni. illa ſecularibus, hæc regularibus. illa ad ſecularia, hæc ad regularia. illa datur primo mandatario, iſta ſecūdo aliæ differentiæ patent ex inſpectione vtriuſque formæ: & etiā in proxima glo. dixi alias differentias.

¶Forma mandati Apoſtolici pro regularibus.

LEO epiſcopus, ſeruus ſeruorūdei. Dilecto filio N. abbati monaſterii ſancti N. ordinis ſancti Benedicti diœceſis. N. Salutem & apoſtolicam benedictionem. Religionis zelus, vitæ ac morum honeſtas, aliáque laudabilia probitatis ac virtutū merita, ſuper quibus dilectus filius N. monachus monaſterii tui, apud nos fide digno cōmendatur teſtimonio, nos inducunt, vt ſibi reddamur ad gratiā liberales. hinc eſt quòd nos cupientes, vt eidem. N. iuxta illius quæ per felicis recordationis Gregorium papam. IX. prædeceſſorem noſtrum adtunc epiſcopum Nouionen. directa extitit, quæ incipit mandatum, & aliarum duarum illam immē-

Source : BIU Cujas

diate ſequentium decretalium formas, de aliquo beneficio eccleſiaſtico, cum cura vel ſine cura, per monachos dicti monaſterii obtineri ſolito ad tuam collationem, nominationem, ſeu præſentationem, & aliam quãcunque diſpoſitionem, prouideri poſſit, ac volentes præfato. N. qui vt accepimus, ordinem ipſum expreſſe profeſſus extitit, præmiſſorum meritorum ſuorum intuitu gratiã facere ſpecialem, ipſumque N. à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectũ præſentiũ duntaxat conſequendũ, harum ſerie abſoluẽtes, & abſolutum fore cenſentes, nec nõ omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica, cũ cura, & ſine cura, quæ dictus. N. etiã ex quibuſuis diſpenſationibus obtinet, & expectat, ac in quibus & ad quæ ius ſibi quomodolibet cõpetit, quæcunque, quotcunq; & qualiacunque ſint, eorũq; fructuum, reddituũ & prouentuũ veros annuos valores, aç huiuſmodi diſpenſationũ tenores præſentibus pro expreſſis habẽtes, motu proprio nõ ipſius N. vel alterius pro eo. nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus. quatenus etiã ſi tibi pro alio de vno tantum beneficio ſcripſerimus, qui ſimile mandatum, aut ſimilẽ gratiam proſequatur, beneficium eccleſiaſticũ, cum cura, vel ſine cura, per eoſdẽ monachos obtineri ſolitũ, etiam ſi prioratus, præpoſitura, præpoſitus, dignitas perſonatus, adminiſtratio vel officium fuerit, aut capella vel perpetua capellania fuerit, ei que cura immineat animarum dummodo electiuus, electiua, vel electiuum non exiſtat ad tuam collationem, prouiſionem, præſentationem, nominationem, ſeu quauis aliã diſpoſitionẽ pertinens, ſi quem quam vel quod poſt mẽſem, poſtq; præſentes literæ tibi præſentatæ fuerint, extra Ro. curiã vacare contigerit, cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis eidem N. conferas & aſſignes, ac de illo etiam prouideas, ſeu eum ad illud præſentes, vel nomines, inducens eundẽ. N. vel pro curatorem ſuum eius nomine in corporalẽ poſſeſſionẽ beneficii iuriũque & pertinentiarum prædictorum, & defendens inductũ, ac faciens N. vel pro eo procuratorem prædictum ad beneficium huiuſmodi quodcunq; fuerit (vt moris eſt) admitti, ſibique de illius fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis integre reſponderi, nõ obſtantibus cõſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac monaſterii & ordinis prædictorum iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & cõſuetudinibus cõtrariis quibuſcunq;. Aut ſi tibi ab apoſtolica ſit ſede indultũ quòd ad receptionẽ vel prouiſionẽ alicuius minime tenearis, quodq; de huiuſmodi vel aliis beneficiis ad tua collationẽ prouiſionem, præſentationẽ nominationẽ ſeu quauis aliã diſpoſitionem ſpectantibus nulli valeat prouideri per literas apoſtolicas, non facientes plenã & expreſſam, ac de verbo adverbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ ſedis, indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, perquam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus huiuſmodi gratiæ impediri valeat, quomodolibet, vel differri, & de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, datum Romæ &c.

¶ Sed quia aliquãdo vidi impetrari mandatũ per ſeculares directum regularibus, & parum differt à forma prima ſupra poſita, niſi quod in iſto dicitur Leo &c. decretaliũ formas de beneficio eccleſiaſtico, cũ cura, vel ſine cura, per clericos ſeculares obtineri ſolito, etiã ſi parochialis eccleſia, vel eius perpetua vicaria aut capella ſeu perpetua capellania fuerit, adveſtrã collationẽ &c. Et poſtea dicitur qui ſimilẽ gratiam, proſequatur beneficium.

vide quando dirigatur mãdatum regularib⁹, per ſeculares impetratum.

Source : BIU Cujas

ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, per eosdē clericos obtineri solitum, etiā si parochialis ecclesia, vel eius &c. & aliæ ponuntur clausulæ, sicut in prima forma supra habetur alia ibidem vide.

¶ Nō ponitur hic forma literarū executorialiū pro regularibus quia parū differt à secularium forma. de qua supra. ideo eam missam facio.

a Statuimus quoque & ordinamus quod in regno delphinatu & comitatu prædictis omnes & singulæ causæ, exceptis maioribus in

¶ Rubrica de causis.

¶ Hic ponitur causa pro conflictu iudiciali, que definitur sic in cap. forus. §. causa de verbo. signific. Causa est materia & origo negocii nedum discussionis examine patefacta quæ dum proponitur, causa est: dum discutitur, iudicium, dum finitur iustitia. & dicitur à casu quo venit, vt ibi dicitur. & Lucas in l. vna. C. de senten. aduer, fis. lat. lib. 10. Et quot modis causa sumatur. tradit Alber. in dictiona. in verb. causa, & ibi, addidi. & Lanfranc. in repet. clemen. vnicæ de causa possess, Ruger. de mota, & alii in rubr. de causa possess. Soci. in repet. cap. ad audientiam. ver sic. assumo. de homicid. Et causæ dicuntur hic generaliter tam ante litem contestatam quam post. sic. in. l. 2. §. si autem causæ adhuc pendentes. C. de iureiur. propter calum. dan. l. properandum. de iudic. authen. qui semel. C. quomo. & quando iudex. capi. super quæstionum §. nos autem. de offic. deleg. & glos. in. l. causas. C. de transactio. dicit causam esse quæ habet in se controuersiam, secūdum Tullium. & sic post litem contestatā, quā se quuntur Iacob. Butrig. Bald. & Sali. sed alteram opinionē tenent cōmuniter alii ibidem & Roma. consil. 412. pro habenda. Georg. Natan in repet. clment. sæpe. in princ. col. 5.

in verbo causas. de verbo. signific. intellige tam de causa ciuili quàm criminali, cū generaliter accipiatur, licet multæ sint differentiæ inter causas ciuiles, & criminales, quàs tradit pulchre Hippoly. Marsilius in sua practi. §. expedita. numer. 62. cum seqūē. Et intellige etiam de causis mixtis, & etiam de prophanis, & spiritualibus, vt intelligit gl. in clement. 1. de re iudic. & expressa glo. in §. statuit. eod. titul. in pragmatic. Hic multa dicerem de causa, sed forte extra oleas. Itē causa quædam est principalis, & secundaria, & vtraque est duplex, scilicet vniuersalis, & particularis, alia mediata, alia immediata. Bald. in. l. ex placito. quæstione prima. C. de rerum permutat. declarat. Albert. brunus in tracta. de forma solen. actus in rubr. prima & de causa efficiente, formali, & finali, declarat Calde. in proœmi. Decretal. & Cristo. por. in proœmi. institut.

Quæritur quæ sit causa,

a ¶ Statuimus.] Regula ergo hic sumitur æqua & iusta, quòd quilibet in sua prouincia & coram suo iudice est conueniendus authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. & 3. quæstio. 6. per totum. vbi in summa gl. tradit casus fallētiales. & 6. q. 3 etiam per totū. Imo etiam cū cōsensu vtriusq; partis non posset per laicum iudicis laici sine domini consensu de consuetudine in Francia prorogari iurisdictio, sicut nec ex vassali cō sensu. not. in. l. 1. ff. de iudic. & in capit. cæterum. de iudic. Bart. Alexand. & alii in. l. prima. §. & post operis. ff. de no. oper. nūci. quod nota. in. §. præterea. 2. de prohib. feud. al. ena. per Federic. ✦ Bald. in cap. de causis col. 4. in fi. de offic. deleg. & col. 7. vbi dicit iudicē esse speciem alienationis per nota. in. l. ait prætor. ff. de iure deliber. facit tex. in c. significantibus de off. dele. ✦ Et quia iurisdictiones in Francia sunt patrimoniales. Benedi. in

Laicus nō potest iurisdictionē sine domini cōsensu.

Source : BIU Cujas

repet.c.Raynut.in verbo.duas.de teſt.& in bonis noſtris.Egid.bellamera conſil.42.dominus. col.3. ideo domini intereſt ne ſuum patrimonium minuatur: eo petit cū ſuo ſubdito remiſſionem fieri ad ſuam iuriſdictionem.Maſſur.in rubr. de remiſſio. in princ. & ita vidi ſeruari.

✠ & iuriſdictiones ſunt itahodie in patrimonio noſtro ſicut a ſinus in patrimonio Ruſtici,& venduntur & tranſferuntur de vno in alterum teſte petro.Iacobi in ſua practi.rub.de ſucceſſ.o.regni franciæ in fi. ✠ Quid de clericis, plene diſcutit gloſ.in verbo.inniantur.eod. titu.in pragmat.Et de multiplici prorogatione tractant docto.in c.P.& g.de off.deleg.quæ parum vſu venit in Francia. ideo eam miſſam facio.

¶Ratio tex.eſt, ne tollatur ſeu minuatur ordinariorum iuriſdictio,quia ordo confunditur quando vnicuiq; ſua iuriſdictio non ſeruatur.cap.peruenit.11.q.1. Secundo inhumanum eſt anfractus litis immodicos pro parua cauſa in longinqua patria facere, ac pauperes opprimere,& teſtes ac inſtrumēta quæ in prouincia quis habet, alio perducere.l.2. C.vbi de ratiociniis.& aliæ rationes aſſignātur eod.titu. in pragma. ☞ Intellige iſtum tex.tam de cauſis eccleſiaſticis quā aliis cū hic textus ſit conditus tam à papa quam à rege, & cauſæ eccleſiaſticæ dicuntur quædam criminales,vt cauſa hæreſis.c.ad abolendam de hæreti.& aliæ de quibus per docto. in cle. diſpendioſam.de iud. Aliæ cauſæ eccleſiaſticæ ſunt cauſæ articulorum fidei,cauſæ ſacramentorum, & decimarū, de quibus cōſuluit Egid.bella mera. conſil. 40. factum eſt tale. colum.7.verſi.quatuor.& docto.in cap.cum ſit generale de foro competen.Siue ſint aliæ cauſæ eccleſiaſticæ ciuiles,de quibus in cap. ſuper prudentia.14.q.2.& ſic cauſæ eccleſiaſticæ corā iudicibus eccleſiaſticis regni decidentur.& agent laici coram ſuis iudicibus eodem modo. Ita vult dicere text. Simile fere priuilegium conceſſit Leo decimus.archiduci Auſtriæ: videlicet ne in prima litis inſtantia ſubditi ſui extra patriam cōueniri poſſint.ego vidi bullā ſub data anni.1513. tertio nonas iulii.Idē priuilegium à rege tamē habent ciues mōtiſpeſſulani. ☜

Cauſæ eccleſiaſticæ quæ dicātur.

iure expreſſe denominatis, apud illos iudices in partibus qui de iure aut cōſuetudine præſcripta vel priuilegio illarum cognitionem habent, terminari & finiri debeant.

¶Fallit in cauſis maioribus in iure expreſſe deſcriptis,& ſedi apoſtolicæ reſeruatis,quas enumerat gloſ.& doct.in cap.quod tranſlationem.de off.leg.glo.in c.ſicut vnire.de exceſſ.præla.c.vno.de clerico ægrotā.in.6. c.1. de tranſl.epiſcopi. 89. cauſas refert Specul. in titu.de lega.§.nunc oſtendendū.de vnione etiam extra epiſcopatus,quòd papa poſſit cognoſcere, tradit Guido papæ in deciſio. Delphin.quæſt.103.pragma.&c. Quod non ſeruatur in hoc regno, quia vidi iudices in partibus cognoſcere in poſſeſſorio.

Iudices de vnione in frācia cognoſcunt.

¶Secundo fallit quando ex priuilegio aliqs poſſet cognoſcere,vt dicit hic tex.quia non derogatur ſed approbatur hic iuriſdictio habita ex priuilegio, vt in.c.1.de priuileg.in 6.

¶Ideo infertur quòd priuilegiati vt conueniant coram dominis requeſtarum. ✠ pariſiis exiſten.ſuos debitores quod poſſunt conuenire eos etiam ſi ſint extra reſſortum, ✠ vt ſunt doctores regētes facultatis decretorum Pariſien.& aduocati ſupræmæ curiæ,ac alii priuilegiati poterūt nō obſtante hoc edicto ibidē cōuenire,quis ſint extra prouinciā & etiā ſcholaſtici in reſſortu corā ſuis cōſeruatoribus Guido papæ in deciſi. Delp.q.18. in cauſa.citat.D.Probus in additi.ad Io.monach.inc.2.de reſcrip.alia pulchra dicit glo. pragm. ſanctio. ad quam eſt recurrendum, ne ſuam operam mihi adſcribam.

Doctores regentes in facultate decreto rū corā dominis requeſtarum ſuos cōuenire poſſūt debitores.

Source : BIU Cujas

¶Rubrica.

¶De friuolis appellationibus.

¶ Friuola appellatio dicitur vana & inanis Archi. per illum tex. in c.cum appellationibus.de appel.in 6.allegatur .l. quisquis. C. de rescinden.vend. Etiã potest dici friuola illa, quæ sine grauamine est interposita. no.in c.vt debitus.de appella.

¶Exceptiones friuolæ sunt leues, & nulli us momenti, vt declaro in arbore exceptionum in fine.

¶Friuolæ excusationes,sunt vanæ & futiles.c.veniens de accusatio.

a ¶E T N E sub vmbra.] Hic tex.vsq; ad finẽ tres habet partes prout tria dicta ponit diuersa.secunda ibi,si qs vero.tertia ibi,statuimus.hæc prima pars quatuor habet partes. In prima ponitur constitutionis ratio. In secunda, constitutio. In tertia,aliud dictum. In quarta aliud.secunda ibi.volumus.tertia ibi, nec ad aliquẽ. quarta ibi,nec à grauamine.Et hæc vltima pars tres particulas habet.secunda ibi, nisi.tertia ibi, & eo casu &c.

¶Prima regula ex hoc tex.elicitur, videlicet quod quando aliquis non potest habere iustiæ complementũ à suo iudice.appellare potest ad immediatum superiorem intellige tã in clericis.quam in laicis,cum hæc constitutio sit condita à papa & à rege, qui iurisdictionem in vtrisque habent, vt dicitur in c. nouit de iudic.& supra titu.proximo dixi. Si tamen immediate superior non posset haberi,& impedimentum sit modico tempore duraturũ, expectandus est, argu.l.si longius.ff. de iudic.Alias poterit prosequi lis coram superiore impediti.l.penult.ff.de vacatio.munerũ. Bart.in.l.1 §.si quis.col.vlti.ff.de appella.Perus.in rub. de appella.col.penulti.in 4.quæst. Requiritur tamẽ ad minimũ vna requisitio iudici facta arg.l.titia seio.§.vsuras.ff.de leg.2.glo. in verbo requisierint.in clemen.1.de hæret.& in.l. mora.ff. de vsur. vbi Bar.dicit, ad hoc vt non dicatur stetisse per partem,sed per iudicem,sufficit quòd semel iudex fuerit requisitus de expeditione causæ. Alexand.in .l. de pupillo.§. si quis ipsi prætori.ff.de operis noui núcia. Idem tenet Imol.in .d.§. vsuras. dicens tutius esse quod sæpius fiat requisitio.per capit.primum de supplẽ.negli.prælat.&ibi est singularis casus,q̃ quãdo alicuius inferior vult cõstituere superiorem in mora, tres interpellationes requiruntur.& hoc etiam tenuit Anthonius in cap.plerunque.in fin.de rescript. & in ca. dilecto.col.2.de apppel.glo. in clemen.2 §.si vero in verbo recusauerint.de sepult.Feli.in c.ex literis.colum.5.de consti . Et ista est cõmunis, teste Antonio Bauer.in suo tract.de mora.1.parte.colum. 2. intellige, nisi in prima interpellatiõe recusaret, tuc vna sufficit, alias contra.per glo.in dicto verbo recusauerint.& Alexã.cõsi.81.stantibus verbis.in 4.

Quot requisitiones requirãtur.

Source : BIU Cujas

volu.per.l.ex conſenſu.§. fin.ff.de appella.Et quòd opus ſit requiſitione eſt tex. in.l.1.§.magiſtratibus.ff.de magiſt.cõuenien.& ibi pulchre Bal.Imo requiſitio facta anteceſſori,nõ prodeſſet coram ſucceſſore,vt poſſet appellare, ſicut hic dicitur:ſed oportet coram eo inſtare, & acta producere, vt dicitur in .l. mortuo.& in.l.ſi eum hominem. ff. de fideiuſſ. &.l. proponebatur. ff.de iudic.facit .l.ſi iudex.ibidẽ.& eum requirere, vt cauſam expediat,& partem aduerſam citet.l.edictum.ff. de iudi.

¶ Nota quòd iudex vel magiſtratus negligens circa ea quæ ſibi incumbũt, tenetur ad intereſſe.l.4.§.in eum.& ibi docto.ff.de damno infect.l.diuus.in fi.de off.præſi.plene Paris de puteo in tract.de ſyndica.in verbo.cõtra magiſtratum.folio.177.in paruo volum. & poteſt ab officio deponi.glo.in ca.dictum. 81.diſtinct.& nota.in cap.grandi.de ſupplẽ. negligen.prælat.in.6. Intellige vt per Aret. in cap.illa.colum.1.de accuſa.dixi abunde in ordin.reg.

¶ Item ſumendo,argumentum à contrario, patet quòd ſi quis poſſit habere complementum à ſuo iudice,ſuperior nõ debet inhibere inferiori,ne ſua iuriſdictione vtatur. Archi. in ca.de perſona.11.quæſt.1.quia ordo cõfunditur &c. cap.peruenit.ibidẽ.niſi cauſa eſſet deuoluta ad ſuperiorem pervia nullitatis,vel apellationis,velper reſtitutionẽ in integrũ.l. ſi cauſa cognita.C.de tranſact.Bal.in.l.1.colum.3.ff.de offi.conſul.&.l.1. C.quomodo & quãdo iud.vbi limitat,quando inferior haberet iuriſdictionẽ ab illo ſuperiore, quia tunc poterit inferior ſuperiori inhibere, & cauſam ad ſe euocare.Bald.in.l. eleganter.§. ſi quis poſt in fine.ff. de cond.indeb.Iacobi.in tract.de feud. in verbo vicarius colũ.2. De hac materia euocationis fuſius quam quiuis alius dixi in repet.l. quod iuſſit. nota.2. ff.de re iudic.

Omiſſo medio

¶ Secunda regula eſt,quod ad papam vel regem nõ poteſt omiſſo medio appellari.dei imperatore eſt tex.in l.imperatores.ff.de appellati.ad papam olim ſemper poterat appellari. cap.dilecti filii de appellatio. cap. ad Romanam.2.quæſtio.6. Hodie vult iure communi vti hic:& ſi omiſſo medio fuerit appellatum, debet ille ad iudicem mediatum remittere. Fallit in curia parlamenti, quæ ex cauſa potest cauſam retinere,per legem regni rub.des appellations.art.1.quæ eſt inordinatio.Caroli ſeptimi.art. 9.& ibi dixi.probatur in ca.vt debitus.de appella.

nõ licet appella refallit ut hic.

¶ Fallit quãdo ſuperior ſimul cum inferiore de cauſa cognoſcerent, tunc ad ſuperiorem omiſſo illo medio, qui iã cognouit, appellari poſſet,vt ſi archidiaconus& epiſcopus ſimul cognoſcerẽt,appellabitur ad archiepiſcopũ, arg.c.ſi à ſublegato.de off.deleg.in 6.cap.ſuper quæſtionũ.§.ſi vero.illo titu.Bar.&Imo. in d.l.1.§.ſi qs.ff. eo. quos ſequitur etiã Peruſ.in rub.huius titu.q.v.

¶ Secundo fallit quando iudex ad quem gradatim deuoluitur appellatio, eſſet in loco peſtifero,vbi non redderetur ius, tunc omiſſo medio appellatio non eſt reſpuenda. Bart.in d.§.ſi quis.& in.l.vbi abſunt.ff.de tutor.&cura.dat.ab his.Panormitanus.& Felin.in rub. de appella.per text.in capit.ſi is cui.& capit. ſi à ſublegato. de offic. delega. in.6. Refert & ſequitur de Ripa in tractatu de peſte. fol. 53.in 6.peſtis priuil. iudiciali. eſſet tamen in practica difficile obtinere.

¶ Tertio fallit in ſecularibus qui ad papam, regem, vel curiam ſupremam pro locis vbi degunt appellare poterũt hoc textu non obſtante,& hoc probatur in authen.habita.C. ne filius pro patre. vbi dixi inter priuilegia ſcholarium poſtquam imperator ex officio offert ſeipſum eiſdem,ibi,ſpeciali quadam dilectione eos ab omni iniuria defendamus.& ita tenet Bal.ibi.

¶ Quarto,fallit quãdo immediatus ſuperior eſſet ſuſpectus vel recuſatus.Ioã. And.in ca. Romana.de appella. Archi.in cap.anteriorũ 2.quæſt.6.

Source : BIU Cujas

¶Quinto,non procedit quando pars appellasset omisso medio, & altera pars non oppo suisset, per text.in dicta.l.imperatores.ff.de appella.

¶ Sexto,limitatur quando iudex medius esset inhabilis, vtpote hæreticus vel excommunicatus.glosa.& doct.in cap.is cui.de offic.delegat.in 6.refert Socin.vbi tradit. 14. casus in quibus licet omisso medio appellare.in tract.fallen.reg.23.appellatio.Perus.in cap.Romana.§.ab archidiaconis.de appel.in 6.vbi ponit.12.casus.& Præposit.in cap.dilecti filii.2.colum.3. & sequent.illo titulo.vbi Perus.& Decius plene. vide gl.in verbo medio.eodem titul.in pragma.sanct.& Do.Ruzeum in sexto priuilegio tracta. archipræsulum.Et nota quòd vbi quis appellat simplici ter & omisso medio, postea releuat in parlamento non obstantibus attentatis remitti debet ad iudicem immediatum, quia attentata non sunt in cõtemptum curiæ facta. sic fuit decisum per senatum teste Aufre. in stylo parlamen:in.4.parte arresto.180.item nota quod vbi.Et sic non reuocabuntur attentata per curiam,vt not.in cap.non solum.de appella.in 6.

¶ Tertia regula est quòd ab interlocutoria non potest appellari, & hoc est statutum vt breuius lites termrnẽtur,& vt parcatur laboribus & expensis partiũ.not.in.l.properandũ C.de iudic.Imo sic appellans iure codicis in quinquaginta libris argenti puniebatur.l.2. C.de episcopa.audien. Et hoc etiã est statutum in reg.cancellariæ.35.

¶Fallit quando grauamen non posset in definitiua reparari, vt hic: & tunc ad proximũ superiorem appellabitur,vt supra dictum extitit. Et istud probatur per text.in,l.2.ff.de appella. recipien. Quia melius est in tempore occurrere, quàm post exitum vindicare.l. prima. C.quando lice.vnicuique sine iudi.se vindi.alias posset dici isti,sera prece subueni ri tibi desideras,textus in.l.2.C.de iur.& fa. & ignoran.

¶Etiam fallit in scholasticis, qui a quolibet grauamine possunt appellare. text. in dicta authen.habita ibi, ab omni iniuria. Alios casus tradit specula.& ibi Ioan. And.in additio.in.2.parte in titu.de appel.Præposit.vero in cap.vt debitus.colum.18.de appella.dicit. 12. necessaria in appella. ab interlocutoria. Primum quòd causa grauaminis subsit de præsenti.per textum ibi. Secundum, quòd causa sit legitima, & rationabilis.capit.cum speciali.de appel. Tertium quòd causa sit vera c.cũ causam.de appel.Quartũ quòd causa sit nominatim expressa.c.1.illo titu.lib.6. & cle.appellãti.ibidẽ. Quintũ,quòd in scriptis fiat appellatio.d.c.1.Sextũ,q̃ apostoli petantur.c.ab eo.illo tit.in 6.cle.2.eo.tit.Septimũ quòd pars appellãs seu eius procurator sit in structus,vt in d.c.1.probatur in fi.Octauum quòd infra decem dies interponatur à die illati grauaminis,à die quo sciuit.c.concertationi.de appel.in.6.Nonum,quod intra annũ fiat prosecutio, vel ex causa biennium.c. Romana.& c.ex ratione.eo.titul.Decimum quod in præsentia iudicis a quo iterponatur .c.suggestũ.&c.fi.eo.titu.ibi alia licet videre.Et per Guido papæ in decisio. Delphina. q.75. sed circa. & decẽ necessaria ad hoc vt valeat appellatio ante sententiã definitiuã, ponit Specul.in.3.parte.rubr.de appella.§. primo.quem sequitur Rom.consi.501.vt declarationem.colum.1.vide.Præpositum in c. super eo.2.colũ.2.de appellationi.Petrum de Ferra. in sua practic. in forma appellatio. ab interlocutoria. & hodie parum seruatur ista decisio. Ad quæ deberent curiæ supremæ aduertere. Ego ipse vidi quendam procuratorem rixosum in vna causa sexaginta solidorum ad senatũ vel ad alios iudices septua gesies & vltra appellasse, & causam coram iudicibus secularibus agitatam viginti annis protelasse, & ideo super his sanctæ fuerunt nuper factæ contra hos fugitiuos & rixosos ordinationes per senatũ.taxit deus.vt perpetuo obseruentur.

Scholastici à quo libet grauamine appellãt.

Ordinationes cõtra protelantes & fugitiuos factæ institutæ fuerunt.

Source : BIU Cujas

b ¶ §. Si quis vero.] Diuiditur in ſex partes in prima traditur regula, in ſecunda duæ exceptiones, in tertia exceptionis declaratio in quarta quomodo debeat cõſtare de metu, aut iuſtitiæ denegatiõe, in quinta irritat proceſſus cõtra prædicta attentatos, in vltima excipit ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, & alios omnes officiales curiæ Romanæ actu officiũ exercẽtes. 2. eſt ibi, niſi propter. 3. ibi, & tũc committi. 4. ibi, quæ etiã. 5. ibi, proceſſus. 6 ibi ſanctæ vero.

¶ Quãuis iſte textus loquatur in ſubiecto immediate ſedi apoſtolicæ, tamẽ idem in hoc regnoin alio quocunque appellante ad papã, vt cauſa debeat in partibus committi & ſi contrarium fiat ad ſenatũ appellatur tanquam ab abuſu, & condemnatur pars in expenſis damnis, & intereſſe, q̃uis per pra. in expenſis tãtum. & ſi nõ appelletur ad ſenatum, poterit iudex appellationis etiã cõdemnare. per clemẽ. 1. de reſcript. ☞ Iſta deciſio probatur in. l. cũ poſt ſententiam. C. de appella. & in pa pa hoc expreſſe tradit dientiam in primo. nota. 1. de eccle. ædificãd. vbi dicit quòd ſi cauſa eſt parua nõ debet pa pa de ſua ad eum deuoluta per appellationẽ cognoſcere in curia propter difficultatẽ itineris, & magnitudinem expenſarum. facit. l. 2. ff. ſi quis cautio. & hic eſt deciſum. ☜ ¶ Intellige quòd debet cauſa committi iuxta cap. ſtatutum. §. 1. & §. ſequent. de reſcript. in 6. Felin. in cap. nõnulli. colum. 29. cum ſequen. verſi. collige. de reſcrip. vbi pleniſſime niſi in caſu cap. fina. de rerum permuta. vbi Panormita. de rogatur tamẽ in hoc illi. c. ſtatutum. §. cum vero. quia non probatur metus aut denegatio iuſtitiæ per iuramentum, ſicut ibi, ſed debet probari legitime, vt patet in verſ. quæ etiã de illis, etiã legitime alias quã per iuramẽtum coram iudicibus à ſede apoſtolica deputandis conſtare debeat, an poſſit contrarium probari, ſi vna pars probauerit metũ, aut denegationem iuſtitiæ, vide per Aufre. i deciſio. Tholo. q. 236.

Cauſa per papã cõmitti debet in frantia.

b ¶ Si quis vero immediate ſubiectus ſedi apoſtolicæ, ad eandem ſedem duxerit appellandum, cauſa committatur in partibus per reſcriptum, vſque ad finem litis, videlicet vſque ad tertiam ſententiam conformem incluſiue, ſi ab illis appellari contigerit. Niſi propter defectũ denegatę iuſtitię, aut iuſtum metũ. Et tunc cõmitti debeat in partibus cõuicinis, & cũ cauſarũ expreſſione. Quæ etiã de illis, etiã legitime alias quã per iuramentũ, corã iudicibus a ſede apoſtolica deputandis cõſtare debeat. Proceſſus autẽ cõtra præmiſſa attẽtatos, nullos & irritos eſſe volumus, ac reſcripta cõtra prę̃miſſa impetrantes, in expenſis damnis & intereſſe condemnari debere decernimus atq; declaramus. Sanctæ vero Romanæ eccleſiæ cardinales, qui pro vniuerſali eccleſia continue laborant, nec nõ dictæ ſedis officiales, officia ſua actu exercentes, ſub præſenti decreto non intendimus cõprehendi.

c §. ¶ Statuimus etiam & ordinamus quòd iudices cauſas quæ in partibus terminari debent, coram eis pro tempore pendentes, ſub pœna excommunicationis & priuatiõis beneficiorum

c ¶ §. Statuimus.] Tria dicta ponit, primo præcipit iudicibus cauſas intra biennium terminare. Secundo punit partes fugientes. ibi, pars vero. Tertio reſtringit appellare volentes. ibi, ab interlocutoriis.

Ancha. in cap. ad audientiam in primo. nota. 1. de eccle. ædificãd.

¶ Iuſtæ & ſanctæ. hic vltra pragmaticã ſtatuitur, ne lites ſint immortales, vt iudices eas intra biennium debeant terminare. & vtinã

Cauſæ intra biennũ finiri debent.

obſeruaretur ram in iudicibus eccleſiaſticis quàm ſecnlaribus, & ſic declarantur & limitantur tam iura ciuilia quàm canonica. Primo lex properãdum. C. de iud. vbi de iure ciuili in ciuilibus inſtantia peribat triẽnio. In criminalibus vero biennio. l. vna. C. vt cauſæ criminales. niſi in quatuor caſibus tradi tis per Socin. in tracta. fallen. regula. 182. De iure vero canonico non peribat inſtantia, capit. venerabilis. ſecundum eius intellectum de iud. c. tũ ex literis. de in integ. reſti. c. cum olim. §. iudices. de priuileg.

¶ Hodie tamẽ hic ſtatuitur tempus duorũ annorum, quia ceſſat cauſa, quare olim nõ peribat inſtãtia in foro eccleſiaſtico, nã in eo pro quolibet grauamine appellare licebat. cap. ſuper eo. 2. de appella. ſed de iure ciuili. non. l. 2. C. de epiſco. audien.

¶ Sed cum hodie non liceat appellare, vt ſupra viſum eſt, ab interlocutoria non inferente grauamen irreparabile in diffinitiua, ideo cauſa citius terminari poterit. Et ideo biennium ſtatuitur hic tam in ciuilibus quàm in criminalibus. & quando iudex non poſſet eã intra biennium terminare, quid debeat agere, ſatis ſuperque explicatur. in. l. properandũ C. de iudi. In curiis eccleſiaſticis ſupradicta procedunt. nam in curiis ſecularibus, ſi cauſam quis non proſequatur per annum, eſt interrupta, ita quod ſententia lata poſt interruptionem eſt nulla. l. ſcire. §. conſequens. ff. de excuſa. tutor. & l. ſi iudex. de iudic. l. cũ non ex eo. C. quando prouocar. non eſt neceſ. Fe-

curiis ecclẽ ſticis ſupra dicta procedũt

linus in cap. de cauſis. colum. penulti. de offi. deleg. Ideo neceſſe habet quis (ſi illã cauſam interruptam vult proſequi) impetrare literas à cancellaria, quod nõ obſtante interruptione in cauſa procedatur, ſicut ante interruptionem. ita expreſſe tenet D. Boe. in. §. 23. de iuriſdi. omni. iudi. in conſuet. Bitur. & ſine illis literis iudex pronunciabit inſtantiam eſſe peremptam & partem in expenſis condemnabit. l. properandum. §. 1. C. de iudic. & l. 1. vt intra certum tempus. l. ſi præſes. & ibi Barth. & alii. C. quomo. & quando. iu.

¶ Quæro an peremptа inſtantia duret effectus malæfidei, ſic quod litis cõteſtatio inducat malam fidem quo ad fructus, & omnes alios effectus? Butrius Panormitanus. & cæteri in dicto c. illud. colum. vltim. de præſcript. tenent quod non duret, niſi quo ad interruptionem præſcriptionis, & perpetuationem actionis. ſed litis conteſtatio ſola nõ inducit veram malam fidem, ſed præſumptã tantum, vbi non conſtat de iure agentis. & iſta fuit opinio gloſ. ſingu. in. l. 2. C. de fruct. & litium expenſis. quam glo. ſequitur ibi Salicæ. per multa allegata per eum, tũ maxime quia peremptа inſtantia, pereunt acta. l. cum lite. ff. iudic. ſolui. & ſic omnis cauſa ab eis, cum iſti effectus non ſint in eſſe producti, & ſeparabiles à ſua cauſa: & vbi reperitur contrarium, vt eſt in præſcriptionis interruptione, & perpetuatione actionis, illud non eſt trahendum ad omnes, imo caſus exceptus firmat regulam in non exceptis. l. 1. ff. de reg.

Effectus malæfidei an peremptа inſtantia duret.

Source : BIU Cujas

iur. licet Bar. in dicta. l. 2. contrariũ teneat, cuius dictũ non obstat, quia si (vt præsupponitur) possessor est bonæ fidei, quomodo est possibile quod sola litis contestatio, per quã non apparet aliquid quod scientiã rei alienæ habeat, inducere faciat eũ plene & perfecte malæ fidei possessorẽ esse: non video, sed extunc datur indiciũ perueniendi ad notitiam ex probabilibus factis, & lata sentẽtia declaratoria rei alienæ habet tunc plenam notitiã, & hæc notitia trahitur retro ad tempus sui initii, & sic ad tempus litis cõtestatæ. Et ex hoc apparet, quòd effectus scientiæ rei alienæ, non fuit statim per litis contestationem consummatus, & perfectus. Et sic non est vera ratio Bart. secundũ Salicet. ibi, & contra Barto. tenuit Ioan. Francisc. Balb. in tracta. de præscrip. in. 3. parte. 6. partis prin. quæstione secũda. col. 48. ✣ quia nemo cogitur ius suum indefensum dimittere. l. illud. ff. de petitio. hæred. Curtius in. l. 2. nu. 82. C. de edẽdo. ✣ Et quod fructus non debeant restitui à die peremptæ instãtiæ vsq; ad nouam litis cõtestationem, iudicauit senatus Pariſ. hoc anno. 1536. die. 8. Febr. per. l. fina. C. de præscrip. 30. vel. 40. anno.

Semel & iterum tantum appellatur ab interlocutoria.

¶ Vltimo, ex hoc text. patet, quod à sententia interlocutoria non licet nisi secundo appellare: & si fuerit confirmata, poterit executioni demandari, quãuis de iure tres sententiæ conformes etiã interlocutoriæ requirerentur, vt habetur in cle. 1. de re iudic. Et idẽ erat statutũ in prag. & regula cancel. 35. vbi pœna viginti florenorum auri punitur tertio appellans ab interlocutoria, vel quarto à definitiua. Et quinquaginta differentias inter interlocutoriã & definitiuam, & alia multa de his sententiis dixi in repet. l. quod iussit. ff. de re iudica. Et hic textus loquẽs de interlocutoria, non habet locũ in interlocutoria habente vim definitiuæ, vt erat expressum in prag. eo. tit. vbi in reliquis sufficient glos. ibidem descriptæ. poterit tamẽ postea nullitatem (vt. d. cle. 1. de re iudi.) allegare, nisi in decem casibus traditis ibi per Barb. in. 2. no. Nec tertio posset etiam allegare nullitatem Ioan. Fab. in. §. appellantur. instit. de excepti. nec hodie vltra bis per istũ tex. Intellige nõ posse tertio prouocare ab eodẽ grauamine, secus si à diuersis, quia quoties grauatur, toties quis potest appellare ca. quoties. 2. quæst. 6. & in eisdẽ capitulis. secus in diuersis. Alex. consil. 77. in causa. in secundo volumine. Intellige tamen vt supra dictum est in princip. huius text.

¶ Quantum ad definitiuam, iste articulus cõtinet ius commune, vt patet in rubrica. C. ne liceat in vna eademque causa tertio prouocare. ✣ & si prima sententia fuerit lata & postea fuerit appellatũ, & fuerit appellatio deserta, & alia postea sententia fuerit prolata ab ista prolatione desertionis dico debere demandari executioni quia pronunciatio super appellatione à diffinitiua est diffinitiua de qua loquitur hic text. glos. in verbo non habente eod. titul. in pragmatica. Guido in decisio delphi. quæst. 11. dixi in repet. l. quod iussit in præfa. nu. 52. ff. de re iudic. & ita fuit prolatum arrestum in magna camera hoc an. 1537. die 25. februarii. ✣ Vide tamen octo casus per Præposit. & alios in ca. sua. colum. 8. & sequent. in glos. tertio appellare. de appella. in quibus licet tertio pronocare. Soci. in tractatu fallen. regula. 328. prouocare. & vltra statutum est in stylo parlamenti in. 7. parte rub. de fide instrumen. ordina. 3. sic, vt à magnis anfractibus & infra ordinatum est quod de processibus qui de cætero fiẽt in curiis prædictis, vbi non erit quæstio nisi de tribus libris Turonen. soluendis semel, & infra qui summarie sunt vacuandi, non recipitur nisi prima appellatio ad iudicem regium proximiorẽ, ad quem pertinebit processum in prima figura absque grossatione fieri asportari. alia addidi in rubric. C. ne lice. tert. prouo.

Nota quando vna tãtã appellatio recipiatur.

Source : BIU Cujas

RVB. De pacifici. possesso.

a ¶ Inquirat.] Hæc inquisitio & declaratio nō possunt fieri parte non citata, secus si papa mandaret informari, & postea papæ referri. Calder. cons. 4. papa in rub. de dila.

b ¶ Intrusus.] Quis dicatur text. in capit. relatū de iure patro. dicit esse illū, qui non intrat per ostium: itē qui nec re nec nomine nec communi opinōe est prælatus, vel beneficiatus, & tamē possidet vel quasi, proprie dicitur intrusus. Bal. in c. nisi. col. 1. de renuncia. vide Domi. & Præpos. in ca. propter. 19. dist. Fel. in c. in nostra de reseri. & in ca. veniēs de accusa. vbi tradunt octo modis quem posse intrusum dici. vide alia in tracta. de pacifi. posse. infra, & in reliquis puto glo. pragma. sanct. sufficere. cum his quæ scripsi in tract. de pacifi. posse.

RVB. DE Publicis concubinariis.

¶ INTER opera charitatis, computatur nubere cōcubinis & meretricibus publicis capit. inter opera. de sponsa. sed hoc exerceant laici, clerici vero prohibentur nubere meretricibus. Leuiti. 21. c. vbi de sacerdote loquēs, dicit, sordidā atq; meretricē non accipiet vxorē, sed puellā virginem de populo suo. ca. maritum. 33. dist. & ibi glo. & c. si quis. 34. dist. vide tex. in c. fi. 32. quæst. 1. & sic multo fortius. prohibetur illis habere concubinā. ca. nemo. 32. q. 4. vbi dicitur, nulli licet scire mulierem præter vxorem. Ideoque coniugii datum est tibi ius, ne in laqueum diaboli incidas, & cum muliere aliena delinquas. cap. audire. 34. distinct. Et quanuis de iure ciuili licitum esset habere concubinam cuiuscunque ætatis, nisi minor duodecim annis esset. l. 1. in fine, & per totum. ff. de concub. requirebantur tamen multa antequam diceretur concubina, quæ tradunt glos. & docto. in. §. fin. de nupt. institut. & in. §. quibus, de hæred. quæ ab intesta. deferun. Lucas de penna in. l. si coartalis. colum. secun. C. de C coarta. libr. 12.

¶ Hic vero intelligimus concubinam, quamlibet mulierem habitantē cum clerico vel laico, & actiones & passiones suas illi communicantem glos. in verbo concubina. eodem titul. in pragma.

Quæ dicatur cōcubina.

¶ De pacificis possessoribus.

TAtuimus quoque quod quicunque, dummodo nō sit violentus, sed habens coloratum titulum pacifice, & sine lite prælaturam, dignitatem, personatum, & administrationem vel officium, seu quodcunque beneficium ecclesiasticum triennio proximo hactenus, vel pro tempore possederit, seu possidebit in petitorio vel possessorio à quo quam etiam ratione iuris nouiter reperti molestari nequeat, præterquam prætextu hostiliatis, aut alterius legitimi impedimenti, de quo protestari, & illud iuxta concilium Viennen. intimari debeat. lis autem hoc casu quo ad futuras controuersias intelligatur si ad executionem citationis, iuris quæsui in iudicio, vel exhibitionem, aut terminorum omnium obseruationem processum fuerit. Monemus etiam ordinarios, vt diligenter a inquirant, nequis sine titulo beneficium possideat, & si quem beneficium sine titulo possidere repererint. declarent illi ius non competere, cuiusuis temporis detentione non obstā te, de ipsoque beneficio possit illi, dum modo non sit b intrusus, vel violentus, aut alias indignus vel alteri idoneo, p uideri.

Source : BIU Cujas

a ¶Et in ſuper.]Hic titu. octo habet partes. Prima punit publicos concubinarios. Secūda ibi, quod ſi ii, punit ſuperiores clericorum negligentes imponere pœnam cōcubinariis clericis, & prouidet quid agendum. In. 3. ibi, publici, declarat qui dicantur publici concubinarii. 4. ibi, quia verō, prohibet iudici buseccleſiaſticis quæſtus pecuniarios a cō cubinariis recipere. quòd ſi receperint, duplipœnam imponit. 5 ibi, ipſas autem, præcipit prælatis ipſas concubinas à ſuis ſubditis arcere, & filios cōcubinariorum extra domum patris concubinarii habitare. 6. ibi, iubemus, iubet in ſynodis & capitulis iſta publicari. & omnes ſubditos moneri ad dimittendum concubinas. 7. ibi, iniungimus &c. iniungit ſecularibus ne impediant prælatos ſuper concubinatu clericorum procedentes. vlti. ibi, & cum omne &c. monet omnes laicos tam coniugatos quàm alios, ut abſtineant à concubinatu. hæc eſt huius tituli ſumma.

vide pœnas cōcubinariorū trigintā hīc deſcriptas.

¶Prima ergo pœna publici concubinarii eſt vt ſuſpenſus ſit à perceptione fructuum omnium beneficiorum quæ obtinet per tres mēſes, qui fructus debent conuerti in fabricam vel in aliam eccleſiæ euidentē vtilitatē. Eſt etiam de iure ſuſpēſus ab officio. c. fi. 33. diſt. Et an ſine monitione, declarat Pan. in c. veſtra. de cohabi. cleri. & præpo. in c. nullus. 32 diſt. & c. ſequent. vbi ipſo iure dicunt eū ſuſpenſum, nec requiri ſententiā etiam declaratoriam, ſi ſit notorius. & ita tex. hic nō requirit monitionem.

¶Secunda pœna eſt ibi, necnon, quòd debet moneri per epiſcopum vt cōcubinam dimittat: quam ſi non dimiſerit, vel eam ſeu aliam reaſſumpſerit, priuari debet omnibus ſuis beneficiis, etiam extra epiſcopatū exiſtentibus poſtq̄ hic tex. generaliter dicit de omnibus. ita tenet gl. in verbo omnibus. in pragmat. eod. titu. Et ſic limitatur. cap. ſi compromiſ ſarius. de electi. in 6. Imo aliquādo ex quibuſdam conſtitutionibus ſynodalibus priuatur ipſo facto. Ancha. conſi. 65. pro clariori. colū. 1. ſed quòd de iure debeat priuari eſt text. in ca. ex parte A. de teſti. Erat tamē in arbitrio p̄lati prius monere, vel priuare, vel ſuſpēdere, p̄tex. & ibi Imol. in c. ſicut. & c. ſi autem. de coha. cleri. & mulier. hoc intelligē quando erat notorius. pro ſimplici autē fornicatione occulta, licet olim poſſet priuari. ca. preſbyter. 82. diſt. tamen hodie nō. nam fere omnes priuarentur. argu. glo. in ca. quia ſanctitas. 50. diſt. gloſ. in c. Maximianus. 81. diſt. & c. lator. 2. quæſt. 7. ſequitur Corſet. in ſing. incipien. fornicatio. Et Barba. conſi. 13. à Ioue, col. vlti. 3. vol. non tamen poſſunt cō pelli ad abiurandū concubinā, quia poſſet ſe qui periuriū. c. clericos. & ibi etiā Panor. de coha. cleri.

¶Tertia pœna, ꝙ anteq̄ diſpenſatum ſit cū eis, non poſſunt obtinere honores, dignitates, beneficia, nec officia, quia ſunt infames. c. infames. 6. q. 1. ☞ Imo ſi ante diſpenſationem à ſede apoſtolica obtentam celebrauerint, efficiuntur irregulares, & ſuū beneficiū poterit impetrari, teſte Archi. in cap. præter. §. ad hoc. colū. penult. 32. diſt in. ſequitur Alphonſ. Thoſtatus in tract. cōtra clericos cō

¶De publicis concubinariis.

ET inſuper ſtatuimus, quod quicūque clericus, cuiuſcūq; conditiōis, ſtatus religionis, dignitatis etiā ſi pontificalis vel alterius præeminentiæ fuerit, qui præſentium notitiam, quam habere præſumat poſt duos mēſes poſt earundē præſentium publicationē, in eccleſijs cathedralibus factam quam ipſi diœceſani omnino facere teneātur poſtquam præſentes ad eorum notitiam peruenerint, fuerit publicus concubinarius, à perceptiōe ſtructuum

Source : BIU Cujas

cubina.cõclu. 3. quia à iure cõcubinarius eſt ſuſpẽſus, vt ſupra dixi, & ſuſpenſus celebrãs efficitur irregularis, per tex.in c.is cui.de ſen ten.excõmunica.in 6.

¶Quarta, quòd hic cõcubinarius perſeuerãs in crimine, ſi fructus beneficii receperit, tenetur illos in cõſcien tia reſtituere, qa nec iuſte ꝓcepit, nec ſuos fecit. Inno in c.ſicut. de coha.cleri. Præpo. in c.præter.32.diſtinctiõe. Nam beneficiũ datur proter offi cium.c.fi.de reſcri.in 6.qui non poteſt ſeruire ex ſua culpa, nõ poteſt eccleſiæ fructus recipere.c. cũ ſecundũ, & ibi, not.de præb. c.propoſuit de.filiis preſbytero.c.eos.81.diſtin.

¶Quinta pœna eſt, quòd ſi poſt diſpenſatio nem iterũ receperint aliquã concubinã, perpetuo ſunt inhabiles tam ad dignitates q̃ ad aliqua beneficia, nec vnq̃ poterit prælatus cũ eis diſpenſare extra ſedem apoſtolicam, quia epiſcopus nõ poteſt bis diſpenſare cum illis, imo cõtumacia creſcente poterit degradari. §.preſbyteris.in authen. de ſanctiſſ.epiſco. col.9.c.clericos.de cohabi.cleri. & gl.prag. in verbo.animaduertant, quia quos diabolus cõiunxit, difficile eſt ſeparare, vt ſunt hi concubinarii.

¶Sexta pœna textus eſt, quod nõ poſſunt habere domi ſuos filios, quos in concubinatu genuerunt, ne eiſdẽ poſſet dici, Filii tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. & ne generent ſcandalum, not.in ca.1.de cohabi.cleri.glo.eo.tit.in prag.in verbo.cohabitare.plenius tracta. ad eam recurrito. & etiã quia in ſingulas horas eos videndo delectarentur in ſuo peccato. nam hodie ſacerdotes ſuos baſtardos gratius intuentur quã ſolemnita quòd cæci efficiũtur ratione magnæ delectationis q̃ habuerũt, vt puniantur in quo deliquerunt.c.poſtulaſti.& ibi dixi vlti.not. de cleri.excommu.miniſt.& quia dicitur, Eiice ancillam,& filium eius: quod fuit dictũ Abrahæ Gene.21.ca. & in cap.non omnis.22.q.2 Et quia ſi filii iungant ſe concubinariis, erunt peruerſi, iuxta dictum Salomonis ec cleſiaſt.19. cap.qui ſe iungit fornicariis, erit nequam, & putredo & vermes hæredi tabunt illum &c. Vnde dicit Bar. in.l. in concubinatu. ff. de cõcub. quod filii nati ex clerico beneficiato non legitimãtur per ſubſequens matrimonium quia tempore quo obtinebat beneficiũ vxorẽ habere non poterat. quod reprobat Petrus de Vbal.in tracta.de ſucceſſion.ab inteſta.col.67.fo.17. qa licet haberet beneficiũ, ſi non erat in ſacris, vxorẽ ducere poterat.c. 1.de cleri.coniu.cui ego aſſentio.

Filii nati ex clerico legitimãtur ꝓ ſubſequẽs matrimoniũ cont ra Bart.

¶Septima pœna, quod nõ poſſunt donare cõ cubinæ, q̃ benignius intuentur quã matrem & ſi donauerint, donatio illi facta nõ valet.l. 2. C.de dona.inter virũ & vxor.arguendo de milite ad clericũ, ſicut arguit gl.in.l.miles.ff. de re iudi. & ita expreſſe tenet Panor.in.c.1. de cleri.ægrotan.& c.fi.de ordina. ab epiſcopo.& glo.in verbo.partes.eod.titu. Nec valet legatũ, vel inſtitutio hæredis per illum clericum concubinariũ, ſed debet fiſco applicari.l. Claudius cum ſequen.ff.de his quibus vt indig.Bar.expreſſim in.l.miles. ita §.mulier.de teſt.militis ſic conſuluit Benedic. de benedict.in conſilio.127. cum vt præſupponitur nã ſi iſti canonici & alii ſacerdotes diuites poſſent donare ſuis concubinis, mulieres ſuapte natura fragiles allicerẽtur ad coeundum cum prædictis, & etiam blãditiis & deliniamẽtis ſpoliarent hos clericos, qui cõmuniter fatui ſunt circa haſce mulieres. multa dicit.d.de Petrucia in tractat. de viribus

Concubinarij nõ poſſũt donare concubinis.

Source : BIU Cujas

iura. in.3. effectu. ſed non tanta quibus irretiti ſunt hi miſeti concubinarii. Guido paſing.295.

¶ Octaua pœna eſt,nam ſacerdos lapſus in fornicationem tantum,decem annis pœnitere debet.prout diſponitur.in c. preſbyter. 82.diſt. quem tex.vti nam ſacerdotes intelligerent,& nouiſſima præuiderēt, quia id tēporis concubinas nō appeterent.& dicitur in c. ſi quis epiſcopus aut preſbyter aut diaconus poſt diaconi gradum acceptum fuerit fornicatus aut mœchatus, deponatur: & ab eccleſia proiectus inter laicos agat penitentiam.81.diſt.c.ſi quis epiſcopus.

¶ Nona,quòd nullus debet miſſam illius audire alioqui audiens peccat.c.præter.32.diſt. ☞ Nec ab eodem ſacramenta recipere, niſi ſacramentum baptiſmi,pœnitētiæ & euchariſtiæ,in mortis neceſſitate. Innoc.& alii,in ca.fraternitatis.col.2. de hæret. tum quia nō ſunt digni conficere,& ſi conficiāt, nō ſunt digni audiri,tum vt confuſi de culpa ad gratiam redeant. Adhæc vt alii retrahantur ab illorum imitatione.Bonauē.in.4.ſentē. diſt. 13.q.4. & Thoſtatus vbi ſupra conclu.4. in addit.Imo plus peccat ſecundū eum cōmunicans cum iſto notorio fornicatore, q̄ cum excōmunicato in cōclu.13.& cōclu.ſeq. dicitur,qui accedit ad vidēdam euchariſtiā inter manus publici concubinarii ſcienter,peccat mortaliter,quia eſt in fraudem legis:ſecus ſi non ex propoſito hoc faceret. hæc ſunt verba illius. ☜ quia benedictiones illorum vertuntur in maledictiones.c. ſi qui ſunt preſbyteri.81.diſt.Fugiendi ergo ſunt iſti,ſicut peſtis.c.negociatorem.88.diſt.& eo caſu miſſam parochiani audire poſſunt in aliena parochia contempto ſuo preſbytero.c.2.de parochiis.licet alias regulariter contra.

¶ Decima,quòd non ſolum eſt excluſus à poteſtate celebrandi miſſam, ſed etiā ſtandi in choro tēpore celebrationis diuinorū, & ſic nō poterit habere diſtributiones. Præpo.per illum tex.in d.c.præter.32.diſt. ✠ quia concubinarii bona eccleſiæ comedere non debent glo.in c. hāc cō ſuetudinē.10. q. 1. ✠ nec electionibus intereſſe.Inno. in ca.ſicut de coha.cleri. ſed ſicut leproſus ab omnibus vitari debet,vt ſi timore peccati non arceatur,ſaltē bonorū metu, ne fame pereat, quia hoc genus homines plus amiſſionē bonorum, q̄ animæ timent. & vide tex.in c.eos 81.diſt.vbi ſunt priuati beneficio.

mirū concubinā dimittat. & ſi illā nō dimiſerit, vel dimiſſam aliā publice reſumpſerit, iubemus vt ipſum omnibus ſuis beneficijs omnino priuet.Et nihilominus ij publici cōcubinarij vſque quo cum eis per ſuos ſuperiores, poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem,

¶ Vndecima, quia ſicut ruſticus vtitur ſuo iumento,ita diabolus & concubina & concubinario,vt in ſimili dicit glo.in c. audi denique.11.q.3.& in c.dilectis.de appel. dicit eos habere membrum diaboli, ✠ & requieſcere cum diabolo dicuntur & non ſuper dominū nam is requieſcere ſuper dominū dicitur qui obtentu ſacerdotii vel prophetiæ non viuit luxurioſe glo.in c.iudices.1.q.1.✠ ☞ Vnde dicit Augu.mallem ſuſtinere pœnā Caiphæ, Herodis & Pilati, q̄ pœnam ſacerdotis indigne celebrantis ſcilicet concubinarii. ☜

¶ Duodecima, quòd ſi impetrent reſcripta poſt ſuſpenſionem vel depoſitionem hoc tacito,non valebunt.cap.ſuper eo.de coha.cle. & ibi Cardi.& Anth.

¶ Decimatertia eſt, quia concubinarius pauper & miſer eſt, etiam ſi diuitias Midæ aut Crœſi ante cōcubinatum haberet. Prouerb. 14.in fi. Iuſtitia eleuat gentem,miſeros autē facit populos peccatum,& maxime hoc peccatum.eccleſiaſti.9.ne des fornicariis animā tuam in vllo,ne perdas te, & hæreditatē tuā. hoc etiam nos docet experientia,quæ eſt rerum magiſtra.c. q̄ ſit.de elect.in 6.

Source : BIU Cujas

mo ut cō natii

¶ Decimaquarta, quia cito moritur, nec per mittitur longo tempore viuere ratione scandali super terram. ☞ Vnde dicit diuus Pau. 1. ad Corin. c. x. neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderūt vna die viginti tria milia. ☜ Legimus de Caio cæsare, qui adeo libidine & inuidia flagrauit, vt omnem vsum scientiæ inrisconsultorum se aboliturum non semel iactauerit, ne quid præter æquum responderet possent, liberā magistratibus iurisdictionem & sine appellatione cōcessit, cum omnibus suis sororibus stupri consuetudinem fecit: ideo triennio & decem mensibus tantum impetauit, teste Ayma. Rinal. in historia iuris ciuilis, fo. 102. lib. 4. Idem dicitur ibi paulopost de Galba, qui septimo mense postquam imperium susceperat, occisus fuit. Idem dicitur de Anto. Bassiano. de Carolo. 8. tradit Gaguin. in eius vita, & Leuiti. 15. c. in fi. dicitur, Docebitis ergo filios Israel, vt caueāt immunditias & nō moriantur in sordibus suis. & animalia multum coeuntia cito moriuntur. Aristotel. lib. 2. de natura animalium. quod bene nouit. D. Probus in addit. ad Ioan. Mona. in rub. de vita & honesta. cleri. in 6. & de nocumētis coitus tradit Auicen. Fen. 21. rub. de nocumentis coitus. & plene. D. Tiraquel. in tract. de legib. connubialib. fol. 150. & seq.

¶ Decimaquinta, omnes concubinarii sunt surdi non audientes dicta sapientū, sed ægre ferentes corripientes illos. Ecclesia. 21. c. Audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiiciet illud post dorsum suum.

¶ Decimasexta, semper sunt in rixa & in clamore domi concubinarius cum concubina, & tenebras in horas dicunt, maledictiones datas Abiron. Ille concubinæ imprecatur, hæc omnia mala in illum retorquet. satis experiētia probātur ista. non alias probo. quod aliquando coniugatis contingit: si habeant vxorem zelotypam.

¶ Decimaseptima, ab omnibus amicis relicti moriuntur, & omnibus destituti, ac nudi sicut venerunt, reuertuntur. psal. 87. Elongasti à me amicū & proximum, & notos meos à miseria.

¶ Decimaoctaua, quòd subditi non tenētur eis soluere decimas voluntarias, seu personales aut oblationes, cum ab officiis eorum liceat abstinere. Præpo. in ca. præter. 32. distin. ☞ sed authoritate episcopi in ecclesiæ vtilitatem conuerti debent. Cardi. in c. tua. 2. q. 6. de decimis, & si episcopus esset notarius fornicator, posset parochianus sine episcopi authoritate in vtilitatē ecclesiæ, vel pauperū sua authoritate conuertere. Thosta. conclu. 10. vbi supra. ☜ Imo subditi prælatum fornicatorem notorium euitare possunt etiā ante sententiam. glo. & doct. in ca. cum non liceat. de præscrip. ☞ Ideo non debent confiteri parochiani his cōcubinariis, alioqui peccat confitens, & iterum tenetur confiteri, cū concubinarius nullam habeat iurisdictionē. quia est suspensus, vt supra dixi. Henri. Boh. in c. omnis de pœn. & remis. ☜

¶ Decimanona, semper tristes incedunt, ac tribulati sicut hæretici. Apocalypsis. 2. c. Dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatiōe sua, & ecce mittam in eam luctum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt. & 17. c.

¶ Vigesima, experti sunt omniū casuum & infortuniorū, vt dicit Leonard. de vtino in sermo. 43. de legibus. Fœmina corpus, opes, animam, vim, lumina, vocem Polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, aerbat. Corpus, opes, animam, cōsortia, fœdera, famam, Debilitat, perdit, necat, odit, destruit, aufert.

¶ Vigesimaprima, desperati moriuntur, vel subitanea morte. Legitur Iudicum 16, quod Samson à Dalila deceptus, seipsum & plures Philisthinorum homines interfecit.

¶ Vigesimasecunda, damnati cum dæmonibus semper ardēt. Dauid in psal. Omnes qui elongant se à te, peribunt. Perdis omnes qui fornicantur. Diuus Paulus ad Ephe. 5. capit. Hoc autem scitote intelligētes, quod omnis

Source : BIU Cujas

fornicator,aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatē in regno dei.& ad Galat.5.idem dicitur. & 1 ad Corinth.6. neque fornicarii regnum dei poſſidebunt & c.Et debent carere eccleſiaſtica ſepultura,ſi impœnitentes decedant, teſte Leonard. in dicto ſermo.quadrageſima. 43.in primo teſtimonio legis euangelicæ. in fi. per c.quibus.13. q.2.& Apocal.21.Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure,quod eſt mors ſecunda.arg.u.cap.quia in omnibus. de vſuris.

manifeſtamque vitæ emendationē fuerit diſpenſatum,ad ſuſceptionem quorumcunque honorum,dignitatum,beneficiorum, officiorumve ſint inhabiles. qui ſi poſt diſpenſationem, recidiuo vomitu ad huiuſmodi publicū concubinatum redierint, ſine ſpe alicuius diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant.

Cautela p vxore concubinarii.

¶ Vigeſimatertia, poteſt vxor procurare ne maritus accipiat concubinam, & impedire & prohibere ingreſſum concubinæ, vel eam expellere,arg.l.non aliter.& ibi glo.ſt.de vſu & habi. & ſi nō poſſit prohibere,poterit agere contra maritum vt cōcubinam dimittat, & eā accuſare ciuiliter & criminaliter. Sali. in.l.1.in.4.oppoſit.C.ad.l. Iuliam de adulte. Imo poteſt diſcedere a ſuoviro,ſi vir habeat cōcubinam:nec erit reſtituenda,niſi vir præſtet cautionem de expellenda concubina, & non tenenda, vel reaſſumenda, etiam per pœnæ appoſitionem.arg.c.ex tranſmiſſa, de reſtitu. ſpolia.quia non bene conueniunt, nec in vno lecto morantur vxor & concubina, quæ vitæ vxoris inſidiatur. Bal.in c.1.col.2. vt lite non conteſtata. Cardi. Alexan.in ca. ex parte.in fi.de ſponſa.

¶ Vigeſimaquarta, omnibus ludibrio ſunt & ſcandalo. Naum.3.c.dicitur, Veh ciuitas ſanguinum,non eſt finis cadauerū in te, propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ.& gratæ & c. ecce ergo reuelabo pudenda in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & proiiciam ſuper te abominationes tuas,& contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum.&c.

¶ Vigeſimaquinta, a promotione ordinum repelluntur.c.1.& ca. laici. & ibi Præpoſ. notat.33. diſt. Et epiſcopus eligi nō poteſt, nec nominari.c. ſi quis epiſcopus.34. diſtinct. Bertachi. in trac.de epiſcopo.in.1. parte ſecundi libri.q. 6. quod vtinam ſeruaretur,& ii concubinarii extra Herculis columnas proiicerentur, ne fœtore illorum alii corrumpantur.

Cōcubinarius furioſo cōparatur.

¶ Vigeſimaſexta, quōd concubinarius furioſo comparatur. Valer.lib.4.titu.3.ſic ait,Sophocles ætate iam ſenior, cum ab eo quidam quæreret an etiānū rebus vteretur venereis, inquit,dii meliora,libenter enim iſthinc tanquam à furioſa quadam dominatione profugi.Melius probat tex.in.§.illud.in authē.quimod.nat.effi.leg.vbi dicitur, nil furore amoris vehementius. & ibi glo.dicit, Non frater fratri,cū furor ille venit.Igneus ille furor neſcit habere modū.facit gloſ.in.§.hæc autem. quomod.oport.epiſco.colla.1. & text.in.l.2 §.initium.ff.de orig.iur. vbi in tex.habetur. quōd captus amore virginis omnephas atq; nephas committeret.& plus dicit ibid.Bald. cp amor puellarū peruertit ſenſum.vide glo. in.l.vna.C.de ſenatuſc.Clau.Item ebrio æquiparatur inſti.de ſucceſ.ſubla.nā ſicut vino quis capitur, ita & amore mulieris: & vt Venus eneruat vires, ſic copia vini. Vno nā que modōvina Venuſque nocēt. hæc Verg. in paruis operibus.Et ſicut ebrius non poſſet ſe diſſoluere ſtatim à vino, ita fatuus cōcubinarius à ſua ganea.

¶ Vigeſimaſeptima pœna eſt, quia etiā tria

Source : BIU Cujas

mala oriũtur præter ſupradicta. Primũ quòd propter iſtum concubinatum publicum corda aliorum maxime laicorum ſcandalizãtur. Secundo vituperatur officium eccleſiaſticũ. Tertio præbetur aliis materia peccandi. ca. ſi mala. 2. q. 5. c. ſignifi caſti. de adult. & cap. magnæ. de voto. glo. eod. titu. in pragma. ſi ſacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Item per vitia luxuriæ dæmones colũntur, & templum dei violatur. ca. in eo. 32. q. 4. 1. ad Corinth. c. 3.

Vigeſimaoctaua eſt, iſti concubinario poteſt bonis interdici, ſicut mulieri luxurioſæ. l. & mulieri. ff. de curato. furio. quia eſt prodigus morũ. gloſ. in. l. ſi quis cum ſciret ff. de vſucap. pro empto. Bal. in. l. ea lege. in fi. C. de condi. ob cauſam. & maior eſt prodigalitas morum quàm rerum, vt probat tex. ibi, Famæ ſuæ prodigos. C. de his qui potentio. no. Benedict. in repet. c. Raynutius. in verbo mortuo in. 1. nume. 311. de teſta. & expreſſe. d. Auriol. in addi. ad Guillel. de mõte laud. in ca. grandi. de ſupplend. negli. prælat. lib. 6. plene Tho. Ferra. cautela. 6. quanquam meretrix. vbi dicit notabilem hanc eſſe cautelam contra meretricem, vt non poſſit de bonis ſuis diſponere, not. in ca. paſtoralis. de iud. & quando epiſcopus habet plures in ſuo epiſcopatu tales furioſos concubinarios, nõ debet eos omnes ſuſpendere vel excommunicare, ſed debet à maioribus incipere, vt alii exemplo illorum terreãtur. tex. & ibi Panor. 3. not. in c. clericos. de coha. cleric. Hodie ſicut tela aranearũ capit paruas muſcas, & magnas dimittit, ita & officiales. & ſic delicta magnorum celantur, & non puniuntur. gloſ. in. l. ad ſplendidiores. C. de diuerſis offic. lib. 12. dicã ergo cum propheta, Exurge domine, cur obdormis, & finis eos viuere ſuper terram? poteſt dici, quia es iuſtus, fortis & patiẽs, vt alibi idem Dauid dicit. Poſſem hic etiã alias pœnas congerere, ſed has timeant concubinarii. ☞ Qui plura dãna toti eccleſiæ vi uentibus ſcilicet, & morientibus inferũt, imo maior eſt metuẽda locis illis calamitas, vbi tales interceſſores ad locum regiminis adducũtur, qui dei magis in ſe iracũdiam prouocant, quã per ſeipſos placare deberent. Grego. in c. Fertur. §. vulnerato. 1. quæſtio. 1. ☜

[b] ¶ Quod ſi ij ad quos talium correctio pertinet, eos (vt prædictum eſt) punire neglexerint: eorum ſuperiores tã in ipſos de neglectu, quàm in illos pro cõcubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant. In conſilijs etiam prouincialibus & ſynodalibus aduerſus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per ſuſpẽſionem a collatione beneficiorum, vel alia condigna pœna ſeueriter procedatur. Et ſi ij quorum deſtitutio ad nos & ſedem prædictam ſpectat, per conſilia prouincialia, aut ſuos ſuperiores propter concubinatum publicum

¶ Vigeſimanona, ignæ zelotypie torquẽtur, & deficcantur. ſpec. in tit. de ſponſa. §. poſtremo. verſic. forma ab iſto die. vbi dicit clericos plus laicis igne zelotypiæ vri, ſicut capo in pullos.

¶ Trigeſima, is qui habet concubinã, & procreat filios, cenſetur contraxiſſe matrimonium ex cohabitatione, & filii erũt legitimi, niſi proteſtetur quòd non intendat cõtrahere matrimonium. text. & ibi glo. in. l. in libera. ff. de ritu nuptia. quod procedit de iure ciuili quando non erat magna inter eos diſparitas. ſecus de iure canonico. glo. in ca. is qui 34. diſt. Curtius in. l. penult. in fi. ff. de iuriſ. om. iud. ☞ Igitur deleãtur (iuxta Dauid ſententiam) de libro viuentiũ, & cum iuſtis non ſcribantur. pſal. 68. vbi octo pœnæ concubinariorum intueri poſſunt. ☜

b ¶. §. Quod ſi hi.] Hic patet quomodo prælati negligẽtes punire concubinarios puniũ-

Source : BIU Cujas

tur, peccant etiam mortaliter, maxime si pro temporali cõmodo hoc tolerent. & pari pœna puniri debent. c. vt clericorũ. ver. prælati, de vit. & honest. clerico. Præpo. in c. præter. §. fina. col. 7. dist. 32. vide tex. in c. ex multis. 1. q. 3. & ibi gl. & magis peccant, q̃ concubinarii, cum auctoritatem & defensionẽ delictis præstẽt. c. qui aliorum. 24. q. 3. c. qui cõsentit. 11. q. 3. quod facit contra baiulum Montispes. quæstum a meretricibus & cõcubinis intra ciuitatẽ degentibus recipientem. vide tex. in c. negligere. 2. q. 7. Aufre. in repet. cle. 1. not. 19. de offi. ordi. deberent ergo prælati animaduertere in istos facinorosos concubinarios, sed forte posset illis dici, Clodius accusat mœchos, & per hoc dicit Ioan. and. in c. fi. de re. eccle. non alienand. Pontifices muti, de iure suo male tuti, Cum sint cornuti, non audent cornibus vti. c ¶ §. Publici.] Quatuor modis publici dicuntur, vt hic, & in cap. vestra. & c. tua nos. de coha. cleri. vide etiam per tex. & docto. in l. 1. ff. de iusti. & iur. Alia licet videre per glo. prag. sanct. eo. titu. & per hunc tex. declaratur quis dicatur vsurarius publicus, seu manifestus. de quo in c. 1. & in. c. quanquam. de vsur. in. 6. & ibi multa addidi. vide Ange. in dispu. incipien. vsurarii manifesti.

¶ Notandum est quod clerici retinentes in domo fœminas prohibitas, peccant mortaliter. text. in c. interdixit. 32. distin. Ratio est, quia malũ exemplũ dant laicis, & omnibus eum videntibus, vnde dicit Augustinus de reperiantur priuatione digni, statim cum processu inquisitionis ad nos deferantur. Et eadem diligentia & inquisitio in quibuscunque generalibus capitulis, etiam prouincialibus, quo ad eos seruetur, pœnis aliis contra prædictos & alios non publicos concubinarios a iure statutis, in suo robore permansuris. c ¶ Publici autem intelligẽdi sunt non solum hi quorum concubinatus per sententiam aut confessionẽ in iure factam, sed per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, notorius est, sed etiã qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamatam tenent, & per suum superiorem admoniti, ipsam cum effectu non dimittunt.

Prelati negligentes punire cõcubinarios magis peccant q̃ concubinarii.

singularitate clericorum, Quale præmium felicitatis expectat, qui non solum blasphemiã sanctitatis ab infidelibus prouocat, sed fidelibus pernicioſum præbet exemplum, vt infirmi sub prætextu dilectionis subtiliter fornicentur, & pudicus impudicissimæ castitatis præbeat magisterium? & abbas qui non verbis & exemplis mandata domini ostẽderit, de poni potest. c. si quis abbas. 8. q. 2. sed hodie si ille tex. seruaretur, bene multi deponerentur, vnde prælati tot mortibus digni sunt, quot ad suos subditos perditionis exempla transmittunt. ca. præcipue. 11. q. 3. Itẽ propter custodiam castitatis quam difficile seruat clericus cohabitando cum mulieribus. c. hospitolum. 32. distin. & Prouerb. 6. c. dicitur, Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Item ob perfectionem virtutis, ad quam cum difficultate ascendit, qui consortio fœminarum delectatur, vt dicit beatus Hieronymus ad Oceanum.

¶ Præterea conuenit institutioni clericali non tenere mulierem, vt Aug. vbi supra dicit, Vt quid sibi adhibuit mulierem, qui ducere contempsit vxorem? omnis qui non mãducat carnem, vt quid habitationem suam carnis apparatibus replet? & qui non bibe rit vinum, vt quid vini oblectatione perfruitur? &c.

¶ Insuper propter excellentiã ministerii sa-

Clerici an fœminas domi retinere possint.

Source : BIU Cujas

cerdotalis: nam dicitur, Mundamini qui fertis vasa domini. c. necesse. 1. q. 1. Et Hieron. ad Oceanũ Quid tibi clerice cum fœminis. qui cum domino ad altare famularis? Præpo. in dicto cap. interdixit. Et quod non liceat regularibus tam monachis quàm canonicis habere cõcubinas. nec alias mulieres in domibus eorum, patet per totum titulum de cohabi. cleri. & sic fuit conclusum Tholosæ, teste Aufrerio in decisio. Tholosa. q. 448, Ego vidi aliquos canonicos irregulares sancti Augustini, magis voluptatibus addictos, & cũ mulieribus cõuersantes, quàm seculares, non insequentes suũ magnum patronum beatum Augustinum, sed animas diabolis committentes, prohdolor videre albis vestibus indutos, tot inquinamentis denigratos, totque mala exempla præbentes, non cogitantes se morituros & de omnibus rationem reddituros, exemplo pernicioſum ẽſt, sed veh illis nisi conuertantur ad dominum.

[d] ¶ Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habentes, pecuniarios quæstus a concubinariis percipere non erubescunt, patientes eos in tali fœditate sordescere, sub pœna maledictionis æternæ præcipimus, ne deinceps sub pacto. compositione aut spe alterius quæstus talia quouis modo tolerent, aut dissimulent. Alioquin vltra præmissam negligentiæ pœnam, duplum eius quod propterea acceperint, restituere, & ad pios vsus omnino conuertere teneantur & compellantur.

d ¶ Quia vero.] Ex hoc tex. patet quod pro hoc delicto non potest episcopus vel officialis imponere pœnam pecuniariam clerico, conuertendam in vsum episcopi. sed debet conuerti in vsus pios. l. 2. C. de episco. audien. & ibi pulchre Bald. Panormi. & Felin. in c. irrefragabili. §. cæterum. de officio ordina. vbi traditur regula cum limitationibus, quod episcopus potest imponere pœnam pecuniariã, si magis timeatur, & debet conuerti, vt hic. Henri. in c. presbyteri in 2. dist. de pœnis. per c. dilectus. de officio ordina. Et præsumitur facere causa quæstus, quã do imponit pœnam pecuniariam, & in suum vsum conuertit. Henri. Boyc. in. d. c. irrefragabili. Imo si episcopus vel officialis non exprimat ad quem vsum conuertatur pium, videlicet ad dandum tali pauperi, vel ad reparandam talem ecclesiam, licet dicat ad vsus pios conuertendam pecuniam, tamẽ solet ab eis appellari ab abusu ad senatum, qui hunc abusum reformat per hunc tex. etiam in aliis casibus. nam vult senatus vt exprimatur ad quem vsum pium, ne fiat fraus huic constitutioni. Valeret tamen statutum episcopi imponens pœnam pecuniariam vltra pœnam iuris, si non procedat a radice cupiditatis, dummodo non imponeret pro quolibet crimine. Hostien. in summa rub. de offic. ordina. §. quid pertinet. colũ. 2. versic, non tamen. Panor. in c. licet. col. 2. de pœnis. & cap. de causis. de offic. deleg. col. 3. sequitur Henri. Boteus in tract. de synodo episcopi. in. 3. patte. art. 1. nume. 120. & sequẽ. amplia. 8. quia tunc statutum secundum eos punit, non episcopus. ideo cessat suspicio cupiditatis. vide ibidem fusius, quia per breuitatem temporis non possum alia scribere. † die 7. mensis Ianuarii anno. 1537. fuit causa posita in consilio contra episcopum Ambianensem. qui recipiebat sextam partem beneficiorum pro non residẽdo, & dando licentiam non residendi, & fuit factum præceptũ eidem vt seruaret hec sancta concordata quia episcopus non debet recipere nisi cathedraticum capit. conquerente de officio. ordina. alias punitur in quadruplum. capitulo quoniam decima octaua distinctione.

Source : BIU Cujas

pro cathedratico tamen vt vltra duos solidos soluatur valet præscriptio.capit. olim de censib. +

¶.§. Ipsas.] Et sic concubinæ clericorum possunt puniri per prælatos ecclesiarum quibus subditi sunt clerici illis adhærētes, qa sunt de foro ecclesiæ. glo.in ca.eos.32.dist. & quia peccant in ecclesiam turpiter adhærendo clerico.Panor. in cap. si concubinæ. de senten.excommunicatio. Item quia laicus delinquens cum clerico, efficitur de foro ecclesiæ.c.2.de coha.cleri.Et sic infertur, quod si quinque committant homicidiū, inter quos vnus sit clericus,ratione connexitatis remitti omnes debent ad iudicem ecclesiasticum:tum ne causæ continentia diuidatur.l.nulli.C.de iud. tum ne sequantur diuersæ & forte contrariæ sentētiæ.ad hæc vt priuilegio clerici gaudeat non priuilegiatus, vt in.l.si communem.ff.quemad.ser.amit.Istam cautelam tradit Thomas Fer. cautela. 10. si contingat.quem sequitur Hippo.in sing. 18. Iaſ.in.l.si emancipati.columna.3.versi. nota tu diligēter.C.de coll. vbi adducit sexdecim similia. hoc tamen non patiuntur regales ob seruari,sed quilibet in suo punitur foro,vt vidi seruari.in practica.

Cautela nota pro delinquente.

¶ Ipsas autem concubinas, aut suspectas prælati omnibus modis curent a suis subditis per auxilium, & brachij secularis inuocationem,si opus fuerit,penitus arcere: qui etiam filios ex tali cō cubinatu procreatos, apud patres suos cohabitare non permittant.

Cōcubinam clerici an iudex secularis punire possit

¶ Quæro,an concubina clerici possit puniri per iudicem secularem ? Videtur quod non, quia concubinatus de iure ciuili est permissus,per totum tit. de concu.ff.&.C. & supra dixi,& ita tenet Are.in.l.ex parte.§.mulier.ff. de verb.obli.

¶ Contrarium teneo,tum quia hic concubinatus prohibetur,& est lex regni facta à Papa & Rege: tum quia ad officium iudicis secularis pertinet compellere remediis secularibus, vt homines honeste viuant.l,iustitia. & ibi Alber.ff. de iustit. & iur.§. iuris præcepta instit. illo tit. ita tenet Paulus in dicto.§. mulier . Et hoc intelligi de bet in concubina publi.ca .secus in secreta. Anchara.cōsilio. 196.magnifice.2.quæstione.vbi dicit non valere statutum laicorū edictum cōtra concubinas clericorum, quia ob hoc perçutiūtur mala fama corda clericorum,& vitupe ratur ministerium ecclesiasticum,& in mē tibus fidelium scandalum generatur. capit. presbyter.2.q.5. & cap. si mala fama. ibidem. Iaſ.in.l.cum quædam puella.in princ. columna vltima.ff.de iurisdictio.omnium iudicum. Et plene Feli. in capitu. ecclesia. nume. 102. quæstione.16.de constitutio. Hic non dubitatur, cum lex sit facta à duobus magnis dominis,quin valeat. sed per hoc non posset iudex secularis ex officio inquirere contra concubinam clerici secretam, & eam punire, vt concludit. Ancha.dict. consil.196. colum.3. ibi vide fusius. + Quid si prælati sint negligentes, & non inuocent brachium seculare contra hosce furentes concubinarios an iudices regii possint compellere ipsos concubinarios clericos, vt dimittant suas concubinas,& eas punire? Respon.sic quia regales efficiuntur conseruatores istorum concordatorum per papam in rubr. de protectio. concorda. infra & sic auctoritate & apostolica & regia hoc faciunt,quia honestas viuendi est de præceptis iuris ciuilis, quæ pertinet ad præcepta iuris vt honeste viuatur, quorum iudex est executor, Paul.& Claud. de seycello in.l.iustitia.ff. de iusti. & iur. per text.in.l. consensu.§. primo. C. de repudiis & ideo in hoc sacratissimo senatu die vltima aprilis anno.1538. fuit dictū cōtra sacerdotes melden. quatuor vel quinq; de quibus cōstabat curiæ

Source : BIU Cujas

per informationes esse concubinarios, quod caperentur, & oēs concubinæ expellerētur à domibus illorum, & præciperetur eisdē concubinis sub pœna fustigationis ne ad domos dictorū sacerdotū amplius accedere vel cōmorari auderent & quo D. melden. episcopuscrearet vicariū qui istos concubinarios puniret. ←

f ¶ .S. Iubemus. Vult hanc cōstitutionem publicari, sicut aliæ cōstitutiones, quæ in dies fiunt, publicāt in authenti vt nouæ factæ cōstitutio. col. 5. Quomō debeat hæc publicatio fieri, & per quem, & quo tempore, dixi in repetitio. l. vnicæ. vlti. not. C. de sentē. quæ pro eo qđ interest.

g ¶ .S. Iniungimus.] Principes vel alij qui cunq; sint, non debēt impedire iurisdictionem ecclesiasticā, vt hic probatur, & in capitulo fina. de reb. eccle. non alienan. aliàs ipso facto sunt excōmunicati. c. quoniam de immuni. eccle. in 6. Sed hodie proh dolor non minuitur tantum, sed in totum tolli procuratur exquisitis subtilitatibus quibusdam. sed veh illis, nesciunt quid faciunt. dedit enim eos deus in reprobum sensum, quāobrem plangit ecclesia, vt plene licet videre in tractat. de planctu ecclesiæ, per Aluar. Plura hic nō dico. sed in ordinationibus regius multa scripsi de his, vbi quandoque videre licebit. Vide Egid. bella mera cōsilio. 40. factum est tale.

h ¶ .S. Et cum omne.] Iure prohibitū est habere duas vxores. vt probatur in definitione matrimonii, ibi, viri & mulieris non dicit mulierum, sed viri, nō virorum & mulieris. & is qui duas habet, est infamis. l. eum qui duas. C. ad. l. Iuliā de adulte. solebatq; olim fustib⁹ cædi, hodie solet ad mortem condē nari per senatum, tū ratiōe raptus, quia mulier consensit in eum tanquam in maritum & non alias, & sic cōtra suam rapitur, & plus videtur peccare, qui velamine matrimonii peccat. & clam facit, argu. l. prim. C. de malefi. l. final. ff. de ritu nup. facit. l. prim. C. de delat. libro. 10. Iaf. in. l. singularia. numero. 18. ff. si cert. peta. tum quia falsum cō mittit, & sic pœna falsi (quæ in regno est mortis per legem regni) condemnatur, tū adulterium committere dicitur & sacrilegium & stuprū. Alex. cōsilio. 165. visis in. 7. volumine. per. l. primā. .S. fina. ff. de extraordin. crimi. & . l. quanuis. C. ad. l. Iuliam de adulte. Bal. consilio. 429. super eo. in. 5. volumine. Imo etiam contra illum qui habet duas vxores, potest inquiri de hæresi, quia male videtur sentire de sacra

Habens duas vxores qua pœna puniatur.

Source : BIU Cujas

mento matrimonii. Domi. & Philipp. Perus. in cap. accusatus. de hæret. in sexto. & videtur taliter contrahendo, committere contra vnum de sacramentis ecclesiæ, & sic est hæreticus cap. ad abolendam de hæret. dict. ca. accusatus §. 1.

¶ Item est infamis, & à testimonio repelli debet, si quis habeat vxorem cũ cõcubina, vel duas concubinas. Bald. in. l neminem. & ibi Barb. in additio. C. de incest. nupt. Parnormitanus. in capitulo secundo de sponsa duo. & capitu. cum quidam. columna secunda de iureiurand. vbi dicit de religioso qui accepit vxorem, an possit inquisitor contra eum inquirere. Idem si habeat sponsam, & alteram concubinã. §. si vero effusa. in authenti. quib. mod. natu. effici. sui. vel duas sponsas. l. 1. in fin. ff. de his qui not. infa.

¶ Si tamen quis primo illicitas contraxerit nuptias, & postea licitas sine iudicio ecclesiæ, non est puniendus, secus si contra: tum quia legitime factum non meretur pœnam, tum quia magnæ sapiẽtiæ est reuocare quod male egeris. capit. magnæ. 22. quæstio. quar. Sic consuluit Bald. consi. 118. in. 2. incipiente, verba matrimonii. in primo volumine. Tutius est, quod iudicio ecclesiæ fiant secũdæ nuptiæ.

¶ Notandum est, quod subtili ingenio sunt istæ concubinæ expellendæ à domibus istorum canonicorum & aliorum clericorum. vt in simili dicit text. in. l. secunda. C. de commerc. & merca. An possint expelli extra ciuitatem, dixi in ordina. regiis Philippi pulchri, vbi etiam dixi an & quomodo debeant spoliari, & an sint restituendæ post spoliationem. ☞ Quod non, quia authoritate iuris vel iudicis spoliarus nõ restituitur. glosa in summa. terti. quæstio. prim. vbi limitat, quando non seruaretur ordo iuris. & glos. in capit. argut. 2. quæstio. sexta. Idem quando à non suo iudice esset spoliatus, vel extra iudicium, etiam à suo iudice. Hosti. in summa de restitut. spolia. §. quando. in princip. & Specul. in titul. de petiror. §. quoniam. vide in addi. ad Panormita. in c. dilectus. 1. de rescript. Do. cõsi. 136. dominus. col. 2. & las. consil. 9. facti series. in. 3. volu. Item non restituitur quis quando immineret scandalum. las. consi. 38. in causa. colũ. 1. in. 3. volu. & c. glo. sing. prim. in capi. in primis. 2. quæst. 1. secundum Barb. in tract. de præst. Card. in prim. quæst. primæ partis num. 48. column. 12. est tamen altera in. c. ad petitionem in verbo. restituendus de accusa. &. 3. q prima. in summa. vide quinquaginta limitationes ad regulã spoliatus &c. p Corset. i tract. de potest. regia. quæstione. 72. ☜

Cautela p vxore cõtra maritũ cõcubinariũ.

¶ Cautela singularis est pro vxore quæ habet maritum concubinarium, vt vxor suadeat illi marito quod promittat mille aureos cuidam amico, vel vxori, si redierit ad concubinam: & si promiserit, talis stipulatio valebit. text. singula. in. l. ex parte §. mulier. ff. de verborum obligatio. quanuis stipulatio pœnalis ad contrahẽdum matrimonium non valeat. l. titia. ff. de verbo. obliga. capit. gemma, de sponsa. Tamen propter bonos mores, conseruandos in matrimonio hæc valebit, ut ibidem Bar. & alii dicunt. & Bald. in. l. vlti. in fin. C. de sponsa. nam etsi matrimonium liberum debet esse, tamẽ executio matrimonii debet esse honesta, nec quicquam debet alter committere lædens pudorem matrimonii. & sic consului in Mõtepessulano. Imo fortius valet stipulatio pœnalis facta amico quod Titius si ludat, promittit centum aureos & per hoc extrahitur à ludo. & ita consului apud Bituriges pro quodam mercatore, qui sic promiserat. & tenet Paulus Areti. & alii in dicto §. mulier.

Tutor tradens puellam nuptui ob pecuniam an puniatur

☞ ¶ Si tamen tutori, vel cõsanguineo pupillæ data fuerit pecunia, vt pupillam daret nuptui Titio, illa pecunia non poterit repeti. glos. singu. in. l. qui sine. in verbo. accepit. ff. de negociis gestis. quam singu. notat Barb. in capitulo Raynutius. columna. 25. de testa. nec est simonia sic recipere pecu-

Source : BIU Cujas

niam, vt contrahi matrimonium suadea= tur. Bal. in rubrica. C. de sponsa. tamen si tutor dolo versatus fuerit, vt quia dedit pu= pillam indigno, tenetur ad interesse pupil= læ? teste Angel. in dicta. l. qui sine. & nota quia sæpe corrumpũ turtutores propter pe cuniam, & consan= guinei in puellis nu= ptui tradendis. teste Cy. & Bald. in. l. si pa ter per illum textum. C. de sponsa. ☜ In aliis licet videre glo. pragmaticæ. quæ ple= nius tractant mate= riam.

non posse ob hoc priuari beneficio. Quid si fuerit eidem factum præceptum, vt soluat in= tra mensem ratione instrumẽti facti per no= tarium, post mẽsem celebrat, quid iuris: quæ stio pendet. c onsulu ☞ quod non est irre= gularis ante notifica= tionem, quia potest probaliter ignorare an pars requisierit, & episcopus concesserit excõmunicationem, instar eorum quæ no tantur supra in glos. vacãtia. §. volumus de colla. & dixi in Repe. .l. vnicæ. nota. primo, nu. 54. C. de sentent. quæ pro eo quod in= teresit. vide Feli. in ca. 2. nu. 7. col. 2. & sequen. de spõsa. ☜ & Ioan. Dayma in verbo de cætero, rub. de electio. re gia. fol. 176.

¶ Rubrica.

De excommunicatis non vitandis.

a Tatuimus insuper quod ad vitan dũ scandala & multa pericula, sub ueniendumque conscienciis timo ratis, quod nemo deinceps a communicatione alicuius in sacramẽ torum admnistratione vel receptio= ne, aut aliis quibuscunque diuinis vel extra, prætextu cuiuscunque sententiæ aut censuræ ecclesiasticæ, seu suspen=

¶ Rubrica.

De excommunicatis non vitandis.

a ¶ S T A T V I M V S.] Potest in duas diuidi partes. In prima prouidet hominibus timoratæ conscientiæ: in secunda declarat nolle per hanc cõstitutionem reuelare excõ municatos, suspensos, vel interdictos. Secũ= da ibi, per hoc tamen &c.

¶ Notandum est dictum solenne in practi= ca, quòd licet excommunicatio liget absen= tem & ignorantem quo ad vinculum, nõ ta men quo ad pœnam ante scientiam. glos. in c. quanto. 2. q. 5. & in cap. apostolicæ. de exce ptio. & capit. illud. de cleri. excommunic. mi. Roma. consil. 336. circa. facit quod notat la= so. in. l. final. colum. 8. nume. 46. & sequent. ff. de constitu. princip. & ideo si excommuni catus iuste ignorans excommunicationem celebrauerit, vel alios actus fecerit, nõ est ir= regularis. Ancha. in cap. 1. nota. 6. de consf. præben. in sexto. & ibi etiam dicunt doctor.

¶ Aduertendum est quod collatio beneficii facta excommuuicato non tenet. c. postula= stis. & ibi dixi de clerico excommunic. mini str. quia iura spiritualia in eum non cadunt. ca. cum dilectus. de cõsuet. c. decernimus. & ibi Bald per illum text. de iudic. etiam si col= latio fieret motu proprio. Cardi. in clemen. 1. §. 1q. 4. de religio. domi. siue sit excommuni catus à iure, siue ab homine. Do. de Rota de= cisio. 363. nota quòd excommunicato. in an= tiquis. Imol. in cap. cũ dilectus. in gl. magna de consue. circa finẽ. etiã post absolutionem nõ valebit, quia ab initio nulla erat, ideo non cõualescit reg. nõ firmatur. de reg. iur. in. 6. c. dudũ. 1. de elect. Archi. in c. nullus. 63. distin. Ancha. in d. ca. postulastis. nisi fieret eidẽ de nouo collatio post absolutionem, siue esset excommunicatus ab episcopo, qui eidem cõ tulit, siue ab alio, sine in eadem diœcesi, siue in alia: quia excommunicatus in vna eccle= sia, est etiam vitandus in aliis. ca. quisquis. & ibi glo. 4. q. 5. glo. in cap. pastoralis. §. verũ. de

Source : BIU Cujas

Excõmunicatus possit eligere. vel eligi

appellatio. Cardin. in c. 1. col. 4. de probat. & clemen. 1. versi. ipsius. de pœnis.

¶ Item electio facta de excommunicato nõ tenet, & eligentes peccant. c. cõstitutis. 1. & ibi glos. de appellat. c. cum inter. R. & c. illa. de electio. etiam si minori excõmunicatione fuerit innodatus, nõ debet eligi. c. si celebrat. de cleri. excõmi. Card. in clement. 1. q. 5. de religio. domib. Feli. in c. dilecte. colum. 2. & sequent. & Deci. in ca. dilecti. column. prima de exceptio.

sionis, aut priuationis ab homine vel à iure, generaliter promulgatæ tenean tur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum ecclesiasticum obseruare: nisi sententia, prohibitio, suspensio vel censura huiusmodi fuerit vel contra personam, collegium, vniuersitatem & ecclesiam, aut locum certum, sub pœna excommunicationis, tamen nõ est excõmunicatus nisi feratur sententia quãuis pœna pecuniaria, cõmitteretur ipso iure .l. rescriptum. §. si pactũ. ff. de pactis quia vincula cẽsuræ sunt à cæteris pœnis diuersæ naturæ. hæc sunt verba Bald. in c. P. & G. col. penult. de offi. deleg. vide Roma. cõsil. 331. in casu. ✣ Nec valet etiam permutatio beneficiorũ facta cum excommunicatis, vel si alter eorũ sit excõmunicatus, quia per permutationẽ de nouo acquiritur titulus beneficii, cuius est incapax excommunicatus. glo. in §. item insuper. in verbo disponere. de collatio. in pragmatica. Cardi. in clement. 1. versic. ipsius. de pœnis.

¶ Ad hæc non potest excommunicatus postulari ad dignitates. ca. 1. de postula. prælat. glos. in cap. fina. de excessi. prælato. quia iura loquentia in electione, habent locum in postulatione. glos. in cap. 1. de postulatio. prælator. in glosa penultima, & in cap. finali. de electione. in. 6.

¶ Præterea excommunicatus nõ potest præsentari per patronum ad beneficia. Archid. per illum tex. in ca. 1. col. 3. de exceptio. in. 6. Lappus allega. 8. præsentatus. Nam & iura loquentia in electione procedunt in præsentatione. glos. in cap. sciant. & c. final. de electi. in. 6. Barb. in addit. ad Bald. in. l. 1. C. de interdict. & præsentatio large dicitur electi.

Absolto cũ re incidẽtia post mẽsem, si postea fiat collatio an valeat.

text. & ibi not. doct. in cap. 2. de iure patro. Si tamen quis fuerit absolutus cum reincidentia ad mensem, si post mensem fiat isti collatio, valebit, si aliæ literæ reincidentiæ nõ fuerint cõcessæ, quia postquã est literatorie absolutus, literatorie debet reincidere. nec istæ literæ absolutionis cum reincidentia, debẽt operari effectum absolutionis & excommunicationis, quia inducta ad vnum effectum, non debent contrarium effectum operari. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. ✣ nam licet qs non soluat in termino ad quem se obligauit

Excõmunicat⁹ beneficium nõ impetrat.

¶ Excommunicatus etiam beneficium impetrare non potest, quod si fecerit, non valebit. Cardi. in. clemen. 1. §. 1. q. 5. de religio. domib. ideo solet Roma. curia hac practica vti vt absoluat impetrantẽ quo ad effectum impetrationis, vt dixi supra in forma mandati, in verbo absoluentes. Item excommunicatus ad dignitates vel beneficia nõ potest nominari. Panormitanus. in cap. cum inter vniuersas. de elect. colũ. 2. not. in cap. quod sicut ibidem. & in cap. constitutis. 1. de appellationibus. Suspẽsus eligi prohibetur, ac eligere. glos. in cap. cum dilectus. de consuetud. & d. cap. apostolicæ. de exceptio. Feder. in consil. 147. quidam de ciuitate. Domi. in consil. 133. istud dubium. ☞ Bertachi. in tracta. de episcopo in. 3. parte primi libri. q. 42. & q. 59. vbi dicit esse verum quando est suspensus ab homine per sententiam, secus si à iure. vt in. d. cap. apostolicæ. & idẽ tenet in. 1. parte. 2. libr. q. 5. ☜ Nec beneficia eisdẽ cõferri possunt. glo. in c. cum bonæ. de ætate & qualita. & in ca. fi. de excessi. præla. & in c. fina. 9. quæst. 1.

Source : BIU Cujas

Præpo.in c.præter.§.fi.32.dist. Oldra.consi. 286.in electionis.

¶ Idem in alia prouisione, vt facta excommunicato non valeat, quia nullum beneficium id temporis acquirere potest. d.c.fina. de excessib. prælato. Asten. in sua summa tit.9.q.7. Ideo optio non potest fieri per excommunicatum, iuxta capit.final.de consuetud.in 6.Domi.de Rota decis.195. acceptatio.in no.

¶ Collatio etiam facta per excõmunicatum non excommunicato, non valet, cũ sit exutus auctoritate & potestate in spiritualibus.c.cũ inter. & ibi docto.de elec. Archi.in c.nullus.63.dist.Bened.in repe.c.Raynutius.in verbo mortuo.1. nume.285. cum sequen.de testa. Imo si cõferat, efficitur irregularis, Areti.teste in capit. cum non ab homine.col.penul. de iudic.siue fuerit facta per episcopum, aut alium collatorem, vel per eorum uicarium, etiam non excommunicatum, quia cũ vicarii nomine episcopi excommunicati conferant, & vna eademque persona videantur esse, argu.capit. 2.de consuetud.in 6. ideo suspensus erit vicarius per excommunicationem episcopi, sicut per mortem esset reuocatus.glos.vltima in clement.finali de procurato.Panor.in ca. quoniam.nume.10.de offic. deleg. Perus.in in ca.1.de offic.vicarii.in.6.etiam si collator ignoraret se excommunicatum. glos.in cap. penulti.de cler.excõmunica.ministr.Panor. Imol.& alii in cap.pastoralis.§.verum de appella. licet glos. ibi contrarium teneat.vide Cardin.consil. 40. in facto. quia in his quæ geruntur ratione priuati officii, non est differentia inter occultũ & publicũ. secus in his quæ ratione publici officii geruntur. glos. & Doct.in ca.ad probandũ.de re iudi.Fede.cõsil.231.in antiqua in fi. Aegidius de bella mera decisio.66.secretum.

¶ Item excommunicatus non eligit.ca. vnone sede vacan.in. 6. glo.in c.fin,de excess. pra la.Archi.florent. in.3.parte summæ,titu.24.c.76.rubric.de causa fina. excommunica. versicu.octauo. Domi.Boer.in addit. ad Mandagot.in prima parte.c.6.tract.de elect.intellige in electione quæ cõfert ius in beneficiis.secus in electiõe declaratoria volũtatis, quæ potest per excommunicatũ fieri.l.ex facto.§.si quis rogatus.in secund.ff. ad Trebelli.capit. significasti.de eo qui duxit in matrimo.quam pol.per adulter. Imo si inter omnes canonicos vnus tantum sit excommunicatus, & alii vel maior pars hoc sciat, & possunt eum ab electione repellere, & non expellunt, sed cum eo eligunt, electio talis non valet.nota.in cap.fina. de procurato.Innocen.& alii in cap.illa.de electio. glosa in cap.fina.9. quæst.1. & in verbo censuræ.eodem tit.in prag.Imol.in dicto.ca.cum dilectus.nume.28.de consuetud. vide Bertachi.in tracta.de episcopo in tertia parte primi libri.q.3.

Excõmunicatus nõ eligit

¶ Excommunicatus etiam patronus non potest præsentare.Panormita.in c.nobis.de iure patro.Paul.de citad.in tract.de iure patro. in.3. parte.1. causæ acquirendi. q. 10. quod est verum in clerico patrono, quia præsentatio per eũ facta quandã vim electiõis habet. glo.in cap.sciant.de elect.in 6.cap. cum autem.de iure patro. & per eam acquiritur ius præsentato. secus in patrono laico, quia ex

aut certam, à iudice publicata, & denũciata specialiter & expresse, aut notorie in excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiuersatiõe celari. aut aliquo iuris suffragio excusari, eum a communione illius abstinere nolumus, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquo releuare, neq; eis quomodolibet suffragari.

ſua præſentatione nil iuris præſentato, vel parum acquiritur, ſed totum pendet ab inſtituente, cum ex gratia ei concedatur præſentatio.capit.quoniam.de iure patro. Domi. de Rota deciſio.161.not.quòd patronus. & de ciſio.527.in antiq. & deciſi.2. de iure patr. Rochus in tracta. de iure patr.in verbo cõpetens.quæſt.8.

¶ Primo fallit quando excõmunicatio eſſet nulla,& de hoc cõſtaret tẽpore electionis.capit. veritate.8. diſtinctio. Innocentius & Ioannes And. in cap.dilectis in fine de appella. Panormita.in cap.ita quorundam in fine de Iudæis Si dubium erat,an valeret excommunicatio, electio vel collatio pẽdet à futuro euentu,arg.l. exitus.ff. de acquirend.poſſeſſione. Nã ſi nulla pronuncietur excõmunicatio,valebit electio, & collatio. alioqui ſecus. Henricus.Boy.in dicto cap.dilectis.

¶ Secundo fallit quãdo non erat excommunicatus tẽpore collationis, vel electionis.capi.propoſuit.de cleric. excommunica. miniſtrã.Rota deciſione.238.no. gloſam in antiq.ideo teſtes debent deponere quòd tempore collationis vel electionis erat excommunicatus. Archidi.in dicto cap.nullus.63. diſtinctio.cũ hoc non probetur in recredentia,excõmunicatus habẽs apparentiorẽ titulum,eã obtinebit, niſi literatorie probaretur eum excommunicatum.

¶ Tertio fallit in acceptatione, quæ poteſt fieri per excõmunicatum, cũ non ſit niſi declaratio voluntatis quam excõmunicatus retinet. de Rota. deciſio. vltima.de ſenten. excommunica. Cardin.conſil.103. caſus ſuper quo.colũ.4.nu. 20.ſecus ſi per eam acquireretur ius, ca.referente. de præbend. Rota in deciſio. 195. acceptatio, in no. & deciſio.720.no.quòd excommunicatus in antiqu. & per iſtam acceptationem impeditur præuentio papæ de qua ſupra dixi in rubr.de mandat.apoſtoli.in verbo præuentionis. Alia multa dixi in repetitione cap. poſtulaſtis. de cler.excommunica. miniſtr. vbi licet videre. Interim iſta ſunt valde notanda, quia vtilia & quotidiana.

Que acceptatio poſſit fieri p excõmunicatum.

¶ Rubrica.

De interdictis non leuiter ponendis.

a ¶ ET Quoniam ex indiſcrete interdictorum promulgatione, multa conſueuerũt ſcandala euenire,ſtatuimus quod nulla ciuitas, opidum,caſtrum,villa,aut locus,eccleſiaſtico ſupponi poſſit interdicto, niſi ex cauſa,ſeu culpa ipſorum locorum, aut domini, ſeu rectoris vel officialium. Propter culpam autem ſeu cauſam alterius cuiuſcunque priuatæ perſonæ huiuſmodi loca interdici nequaquam poſſint auctoritate quacunque ordinaria,vel delegata,niſi perſona prius fuerit excommunicata,ac denunciata,ſeu in eccleſia publicata, aut domini, ſeu rectores vel officiales ipſorum locorum, auctoritate iudicis requiſiti huiuſmodi perſonam excommunicatam infra biduũ inde cum effectu non ejecerint,aut ad ſatisfaciendum compulerint.qua etiã poſt biduum ejecta,recedente vel ſatisfaciente, mox diuina reſumi poſſint,quod etiam in pendentibus locum habere decernimus.

a ¶ ET Quoniam.] Quia olim in hoc regno indiſcrete ſentẽtia interdicti ferri ſolebat, ob penſionem non ſolutã, vel aliam cauſam illegitimã interdicebatur eccleſia.ca.quæſiuit.de his quæ fiunt à maiore parte capituli. Et aliquando prouincia. cap.non eſt vobis. de ſpõſa.nota in ca.ſi canonici.de offi.ordina.ideo iudices reprehendũtur nimis prõpti ad proferendas caſdẽ ſentẽtias,quia tẽpore interdicti diuina

Source : BIU Cujas

organa suspenduntur & laudes, nec ecclesiastica sacramenta ministrãtur vt solent, tollũtur mortuis, seu minuuntur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris, adolescentes & paruuli participãtes rarius sacramenta minus inflammantur & solidantur in fide, fidelium tepescit deuotio, hæreses pullulãt, & multiplicantur pericula animarum. ideo prohibetur hic non leuiter proferẽdas interdicti sententias. text. est in extra. prouide. de sentent. excõmunica. in communi. & in pragmatica. sanctio. vbi in reliqs glos. sufficiunt. ad eas recurrito. ✠ per hũc text. fuit dictum parisi. per arrestum die. 7. Ianuarii anno. 1537 contra episcopũ Ambianen. quod abusiue processerat cessando à diuinis propter excõmunicatos videlicet in vesperis vigiliæ natiuitatis cũprius requiri debeãt rectores locorũ vt deiicere habeãt excõicatũ vel excõicatos & si rector vel iudex nõ deiiciat excõicatũ vel excõicatos, tũc cessandũ erit & sic practicãdus erit iste titulus non obstãte. c. certum. 11. q. 3. & aliis iurib9. ✠ ☞ Nõ habet tamen locũ iste text. quãdo ipso iure interdicitur ciuitas, vt in c. periculũ. §. præterea. de elect. in. 6. c. felicis de pœnis eodẽ lib. cle. 1. illo tit. nã hic prohibet ferri auctoritate ordinaria vel delegata, nõ auctoritate iuris. quia ius semper loquitur & est in viridi obseruãtia. l. arriani. C. de hæretic. ☜

¶ Rubrica.

De sublatione clementinæ literis.

a Necnon cõstitutionem de eorũdem fratrũ nostrorum consilio editam, qua cũ irritanti decreto statuimus, decernimus & ordinamus, q̃ ex tunc decætero perpetuis futuris temporibus de cessione regiminis & administrationis ecclesiarum & monasteriorũ facta per eos qui ecclesijs & monasterijs ipsis præerant, seu illam administrationem, seu commendã, aut vt alijs vnita alias obtinebant, seu resignatione aliorum quorũcũque beneficiorum ecclesiasticorum seu cessione iuris in eis vel ad ea quomodolibet cõpetentis aut priuatiõis vel dispositionis aut censurarũ fulminatione, etiam in literis apostolicis a nobis & sede apostolica etiam motu proprio ꝑ tempore emanãtis, quæ in manibus Romani pontificis factæ dicuntur, contentis, etiã si super illis narrantis fundaretur intentio, constare & apparere deberet per publica instrumenta vel documenta authentica. alioquin tam iudicio quã extra illud narratiue & assertionibus huiusmodi in præiudiciũ afferri deberet, nisi de huiusmodi narratiua & assertione, etiam in literis apostolicis facta altero ex præmissis modis doceretur innouam9 illamq; perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari mandamus.

a ¶ NECNON.] Licet de iure ex narratione in iure posita, vel in ordinatione, non possit sumi argumentum à contrario pro decisione aliquarum causarum, nec etiam directo, vt allegatur glos. singul. in. l. vna. C. quando non petẽtium partes. est tamen similis. in capitu. auditis. in verbo ex post facto. de electi. & in ca. fin. in verbo non teneris. de dolo. in sexto. & in capit. vno. in verbo. collationem. de rerũ permu. eod. libr. & in cap. abbate. in verbo iudicio de re iudi. lib. eodem. per Barba. in capit. filius. colum. 6. nume. 10. de testamẽ. & in cap. Raynutius. colũ. 6. & ibi Benedictus in verbo testamentum. in. 1. numer. 67. & Barb. in capit. Raynaldus. column. 21. de testament. ac consi. 60. colum. 5. in 1. volum. & consi. 38. column. 10. 2. volum.

Verba narratiua nõ ꝓbant.

Ioan. Franciſ. Bal. in repe. l. Celſus. 3. no. col. 5. ff. de vſucap. ☞ Ideo ſi in inſtrumẽto dicatur, Titius procurator talis, vt cõſtat inſtrumento ſumpto per talẽ, non per hoc probatur Titiũ eſſe procuratorẽ, niſi inſtrumẽtũ, ad quod fit relatio producatur tex. in autẽ. ſi quis in aliquo. C. de edend. & ibi expreſſe Bal. & alii Alexand. conſi. 181. lecto. colum. 4. in 3. volum. & verba narratiua faciẽtia mentionem de vnione, non probant vnionem. Decius cõſil. 522. i cauſa colum. 2. ☞ Tamen ex narratis per papam (vbi ſua fundatur intẽtio) de iure probatio oritur. clemen. literis. de proba. imo ſi narretur aliquid in literis principis, quod ſit de facto alieno, ſi motu proprio ita narrat, dũ modo literæ fundentur ſuper dicta narratione probant. ſic cõſuluit Alexand. conſil. 112. viſa copia. colum. 1. in 7. volu. & Soci. conſi. 266. in cauſa. col. 11. verſic. præterea. in 2. volu. doct. in dicta clemen. quod hodie etiam eſt correctum hic, & in prag. ſanctio. vbi gloſ. plenæ & fertiles ponũtur, ad quas recurrito. ☞ Item nõ creditur Regi. vel principi, imo nec papæ, ſi dicat in ſuis literis, quod talis rebellis fuit, vel proditor, & ob id amiſit feudum, quod ab ipſo tenebat: quia teſtificatur, in cauſa propria, in qua nullus eſt idoneus teſtis. l. nullus. ff. de teſti. Decius conſilio. 445. in caſu. colum. 11. & conſil. 528. pro reſolutione. & conſi. 344. ſereniſſimus & cõfilio. 576. in fi. & conſil. 606. ſereniſſimus. alias eſſet in poteſtate principis priuare aliquem iure ſuo ſine cauſa ex ſola aſſertione, quod abſurdum reputat Feli. in c. quæ in eccleſiarum. colum. 5. de conſtitu. dixi in tracta. de repro. & ſaluatio. teſtium, quãdo teſtis in propria cauſa recipiatur. ☞ Et ſi vis ſcire quando verba enunciatiua ſeu narratiua probẽt, vide per Bart. & alios in. l. ex hac ſcriptura. ff. de donatio. & in capi. ſi papa. de priuilegi. in 6. Et quando proferũtur in iudicis. vel in cõtractibus ſeu in vltimis volũtatib⁹, aut in reſcriptis, ſeu priuilegiis vel in actib⁹ liberatoriis, ſeu in actibus in quibus agitur de obligatione cõtrahenda, an probent vide pleniſſime per Vitalem de cambanis, in tractatu clauſularum, clauſula dedit & donauit Titio &c. & quæ addidi ad dict. l. ex hac ſcriptura.

¶RVBRICA

¶De firma & irreuocabili Concordatorum ſtabilitate.

ET quia ſupradictam concordiam cum præfato Franciſco rege ob illius ſynceram deuotionem, quã erga nos & ſedẽ prædictã habet, quum ad præſtandã nobis reuerentiã & filialem obedientiã, ad ciuitatẽ noſtrã Bononiæ perſonaliter venire dignatus eſt conſentimus, illãq; inuiolabiliter obſeruari deſideramus. Illãvero contractus & obligationis inter nos & ſedem apoſtolicam prædictam ex vna, & prætatum Regem & regnũ ſuum ex altera partibus, legitime inniti, vim & robur obtinere, ac illi & preſentibus in aliqua ſui parte, per quaſcunque literas & gratias per nos & ſucceſſores noſtros deſuper concedendas derogari, clauſulãque, cum earundem derogatione, preſ-

¶RVBRICA.

¶De firma & irreuocabili concordatorum ſtabilitate.

a ¶ET QVIA.] Quatuor dicta ponit, ideo quatuor habet partes. ſecunda ibi, volumus. tertia ibi, & cum omnium. quarta ibi, & nihilominus.

No. quãdo non creditur principi

¶ Notandum est has constitutiones inter papam & sedem apostolicam ex una, & Regem ac regnum ex altera fuisse cõcordatas, ac factas, & inter illas vim obtinent contractus, vt hic patet. dixi in præfa. ad rub. de colla. supra. & ex hoc textu. sumpsi subscriptionem & initium concordatorum.

¶ Secũdo patet quod sicut alter non potest viua voce contractui derogare. ita nec per literas. sic prohibetur hic, quod alter videlicet papa vel rex possit per quascunque literas his concordatis derogare. l. prima. C. quando liceat ab emptione discedere. & si derogaretur, literæ nõ verificarentur, seu vt dicunt, non interinarẽtur per iudices quibus diriguntur.

¶ Imo quædam ordinatio fuit publicata in parlamento. Mil. CCC. LXXXIX. de data. 15. mensis Augusti, per quam rex prohibebat aduocatis partibus, & procuratoribus, ne impetrarent literas regias in præiudicium ordinationum regiarum: & si impetrarent, voluit quod curia non obtemperaret literis regiis impetratis a partibus saltem clausis. Ista refert Ioã. gallus. in quæstioni. per arresta. quæst. 124. versicu. item fuit publicata. & in stylo parla. in. 4. parte arresto. 84.

¶ Tertio notanda est clausula decreti derogatoria, vt non valeat si contra ista concordata fuerit aliquid attentatum. Et ideo hæc clausula in omnibus articulis concordatorum censetur repetita. quare non bene dicunt aliqui, quod valeant aliqua in contrarium gesta, cum hæc clausula decreti respiciat omnia & singula, vt patet ibi, super his, vel eorum aliquo. versi. necnon. & quãdo clausula decreti in constitutiõe vel actu apponitur, si contrarium fiat, pro infecto habetur. capitulo ad petitionem, de accusat. glos. in clem. 1. de immuni. ecclesia. facit. l. 1. ibi, nullius momenti. ff. de feriis. tex. in. §. vltimo. in fin. 4. distin. quia hæc clausula etiam ligat manus papæ. Domi. per illum textum. in cap. quodã. in fine. de præbend. in. 6. Et si superior confirmat statuta vel consuetudines inferioris, apponendo clausulã decreti. quod inferior postea nõ potest illa declarare, dicit Bald. in capitulo. ea quæ, de re iudicata. Imol. in lege. ex facto. ff. de vulga. vide plene Barba. in clementi. prima columna octaua de electi. dixi multa in cap. dilecto. de præbend. per illum textum, vbi etiam docto. tractant de hac clausula decreti. quando est posita in commodum partium, an partes possint eam tollere. Felinus in capi. cum accessissent. numero septimo de constitu. Angelus in §. tripli. colum. 3. instit. de actioni. Iaf. in. l. non dubium. col.

Source : BIU Cujas

4.de legib.C.☞Plus dicit Barba.in clem. prima.colum.9.de electio.quod si papa cesserit,quod abbas non possit conferre beneficium regulare clericis secularibus, & apposuit decretum,si postea abbas conferat secularibus tẽpore longissimo, non orietur consuetudo,nec præscriptio propter appositionem decreti, licet alias oriretur, vt est casus singu. in. c. cum de beneficio, de præbẽ.in.6.quod not. ad limitationẽ illius tex.☜

b ¶ §. Volumus.] Notandum est quod lex,cõstitutio siue edictum debet legi,recitari & publicari, acceptari & regiſtrari in senatu,alioqui non ligat,vt hic.&.l.cũ hi. in prin.ibi, in senatu recitata. ff.de transactio. facit.l.lecta in auditorio.si cer.peta. dixi plene in repeti.l. vnicæ. nota.vlt.C.de sententiis quæ pro eo quod interest proferuntur. & in scholis publice legi.§.hæc autẽ.in procœmio ffiorũ.

Quo tempore fuerũt concordata parisiis pretata.

Ideo his commotus, has constitutiões publice in scholis parisien.decretorum magnis interpretari hoc anno.1535,cœpi,& volanti calamo hæc scripsi: quæ si longa digestione decocta fuissent,forsan vtiliora forent. at cum nostris auditoribus nihil negare possem, nec vellem,ista (etsi abortiua)illis euulgare nõ erubui,in posterum subtiliora,& (vt spero) meliora quotidie mihi occurrentia,iis addenda decreui. Interim tam voluntatem syncerã, quam operam gratanter oblatam æquo animo suscipite,&hos volũtarios labores ex tempore editos excusatos facite.

b ¶ Volumus autem quod si præfatus rex præsentes literas,ac omnia & singula in eis contenta,quæ in prima futura sessione presentis concilii Laterane. approbari & confirmari facere promittimus, infra sex menses a die approbationis & confirmationis huiusmodi computandos non approbauerit & ratificauerit,& ea perpetuis futuris temporibus in regno suo & omnibus aliis locis & dominiis dicti regni per omnes prælatos & alias etiam ecclesiasticas personas,ac curias Parlamenti,acceptari, legi, publicari,iurari,& regiſtrari,ad instar aliarum cõstitutionum regiarum,& de acceptatione,lectione,publicatione,iuramento & regiſtratiõe prædictis,infra prædictum tempus per omnium & singulorum supradictorum patentes literas aut authenticas scripturas nobis non transmiserit, aut nuncio nostro apud regem existenti per eum ad nos mittendas non consignauerit,& deinde singulis annis etiam legi(prout alia ipsius Francisci regis cõstitutiones & ordinationes quæ in viridi sunt obseruantia,obseruari debent) inuiolabiliter obseruari cum effectu non fecerit,præsentes literæ,& inde secuta quæcunque sint cassa& nulla,nulliusque roboris vel momenti.

c ¶ Et quũ omnium quæ in regno,delphinatu,& comitatu prædictis agunc ¶ §. Et cum omnium.] Not.non valere cõsuetudines seu ordinationes vel statuta libertati ecclesiasticæ & authoritati sedis apostolicæ quomodolibet præiudicãtia. authentic. cassa. C.de sacrosanct. eccles. & infra dicam. nec papa intendit illa approbare expresse, nec tacite,licet quandoq; patientia habeat vim approbationis.c. literas.de supplen.negligen.prela. Tamen ad tollẽdum istud dubium,papa hic protestatur,quod non intẽdit approbare.

☞ Imo etiam si hoc non protestaretur papa,tamen adhuc confirmando omnia statuta,nõ videtur confirmare ea, quæ sunt cõtra libertatẽ ecclesiæ Bal. & Ias.in.l.oẽs col.8.nu.36.ff.de iust.

Source : BIU Cujas

& iure. posset tamē si vellet ea confirmare. secundum Ias. ibi allegando Innocen. in capitu. primo de trāsac. Bald. in. l. ius ciuile in fin. ff. de iusti. & iure. Alexan. consilio. 209. statutis colum. 2. volumine. 2. quod nō firmo &c. per multa que alibi scripsi.

¶ Quæro quæ sint stabilita præiudicantia libertati ecclesiasticæ, seu cōsuetudines. vel vsus? Respō. illa quæ sunt contra priuilegia cōcessa ecclesiis. vel ecclesiasticis personis, à quocūque fuerint concessa, siue tollant ea, siue diminuāt, siue timidiores clericos reddant. nota. in capit. ecclesia sanctæ Mariæ de consti. authen. cassa. & ibi docto. C. de sacrosan. eccle. Inno. & alii in capi. nouerint. & capit. grauem. de senten. ex com. Barto. in. l. cunctos. columna. 8. & seqū. C. de summa trinita. plene Barb. in repeti. rubri. de rebus eccles. non alienand. colum. 39. versicu. tertia hæsitatio. nume. 167. cum seqū. plene prosequitur Roch. Curti. in repeti. c. fina. colum. 74. cum sequen. tur. notitiam non habeamus, consuetudines, statuta, seu vsus, libertati eccle siasticæ & authoritati sedis apostolicæ quomodolibet præiudicātia, si qua in Regno, Delphinatu, & Comitatu prædictis aliàs quàm in præmissis existant, non intendimus nobis & eiusdē sedi in aliquo præiudicare, seu illa tacite vel expresse quomodolibet approbare. ¶ Et nihilominus præfato Francisco, & pro tēpore existenti Frā corum Regi, in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus per se vel alium, seu alios in dignitate ecclesiastica constitutos, præsentes literas, ac omnia & singula in eis contenta quando & quotiens opus fuerit, publicari, & ea inuiolabiliter obseruari faciat. Contradictores cuiuscunque dignitatis & præeminentiæ fuerint, per censuras ecclesiasticas, & pecuniarias pœnas, aliaque iuris & facti quæuis opportuna remedia (appellatione qualibet omnino postposita) compescendo. Non obstantibus omnibus supradictis, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, ꝙ interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

¶a Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, suspēsionis, astrictionis, declarationis, præcepti, iniunctionis, monitionis, innouationis, consensus, decreti, voluntatis, permissionis. & mādati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo decimo octauo. quinto Idus Martii. pontificatus nostri anno sexto.

¶ RVBRICA.
De conclusione Lateranen. concilii.

a ¶ NOS igitur] Notandum est quòd sicut in corpore physico vnum corpus habet plura membra. l. rerum mistura. ff. de vsucap. Et bonum est argumentum de hoc corpore ad physicum capi. quoniam. de offi. ordina. Nam hoc imitatur physicum lege adoptio prima. ff.

volens anferre priuilegium Romanę ecclesię in hęresim labitur.

Source : BIU Cujas

de adoptio.quæ membra capiti subsunt tãquam nobiliori. l.cũ in diuersis.ff.de relig. & sump.funer.& non licet membris a capite discedere. cap.cum nõ liceat.de præscri. quod fabulose loquẽs ostẽdit Liuius de Po. Ro.cui Agrippa proposuit fabulam de mẽbris a capite discedẽtibus. ibidem videre licet libr.2.ab vrbe cõdit.Ita in corpore mystico vnum est corpus, cuius caput est Christus, & Christi vicarius Petrus, Petrique successor. extrauag. vnam sanctã. de maior. & obed.in communibus. quicunque ergo non subest Roma.pontifici,nõ est de isto corpore mystico, nec de ouibus Christi, dicente eo, vnũ esse ouile,& vnũ pastorem.& alibi dicit idem Christus,nõ potest palmes facere fructum, nisi manserit in vite.Qui in me manet, multum fructum affert. & si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescet,& colligent eum,& mittent in ignem.cap.si Petrus.24. questio.1. multa hic possem adrario contraire.Si quis autem hoc attentare præsumpserit. indignationem omnipotentis dei,ac beatorum Petri & Pauli apostolorũ eius se nouerit incursurũ.Dat.Romæ apud S.Petrum, Anno incarnat.dominicæ.1516.15. kalend.Septemb.Pontific. nostri anno quarto.

¶RVBRICA.

De conclusione Lateranen.concilii.

Nos igitur,vt literæ ipsæ,quæ ob id præcipue editæ fuerunt,vt in corpore mystico,sancta videlicet ecclesia,perpetua charitas & pax inuiolata perdurent,& si qua mẽbra dissentiant, ea commode suo rẽuniantur corpori, eo magis obseruentur quo clarius cõstiterit ipsas literas, ea matura & salubri deliberatiõe,a nobis(dicto sacro Lateranen.approbante consilio) approbatas & innouatas, qua statutæ & ordinatæ fuerunt, licet ad earundem literarum subsistentiam & validitatem,alia approbatione non indigerent.Ad abundantiorem tamen cautelam,vt eo tenacius obseruentur, & difficilius tollantur, quo tantorum patrum fuerint maiore approbatione munitæ,literas prædictas cũ omnibus & singulis statutis ordinationibus, bdecretis difinitionibus,pactis,conuentionibus,promissiõe,voluntate,ac pœnis,inhibitiõe,aliisque omnibus & singulis clausulis in eo contentis,illa præsertim qua voluimus quod si præfatus Franciscus Rex supradictas literas, ac omnia & singula in eis contenta, intra sex menses a data præsentium computandos non approbaret & ratificaret, dere,quæ licet videre in dict. extrauag. vnã sanctam.& per theologos ac per Ioan. de terra rubea in tract. contra rebelles regũ, art.3.tract.tercii.

b ¶Decretis.] Quæro quot modis accipiatur. Secundo, in quibus casibus interponatur. Tertio, quomodo annulletur.

¶Primo quædã sunt dei decreta,quæ si nõ custodiantur, fames, siccitates & alia mala nos circunueniunt.3. Reg.cap.18.Sit quoque cor nostrum perfectum cum domino deo nostro vt ambulemus in decretis eius. Item decreta patrũ.c. quanto.de transla.episcopi, Alia legatorũ. cap.præsenti. de offi. lega.lib.6.cap.1.de loca.Quædam sunt sedis apostolicæ decreta.cap. nulli.& cap.omnia.25. quæst.1. Decreta sunt episcoporum.capitu.si quis.de maior.& obedi. Sunt q; decreta Cæsaris.c. 17. actor. apostolo. ibi, hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt. Alia sunt Regum, Daniel.3.capit. post prin. Tu Rex posuisti decretum &c. & primo Esdræ cap. Decretũ quot modis accipiatur.

Source : BIU Cujas

sexto. A me ergo positum est decretum. & paulopost, Ego Darius statui decretum. Alia decreta decurionum. ff. de decret. ab ordine facien. Item sunt decreta iudicum. primo Regum. 17. capitu. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. c. absit. 11. quæstio. terti. alia sunt decreta. prætorũ. l. si prætor in princ. ff. de iud. Aliquando accipitur generaliter proquacunq; ordinatiõe seu statuto superioris. l. item eorum. §. sed si ita. ff. quod cuiusque vni. nomi. Quandoque pro sententia seu auctoritate qua iudex contractũ iustũ fore decernit, auctoritatẽ suã interponendo, vt in rubri. ff. de reb. eorũ. & de præd. minor. sine decreto non alie. vel pro decreto iudicis aduersus contumaces, vt quando interponit auctoritatẽ mittendo aliquẽ in possessionẽ, ex primo vel ex secundo decreto. l. si finita. §. si plures. & ibi gl & §. Iulianus. & §. si forte. ff. de damno infect. gl. in. c. 1. de reb. ecclesiæ. nõ alienand. lib. 6. Et est proprie in statutũ papæ, à decernẽdo animi interiora dictũ. Præceptum vero regũ à præcipiendo, teste Luca de penna in rub. C. de præd. curial. sine decret. non alienã. lib. 10. Vel stricte capiendo, est deliberata iudicis cõmissio, ab eo facta cũ causæ cognitione citra condemnationem vel absolutionẽ. Aliisque multis modis sumitur, vt per Specu. in titu. de primo & secundo decreto. Et Rebuff. in rub. C. de decret. decurio. libr. 10. & Guido Papæ in suo tracta. de primo & secũdo decreto. in princi. Baldum & Iason & alios in dict. l. nec quicquam. §. vbi decretum. Vide differentias inter decretum & sententiam per Alexandr. in. l. iustæ. column. 3. & sequent. ff. de acquirend. possess.

¶ Verumenimuero quia hæc materia decreti est tam frequens, vt quælibet alia totius iuris, ideo hic pauciſſima verba instar imperatoris in. l. antiquitas. C. de vsufruct. putaui inserenda, videlicet in quibus casibus interponatur decretũ, item quomodo an nulletur.

In quibus casibus decretũ interponatur.

¶ Primo interponitur secundum quosdam decretum in alienatione rerum ecclesiæ. authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. Tamen communis opinio flectit alio, vt auctoritas episcopi siue consensus requiratur loco illius decreti. capit. 1. de reb. eccles. non alienand. Ad euitandas opiniones solent notarii in instrumentis alienationum rerum ecclesiæ apponere hæc verba, talis episcopus dedit licentiam, auctoritatem, consensum, ac decretum suum interposuit super alienatione talis rei. Specul. in titul. de emptio. §. nunc dicendum. versicu. cæterum. dixi in compendio alienationum rerum ecclesiæ in verbo ne quis episcopus pagi. 25.

¶ Secundo in venditione rerũ ciuitatis. l. fin. C. de vendicio. rerum ciuita. lib. 11.

¶ Tertio, in venditione prædiorum, decurionum, & curialium. l. 1. & per totum C. de præd. curial. sine decreto non alienand. libro decimo.

¶ Quarto, in alienatione bonorum immobilium minoris. l. lex quæ tutores. C. de administratio. tuto. l. 1. per totũ de præd. minor. sine decre. non alie.

¶ Quinto, decernuntur pupillo alimẽta pro modo facultatum. l. 1. 2. & 3. ff. vbi pupill. educari debeat.

¶ Sexto, in tutore vel curatore dando pupillis illustrium personarum. l. vna. versicu. & si ibi, per prætorem interponatur decretũ. C. de tutor. & curato. illustrium persona. Idem in aliis personis tenet Barto. in. l. legitimos. ff. de legit. tutor. idem in actore dando tutoribus impeditis §. final. insti. de cura.

¶ Septimo, in reuocando tutore vel curatore, quia eadem solennitas requiritur in dissoluendo, sicut in faciendo. authen. econtra. C. de repud. l. si vt proponis. in secund. de nupt. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. ideo

Source : BIU Cujas

vbi in cõtr actu requiritur decretũ, & in di ſtractu,& ſic in tranſactione.Bal.in..praſes. q.1.C.de tranſact.

¶ Octauo, in manumiſſione ſeruorum per minores ex cauſa facienda.l.etiam. ff.de manu.vindict.

¶ Nono, in diuiſione bonorum minoris. gloſ. & ibi Bart. in .l. inter. pupillos. ff. de auctor. præſtan.

¶ Decimo, in inuentario tutoris. Bald.expreſſe.in.l.ſi tutor.C. in quib. cauſis in integrum reſtitu. non eſt neceſſaria. allegat.l. fina.C.arbi.tute.

¶ Vndecimo, propter famem conſanguineorum pupilli, poteſt tutor cum decreto alimenta eis ex bonis pupilli dare.l.1. §.ſed nonnullos.ff.de tutel.& ratio. diſtrahend.

¶ Duodecimo, idem in curatore dando furioſo.l.de creationibus.C.de epiſco.audien.

¶ Decimotertio, ſuper tranſactionibus alimentorum ſolet decretũ ſiue auctoritas prætoris interponi.l.cũ hi.&.l.de alimentis.ff.& C.de tranſact.

¶ Decimoquarto, olim in bonorum poſſeſſione decernenda,& vocabatur bonorũ poſſeſſio decretalis.l.1.§.decretalis.ff.de ſucce. edict. hodie tene. quod traditur in.l.fiu. C. qui admittiad bon.

¶ Decimoquinto,in vẽditione facta per ſubhaſtationem.l.1.C.de fide inſtrumẽt.lib.10. & l.ſi quos.de reſcinden.vend.

¶ Decimoſexto, interponitur decretum in remittenda parte debiti, facta per maiorem & ea perpetuis futuris temporibus in regno ſuo,& alijs locis & dominijs dicti regni,per omnes prelatos &alias ecclesiaſticas perſonas ac curias parlamẽtorum acceptari,legi,publicari,iurari & regiſtrari, ad inſtar aliarum conſtitutionum regiarum: & de acceptatione,lectione,publicatione, iuramento, & regiſtratione prædictis intra prædictum tempus per omnium. & ſingulorum ſupradictorum patentes literas, aut authenticas ſcripturas, nobis non tranſmitteret: aut nuncio noſtro apud ipſum regẽ exiſtenti, per eũ ad nos deſtinendas nõ conſignaret,& deinde ſingulis annis etiã legi (prout aliæ ipſius partem diſſentiente minore parte.l. & ſuum hæredem §.fina.ff.de pact.

¶ Decimoſeptimo, in contractu filiifamilias cuius pater eſt furioſus, vel mente captus.Bal.in.l.ſi furioſi. per illum textum. C. de nupt.

¶ Decimooctauo, in dominii adiudicatione facienda contra contumacem, & vocatur ſecundum decretum, de quo in.l. ſi finita.§. Iulianus.& §.ſi plures. & ibi plura dicunt docto.ff. de damno infect. Specu. in titul. de primo & ſecundo decreto. & Guido Papæ in tractatu de primo & ſecundo decreto.

¶ Decimonono, vbi iudicis officiũ imploratur.l.nec quicquam §.vbi decretum. ff.de offic.proconſul.

¶ Vltimo, in omni contractu poteſt interponi decretum iudicis, ſeu peti. vt contractus confirmetur.text.& ibi Bar.in.l.ſi quos C.de decur.libr.x. Anto.de burgos in capit. cum cauſa.column.9.cũ ſequent.de emptio. Pantha.Calderi.in repet.l.2.colum.26.C.de reſcin.vend.Lucas de penna in.l.fi.C.de decret.decurio.lib.x.

Decretũ ex quibꝰ cauſis annulletur.

¶ Tertio, quæritur quomodo annulletur decretum. Reſpon.primo quando ex falſa cauſa eſt interpoſitũ,vtpote allegatũ eſt æs alienum pupilli,quod non erat & vendita eſt ob eam cauſam res,tunc decretũ eſt nullũ.l.magis puto.§.ſi æs alienũ.ff. de reb.eorũ.l. ſeiæ. de tutoribus.& curatori.datis ab his.l.iuſta. & ibi Benedict.plumb.de manu.vindict.&. l.cũ vero.§.ſubuentũ.de fideicõmiſ.libert.l.

Source : BIU Cujas

& ſi præſes. C. de prædi.minor. Iacob. in.l. hoc edicto.in prima lectura.ff.quod quiſque iuris.Corne.conſi.132.fundata.col.vlt.in 2. volu.& conſil.132.licet in præſenti.column. 2.in 4.volu.& conſi.185.ſuper duobus.colũ. 3.ibidem. Alexandr. conſil. 69. in cauſa. colum.1.in.3.volu.& conſil. 147.viſo themate.colu.1.in ſepti. volu.

¶ Amplia, ſiue cauſa eſſet falſa ipſo iure ſiue per exceptionem. ideo decretum interpoſitum propter debitum,quod poteſt excludi per exceptionem,non valet. Roma.conſi. 454.in re præſenti.col.2. Innocent.in c.præterea.col.vlt.de dilatio.

Secundo, etiam procedit, ſiue cauſa falſa ſit expreſſa in decreto, ſiue non, dummodo ex actis conſtet.gloſ.in.l. 2. C.quando prouoca.non eſt neceſſe.Bart.& alii.in.l.ſeiæ.ff. de tutor.& curato.datis ab his.Alexan.conſil.207.Domine Alexander.circa finem.in 7.volu.Cuma.conſil.114. Antonius Benedicto.colum.4.

Tertio, extende etiam ſi cauſa ſit pro parte falſa, quia tunc in totum vitiatur decretum.Bart.& alii in.l.ſi non ſortem.§. ſi centum.ff.de condict.indebit.Bald.in marga.in verbum decretum.quæſt.2.Rom.conſi.454 in re præſenti.colum.2. Decius conſil. 403. quanuis in caſu.colum,5.nume.20.quia ſententia indiuidua eſt vnius capituli.l.in hoc iudicio.ff. famil. herciſ. & indiuiduis inutile vitiat vtile.l.1.§.item quæro.& §. item trebatius.ff.de aqua quotid.& æſti.l.græce.§.illud. de fideiuſſor.Et ſic adiudicatio rei pro maiori debito,quam ſit,non tenet in aliquo,quãdo fit à iudice.l.1.§. hæc verba.ff.ne vis fiat ei.Bald.in.l.certi condictio.§.quoniã.col.3. ſi cert.peta.ſecus ſi à parte d.§.ſi centũ. Alexan.in.l.ſi iuſte.de acqu.poſſeſſ. Bald.conſil. 223.proponitur.colum.1.in.2.volu.& ſic fuit iudicatum Neapoli, vt refert deciſio. Neapol.218.petita.quod etiã non procedit quando res eſſet mihi adiudicata tam ratiõe mei debiti,quam debiti fratris, cuius mandatum non habeo,quia tunc pro parte mea tenebit. Bald.in.l.ordo. colũ. vltim.C.de execu.rei iudica.

¶ Quarto, Amplia vt per Paul.caſtren. conſil.201.viſis.colum.1. volu.1.

¶ Primo, fallit quando ius & iuſtitia deficerent ex parte conuenti,ſeu ratione rei in quam facta eſt miſſio,vt pote ſi vere ſim creditor Titii, & miſſus ſim in poſſeſſionem rei Caii, tanquam eſſet Titii, tunc ſi facta ſit miſſio ex primo decreto, poterit Caius comparere, & oſtendere ſummatim de iure ſuo, & reuocari facere miſſionem .l. à diuo Pio §. ſi ſuper.ff. de re iudica. Si vero compareat poſt ſecundum decretũ, non poterit ſummarie petere reuocationem miſſionis, ſed ordinarie ſic, offerendo libellum,& alia faciẽdo neceſſaria d.l.à diuo Pio §.ſi poſt addictum.Bart.in.l.ſi is ad quem.ff. de acqui.hæred.

Item ſi fuerit facta miſſio rei in qua tertius habet ius, quia intra annum ſummatim diſcutietur, poſtea vero ordinarie. Bart. & alii in d.l.iuſte.ff.de acquiren. poſſeſſ. Secus ſi deficeret ius ex parte agentis, vt ſi peto centum, quæ falſo dico mihi eſſe debita, & quia non compares,ſum miſſus in poſſeſſionem tuorum bonorum,tunc nõ valet decretum interpoſitum, quia deficit ius ex parte agentis,cum nil mihi debeatur.l.1.ff.ne vis fiat ei.§.hæc uerba.

Secundo,fallit quando inter conſentientes eſſet interpoſitum.l.ſed ſi hac.§.patronũ ff.de in ius vocan.vbi ſi libertus tanquam ingenuus fuerit adoptatus, & decretũ adoptionis interpoſitum, illud decretum tenet ſecundum Bald.ibidem. & Iaco.in.l.cum hi.§.

Francisci regis conſtitutiones & ordinationes quæ in viridi ſunt obſeruantia, obſeruari debẽt)inuiolabiliter obſeruari cum effectu non fecerit, literæ ipſæ & inde ſecuta quæcunque, eſſent

Source : BIU Cujas

si prætor.in.2.lectu..ff.de trausact.

¶ Tertio, fallit quando motu proprio iudicis esset interpositum, vt si motu proprio decernat quem ex falsa causa tutorem, valebit: secus si ad partis postulatione. not. in l.si vt proponis. C. de confirmad. tutor. Barth.in.l.tutor. column.1.ff.de tutor.& cura.datis ab his.

☞ Et sic est differentia quando motu proprio, quia tunc non est nullum ipso iure, licet per sententiam forte possit annullari. sed quando ad postulationem est interpositum, est ipso iure nullum, quia dolo partis videtur concessum. ☜ Dixi supra in forma mandati apostolici igl.omotu proprio.

¶ Quarto limita quãdo veritas vel falsitas causæ ex iudicis declaratione pendebat, vt si iudex interdixit administratione alicui tanqua prodigo, qui non est, valet tamen decretũ, vel si decreuit eidem tutorem l.is cui.& ibi Bar.& alii.ff.de verbo. obliga. secus si dederit tutorẽ vel curatorem ei qui non est minor, quia cum ætatis declaratio fiat à natura, prodigalitatis à iudice, non valebit prima, secus in secunda, quia suæ declarationi stari debet. Bartho.& alii in l.Seiæ.per illum textum.ff.de tuto.& cura.datis ab his.tex.in.l.tutor si petitus. ibidem.

¶ Quinto, modera quando decretum interponeretur ex causa erronea, vt si iudex ignorans interposuerit decretum super contractu dolo vel metu inito, tunc decretum non est nullum, sed poterit peti restitutio.l 2.& ibi Bald.& Iacob. C.de fideiuss.minor. & oportet impetrare literas à rege, vel à cancellaria super istius contractus rescissione non obstante decreto. quòd si decretum esset nullum, nõ indigeret rescissione .l.in causæ.in secund. in principib.ff.de minor. Alexand.in.l.iuste. columna. 7. ff.de acquirend. possessio. nos etiã in vtroque casu impetrare solemus literas regis in hoc regno.

¶ Vltimo limita quãdo fuisset cognitum de veritate aut falsitate causæ ante decreti interpositionem. glos. vltima. & ibi Bald in.l.si putas. C.de petitio.hereditat.argu.l.finali.de edicto.diui Adria.tollend.Bald.in.l. secunda.columna. secund. C.quando prouoca.non est necesse.etiam si summarie fuerit cognitum, quia in decreto non requiritur plena causæ cognitio.glos.in .l.cum proponas. in verbo constat.C.de bonis auctо.iudic.possi.capitul. fina.§. vltimo. in verbo, summatim. vt lite non cõtest.doct. in d.l.iuste.& d.§.si prætor alias tradunt limitationes.ibi vide.

¶ Secundo, annullatur decretum, si iudex interponendo illud, non sedeat .l. naturali in fine.ff.de confirmand.tutor. Specul.in titulo de feriis.§. sequitur. versicul.final. Lu-

Source : BIU Cujas

cassa & nulla, nulliusque roboris vel momenti (sacro Lateranensi concilio approbante) apostolica authoritate & potestatis plenitudine approbamus & innouamus: easque inuiolabiliter & irrefragabiliter obseruari & custodiri mandamus: roburque perpetuæ firmitatis in euentum dictarum approbationis & ratificationis, & non aliter nec alio modo obtinere, omnesque in dictis literis comprehensos ad ipsarũ literarum, ac omnium & singulorum in eis expressorum obseruationem, sub censuris & pœnis ac alijs in eis contentis, iuxta earundem literarum tenorem & formam teneri & obligatos esse decerni[mus] & declaramus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque.

cas de penna in.l.vlt.C.de decre.decurio.li. 10.Corne.consi.98. Videtur prima facie,colum.1.cum seq.volu.1.

¶ Tertio annullatur quando fuit interpositum sine causæ cognitione.l. magis puto .§.ne passim.ff.de reb. eorum.l. fina. de cũrato. furio. facit.l. cũ hi .§. si prætor . ff. de transactio.Bartho.in lege prolatam. C. de senten, & interlocutio . omnium iudicum. & ibi declarat quando dicatur fieri sine causæ cognitione, quia quando iudex sine causæ cognitione procedit, censetur tanquam priuatus procedere,ideo ei non est obediendum.capitu. conquerente, de restitutio. spoliato. Cardina. in clementi. 1. in fin. de celebra. missa. Feli. in ecclesia.columna septima.& sequen.de constitu. & quia ius noluit iudici committere rem negligendam.Paul.in dict.l.cum hi.§.si prætor.Ex quo infertur singulariter non valere decretum interpositum super alienatione bonorum minoris,vel alio actu eidem necessario,quãdo fuit interpositũ eo mometo temporis,quo fuit petitũ quia ex breuitate tẽporis presumitur causæ cognitionẽ non interuenisse.l.si finita.§.si forte.ff.de dam. infect.capi.1.de reb.eccle.non alie.libro sexto. Petrus de Ancha.consilio.36.visa quadam petitione. columna prima.& consilio. 83,visis diligenter.argumẽ.tex.in capi.tum ex literis de restitu.in integ. Alexand.consilio.217.visis verbis.colum.vltima in secundo volumine.& consilio.163.alias consultus in fine.in.5.volumine. Cuma.consilio.180. videtur. Barb. consilio primo.columna.35. in primo volumine.& consilio. 40.præclare.columna quarta ibidem.& consilio sexto illud in medium.columna tertia in quarto volumine. & consilio. 41. immortalem columna tertia eodẽ volumine. Iaf.in.l.secunda columna quarta. C.de edend. l.sed si hac .§.prætor. ff. de in ius vocand. l. sciendum. columna tertia de verborum obligatio. Hyppoly. in.l. statuliber numero.15. ff. de quæstio. & lege qui cædem.numero decimo octa.ad legem Cornel. de sica. & consilio . 48 . non confundentur. numero.31. Decius consilio. 403. quanuis.columna quinta. Nec missus in possessionẽ ex secundo decreto sine causæ cognitione, facit fructus suos.Innocent in capi.consultationibus.de iure patrona. Bald. in.l.2.columna penultima.C.de seruit.& aqua. Hippo.in sua practi. numero . 35 . Imo fructus percepti virtute inutilis decreti, debent in sortem computari. per.l. primam & vltim. C.de pigno. actio. nota. in. l.si dominium. de pigno.& ita expresse dicit decisio Neapolita . 218 . petita . in fine . Fallit quando esset talis causæ cognitio, quæ in continenti posset adhiberi, quia tunc valeret decretum. Alexand. consilio. 80 . visis . columna secunda . & sequen. in.5. volumine . sequitur Purpur. in rubri.de offic. acceſſo . questio.4.numero.134.

Fructus percepti in vim decretian cõputentur in sortem.

¶ Secundo fallit quando iudex vel alius ha-

¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis,innouationis, mandati,decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire.Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis dei,ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ in publica sessione, in Lateranen . sacrosancta basilica solenniter celebrata. Anno incarnatiõis Dominicæ Millesimo quingẽtesimo sextodecimo,quartodecimo Calendas Ianuarij. pontificatus nostri anno quarto.Sic signatum,Visa.Ie.Salui.Bembus. Ioannes de Madrigal. Et in dorso registrata Apud me Bembũ

Source : BIU Cujas

buiſſet plenam cognitionem illius cauſæ ante decretum, quia nunc ceſſat ratio, ergo & iuris deciſio. l. illud. ff. ad. l. aquil. Hippoly. in rubri. ff. de fideiuſſo. quæſtio. 5. nu. 86. dicens eſſe ſuam nouam inuentionem. non tamen crederetur iudici dicenti ſe habuiſſe cauſæ cognitionem. per not. in authenti. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccle. & proxime dico in ſequen.

¶ Secundo infertur quòd non valet decretum etiam ſi notarius atteſtaretur in inſtrumento cauſæ cognitionem interueniſſe, nec ei creditur, quia interuallum temporis requirebatur ad cauſæ cognitionem, & inueſtigatio diligens, quæ non potuit fieri ita ſummatim tempore inſtrumenti confecti, ideo notarius tanquam ſuſpectus non potuit de ea teſtari, cum de hoc non eſſet rogatus. Paulus de caſtro conſilio. 38. ſuper eodem. 2. volumine. Hippol. corrupte tamen, in. l. quicædem. nu. 19. cum ſeq. ff. ad legem Corne. de ſica. refert. Idem tenet Decius conſilio. 556. viſo col. 2. Item nec tutori vel curatori dicenti ob æs alienum vendidiſſe creditur. Specu. in titu. de emptio. §. nunc videndum. verſicu. hoc quoque. Innocen. & alii in capitu. 1. de rebus eccleſiæ. non alienand. libro. 6. Lucas de penna. in. l. fina. C. de decre. decurio. libro. 10. Bald. & Saly. in. l. 1. C. ſi aduerſ. dona. Corneus conſi. 71. quod non valeat in prin. in. 3. volumine.

¶ Tertio infertur, quod etiam ſi eſſent verba iudicis, adhuc non probaret inſtrumentũ decreti cauſæ cognitionem interueniſſe, argumen. nota. per Bartho. in. l. ſi forte. ff. de caſtren. pecul. Pau. in dict. conſi. 38. ſuper eo. volumi. 2. Hippoly. in ſingu. 399. multi ſunt.

¶ Quarto infertur, quod debet fieri ſcriptura ſeparata, de cauſæ cognitiõe, & altera de decreto. Specu. in titu. de procuratoribus. §. primo. verſiculo quid ſi ſolum per libellum. Alexan. conſilio. 163. alias in fine in. 5. volumine. Decius conſilio. 351. in caſu propoſito columna vltima. Ferratius cautela vltima. vbi multipliciter ampliat. vide ſi libet Iaſ. in. l. nec quicquam. §. vbi. column. penultima. ff. de officio proconſul. Paul. in. l. cum hi. §. prætor. ff. de tranſact. vbi dicit ſufficere ſi dicatur cauſa cognita interpoſitum fuiſſe, licet alias ſpeciatim non nominet, nec ad particularia deſcendat. Baldus in. l. 1. C. de fide inſtru. & iur. haſtæ fiſca. lib. 10, Alexand. conſilio. 80. viſo themate. column. prima. & ſequen. in. 5. volumine. Bolog. conſilio. 33. vt ea quæ iuſta. columna. 2. Decius conſi. 341. viſo puncto. colũna. 5. num. 12. Ferra. 1. dicta cautela vltima. Nec obſtãt nota. in. l. 1. C. de fide inſtrumen. libro. 10. vbi omnia debent præſumi ſolenniter acta, quia debent intelligi, quando decretum nõ eſt perfunctorie interpoſitum. Bal. in. l. quæcunque. C. de bonis quæ liber. Vel procedit in illis quæ tempore actus potuerunt interuenire. Sed cauſæ cognitio veriſimiliter non potuit interuenire illo inſtanti quo decretum fuit petitum. ergo &c. Corneus conſilio. 98. videtur. colũna ſecunda in primo volumine. Decius conſilio. 351. in caſu. col. vlti.

Omnia in decreto, quãdo ſolenniter acta præſumãtur.

¶ Quinto infertur, quod ſi minor in criminalibus facit aliquem actum cum curatore eo inſtanti quo datus eſt, non valebit tanquam ſine cauſæ cognitione factus per ſupra adducta. Nam in ciuilibus non valet actus ſine cauſæ cognitione, a fortiori in criminalibus, vbi eſt maius periculũ, & ſic cautius agendum eſt, capitulo vbi. de electio. libro. 6. Hippoly. in practi. criminali. §. nunc videndum. nu. 43. cum ſeq. & conſi. 130. conditoris viſo. nu. 46. cum ſeq.

¶ Sexto infertur, quod ſi factum ſit compromiſſum in aliquem, & is immediate poſt cõpromiſſum pronunciet, non valet. quod facit contra ruſticos, qui ſtatim pronunciant, ſecundum Iaſo. in. l. iudices. col. prima. C. de iudic. Fulgo. conſi. 11. quidam Petrus. & Cardina. conſi. 104. factum tale eſt. Bal. in cap. 1. in fin. de inueſtitu. in ma. facta. & in. l. prolatam. col. vlti. C. de ſenten. Panormita. in ca-

Source : BIU Cujas

pitu. quintauallis. colum. penul. de iureiur. Decius in capi. cum venerabilis. col. 5. in gl. 2. de excep.

¶ Fallit quãdo illa cauſa longo tempore ante compromiſſum eſſet ruminata coram eo qui poſtea eſt arbiter electus, & quando factũ eſt ab honeſtis & prouidis viris. ca. nifi. de præbend. Soci. conſilio. 121. in cauſa. col. 4. in. 3. volu. Hippoly. in rub. de fideiuſſo. q. 5. numero. 81.

¶ Quarto annullatur decreti interpoſitio, quando fit tempore feriato in honorem dei. not. in. l. actus. & l. fina. C. de fer. Ancha. conſil. 116. ſecundum ordinem. col. vlti. Iacob. in l. diuus. ff. de fer.

Quinto, quando per errorem eſt interpoſitum. Bart. in. l. penulti. ff. de iuſti. & iur. Bolog. conſi, 33. vt ea quæ iuſta. colum. prima & ſequen. nil enim tam conſenſui eſt contrarium, quàm error, qui imperitiam detegit. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdi. omnium iudi.

Sexto, quando interuenit dolus partis. l. & ſi præſes. C. de prædiis. minor. Bar. in. d. l. penul. colum. 2. Bald. & Iacobi. in. l. vna colum. 2. C. de fideiuſſo. minor. dolus nemini debet patrocinari. cap. ſedes. & c. ex tenore. de reſcriptis.

Septimo, quando non interuenit citatio peremptoria, annullatur etiam primum decretum, ſi ante fuerit interpoſitum. l. præſenti. C. de his qui ad eccle. confugi. & l. 2. vbi in rem actio. glo. & docto. in. l. ſi finita. 5. lulianus. ff. de damno infect. Bart. in. l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. Cor. conſilio. 52. in hac conſultatione. colum. 1. in 4. volumi. & conſi. 132. licet in præſenti. col. 2. ibidem. & quando poſsit dici obreptitium, tradit Paul. Caſtre. conſilio. 382. dubitatio. in fi, volu. 1.

Quæro ſi res magni valoris ſit diſtracta iuſto precio pro modica ſumma debita, an valeat alienatio? Breui reſpõd. quòd ſic, per text. in argu. in. l. fina. C. de iure dominii impetrand. vbi concedit alienare, quando non eſsent aliæ res. Ergo ſi aliæ res minoris valoris eſsent, non permitteretur, argu. l. a diuo Pio. 5. in venditione. ff. de re iudi. & hanc opinionem ſequitur Alexand. Aquen. & alii in. l. iuſte. ff. de acquir. poſſeſ.

a ¶ QVOCIRCA Videmus cõstitutiones regias i curiis parlamentorũ recitari,& publicari, ac describi & registrari: & solet senatus apponere lecta,publicata,&registrata audito procuratore regis anno tali die &c.vt vidi fieri.de hoc not.in authen.vt factæ nouæ constit. colla.5.ratio est vt senatus secundum eas ordinationes iudicet, & alios iudicare sic faciat,& etiam quando quis indigebit ordinatiõe a senatu sic registrata possit eam habere, & faciet fidem, vt hic,& not.in authenti.si quis in ali quo. C.de edend.& capitulo primo de proba.In priuatis etiam negociis non debet seruiens in alia prouincia seneschalia vel iurisdictione exequi,nisi prius insinuanerit commissionem præsidi,seneschalo vel alteri domino illius iurisdictionis.§.cos.in authen.de collat.colla.9.not. in.l.prohibitum,&.l.defensionis facultas C.de iur.fisc.lib.10.vbi dicit priuatos aliàs posse resistere, & quod

Source : BIU Cujas

debeat constitutio in senatu recitari, est tex. in.l.cum hi.in prin.ibi, in senatu recitata.ff. de transac. Sic & sententia per iudicem debet recitari, vt in rubri.C.de senten. ex libel.recitand. dixi idē in testamento & dictis testium in repetitio.l. vnicæ. not.vlti. in fi.C.de sentē. quæ pro eo quod interest.

¶RVBRICA, de regia facultate & cætera.

a ¶FRANCISCVS.] Hæc declaratio fuit necessaria, quia concordata fuerūt in mense Martio in senatu Parisiensi publicata, Tholosæ Burdegalæ & in aliis parlamētis regni Frāciæ & Delphinatus alio tempore, ideo dubitabatur quis esset primus post publicationem cum diuersæ fuerint publicatiōes. & hic declarat publicationem supremi senatus tanquam præcipuam esse sequēdam. Nam sicut publicatio facta in curia debet attendi. Card. in pro cœmio clemen. & dixi in vlti. nota. repe. l. vnicæ. C. de sentētiis quæ pro eo quod interest. ita si non fiat publicatio in curia, sed in aliis parlamentis, illa publicatio inspicietur quæ fit in principali parlamento. argu. l. si quis nec causam. ff. si certum petatur. l. quæritur. de stat. homi. §. sed ius quidem. insti. de iur. natu. gent. & ciui. vt hic. Possem multa dicere de preeminētia omnium parlamētorum, sed contentus sum remittere ad ea quæ dicit Io. Montaigne, cum additio Do. Boerii in tract. de autho. & præeminen. sacri magni cōcilii, vbi licet videre de nominatiōe quomodo hic accipiatur. & alibi in iure dixi in tract. nominati. q. 1.

☞ Et sicut menses sunt dicati hic qualificatis, ita olim singulis numinibus. Ianuarius Iunoni olim erat sacer, Meptuno Februarius, Martius Mineruæ, Aprilis Veneri, Maius Appollini, Iunius Mercurio, Iouii Iulius, Augustus Cereri, Vulcano September, Marti October, Nouember Dianæ, Decēber Vestæ, teste Alex. lib. 3. genial. c. 24. fo. 85.

¶RVBRICA.

De regia facultate primum mensem graduatis debitum nominandi.

a Rancisc̄us dei gratia Francorum Rex, Mediolani dux, Genuæ dominus. ¶Cū superioribus diebus certa iniuerimus concordata cū sanctissimo domino nostro papa Leone decimo, quibus inter cætera ordinatur quatinus beneficia vacantia primo mense post publicationem illorū, afficiantur graduatis simplicibus. Verum quum ex diuersitate temporum quibus iam dicta concordata publicata in parlamentis nostris fuere, dictorum mensium diuersitas, confusionem litium educatricem generare verisimiliter potuisset. Nos igitur, vt dictæ cōfusioni obicem apponeremus, a iam dicto domino sanctissimo, domino nostro papa literas apostolicas obtinuimus. quarū tenor de verbo ad verbum inferius describitur, quibus permissum & concessum est illum primū mensem exprimere nobis ac nominare licere. Ea propter facultatem nobis a sede apostolica prædicta concessam insequentes, considerantesque dicta cōcordata in curia nostra parlamenti Parisius in mense Martii vltime præteriti fuisse publicata, mensem præteritum Aprilis, dictā publicationē imediate sequētē, pro proximo mēse eligim⁹ & nōiam⁹ us, Ex cui⁹ initio ordo & cōputat⁹ sequētiū mēsiū, vt qui mēses gra-

Source : BIU Cujas

duatis ſimplicibus, necnon graduatis nominatis, ac ordinariis collatorſbus ſpectant,ſciant:& iuxta illorum ordinem beneficiis in illis vacantibus pro uideatur,tenorem dictorum cõcordatorum inſequendo,nullo habito reſpectu ad tempus publicationis eorũdem concordatorum in aliis curiis noſtris parlamenti factæ. Quocirca dilectis & fidelibus conſiliariis noſtris parlamenta noſtra Pariſius, Tholoſæ, Burdegalæ,Rothomagi,Diuioue, Cratianopoli tenentibus: necnon cæteris noſtris iuſtitiariis & officiariis mandamus & iniungimus quatinus has præſentes literas noſtras publicare habeant: necnon in ſuis regiſtris regiſtrare, vt nemo ignorantiæ cauſam prætendere poſſit aut valeat: & iuxta tenorem iam dictæ facultatis nobis conceſſæ, & declarationis per nos factæ.proceſſus iudicare habeant, quia ſic fieri volumus, & ita nobis placet, Non obſtantibus quibuſcunque in cõtrarium facientibus.

¶Sequitur tenor dictarum literarum apoſtolicarum.

LEo epiſcopus ſeruus ſeruorum dei, Chariſſimo in Chriſto filio Franciſco,Francorum regi Chriſtianiſſimo, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Dudum ſiquidem inter alia cum irritantis appoſitione decreti ſtatuimus & ordinauimus quod extunc decætero occurrentibus eccleſiarum cathedralium etiam metropolitanarum ac monaſteriorum in regno Franciæ & Delphinatu ac comitatu Dien. & Valentinen. conſiſtentium vacationibus: dilecti filii eccleſiarum capitula, & monaſteriorum conuentus ad electiones ſeu poſtulationes futurorum archiepiſcoporum, epiſcoporum ac abbatum eccleſiarum & monaſteriorum vacantium pro tẽpore huiuſmodi procedere non valerent, ſed maieſtas tua ad eccleſias & monaſteria huiuſmodi ſic vacantia infra certum tunc expreſſi temporis ſpatium,& nobis & pro tempore exiſtenti Romano pontifici perſonas idoneas certo tunc expreſſo modo qualificatas ad eandem nominationem per nos & Romanum pontificem huiuſmodi eccleſiis & monaſteriis eiſdem præficiendis nominare valeret: prout in noſtris inde confectis literis(in quibus inter alia, quod primo mẽſe poſt earundem literarum acceptationem & publicationem ordinarii collatores,dignitates,perſonatus, adminiſtrationes & officia ad eorum collationem, prouiſionem, nominationem, præſentationem,ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ſpectantia : graduatis ſimplicibus ſub certis modo & forma tunc expreſſis conferre,& de illis etiã prouidere deberent, cauetur) plenius continetur. Quum autem ſicut accepimus, propter diuerſa tribunalia plurium parlamentorum in regno, delphinatu,& comitatu prædictis conſiſtentia, in quibus literas in eis conſtitutas & expreſſas conſtitutiones publicari & acceptari diuerſis temporibus propter locorum diſtãtiam oportet, ſuper primo menſe(qui ordinariis col

Source : BIU Cujas

latoribus ad conferendum graduatis conceditur) quis sit, plures lites & dispendia partium super hoc exoriri cõtingere possit, nos litibus & dispendijs huiusmodi pro nostri pastoralis officij debito obuiare volentes, & ne quis mẽsis sit deinceps huiusmodi dubitari aut hæsitari contingat, maiestati tuę vt post publicationẽ & acceptationẽ literarũ cõcordatorũ hmõi primũ mẽsem hmõi quis sit exprimere & nominare possit & valeat, motu proprio & ex nostra certa scientia, auctoritate apostolica, tenore præsentium licentiam & facultatem concedimus, pariterq; indulgemus, non obstantibus omnibus quæ in eisdem literis voluimus non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Datũ Romæ apud sanctũ Petrum. Anno incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo decimooctauo, decimoseptimo kalendas Iulij, pontificatus nostri anno sexto. Sic signatum supra plicam. Ia. Questemberg. In testimonium quorum his præsentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Baugiaci die vigesimaquinta mensis octobris. Anno domini Millesimo quingentesimo decimooctauo, & regni nostri quarto. Per regẽ, Gedoin, Lecta, publicata, & registrata Tholosę in parlamento vigesimasecunda Nouembris. Anno domini Millesimo quingentesimo decimooctauo. Michaelis-

¶RVBRICA.

De pœna temere venientiũ contra huiusmodi concordata.

[a] FRanciscus dei gratia Francorũ rex Mediolani dux, & Genuæ dominus, Vniuersis præsentes literas inspecturis salutem. Cum pro corroboratione necnon obseruatiõe decretorum cõcordati per nos cũ sanctissimo domino nostro papa Leone decimo initi, necessariũ ac vtile foret, vt a sancta sede apostolica illius concordati protectores cõstitueremur, vt vtroque mucrone institutis concordatorum non parentes ferirentur. Literas apostolicas a iam dicta sede apostolica obtinuimus, quarum tenor inferiꝰ describitur. Quibus illorum concor-

a ¶FRANCISCVS dei gratia &c.] Considerare enim debet quis in his concordatis tria secũdum Baldum in capit. solitæ. in fine. de maior. & obediẽ. Primo quis loquatur. l. 1. ff. ad. l. Iuliam de adulte. hæc lex lata est à diuo Augusto, ideo summe extollenda est. sed constitutiones à papa & rege conditæ sunt ideo ratione magnæ præeminentiæ conditorum sunt valde excellentes.

Tria in actibꝰ hominũ sũt cõsiderãda.

¶ Secundo, considerandum est cui loquatur. hoc si consideres, intelliges loqui nobiliori populo totius mũdi & meliori, Gallis videlicet hominibus, quod facile est scire si quis historias prelegat.

Galli oĩ populo sũt nobiliores ac meliores

¶ Tertio, de quo loquatur. commendatur titulus de vulgari, quia continet materiam vtilem, & vulga siue bulga dignam, ideoque bulgarem quandoque tenui recte vocari per Vascones. Alii etiam ob frequentiam tituli seu materiæ commendantur. l. legaui. ff. de libera. lega. l. 1. de in integ. restit. Si ad mate-

Source : BIU Cujas

Concordata ratione materie esse laudãda.

riam cõcordatorum conferas, maioribus laudibus & encomiis has constitutiones attolles, tum quòd regimẽ ecclesiarum regni Franciæ, tum materiam ecclesiasticam beneficialem honore auro vtilitate dignitate frequẽtia & subtilitate per celebrẽ contineant. Ad hæc causarum facilem & breuem in hoc regno decisionem, priuilegiaque & libertates regni breui perstringentem. Igitur his nescatus, manu non tremulenta vel tarda, sed veloci hæc pauca præcocia his addere curaui, multo maiora scripturus, nisi me tam breuitas temporis, quã lectiones ordinariæ & extraordinariæ, vt pote titul. de verbo. sig. quem etiam hoc anno interpretatus aperto pectore fui, multaq; super eo notatu digna scripsi, auditoribúsque nostris nota feci, impediuissent, ac alia quotidie negocia mihi occurrẽtia, sed cum tempore (si deo placuerit) & multo maiora & forte vtiliora datorum protectia nobis cõcessa est. Quocirca dilectis & fidelibus consiliarijs nostris parlamenta nostra Parisius Tholosæ Burdegalę, Rothomagi, Diuione, & Gratianopoli tenentibus, nec non cæteris nostris iustitiarijs & officiarijs mandamus & iniungimus quatenus iuxta facultatem nobis concessam eorum concordatorum infractores pœnis legitimis afficiant. Et ea quę in contrarium dictorum concordatorum attentauerint reuocent, & in pristinum statum reducant seu reduci faciant, compescendo compescendos, omnibus vijs rationabilibus & debitis. Et vt nemo iã dictæ nostræ protectionis ignorantiam prętendere valeat, eas præsentes publicare, & in registris suis registrare faciant indilate: quoniam nobis sic placet, & ita fieri volumus, non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus.

¶RVBRICA.

De protectione concordatorum Franciæ regibus concessa.

LEo episcopus seruus seruorum dei, Charissimo in Christo filio Francisco, Francorum regi Christianissimo, salutem, & apostolicam benedictionem. Dudum siquidem inter alia cum irritantis appositione decreti statuimus & ordinauimus quod extunc decætero occurrentibus ecclesiarum cathedralium etiam metropolitanarum ac monasteriorum in regno Franciæ & Delphinatu ac comitatu Diensi. & Valentinensi. consistentium vacationibus: dilecti filii eccle-

his addere curabo. Non prosequor hic pœnas ordinariorũ venientium contra hæc sancta concordata, quia plene scripsi in tracta. nominatio. q. 19.

¶RVBRICA

De protectione concordatorum Frãciæ regibus concessa.

a ¶LEO episcopus.] Hic constituitur rex protector cõcordatorum & defensor per papam cõtra quoscunque etiã clericos, qui contra hæc sacra concordata venerint, vel aliquid ausu temerario moliti fuerint, vt etiam per iudices regios puniri possint & q̃ papa possit subiicere clericos vnius terræ ciuitatis vel diœcesis iurisdictioni laicorum in vno casu. est tex. in c. vbi periculum. in. §. præterea. de elect. in. 6. Carin rep. c. perpẽ dimus. col. 7. versic. oppono ad eandem lecturam. de senten. excõ. Fel. sequitur in c. 2. col. 1. & ca. fin. in fine de maior. & obed. Potest etiam delegare causas clericorum laicis. cap. præ-

Papa vniꝰ pro uinciæ clericos iurisdicti oni laicorũ subijce repotest.

Source : BIU Cujas

ter.32.distinctio. vbi commisit causam cleri corum simoniacorum duobus ducibus dando eisdem potestatem deponendi eos. capit. mennam.2.q.5. vbi in subscriptione apparet commisisse clericorũ causam reginæ Franciæ.facit.c.solitæ. de maio.& obed.cap.verum.de foro competent. Feli.& alii in c. ecclesia. de constitu. sed totum clerum nõ posset subiicere iudici laico, cum priuilegium fori illorum sit de iure diuino introductum. glosa in c.si imperator.96.distinctio. & Numeri c.3.Ego tuli leuitas à filiis Israel.eruntque leuitæ mei.meum est enim primogenitum &c.18.Et Iosue.c.17 in fine, Tribui leui non dedi possessionẽ quoniam Deus Israel ipse est possessio eius. & alibi, Nolite tãgere Christos meos.glos. in verbo degenerari in authẽ. de non alie. reb. eccles. collatio. 2. & beatus Gregorius in ca.sacerdotibus.11. quæ.1 dicit, Imperatorem Constãtinum retulisse,cũ episcoporũ accusatio eidẽ proposita fuisset,Ite,& inter vos causas vestras dispônite, quia dignum non est,vt nos iudicemus deos, id est clericos. ☞ Imo dicit Baptista Fulgo.libro primo de religionis cultu, Constantinum in concilio Calchedonensi,cum vltimus inter sacerdotes sederet,ac cusationes clericorũ ad se ex scripto delatas, combussisse, dicentẽ sacerdotes ceu numina ad hominem regendum constituta esse, & propterea intactum se deo eorum iudicium reseruare velle, quod non faciunt quidam seculares iudices, in suarum animarum perniciẽ.& hi clerici ☜ aliquãdo in sacra scriptura dii vocantur, Exodi capitulo.22. Diis non detrahes.c. cum ex iniuncto. de hæreti. & aliquando Angeli. Malachiæ.2. cap.quia angelus domini exercituum est. Item alibi is Constãtinus in sancta synodo Nicena præsidẽs, cum querelam quorundam clericorum ad se deferendam cõspiceret,ait, Vos à nemine diiudicari potestis, quia ad dei solius iudicium referuamini.cap. satis.96. distincti. &.c.continua.11.q.1.facit text. in capit.1.de immunita.ecclesia.lib.6.&

siarum capitula, & monasteriorum conuentus ad electiones seu postulationes futurorum archiepiscoporum, episcoporum ac abbatum ecclesiarum & monasteriorum vacantium pro tẽpore huiusmodi procedere non valerent, sed maiestas tua ad ecclesias & monasteria huiusmodi sic vacantia infra certum tunc expressi temporis spatium,& nobis & pro tempore existenti Romano pontifici personas idoneas certo tunc expresso modo qualificatas ad eandem nominationem per nos & Romanum pontificem huiusmodi ecclesiis & monasteriis eisdem præficiendis nominare valeret: prout in nostris inde confectis literis(in quibus maiestati tuæ,& pro tempore existen. Francorum regi in virtute sanctæ obedientiæ,quod per te vel alium seu alios in dignitate ecclesiastica constitutos easdem literas ac omnia & singula in eisdem contenta quando & quotiens, opus foret publicari & inuiolabiliter obseruari faceret mandauimus) plenius continetur. Cum autem sicut accepimus, nonnulli regni, delphinatus & comitatus prædictorum a quorum cordibus dei timor abest,literas huiusmodi & per eas editas constitutiones & in eis contenta plene acceptare recusent, & illis non sine spiritu blasphemiæ, & censura-

Source : BIU Cujas

c.penul.de cenſib.eodē lib. &.l.proxime.ibi, vos habetis iudices veſtros.ff.de his qui in teſta.delen.Rom.ſing.414. ſed an poteſt &c. l tē licet Pharao ſuapte natura malus omnē ſubiecīſſet terrā,& cūctos populos,tamē ſacerdotes & terrā illorum reliquit liberā,vt patet Gen.47.c.Imo etiā clericū iudicari à laico,videtur cōtra rationē naturalē, quæ eſt quōd inferior non iudicat ſuperiorē. ca. cū inferior.de maior. &obed.c&c.ſolitæ.& ibidē Feli.illo titu. naturaliter inferior exhibet honorem ſuperiori.lege.1.§.ſicut.& ibi glo.ff.de aqua plu. arcen.glo.in ſumma. 93.diſtinct.l.ſecūd.ff. de alie. iudici.mutan. cauſa. fact. & clerici ſunt maiores laicis,etiam principibus.cap. 1.in fi.17.diſtin. & c. quis dubitet.96. diſt. capi.duo ſunt. 12.q.1. nec valet cōſuetudo, vt inferior habeat iuriſdictionē in ſuperiorē.text. in c.inferior. & ibi Præpoſi.21. diſt.item & inimicis ſe cōmittere,eſt contra rationē naturalē.ſed laici ſunt clericorū inimici,& infeſti.c.laicos. 2.q:7.c.clericos.de immunit.eccle. in 6.ergo papa nō poterit cōmittere totū clerū laicis,quia peruerteretur vniuerſalis ſtatus eccleſiæ,quod nō poteſt papa facere.gl.& doc. in c.propoſuit.de cōceſſ.præb. Bened.in repet.cap.Raynutius.in verbo & vxorē.num. 427.& ſeq.& in verbo ſi abſq;.in.2.nu. 47. de ſubſti.fideicommiſſ.de teſta.

Cōtra rationē naturalē eſt clericū a laico iudicari.

¶ Nec obſtat falſa & damnata opinio Petri de Ferra. in ſua pract. in forma libell.action. confeſſo.in verbo plenā.vbi dicit ſic, Naturaliter & à principio mundi omnes clerici nedū laici erat ſub poteſtate,& iuriſdictione imperii, ſed ipſorum imperatorum dulcedine & benignitate fuerunt clerici dimiſſi ſub poteſtate papæ, & beneficium hoc tā quam ingrati ſciunt male cognoſcere, vt not.per Inno.in ca 2. de maior.& obed. Bene ergo & ſanctē (vt dicit) faceret ipſe papa, ſi totā temporalē iuriſdictionem in manibus imperatoris remitteret : nec aliter vnquā reſpublica, & maxime Italia quieſcet, & ex hoc ſtatus vniuerſus clericorum magis redderetur deo ac populo deuotus,& ipſe papa cum cardinalibus viueret quietus ac deuotus,& deo & populo magis acceptus & gratus.Hæc ille protulit bigamus Pet.Ferra.cū eccleſia noluiſſet eum tueri,qa extra clericorum priuilegia erat, ideo indignatus illa protulit verba mendoſa.Et primo ſciendū eſt quōd nullo tempore clerici fuerunt ſub imperio,vt dicit fuiſſe, nec de iuriſdictione ſecularīū. nam poſt quam deus commiſit curam mundi ab exordio miniſtris, & primo Noe poſt diluuiū. licet non eſſet ſacerdos, tamen officium ſacerdotis exercuit, & omnem iuriſdictionē tā eccleſiaſticam q̄ ſecularē : & in hac vicaria ſucceſſerūt iudi-

rum in eis cōtentarum incurſu,verbo & opere ſi poſſent contrauenire conté dant-Nos ea quæ tanta maturitate, cōſilio & ſacri tunc vigentis Lateranen. concilij approbatione diſcuſſa,ſtatuta ordinata,facta & cōceſſa ſunt,vt inuiolabiliter & incōcuſſe prout par eſt obſeruentur, pro noſtri paſtoralis officij debito prouidere volentes,quanquam alijs literis noſtris temerarijs auſibus contrauenire nitētibus occurrerimus eorumque ora obſtruxerimus, motu proprio & ex noſtra certa ſcientia ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, cum deceat ſeculare poteſtatē,preſertim magnā,eccleſiaſticā iuuare poteſtatem,in his præſertim quę animarū ſalutem cōcernunt, maieſtatē tuā & pro tempore exiſtentē Frācorū regem,literarū prædictarū, ac per eas editarū conſtitutionū, & omniū ac ſingulorū in eis contentorum, legitimos protectores, defenſores, & conſeruatores: necnon quorumuis aduerſus illas & in

ces, patriarchæ, reges, ſacerdotes, & alii qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudæorũ, & ſic durauit vſq; ad Chriſtũ, qui fuit verus rex & filius dei, & ipſe Chriſtus conſtituit vicariũ ſuũ Petrũ, & ſucceſſores ſuos. Antho. in c. licet. col. 3. de for. compe. & ſic clericorũ iuriſdictio penes ſacerdotes fuit, etiam ex lege veteri, dicente propheta zacha. 2. c. Qui vos tetigerit, pupillam oculi mei tanget. c. accuſatio. 1. 2. q. 7. Sic ſummus ſacerdos dominus Ieſus in ſacerdotes per ſe iuriſdictionem exercuit. nã emẽtes & vendẽtes ſacerdotes de tẽplo eiecit, & menſas nũmulariorum euertit. Mar. 11. capi. & c. eiiciens. 88. diſt. Poſito, & nõ conceſſo, quod prius fuerit iurisdictio tẽporalis quã ſpiritualis, nõ tamen ob hoc ſequitur, quod ſpiritualis ſubſit tẽporali. quod ſic probatur, prius fuerunt animalia creata quã homo. Gene. 1. c. & 2. & tamẽ homo dominatur illis, vt dicit Pau. 1. ad corin. 15. c. & Dauid. pſal. 8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Habetur in ſomnio Viridarii. lib. 2. c. 103. imo licet iuriſdictiones eſſent de iure digeſtorũ diſtinctæ. l. hæreditas. ibi, principali vel pontificali. ff. de petitio. here. tamẽ ſacerdotiũ eo iure nõ erat ſub tẽporali poteſtate. l. nõ diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de arbi. l. penul. de vaca. muner. & ſic peſſime dicit ille Ferra. & ſine. l. loquitur. ideo ei nõ eſt credendũ. Erubeſcere debebat verbis minus honeſtis clamare contra clericos, ſed hoc ſolitus erat ille adulator impetratoris facere, vt patet in forma libel. reſpon. rei conuenti. in verbo tanquã. col. 2. & in verbo præſcriptionis. col. penul. ibidem. & ob hoc dubitãdum eſt de anima illius. ſcire debebat oẽs cauſas olim tã clericorũ quã laicorũ deferri ad eccleſiã. c. per venerabilã qui filii ſint legi. c. ſi quis preſbyter. 2. q. 5. c. relatum. 11. q. 1. & Deutero. 18. c. ſic nõ fit iniuria principi ſeculari, ſi ad ſuã redeat primæuã naturam. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. c. ab exordio. 35. diſt. & quod clerici ſolum cõueniãtur corã eccleſiaſticis, dicitur 1. ad Corinth. 2. c. in fi. Spiritualis autẽ iudicat oía &, ipſe a nemine iudicatur. Præterea etiam ſi de iure diuino clerici non eſſent exempti, tamen per papam potuerunt eximi, etiam ſine conſenſu imperatorũ, cum ſint res ſpirituales, & deputati in ſeruitiũ dei. d. c. clericos. 21. diſt. ita tenet Innocen. & alii in. d. c. 2. de maio. & obedien. Aluar. in tract. de planctu eccle. lib. 1. arti. 44. circa finem.

¶ Itẽ poteſt ex cauſa totam auferre iuriſdictionem imperatori, eũ priuando imperio. c. ad apoſtolicæ. de re iud. libro. 6. c. alius. 15. q. 6. ergo & partẽ, videlicet eximendo clericos ab eo, arg. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. c. paſtoralis. §. Itẽ cũ totũ. de offic. delega. Sic ex-

Reiſcitur opinio dãnata Petri Ferrarien.

Oẽs cauſe etiã laicorũ deferebant ad eccleſiam.

Clerici nũquam ſub imperio fuerũt.

Source : BIU Cujas

preſſe tenet. Aufre. in repeti. clemen. primæ de offi. ordi. Non obſtat quod iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, & ſic nō poteſt priuari imperator ſua iuriſdictione per epiſcopos ordinā tes laicos, quia reſpō. qui ſpiritu dei agūtur, nō ſunt ſub lege. Paulus ad Gala. c. 5. in fi. & ſic laicus inuito ſuperiore poteſt effici religioſus vel clericus. c. licet. de regul. & ibi Panor. c. inquiſitioni. de ſenten. excommuni. quia ſpiritu dei ducitur: ideo nō eſt ſub lege imperatoris, ſed ſub lege dei, & eius vicarii. Nec obſtat quod oēs poſſent ordinari, quia hoc nunquā eueniet, & ideo de his quæ nunquam vel raro eueniunt, nō eſt conſtituenda lex. l. nā ad ea. & l. ex his. ff. de legi.

¶ Ex quo infertur, quòd priuilegiū canonis poteſt papa auferre etiam ſine cauſa, cum ex cauſa & ſine poſſit tollere ius poſitiuum. c. propoſuit. de cōceſ. præb. dūmodo nō tollat quo ad omnes clericos, quia cum hoc ſit arduum, & vniuerſalē ſtatū eccleſiæ reſpiciat, non poſſet. glo. ſing. in. c. ſi papa. 40. diſt. quā ſingu. dicit Panor. in. c. ſignificaſti. nu. 4. de elect. & in. c. cum veniſſent. col. 3. de iudic. & in. c. propoſuit. colū. 3. de conceſ. preben. Barb. in clemen. 2. col. 53. de elect. Brunel. in c. licet. fo. 22. de elect. Dec. conſi. 151. Iac. Bonaud. in additio. ad Ioannem de terra rubea, in tract. contra rebelles regum arti. 5. tertii tract. circa fin. docto. in. c. nulli. de ſententia excommuni. hoc tenet Feli. & alii in. c. eccleſia. colum. 2. & ſequen. de conſtitu. & in. d. c. 2. de maior.

Papa an priuilegium, canonis tollere poſſit.

¶ Secundo infertur quod priuilegium fori non poteſt papa tollere, cū ſit de iure diuino, non cerimoniali, ſed morali, quod papa non tollit, quia inferior legem ſuperioris non poteſt tollere. cle. ne Romani. de elect. gl. & docto. in. c. quæ in eccleſiarū, de conſti. Quod intellige quando in totū vellet fori priuilegium tollere ſecus ſi in certis caſibus priuilegiatis, alibi dixi, & idē credo in conſuetudine, Maleret. in tract. de elect. in 4. limita. fo. 29. verſi. reſpectu vero inferiorum. Barba. cō ſi. 45. mandato. col. 1. vol. 2. Sic poteſt papa aliquos in totum a decimarum ſolutione eximere nō tamē omnes. glo. & docto. in. c. a nobis & c. in aliquibus de deci. ſic cōſuluit. Soci. conſi. 297. viſo priuilegio. colum. 2. in 2. volumi.

¶ Tertio infertur, quòd conſuetudo etiā veruſtiſſima centū annorū vel alterius etiā antiquioris tēporis nō valet, diſponens vt clerici coram iudicibus ſecularibus cōueniantur, cum ſit contra ius, nullo tēpore firmatur. c. fi. de conſuetu. & ibi hoc tenet Curtius. col. 83. & ſic ex nulla cōſuetudine potuit rex Angliæ acquirere iuriſdictionem in clericos in actionibus ciuilibus etiā perſonalibus mere, vel criminalibus, vbi agitur etiam ciuiliter, ſecundū Inno. in c. poſtulaſt. de foro compe. Archi. in. c. Romana. in. 2. glo. illo titu. in. 6. Domi. de Rota. plene deci. 840. vtrū valeat in anti. & deciſio. 2. rub. de conſuetu. & Aufre. deci. 126. Panor. & alii in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. in prin. de conſtit. & c. ſolitæ. in 6. notab. de maio. & obedien. Etiā ſi clericus conſentiret quod laicus cognoſceret, & etiā epiſcopus Alexan. conſi, 8. videtur. colum. 2. volu. 1. D. Boer. in. §. 21. de iuriſdi. omni. iudi. in conſue. Bitur.

Conſuetudo, vt clerici corā iudicibus ſecularibus cōueniantur. an valeat

¶ Iſtas igitur qualeſcunq; bone lector his concordatis addendas putauimus interpretationes, vt noſtris præſertim ſcholaſticis, qui eas benignis auribus in ſcholis publicis receperant, ob oculos poneremus, notaſque eis magis faceremus. In quibus ſi quædā vtilia dixerimus, gratias immortales deo agimus, qui cala nū noſtrum currentem ita direxit, & ad finem vſque perduxit.

FINIS. DEO GRATIAS.

Source : BIU Cujas

INCIPIVNT RVBRICAE SEV TITVLI Concordatorum.a titu.de reſerua.

De reſeruationibus tam generalibus quàm ſpecialibus ſublatis.pag.prima.
De collationibus.pag.12.
De mandatis apoſtolicis.pag.120.
Forma mandati apoſtolici.pag.153.
Forma literarum executorialium mandati apoſtolici.pag.209.
Forma mandati apoſtolici pro regularibus.pag.217.
De cauſis.pag.219.
De friuolis appellationibus.pag.221.
De pacificis poſſeſſoribus.pag.227.
De publicis concubinariis.pag.228.
De excommunicatis non vitandis.pag.239.
De interdictis non leuiter ponendis.pag.242.
De ſublatione clementinæ literis.pag.243.
De firma & irreuocabili concordatorum ſtabilitate.pag.244.
De concluſione Lateranenſis concilii.pag.248.
De regia acceptatione & publicatione concordatorum.pag.256.
De prorogatione dilationis ad recipiendum & approbandum concordata.pag.258.
De annatis.pag.264.
De regiſtratione concordatorum in curiis facienda.pag.270.
De regia facultate primum menſem graduatis debitum nominandi.pag.271.
De pœna temere venientium contra concordata.pag.273.
De protectione concordatorũ Franciæ regibus conceſſa pag.274.

Source : BIU Cujas

Source : BIU Cujas

Tractatus nomina-

TIONVM, IN HOC MAXIme regno tum vtilis, tum necesarius,
A D. Petro Rebuffo. I. V. doctore celeberrimo, nunc primum & elucubratus, & in lucem emissus.

¶AD CLARISSIMVM EMINENtiſsimumque iurium doctorem, dominum Petrum Rebuffum, Concordatorum ſummi pontificis, Chriſtianiſſimique Gallorum principis cõmentatorem doctiſſimum, Antonii Paparini Forenſis.

Epigramma.

Gallica pontifici referens iunctiſſima ſummo
Lilia, charta fuit parua, breuiſque liber.
Senſaque continuit non magnum ſumma volumen:
Anguſto capiens plurima iura loco.
Auxit opus tua ſubtilitas, auxere labores,
Et doctæ nodos explicuere manus.
Pagina remque altam cõplectitur aucta, decenſque:
Nec ſenſus olim qui latuere, latent.
Omnia perfecit vigilantia, quæ tibi nomen
Aeternum, famam perpetuamque dabit.

¶Eiuſdem Antonii Paparini Forenſis ad eundem literatiſſimum dominum Petrum Rebuffum, Phalecium hendecaſyllabum,

Iuris Bartholus explicator arcti
Diuinus, peperit ſolutione
Legum quale decus ſibi, coruſca
Lux doctiſtime iurium Rebuffe,
Acquiris tibi, nulla quod vetuſtas
Nullum diluet auferetve tempus.

¶Aliud eiuſdem ad eundem Tetraſtichon.

Pallas non debet Ciceroni plura diſerto.
Pluraque Virgilio Calliopæa ſuo,
Rhetorice Fabio nec plus debere fatetur,
Ingenio quam ius debet vtrunque tuo.

Source : BIU Cujas

¶SACRATISSIMO PATRI, ATQVE SINgulari virtutis excellentia prædito, domino Martino a ſancto Andrea, Carcaſſonen. epiſcopo, Petrus Rebuffus. S.

MERCVRIVS Trimegiſtus Rex maximus in Aegypto, philoſophuſque doctiſsimus, & ſacerdotali honore inſignitus fuit, vigilantiſsime præſul. ob quas animi dotes, poſt mortem Aegyptii eum inter numina retulerunt, religioſiſsimeque coluerunt, primũque anni menſem ei ſacrarunt, ac vrbem in Aegypto clariſsimam ab eius nomine Hermopolim (hoc eſt vrbẽ Mercurii) nuncuparũt, Trimegiſtumque (latinis ter maximũ) vocauerunt, quod Alexãdro, Pompeioque, & aliis multis poſtea ſeculis diuo Carolo Francorum regi attributum fuiſſe, memoriæ proditum eſt. Hæc adamuſim perpendens, tibi illum Trimegiſtum alioqui magnificum virum comparare, cum multis nominibus eum ſuperes, non audeo. Ille enim rex maximus in Aegypto, tu vero regnum in deo obtines. te & alios melioribus atque adeo inſtitutis Chriſtianis regis. Ille Philoſophus, tu & Philoſophus, & omnibus aliarũ diſciplinarum numeris abſolutiſsimus, addam & humanus: & vt omittam incredibilem ſacrarum literarũ eruditionẽ, vtriuſque iuris etiam (vt ex interpretationibus tuis Thoſatibus declaraſti) egregie peritus es. Præteribo philoxeniam, quam præcipuam, vt am babus manibus, ac obuiis vlnis egenis porrigas, hactenus excoluiſti. Ille inſuper ſacerdotali honore decoratus fuit, tu vero honori ſacerdotali (qui per ſe bene magnus eſt) dignitatis culmen adiunxiſti, in eaque ita te geſsiſti, vt populũ tibi commiſſum, & religionum amatorem, & pauperum tutorem feceris, nuſquam ab ouilis tui conſpectu (ne vnguem quidem latum) diſcedere voluiſti. Cum apud aulicos inter primos agere poſſes, auium & canum oblectamenta aſpernatus es. Adhæc dictum Cyri maioris Perſarũ Regis ſemper præ te tuliſti, inquientis, neminem debere ſuſcipere principatum, niſi melior eſſet his quibus imperaturus eſſet. Cenſebat enim hoc eſſe principis vnicũ munus, aliis proſpicere, & publicis conſulere commodis. Hoc autem præſtare nemo poteſt, niſi qui ſapientia, vigilantia, animique integritate cæteris antecellit. Id vero non præſtat natiuitas (licet eam a nobili Tholoſano præſide, Bochoris inſtar ſemper iudicante, probatiſsime fidei, Catoneque ſapientiore, inter erudito optimo, & inter optimos eruditiſsimo, genuina probitate prædito, atque vt paucis abſoluam, omni virtutum genere inſtructiſsimo, traxeris) ſed inſtitutio optima, & rerum vſus, quibus a teneris dotatus fuiſti. Quæ cum ita ſint, talem patronum (ſi non graueris) mihi deligere, honori & cõmodo fore arbitrabar. Non tamen vt Athenienſium in Cherilum Samium poetam munificentiã expectem, quia Paſetis ſemiobolo contentus eſſem. Igitur hunc puſillum mei ingenii laborem, Tractatum nominationũ tibi dedico, quẽ ſi (vt pro tua humanitate ſoles omnia) benigne ſuſceperis, in lucem fœlix tutuſque ab omni liuidorum calumnia prodibit, commodum (vt reor) publicæ vtilitati allaturus. Vale pater patriæ, & nos in ære tuo adſcribe. Lutetiæ. decimo Calend. Iunii. anno trigeſimoſexto poſt ſeſquimilleſimum.

Source : BIU Cujas

¶QVAESTIONVM PRINCIPA-lium in hoc tractatu conten-tarum index.

Primo, tractatur quot modis nominatio accipiatur.pag.1.
Secundo, quo tempore fuerunt nominationes introductæ.pag.6.
Tertio, quam ob causam inuentæ sint.pag.6.
Quarto, quid sit nominatio quantum attinet ad materiam.pag.7.
Quinto, quibus nominationes concedi possint, & quibus non.pag.8.
Sexto, per quos seu à quibus concedantur.pag.18.
Septimo, quo tempore concedi valeant.pag.21.
Octauo, quibus dirigi possint nominationes, & quibus non.pag.23.
Nono, quæ sint in nominationibus exprimenda.pag.34.
Decimo, quæ & quot in eis requirantur.pag.51.
Vndecimo, quæ in certificatoriis literis temporis studii.pag.61.
Duodecimo, quæ in nobilibus requirantur.pag.68.
Decimotertio, an illi quibus nominationes diriguntur, sint vocandi quando concedun tur vel quando gradus vel certificatoriæ literæ, tam super tempore studii, quàm su-per nobilitate.pag.77.
Decimoquarto, quæritur de insinuationibus, & ibi tractantur quatuordecim quæstio nes in hac materia, & super qualibet aliæ illis conuenientes, vt ibi videre licet. pa-gina.79.
Decimoquinto, quæ beneficia in non nationibus comprehendantur, & quæ non.pa-gina.113.
Decimosexto, quo tempore vacantia beneficia nominatis aut graduatis affecta sint.pa-gina.126.
Decimoseptimo, vacantibus beneficiis in mensibus præstitutis graduatis vel nomina-tis, qui hi agere debeant, ample explicatur.pag.133.
Decimooctauo, an valeant collationes alteri quàm nominato vel graduato factæ.pa-gina.149.
Decimonono, quibus pœnis afficiantur collatores alteri quàm nominato vel graduato conferentes.pag.151.
Vigesimo, intra quod tempus debeat nominatus pe[illegible]re beneficium vacans sibi confer ri, vel illud acceptare.pag.155.
Vigesimoprimo, concurrentibus pluribus nominatis, quis illorum præferatur.pag.155.
Vigesimosecundo, quæ contra nominationes opponantur.pag.167.
Vigesimotertio, quomodo illa opposita vitari & excusari possint.pag.167.
Vltimo, quomodo perdantur nominationes.pag.171.

Aliaque vsu venientia licet ibi vide[illegible]is perlegat.

Source : BIU Cujas

Tractatus

Nominationum.

MAteriam nominationum in forensi iudicio in dies vsu venire mente mea reuoluēs à nostri sque doctoribus ne glectam vel parum tractatam, quæstiōes aliquas à me frequentius petitas, in vnum cōgerere cona tus sum.

¶ INPRIMIS quæro, Quot modis accipiatur nominatio? Respon. multis. Primo dicitur nominatio, quādo exprimitur nomē & cognomen alicuius, vel aliud æquipollens. l.1. & seq. ff. de liber. & posthu. &. l. certū. ff. si cert. peta. & sic accipitur in cōcord. in rub. de regia facultate primū mensem graduatis debitum nominandi, & tex. in c. multi. §. si qs autem, &. §. sequen. 2. q. 1. & regula cancel. a. Iulii secundi in. 4. parte, & in. l. 1. §. 1. ff. de magistra. conueniend. l. 1. §. cū quis. de quæst. l. libertus. §. in quæstionibus. &. §. nominati. ad municipal. authen. hoc amplius. C. de fideicom. & testator hæredē sibi nominare debet. l. iubemus. C. de testa.

¶ Aliquando quis nominat extraneum filiū suum, & illa nominatio non probat illum esse filium nominantis. l. non nudis. &. l. nō episcopalis. C. de proba. glo. in cap. Michael. de filiis presbyterorū. &. c. per tuas. de proba. ca. illud. de præsumpt. not. in, c. trāsmissæ. & ca. per tuas. qui filii sint legit. Iaſ. in. l. neq; professio. C. de testa. quia illa verba censentur prolata propter aliud, ideo nō probāt. l. ex his C. de test. mili. plene Iacob. de sancto Geor. in. l. quidam. ff. de probatio. ☞ Ideo si presbyter vel alius nominet aliquam suam commatrem non propterea probat hoc esse. cap. per tuas. de probatio. quia hoc sæpius faciūt in cōiugibus, vt peccatum eorum cooperiatur. Innocen. verbis vtor. Panor. & alium in ca. ex parte. in fine, de resti. spolia. Decius cō sil. 462. visa. col. 2. ☜

¶ Nec quo ad præiudiciū tertii inducūt etiā præsumptionem. Iaſ. consi. 81. factū sic se habet. col. 1. in. 1. volu. & cōs. 102. ser. benedict 9. col. 1. in. 3. vol. ideo dicitur. 1. Ioan. 3. c. Videte qualē charitatē dedit nobis pater, vt filii Dei nominemur & simus &c. 3

¶ Primo, fallit quādo ex antiquo sic nominatus esset. c. cū causam. & ibi glos. & docto. de probat. Barba. consi. 6. sapienter. in 2. volu. & Decius cōsi. 35. ad iustificationē. Hippoly. in rub. C. de probat. fol. 24. col. 3. cum seq. quia non præsumitur quod tandiu fuisset sic nominatus, nisi filius esset nominantis. 4

¶ Secūdo, fallit quo ad legitimationē. auth. si qs liberos. C. de naturalibus liberis. Albe. in. l. non idcirco. C. de iur. & fact. igno. Alex. consi. 150. in causa. in. 5. vol. Benedict. n repeti. ca. Raynutius, in verbo & vxorem. nu. 204. de testa. vbi intelligit per nominationē patris naturalē tantum legitimū hæredē nominantis fieri quando mulier quæ pepererat filium, erat digna tali viro, de quo filiū susceperit: alioqui contra, vt si mulier esset meretrix, & vilis cōditionis, pater erat diues & nobilis. Ang. in. §. sed & aliud. per illum text. in authen. quib. mod. natur. effici. legit. coll. 6. Alium casum tradit Bar. in. l. 1. §. idem per cōtrarium. ff. de liber. agnoscend. 5

¶ Tertio, limita fauore libertatis, vtpote si dominus seruū suum scienter nominauerit, filium suū, tunc efficietur liber. §. fi. instit. de adopt. & in aliis casibus traditis per Felin. & Deciū in ca. per tuas. vbi nomiuatio probat in casibus ibidem traditis de probatio. 6

¶ Item ex ista nominatiōe nascitur præsumptio, quæ trāsfert onus probandi in aduersarium. glo. i c. Michael. de filiis prebyterorū. Calca. consi. 36. visis. nu. 21 7

¶ Idem si papa aut episcopus nominaret aliquem archidiaconum, decanum, vel alio beneficii nomine. quia propter hoc non proba 8

De nominatione papæ vel episcopo rū an i9 tribuant.

Source : BIU Cujas

retur talis dignitatis aut tituli collatio, nec per talem nominationem censetur dignitas aut beneficiū illi sic nominato acquiri, nec aliquid iuris eidē tribuitur. text. solennis in clem. vlti. de sentent. excommunica. Roma. consi. 18. admittimus. colum. 1. Lappus allegat. 7. disceptat. quia in beneficiis requiritur canonica institutio. cap. 1. de regul. iur. in 6. quæ per hanc nominationem no fit, nec collatio, nec alia prouisio, vt patet, ergo &cæ. quia illa nominatio est prolata propter aliud tum quia super hoc narrato non fundatur intentio disponentis, tum etiam quia tales collationes sunt faciendæ idoneis, qui ob hanc nominationem non cēsentur, nec voluntas papæ per hoc discernitur. Bonifac. in d. clemen. vlti. nisi exprimeret se velle cōferre, vt ibidem dicitur. Feli. in cap. nonnulli. colū. 17. & seq. de rescrip. &c. si aliquando, de senten. excommunic. Iacobi. in cap. quidam. colū. 2. fi. de probatio.

9 ¶Fallit quando collitigans nominaret eum cum quo litigat, sub nomine dignitatis vel beneficii super quo litigat, vel ad illum sic scriberet, quia tunc illi sic nominato videtur ius suum renunciare. text. solennis in cap. ex ore. de his quæ fiunt à maior. parte capitu. & ibi Panorm. in 4. nota. D. Boer. in additio. ad Dy. in regul. 1. de regul. iur. in 6. circa finem. Ideo solet in processu apponi cōtra talem asserentem se decanum, vel vt asseritur. & ista est notab. practica qua vtuntur cauti aduocati, vt video indies.

Quando quis iuri suo videtur renūciare.

10 ¶Et ideo dicit speculator in titu. de libello. concept. §. fina. versicu. item cautus sit actor, vt se nominet rectorem talis curæ, vel dominum talis rei, & tunc reus potest petere vt detrahatur illa qualitas, & ponatur rector vt asserit, vel potest petere quod illa nominatio non afferat sibi præiudicium, quod iudex facile sibi concedere potest. quod bene nota in forensi iudicio.

No. practicam.

11 ¶Intellige quando sponte nominaret, & eidem reuerentiam tanquam decano vel tali N. exhiberet. secus si coacte hoc faceret. quæ enim metus causa gesta sunt, rata non habet prætor, per totū titu. ff. quod met. caus. & illo titu. in decreta. sic tenet Domi. consilio. 15. reuerende. 2. dubio.

¶Secundo, intellige quod per talem nominationem non acquiratur ius nomianto sine aliqua canonica institutione. d. regula. 1. & per Ioan. de Selua. in tract. de benefic. in. 3. parte q. 10. per. cap. dilecto de præb. nā quandocunque quis priuatur beneficio, tamen collitigāti non acquiritur, nisi per collationē aut aliā canonicā institutionem. ca. olim. in fi. de rescrip. Domi. cōsi. 38. pro clariori. col. 2.

12 Sine canonica institutione non queritur ius partis per alterius nominationem.

¶Item nec ex confessione aduersarii acquiritur ius mihi. quia non dependet à parte da re titulū in beneficio. glo. in rubri. de pacifi. possef. in verbo triennio. tamen dubia probatio facta super titulo, potest suppleri & coadiuuari per confessione aduersarii. glo. sing. in ca. pen. verbo si non appareat, de rescrip. in 6. quā sing. notat Barb. in c. tuæ. col. 10. vt lite non contesta. & consi. 45. col. 4. in 1. volum. nume. 9. & consil. 62. colum. 9. ibidē. & consi. 8. col. 11. in 2. volu. & consi. 70. colū. 2. ibidē, ac consilio. 10. col. 2. in 3. volu. ac cōsilio. 40 col. 13. & col. 17. in eodem volu. & consi. 26. col. 7. in 4. volu. & Feli. in ca. olim. col. penul. & seq. de rescrip. plene tradit Aufre. in decisio. capell. Tholosa. q. 473. vtrū in causa &c. vbi dat aliam limitationem.

13 Cōfessio aduersarii iuuat titulum.

14 ¶Secūdo, accipitur nominatio pro quadam publicatione, vt quando excōmunicatus nominatur in ecclesia per presbyterum parochialem, & tunc illa nominatio etiam in Palo ecclesiæ facta non probat, si de graui ageretur præiudicio, vtpote si ageretur de amittendo beneficiū. glo. in c. 1. in verbo nomē, de excep. in 6. glos. in ca. licet in fine, de senten. excommunicationis, eodem libro, glos. in verbo denunciata, de excommunic. non vitand. in prag. dictum est in repet. capi postulastis. nume. 76. in 2. notab. de cleric. excōmuni. ministran. hic non repeto.

Nomina tio an pbet. excō municati onem.

Source : BIU Cujas

¶ Tertio.accipitur nominatio quando quis cõuenitur actione reali,& is noluerit auctorem ſuũ à quo rem habuit, vt cauſam defenderet,& vt practici dicunt,garẽtiret.l.2. C. vbi in rem actio.l.auctore,de euict.Bar.in.l. officiũ.ff.de reivend.Soci.plene in c.fi.§.quod ſuper,vt lit.nõ cõteſt. plenius dico in pract. mea ad ſtyl.Bituricen.in rub.de garãdo,vbi tradidi differentiã inter garandũ quod dicũt formale,& ſummationem garandi.

¶ Item qui poſſidet rem furtiuã,vt furti ſuſpicionẽ vitet,nominare eum à quo rem habuit,tenetur.l.ciuile,&.l.inciuile.C.de furt. Bar.in l.fina.col.2.ff.de quæſt. & qui falſa inſtrumenta habet penes ſe,præſumitur falſarius, niſi nominet à quo habuerit.l.maiorẽ. C.ad l.Cornel.de falſ. Alexan.cõſi.205. ponderatis,in 6.volu.Hippo.cõſi.52. miſericordia.nu.33.cũ ſeq.Idem ſi libri Lutheri,vel alii libri hæreticorũ reperiantur penes aliquẽ. nam ille præſumitur hæreticus. Archi.in ca. fin.24.q.2.per illum tex.Roma.ſingu.322.eo ipſo,vbi corrupte allegat.vide.

¶ Alia eſt nominatio quæ fit in officiis ſecularibus,vtpote quãdo agitur de eligẽdo conſules i Mõtepeſſulano,vel capitularios Tholoſanos,ſeu iuratos Burdegalæ,de qbus in c. fi.de procurat.Idẽ quando ageretur de eligẽdis ſcabinis in Francia,de quibus in c.1.de immunita.eccle.in 6.Aut ſi agatur de eligendo ad aliud officium, tunc ſi extraneus iuerit ad conſiliũ, & nominauerit aliquem valde idoneum,ac cõſulibus ſuaſerit vt illum nominatum per eũ eligant,tunc illa nominatio nil iuris tribuit,& ſic nõ grauat quenq̃.l.1.§.ſolẽt. & ibi Bar.ff.quando appella.ſit:ideo non eſt neceſſe ab ea appellare.l.nominatiões. C.de appella.ca.nominationes.2.q.6.

¶ Quædam eſt alia nominatio, quæ fit poſt deliberationẽ,vt in rectore eligendo, vel in ſcabinis,ſeu aliis,&tũc tribuit ius,licet non perfectum, ſi à ſuperiore debeat confirmari, vt in rectore Montiſpeſſulani,& Valentiæ: & dicitur quædam electio.§.poſtea.in authẽ. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. colla.2.l. nominationum.C.de decur.lib.10.& Rubr.de pericul.nomina.eodem lib.l.1.C.de tuto.vel cura.illuſtrium. Et ab iſta nominatione potest appellari, ſi iure non fiat: vt ſi nominatus rector ſit de facultate artium, & debeat eſſe de facultate canonica, vel theologiæ.l.vna. & ibi Bart.& Rebuff.C.de potio.ad munera nominand.lib.10.vel ſi fiat ab inimico.l.vna C.ſi propter inimicitias fa[illegible]a ſit creatio.lib. 10. & ſic nominatus vel alius tenetur intra decem dies appellare.l.ſi ad ſcribatum.C.de appellat.&.l.hi qui ad ciuilia. ibidem, vel ſi aliquis ſcabinus aut conſul ſine cõfirmatione gubernatoris,aut locum tenentis,& procuratoris Regii adminiſtrauerit. nã electio gentibus regiis præſentibus,Bailliuis, aut aliis magiſtratibus ſolet præſentari, quam ſolet cõfirmare.tex.in authen.de defenſo.ciui. in princ.colla.3.& ibi no.

¶ Nominatio alia eſt, quæ tribuit ius perfectũ ſine confirmatione,vt in rectoris nominatiõe,quæ in hac Pariſienſi vniuerſitate fit, & alibi in Francia,vbi non eget cõfirmatione,tunc nominatio facta à facultate,facit electionẽ & confirmationẽ, ſicut in decreto de curionũ.Bart.in.l.1.§.ſolent.ff. quando appellan.ſit. Feli.in ca.eam te col.3.verſi. 4.exten de,de reſcrip.

Eſt & alia nominatio,quando vacat officium conſiliarii, aut præſidentis,tunc conſiliarii ad vnum congregati, nominare vnum regi idoneum ad illud officium vacans debẽt vt habetur in ordina.Reg .Caroli. 7.articu primo ſecundo loco editis .&Ludo.xii.primo publicatis,artic.31.& ſequent. Et ſic fui nominatus per reuerendiſſimum ſenatũ Rothomagen.anno.1536.& die 23. Nouembris , cui quantum debeam,exprimere non poſſum , ſed chartis commendare intendo, beneficium mihi per eos factum , & gratias immenſas verbis,ſi facto non potero,agere: cum me tantorum cõſortio dignum iudicauerint. Et ex conſuetudine Parlamen-

Quando in rectore eligendo poſſit appellari

19

20 De nominatione facienda per ſenatores.

Source : BIU Cujas

No. consuetudinē parlamentorū

torum quando vacat officium secundi præsidentis, tertius nominatur, & ascendit ad officium secundi, & quatus ad officium tertii. primus vero præses & quartus libere per regem creantur. in aliis tamen etiam potest rex dispensare. Idem si vacat officium locum tenentis iudicis, aduocati regii, aut procuratoris. ordina. regiis ita cautum est articu. 83. in ordina. Caroli septimi, quæ est in rubr. des offices de iudicature. & in rub. des baillifz & senechaulx, articu. 141. licet multories pecunia nominet virū, contra tex. in authen. vt iudices sine quoquo suffragio. colla. 2. & etiam contra ordinationes regias.

22. Iurare eligentes debent.

¶ Et in nominatione requiritur quod nominantes iurent, vbi dicitur, & etiam de iure vbicunque relinquitur conscientiæ alicuius tunc oportet quòd is iuret quod conscientia sua ita dictat. vel quod iuste & recte aget. argu. text. in. l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nup. Lucas de penna in. l. 1. C. de nauic. libr. 11. Alexand. & Iaſ. in. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de operis noui. nūcia. Præpos. in rub. de appella. col. 15. Alexā. consi. 118. visis verbis. in 2. volu. & cōs. 45. in 6. vol. Bolog. cōs. 47. nobiles. col. 2. Iaſ. in. l. admonendi. in lectura num. 11. ff. de iureiur. & in §. sed iste. nu. 121. institu. de actio. & in. l. apertissimi. in fin. C. de iudic. Hippoly. in. l. §. præterea. nume. 111. ff. de quæstio. Sic iurare debent volentes eligere prælatum, quòd vtiliorem eligent, vt habetur in prag. sanct. in c. 1. de electio. idem in doctoribus regentibus, vt debeant iurare quando eligere volunt aliquem in locum de mortui, sic fuit pronunciatum in hoc venerabili senatu arrestum. ✣ Vnde electio non spectat ad theologos quando aliquis eligitur ad officiū regentiæ iuris ciuilis vel canonici, nec ad doctores facultatis decretorū spectat electio theologorū vel medicorū quia cū iurare habeant, quod eligent magis idoneum & doctū, ac auditoribus! & scholasticis magis vtilē, nō posset doctores medici iurare quòd vnus est magis idoneus, doctus & vtilis in alia facultate &, sic vera electio est vt illi de facultate tantum eligant. licet contrarium seruetur Tholosæ & in aliis ferme vniuersitatibus Franciæ hic, tamen subtilius per senatum prospectum est, quia multi fiebāt abusus per alias facultates in his electionibus. ✣

¶ Alia est nominatio ad beneficia, & quædam respicit beneficia vacantia, altera vacatura. prima potest dici consultoria, seu tractatoria, vt quando canonici inuicem consulunt, & nominant aliquos ante scrutiniū, & tractant an talem N. bonum sit eligere, & postea proponunt in collegio. ex illa nominatione nullum ius nominato acquiritur. ca. quod sicut. in princip. de electio. glos. in §. volens, in verbo nominationes. de collatio. in pragmatica. quia exprimitur consensus de futuro. & sicut per hæc verba, denominote in mulierem, non contrahitur matrimonium, sic nec per hanc nominationem in beneficiis sic factam. glos. in capitu. quanto, 63 distinctio. & in cap. constitutis. in secūd. de appellatio. Bald. in cap. illud per illum tex. de præsump. 23

Nominatio & bñficia vacantia an tribuant ius.

¶ Aliquādo, quis nominatur in scrutinio & exprimitur cōsensus de præsenti, & postea publicatur. talis nominatio tunc à maiori parte capituli facta valet, & ex ea acquiritur ius nominato, & dicitur electio. text. in capitu. cum olim. de re iudica. glos. in dict. cap. quāto. & in ca. contra. 16. quæst. vt. Bald. in rub. de postulat. prælat. in fin. Panormitan. Imol. & alii in dict. cap. sicut. Et hoc intellige, quā do publicato scrutinio potest sequi electio, alioqui non, glos. & doct. in cap. publicato. de elect. cap. perpetuo. illo titul. in 6. & capit. penul. ibidem Innocen. in cap. bonæ. in. 1. de postu. prælat. 24

¶ Item fit nominatio papæ de pluribus inhabilibus, vel habilibus, vt vnum eligat, seu assumat, de qua est text. in capit. 1. distincti. 85. Archidi. in capit. nulla. de electio. in sext. & cap. quanto. colum. 2. 63. dist. vbi dicit, quā do sunt due vel tres excellentiores in eccle- 25

Source : BIU Cujas

sia, nominantur omnes papæ, vt vni prouideat.d.c.1.& ex tali nominatione ius acquiritur.16..q.vlt.c.contra.videlicet vt ea pendente nō procedatur ad electionem.

¶Et differt a postulatione in qua vnus tantum postulatur,& plures nominantur.& pōt fieri nominatio alternatiue, licet postulatio non.Ioan.And.& Imol.in d.c.bonæ.in fi.de postul,præla.Domi.& Perus.in c.2.de elec. in.6.Et in his primo nominatus cēsetur dignior.c.quorundam.de elect.lib.6.Feli.in.c. cum dilecta.nu.5.de rescri.& maior.l.1.ff.de albo scribend.ac magis dilectus,Bal.in rub. C.si quis omissa cau.testa.colū.vlti. Decius in c.nicolao.de appella.¶Et ex hac sola nomi natione si non fuerit perfecta,nō priuantur nominātes potestate nominādi,etiam si nominauerint indignum, quod secus est in eligentibus.c.cum in cunctis.§.fina.de elect. ca.perpetuo.illo titu.in.6.& dixi in repeti.c. postulastis.in.4.notab.de cleric.excom.ministram. AEquiparatur tamen postulationi, quia ante præsentationem poterit variare, post non.c.bonæ.in.2.de elect.Calder.in cō si.5.an nominantes.rub.de elect. Barto.in.l. absenti.ff.de donat.Iohan.de Selua in tract. de benefic.in.3 parte.q.1. ¶Hodie quædam nominatio fit à rege Franciæ in prælaturis. nam vacantibus archiepiscopatibus,episcopatibus vel abbatiis & prioratibus ac aliis dignitatibus in quibus seruatur forma. capitu. quia propter.de elect.& ecclesia remanet viduata pastore, Rex nominare debet papæ vnum grauem magistrum seu licentiatum in theologia,aut iurium doctorem,seu in altero,vel licentiatum in famosa vniuersitate creatum, , & in vigesimoseptimo suæ etatis anno ad minus constitutum,intra sex menses à die vacationis ecclesiarum computandos.Quod si minus idoneum nominauerit, adhuc intra tres menses à die recusationis computandos poterit alterum nominare,vt habetur in concord.in.tit.de regia ad præla- tur.nomina.faciend.§.1.& sequen.text.in.c. cum longe.& cap. Adrianus.63.dist. 62

¶Et quod doctor ad episcopatum nominari debeat,& eligi,probatur in summa.80.di stinct.vbi sic dicitur, Doctorem autem episcopum oportet esse, ne inferiorum culpæ in eum refundantur, qui docendi officium accepit,quod exequi nescit.de Rota decisi. 881.papa.in antiq. Ioan.Lupus in repeti. ca. per vestras.col.4.& sequen.de donat. inter virum & vxor.Hodie multi sunt doctores in adulatione,luxu,& venatione. Doctores ad episcopatus debēt nominari

¶Erat & alia nominatio que cōcessa fuit regi Franciæ ab Innocē.6.vt posset nominare ad præbendas in triginta tam metropolitanis quam cathedralibus & collegiatis ecclesiis sui regni,vt citat glo.in.§.placuit.in verbo facultates, de colla.in prag.quæ non est sortita effectum. 30

¶De alia nominatiō e idem per Stepha. Maleret in tracta.de elect.limita.8.folio.36. Interdum fit nominatio ad beneficia vacatura à papa,& per viam mandati de prouidendo,& de ea loquitur.capitu.mandatum.de rescrip.&.c.mandatum.de præben. in.6. dico supra de mand.

¶Aliæ sunt nominationes quæ concedun- 31
tur ab vniuersitatibus regni graduatis,& debito modo qualificatis,vt eisdem prouideatur.& de his erit sermo noster.& loquitur titul.de colla.in concordā.Et super his affixi conclusionem,regem Franciæ non posse nominationes concedere: verum est, intellige non posse concedere nominationes,quæ ab vniuersitatibus conceduntur graduatis tantum,quia tantum data est potestas vniuersitatibus,vt patet in concord.in rub.de colla.§.præterea.ibi,per vniuersitates nominatis.&.§.volumus autem quòd nominati literas nominationis ab vniuersitatibus in quibus studuerint,obtinentes &c. & §.monemus.ibidem postea posui. Imo regem posse nominare eo iurevtimur,videlicet ad episcopatus,archiepiscopatus,& alias dignitates, de quibus supra dictum extitit,& hoc etiam Cōclusio. Regē Franciæ nō posse nominationes cōcedere. §

Source : BIU Cujas

fuerat conceſſum Carolo regi Franciæ, vt patet in c. Adrianus. & cap. ſeq. 63. diſtin. & etiam fuerat eidem data poteſtas eligendi Pontificem, & ordinãdi apoſtolicam ſedem, vt ibi dicitur. Sed iſti priuilegio olim renunciarunt, vt patet in cap. ſacrorum. 63. diſtin. Super hac nominatione nil dico, cum. D. Io. Dayma ſatis ſuperque ſcripſerit in loco proprio. hic non repeto. quia abundanter ibi ſcripſi.

SECVNDA, quæſtio.

1 Quo tempore nominationes fuerint introductę

SEcundo principaliter quæritur, quo tẽpore fuerunt iſtæ vniuerſitatum nominationes inuentæ? Reſpon. quod anno 1438. regnantibus Eugenio. 4. Pontifice maximo & Carolo VII rege Franciæ, vt licet videre in prœmio Prag. ſanctio. Pluribus tamen placet nominationes ligaſſe à paſcha anni. 1439. quia vſq; ad illud tẽpus fuerunt toleratæ gratiæ expectatiuæ. gl. in §. inſuper. in verbo vacatura. & text. in §. illi vero. verſi. datum &c. de colla. in prag. nã procurante Eugenio concilium generale Baſileæ fuit congregatum, quod permulta tam animæ quam corpori ſalubria ſtatuta fecit, quæ Eugenius ad Carolum tum Franciæ regem per oratores miſit, rogauitq; regẽ prædictum vt eadem reciperet, & perpetuo in ſuo obſeruari regno non grauaretur, quibus auditis oratoribus, rex concilium apud Bituriges in ſacro ſacello congregauit, ſtatutaque per concilium Baſilien. eccleſia Gallicana cum aliquibus modificationibus approbauit, quas licet videre in pragm. & per Gagui. lib. 10. fo. 226. & ſequen. in vita Caroli ſeptimi, verſi. apud Baſileam. Et ſic nominatiões ab eccleſia Gallicana fuerunt inuentæ, licet quidam teneant a conſilio Baſilien. quod nõ eſt verum, vt vides.

2 Cõcordata quãdo fuerunt facta.

¶ Demum Pontifex ſummus Leo decimus cum Chriſtianiſſimo Franciſco rege Franciæ Bononiæ anno. 1516. Calen. Ianuarii pragmaticam ſanctionem aboleuit, concordataque fecit, in quibus nominationes vniuerſitatibus regni Franciæ Delphinatus & Comitatus Dien. ac Valentinen. reſeruauit, vt licet videre in concordat.

¶ Fuerunt tamen alia concordata inter Sixtum olim pontificem maximum, & Ludoui cum XI. Franciæ tum regem, quæ non fuere ſortita effectum, vt eſt text. in extrauagan. I. de maiorita. & obedient. in communibus. & citat Gagui. in vita Ludouici XI. li. 10. verſi. fama ante hos dies ferebatur &c. glo. in §. nõ volumus. in verbo quatuor. de colla. in prag. Sequitur Benedict. in repeti. cap. Raynutius in verbo ſi abſque. in. 2. de fideicom. ſubſti. nu. 44. de teſta. & patet in concord. Rub. de conſtitu. §. vnde.

¶ TERTIA quæſtio.

Tertia principalis quæſtio, quare nominationes ſuętę ſint

¶ TERTIO principaliter quæritur quare nominationes inuentæ ſint, & in hoc regno introductæ? Reſpon, primo, vt prouideatur eccleſiis Franciæ de viris literatis, quibus & aliæ quam maxime indigẽt. c. cum ex eo. de elect. in. 6. vbi dicit Ioan. Andr. in nouel. in prin. quod eccleſia indiget viris literatis, & non porcis: vel afinis deferratis: quod fuit originale dictum Ioã. Imo. ibi. & in c. ſi cut. numero. 10. de verbo. ſignifica. eo. lib. & vtrobique latius. D. Probus apud eundem Io an. mona. Secundo vt poſt ſtudium perfectũ (quod eſt poſt qninquennium, vt habetur in prœmio ff.) ſtudentes aliquo munere donẽtur in compenſationem tam laboris quã bonorum in ſtudio expenſorum. no. in authen. habita. per illum text. C. ne filius pro patre. Tertio vt pauperibus ſcholaribus, qui nullum aut minus ſufficiens beneficiũ ſunt adepti, prouideatur. §. quod ſi quis. de colla. in pragma. Quarto vt vniuerſitates regni tueantur, & foueantur. §. item placuit. de collat. in pragm. Quinto, ne prætextu beneficiorum habendorum galli homines cogantur deſerere ſtudiũ, & circa alia inuigilare, vt in prœmio concord. ibi, ſimul ad ea accedebat deformitas, vt literarum ſtudioſi & diſciplinis liberalibus incumbentes. aut ſacerdotia adi-

Source : BIU Cujas

piſci nequirent,aut qui adipiſci cuperent,literarum ſtudium abiicere,aut certe deponere cogerentur,paſsimque per vrbes errabundi vagari,vt id periculum imminere videretur,ne literarum tandē amor & ſcientia per incuriam exoleſcerent.& ibi traduntur aliæ rationes.vide ibi,& in.c.pen.de magiſtris.

¶QVARTA quæſtio.

¶QVARTA principaliter quæritur quid ſit nominatio: Reſpon.quantum attinet ad materiam præſentem,eſt ius quoddā nominato legitime qualificato beneficia certo tē pore eiſdem præſtituto vacantia petendi & acceptandi competens.

¶Primo dico ius, quod eſt nomen generale, eſte Chriſto.Porco in.§.1.inſtitu.de vſufructu.vt comprehendat omnes nominatos legitime qualificatos habentes ius petendi & acceptandi beneficia certo tempore vacantia,vt infra declarabitur,licet gloſ. in.§. volens.in verbo nominationes,in fin.& in §.quod ſi quis cuiuſcunque, in verbo irritum,de colla.in prag.tenuerit per nominationes non acquiri ius in re, nec ad rem inſtar gratiarum expectatiuarum,ſed conſequitur tantum quoddam ius præparatorium ad beneficium cadens in turno obtinendo ſicut præſentatus.& illam gloſ.ſequitur Ioannes de ſelua in tractat, de benefic.in tertia parte quæſtio.56. ¶Ego vero teneo ius nominato acquiri per nominationes, & illarum inſinuationem. Quod ſic probatur, primo per.c.vlti.de conceſs.præbend. lib.6. vbi ex reſeruationibus & aliis gratiis acquiritur ius ad rem impetranti illas. Sic ex iſtis nominationibus quæ ſunt gratiæ, vt ſetiam vult gloſ.in.§.item quod ad dictas,in verbo nominare,de colla.in pragm.& in verbo poterunt.ibidem.

¶Secundo ſic ſuadetur facta iure inſinuatione per nominatum, beneficium vacans tempore eis ſtato eſt illis affectum per illam clauſulam decreti appoſitam in.§.ſi quis vero.de colla.in concord.nam clauſula decreti afficit.c.tibi qui.de reſcrip.in.6.c.1.de cōceſſ.præbend.eod.lib.& capi.ſi ſoli.ibidem. gloſ.in.§.& ſimiliter.in verbo cenſeatur.de colla.in pragma.& quando afficitur beneficium,dicitur ius quæri ad rem.c.ſi poſtquā. de præbend.in.6.ergo per nominationes ius quæretur.

¶Tertio per præſentationē etiā a laico factam patrono quæritur ius ad rē.c.dilectus. de offi.leg.vbi Bal. dicit quæri potius ius ad factū.c.cū autē.&.c.paſtoralis.de iure patr. glo.& doct.in clemē.auditor.de reſcrip.ad eo quod præſentatus a patrono,ſi non fuerit variatum,poteſt petere confirmationem & inſtitutionem:& ſi epiſcopus eum idoneum non admittat,poteſt ad intereſſe agere.glo. & docto.in.d.c.dilectus.Panor. & alii in.c. cum Bertoldus.per illum text.de re iudi. de Ripa.in rub.de iud.numero,70. cum ſequē. Bal.in marg.in verb.patronatus,q.2. Roch. Curtius in tract.de iure patro.in verb.ius.q. 4.Idem forte erit in nominato, vt poſsit beneficium certo tempore vacans petere ſibi conferri,alioqui non poſſet,niſi haberet ius aliquod ad petendum.

¶Quarto probatur ex literis gratiæ datur ius ad rem.c.quāuis.1.& ibi gl.de reſcrip.li. 6.c.in noſtra.illo tit.in decreta. Sed appellatiōe gratiæ venit gratia ſiue per Roma. pontifice conceſsa,ſiue per aliū.glo. in cle. gratiæ de reſcript.nec quo ad hoc video differentiam inter mandata & nominationes.ergo idem ius erit.l.illud.ff.ad legem Aquil.

Gratię appelatione quid veniat.

☞Et expreſse in mandato de prouidendo tradit Bonifa.in cle.1.in princip.de elect.& pro hoc eſt text.formalis in extra vna verſ. nos.ibi.ius ad rē expectātibus de offi.deleg. in cōibus.vbi expreſse papa dicit expectantes habere ius adrē,cuius dicto eſt ſtādū,niſi quis vellet inſanire,& ibi eſt etiā glo.☜

¶Quinto ex contractu etiam conditionali acquiritur nobis ius,quod ad hæredem etiā trāſmittitur.§.ex cōditionali.inſtit.de verb. oblig.Ioan.de Ana.conſilio.19.viſis inſtrue-

Source : BIU Cujas

mentis.facit tex.in.l.interdum.ff.de verb.ob. fortius in nominationibus ius acquiretur.

¶ Sexto bonum est argumentum a sufficien 9
ti partium enumeratione.§.omnium.institu. de actio.sed per nominationes non acquiri- tur ius in re,ergo ad rem,alioqui nullum. & si nullum ius ex illis acquireretur,nō possent nominati vigore illarum beneficia petere,& consequi,licet contrarium dicatur in cōcor da.eo.titu. vide Bald.in.l.sciendum.in prin. ff.qui satisda.cogant.ponētem ius rei,in re, & ad rem. Ius rei dicit directum dominium, vtile,& quasi dominium,quod ventilatur in publiciana. Ius in re vocat ius hypothecæ,iu ra seruitutum,vnde vsusfructus formalis,cū sit seruitus,dicitur ius in re, non rei. Ius ad rem traditur in dicta.l.sciendum.§.diuersa. hæc ille. De iure in re & ad rem videgl. in capi, eum qui. de præben. in. 6. & gl. inc.fi.de conces.præben.eo.lib.& Decium consi.147.colum.2. Card.consi.62.casus vbi nō dicitur ius quæsitum in re,per quem- cunq; actum citra collationem, cum effectu factam,nec sufficeret acceptatio cum requisi tione,secundum eos, vide ibidem,& sic pa- tet nominatum vel mandatarium habere ius petendi beneficia eisdem debita.per cle. au- ditor,de rescrip.& sic ius ad rem : non tamē dico illos habere ius spirituale, vt quidam fal so asserunt me dixisse, vide Felinum in capi. cum Bertholdus.col.1.de re iudica. 10

Ius rei,in re, & ad rem.

¶ Vltimo,facit tex.in c.dudum.in versi.nos igitur.de præb.in 6.vbi priuilegio generali de conferendis beneficiis derogatur per spe cialem gratiam alteri factam,quia in primo priuilegio agebatur de iure ad rem,cui facis- sime derogatur. Panor.& alii in.c.1.de re- scrip.capitu.veniens,& ibi nota.de præscri. Decius dicto consi.147.& pro tenui.colum. 2.& postquā ex priuilegio acquiritur ius ad rem, ergo & per nominationes,sicut ex aliis gratiis,post insinuationem ius ad rem acqui retur.cogita & concorda opiniones ex his quæ Cardi.tradit & alii in c.mandatum de rescript.& in cle.vlti.illo titu.Imol.in c.di lectus.in 2.de præbēd.Ioā. de Selua in tra cta.de beneficio in tertia parte quæstio.11. & nominatio alio modo diffinitur in aliis materiis, prout subiecta materia patitur.nō prosequor nisi nominationes vniuersitatū.

¶ QVINTA quæstio. 1

¶ QVINTO principaliter quæritur, quibus concedi possint nominationes? Re- spon.graduatis,& debite qualificatis,qui per tempus competens in vniuersitate famosa studuerint.§.præterea.de colla.in concorda. viris & non mulieribus.§.præfati.illo tit. dū lex loquitur de viro,non comprehendit mu lieres.l.1.& ibi not.ff.de legib.l.scripturas. C.qui potiores in pigno.habeant. Decius in l.2.ff.de regu.iur.

Quinta princi- pes,que stio qui bus cōc dātur n minatio nes.

¶ Primo,quæro quid dicatur tempus com- 2
petens? Respon.decennium in magistris seu licentiatis vel baccalaureis formatis in theo logia: Septennium vero in doctoribus seu li centiatis in iure canonico, vel ciuili aut me dicina: Quinquennium in magistris seu li- centiatis in artibus cum rigore examinis à logicalibus inclusiue, aut in altiori faculta- te : Sexennium in baccalaureis simplicibus in theologia. In iure vero ciuili aut canoni- co seu medicina quinquennium,quo tempo- re censetur peritus.§.duabus.in proœmio.ff. ex quo est publica lætitia,patruus meus Re bust.in.l.vna.C.publicæ lætitiæ.lib.12.

Tempus cōpetēs qñ dicat

¶ Secundo quæro,quispiam studuit tres an- 3
nos in iure ciuili,& duos in iure canonico, postea promotus est in altero,quæro an va- leat? videtur quod non,quia tempus quinque nii requiritur in altero,vt supra dictum est, ergo non sufficiet quinquennium,sed requi reretur decennium in vtroq;. Contrarium arbitror verius: quia in vtroq; studendo, sa tis in altero iure videtur studuisse,quia vtrū- que faciens,bene alterum censetur facere.l. si quis ita stipulatus fuerit decem.ff.de verb. oblig.Barto.& Soci.in.l.si is qui ducenta.§. vtrum.de rebus dub.& laudandum est eius

An suffi ciat inv troq; iu re studu isse vel in altero tātū ad cōsequen das no minatio nes.

Source : BIU Cujas

propoſitum,dicit in ſimili tex.in.l.1.C.de repud.Item hoc probatur per tex formalem in §. videlicet.de colla.in prag. ibi. vel in vtroque vel in altero iurũ baccalaureis, qui per triennium,ſi nobiles ex vtroque parente, & ex antiquo genere:alias autem per quinquẽnium cõſimiliter in aliqua vniuerſitate priuilegiata ad minus ſuum ſtudium fecerint. Poſtq̃ ergo ibidem eſt ſtatutum & non inuenitur correctum per concordatum, ergo illi tex.cur ſtari prohibebitur? vt dicit tex.in .l.præcipimus. C. de appella.hoc etiam probatur in concordato.§. tempus autem competens.ibi,à logicalibus incluſiue, aut in altiori facultate.vbi magiſtro artium computatur tempus quo ſtuduit in altiori facultate, vtpote in medicina, vel in iure canonico,ſeu in theologia. ſic ergo cõiungetur tẽpus,quo quis ſtuduit in iure ciuili, & canonico,quæ iura adeo fraternizant,vt dicã infra vt in vno non poſſit quis eſſe perfectus ſine altero.

¶ Et ſic affixi concluſionem hanc, videlicet theologi etiam ante ſex annos nominationes obtinere iure valent,quod eſt intelligendum quando ſtuduerunt in theologia, & iure canonico,poſtea perfecto quinqẽnio ſumpſerunt gradum baccalaureatus in iure pontificio,poterunt vigore illius gradus in quinquennio nominationes impetrare.nam tempus quo ſtuduerit theologiam, computabiſibi, & coniungetur cum tempore quo ſtuduit in iure pontificio, & ſic iure obtinebit nominatiões ante ſex annos. & iſta eſt notabilis cautela pro theologis, vt celerius aſſumant nominationes,quod ſtudeãt ius canonicũ,& in eo ſumant gradũ, tamen non præferentur aliis in theologia graduatis,vt dico infra. Nec refragatur tex.cõcordati vbi ſexẽnium requiritur etiã in baccalaureo ſimplici in theologia, quia hoc intelligendũ eſt quando in theologia vellet ſumere gradũ.ſecus ſi in iure pontificio,vt dixi.

¶ Suſtinui etiam aliam concluſionem, videlicet,baccalaurei non nobiles etiam ante quam quinquennium in iure canonico ſtuduerint,nominationes recte impetrãt. quod eſt intelligendum vt prædixi, quando ſtuduerat antea in iure ciuili,quòd poteſt ſumere nominationes etiam antequam ſtudeat per quinquennium in iure canonico,quia illud tempus computabitur, quo ſtuduit ius ciuile,& vtrunque coniungetur ad faciendum quinquennium. 6

reis ante quinquẽniũ nominationes iure dantur.

¶ Nec obſtat,cp poſt q̃ cœpit in vno iure ſtudere,nõ poteſt variare ,quia illuſio & variatio eſt prohibita.cle.vna.de renuncia. & vix longiſſima vita hominis ſufficit ad vnã ſciẽtiam acquirendã.Bal.conſilio.412.verba teſtamenti,volu.2.quia vita breuis,ars vero lõga,vt habetur in princi. Aphoriſmorũ.Reſpon.quod non poſſet variare in præiudiciũ alterius,ſed quãdo nullus haberet præiudiciũ principaliter,poſſet, vt in caſu in quo conſuluit Bald.conſilio.412.volu.primo.vbi concluditur,quòd ſi teſtator reliquerit libros legales alicui ſi fuerit idoneus ad leges,ſi in medicina, libros medicinæ, ſi primo elegerit ſtudium medicinæ, & illius adeptis libris velit variare, & accedere ad ſtudium legale,non poterit petere libros legales, quia hæres grauaretur duplici onere, & teſtator in dubio videtur grauare hæredem mius quam poſſit. lege. vnum ex familia.§.ſi rem tuam. ff.de legat.ſecund.Electione etiam per legatarium facta non poteſt variare. l.ſerui electione,ff.de leg.1. Sed quãdo nullus haberet præiudicium, poſſet.& ita intelligo concluſionem.Item etiam dictum Bald.intelligitur quando ad diuerſa volebat accedere, vt de medicina ad leges quæ nihil aut parum commune habent inter ſe,licet bonus iuriſcõſultus communicet cum omnibus ſcientiis , & cum omnibus,participet,&leges & canones inuicem communicant ſibi actiones & paſſiones,ſicut vir & vxor, vt infra fuſius dicã. Et ſic etiam non obſtat,qui ad vtrunque feſtinat,neutrũ bene peragit.l.fin.C.de aſſeſ- 7

Studens in vno an poſſit variare.

Medicina parũ cõmune habet cũ iuriſcõſulto licet iuriſcõſultus cũ õnibus participet.

Source : BIU Cujas

ſor.quando ſunt diuerſa. ſecus ſi omnino fra ternizent. vt ius canonicum & ciuile, & ius canonicū cum theologia,quia ius canonicū eſt practica theologiæ,& dirigit animas deo ſicut theologia.glol. in cap.cum contingat. de iureiurand.

8 In vtroque qui ſtuduit in vtro debeat promoueri.

Tertio,quæro,poſtq̄ tempus cōiungitur quo ſtuduit in vtroq; iure, vellē ſcire in quo iure, vel in qua facultate poſſit promoueri? Reſpon.eſſe in electione vniuerſitatis admittere illū in facultate vel in iure in quo eſt magis idoneus,& benemeritus,quia in alternatiuis eſt electio debitoris .l. 3. ff. de eo quod cert.loco.c.plerūq;.de iur.dot.& vniuerſitas debet conferre gradū benemerentibus.cle.2 de magiſt. Alex.in addi.ad Bar.in.l.1. C.de dignit.lib.12.& ſcholaris debet ſe præſentare in iure illo , vel facultate in qua plus præſtat, argu.l.quæritur.ff. de ſtatu homi. Si in neutro præſtat, tunc qualitas perſonæ eſt in ſpicienda, iuxta.l.plenum.§.equitii. ff.de vſu & habita. nam ſi habeat beneficia, vel vult ſacerdos fieri , ſumat gradum in iure canonico conueniente ſacerdotibus. ſi vero vult ducere vxorem,tunc ſumat in iure cæſareo. in his tamen liberafacultas datur præſentato ob pecunias quas offert,vt ſumat gradum in quo iure vult.

9 De eo qui ſtuduit in altero & promot⁹ eſt in vtroque.

Quarto quæro, quid ſi ſtuduit in altero tā tum per quinquennium , & promotus eſt in vtroque , & ſic ſumpſit nominationes , an valeat vterq; gradus? an neuter? Reſpon. ille gradus in quo ſtuduit , valebit, alter non, per nota.per Barb.& alios in.c.clerici. de iudi.& per Anchar.in c.1.colum.2.de paroch. vbi dicūt quòd ille qui ſatis mediocriter ſtuduit in vna facultate , & ſumpſit gradum in altera ſibi incognita , vt hodie fit cauſa honoris , vt ſunt legiſtæ qui doctorantur in canonibus, licet prorſus ignorent canones, & rubricas,tamen non debent ob hoc præferri doctoribus ſolis iuris canonici.Sic nec talis promotus in vtroq; præferri debet, ſi ſolum ſtuduerit in iure ciuili, baccalaureo iuris canonici,qui bene ſtuduit in illo.

Promot⁹ ad doctoratū corruptis doctori b⁹ nō debet gaudere priuilegijs doctorū.

¶ Imo , promotus corruptis doctoribus ad doctoratum , nō debet priuilegio doctorum gaudere.l.1. C.de athletis.libr.10. & ibi glo. Sicut emens officium priuilegio officii gaudere non debet.text.ſing.in.l.vniuerſi. C.de legatio.lib.x.ſecundum docto.ibi,& Ioan.de pla.in.l.eam de excuſa.mu.ciuili.& in.l.1.de princ.agēt in reb.lib.12.& l.vna de perfectiſſima.digni.ibidē.quod eſt notandum contra emptores officiorum.

12 De eo qui ſtuduit in vtroque ſumpſit gradum. Ius cano

¶ Quinto quæro quidam ſtuduit in vtroque iure per quinquennium , & effectus eſt baccalaureus in vtroque,an illi profit gradus? videtur quòd non, quia in altero tantum requiruntur quinque anni,ergo in vtroque requirētur decem.d.§.præterea.nam quod noluit, potuit, videlicet,adipiſci in altero tātum: & quodvoluit,adimplere nequiuit, videlicet in vtroque iure nequiuit adipiſci gradum.probatur in .l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. cap.cum ſuper de offic. delegati. Item facit clem.generalem.de ætate & qualitat. vbi in ſubdiacono requirūtur decem & octo anni, in diacono viginti,in ſacerdote vigintiquinque.&ſi quis habeat tempus ad aſſumendum vnum gradum , videlicet diaconatus,vtpote habet viginti annos,non cenſetur tamen ob id habere tēpus ſufficiens ad vtrunq;gradum,videlicet & diaconatū,& preſbyteratū ſic qui ſtuduit quinquenniū,licet,in vno poſſit promoueri,non tamen in vtroq;. Contrarium eſt verius, quia vtile per inutile non debet vitiari.regu.vtile.de regul.iur.in6.l.certi cōdictio.§.quoniā.ff.ſi cert.pet.& ibi ample. Bar.maxime in inſeparabilibus.glo.in.l. pecuniæ.ff.de vſur.vt eſt hic.

17

¶ Item quæ ſuperabūdant , non ſolent vitiare.l.teſtamentum.C.de teſtam. Licet ergo vnus gradus ſuperabundet,tamen nō debet vitiare alterum.

nicū & ciuile ſūt cōnexa.

¶ Adde quòd ius canonicum & ciuile ſunt adeo connexa,vt vnum ſine altero vix intelligi poſſit. vnde dicit Bal.in prooemio decre

Source : BIU Cujas

ta.quod iuris canonici ſanctitas, iuris ciuilis ſublimitate decoratur: & iuris ciuilis maieſtas,canonum authoritate firmatur:& qui non ſapit in vtroque, non habet tãtam dulcedinem. Ideo laudandus eſt is, qui in vtroque ſtuduit, potius quam vitio dandus nam vnũ propter aliud coruſcat, & magis timetur. Barb. in rub. col. 1. de teſta. & ſicut ex medicina & philoſophia fit perfectus medicus, ita & ſciens ius canonicum & ciuile efficitur perfectus iuriſconſultus. & niſi quis ſciat canones cum legibus, non poteſt practicam iudiciorum cognoſcere. Bald. in ca. cum cauſam. colum. 2. de probat. facit dictum Rom. ſingu. 654. habens funem. 10. te dico que legiſta ſenza, capitulo vale poco, male canoniſta ſenza, lege vale nyente. hinc videmus quod leges non dedignantur ſacros canones imitari. cap. clerici. de iudi. & canones non dedignantur iura ciuilia adducere. c. 1. & per totũ de cauſa poſſeſ. & ſtatuta ſacrorũ canonum, principũ conſtitutionibus adiuuantur. c. 1. de operis noui nunci. & in quibus caſibus papa alleget leges, cumulat Rauẽ. in alpha. in verb. lex. in. 2. Imo audacter dico quòd ius pontificiũ perfecte nõpoteſt intelligi ſine legibus. cũ ſit medulla legũ. & ius canonicũ eſt practica iuris ciuilis. teſte Barb. in ca. cõqueſtus col. 3. de foro cõpet. Ideo ſuſtinui concluſionem ciuibus Pariſien. gratiſſimã, hanc videlicet. Leges Pariſiis publice legi iure nõ prohibetur. & ideo. c. ſuper ſpecula, de priuil. hactenus non ſpeculato. nouus dabitur intellectus Prima cõcluſio poteſt intelligi, quod leges canonizatæ nõ prohibẽtur Pariſiis legi, alioqui decretũ non poſſet legi. & dicuntur canonizatæ, quãdo per aliquem papã ſunt approbatæ, & in canonibus inſertæ & incorporatæ. ſed ſi Gratianus ex capite ſuo hoc fecerit, nõ diceretur ob hoc canonizata. gl. ſing. in. c. in primis, in verbo. capitali. 2. q. 1.

¶ Vnde quando lex eſt ſemel canonizata, licet poſtea tollatur per imperatorem, tamen adhuc in foro canonico ſeruabitur vt tenet Gerard. de petra ſanct. ſingul. 28. facit gloſ. in. l. vna in verbo. anniuerſariæ. C. de colla. dona. libr. x. Imo imperator illam legem canonizatam non poterit reuocare, ſicut nec papa priuilegia regni in ordinatiõibus regiis incorporata, & deſcripta, quia lex regni eſt effecta. Benedict. in repet. cap. Raynutius. in verb. ſi abſq;. in. 2. de ſubſti. fideicõ. nũero 42 de teſt. Quod eſt intelligendũ quãdo eſſent incorporata per regem. ſecus ſi per alium ſine voluntate regis, vt ſupra dixi. Vnde inferri poteſt, & hoc videtur mirabile, quòd etiam leges. florum aut codicis non eſt legi prohibitum Pariſiis, & hoc intelligendo, vt dixi, vel de his legibus ex quibus decretales ſunt elicitæ, vtpote ſi quis vellet legere & interpretari legem nulli. C. de iudi. antequã interpretaretur. capit. primum de cau. poſſeſ. dicerem hoc poſſe, vt melius intelligantur ſacri canones. & ita nota. doct. in ca. no magnopere. ne cler. vel monach. & dict. c. 1. alio qui non bene poſſent intelligi iura canonica. ideo quando permittitur aliquid, omnia videntur permiſſa per quæ peruenitur ad illud. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procura. 1

Sed per leges peruenitur ad intellectum canonum. ergo leges permittuntur legi ad intellectũ canonum, ex quibus dicit gloſ. in c. epiſcopus. 37. diſtinct. epiſcopum poſſe audire lges, vt ſacros canones melius intelligat. & ſic permittitur etiamnũ publice legi titul. de verbo. ſignifi. ff. & C. & de regu. iur. & ego ipſe publice legi. anno. 1535. & ſeq. dictũ titu. de ver. ſigni. ſuper quo multa ſcripſi, vt aliquando videre licebit. 18

Nouus intellectus ad capitulũ ſuper ſpecula.

¶ Pro intellectu. c. ſuper ſpecul. de priui. præmittendũ eſt, q̃ diſpoſuit Alexander tertius in cõcilio Turonen. in. ca. nõ magnopere. ne clerici vel monachi. vbi prohibetur cuilibet poſt votũ religionis & poſt profeſſionẽ factã ad phyſicã legeſve mũdanas audiendas exire. ſi vero exierint, & ad clauſtrũ ſuam intra duorum menſiũ ſpatiũ non redierint, ſicut excommunicati ab omnibus euitentur, & in

Source : BIU Cujas

nulla causa (si patrocinium præstare voluerint) audiantur. reuersi autẽ, in choro, capitulo, mensa, & cæteris vltimi fratrum existant & (nisi forte ex misericordia sedis apostolicæ) totius spẽ promotionis amittant. Ratio assignatur ibi, ne occasione scientiæ, spirituales viri mũdanis rursus actionibus inuoluantur. Superuenit Honorius tertius, qui edidit decretalẽ super specula. ne cle. vel monachi. & decret. super specula. de magistr. & c. super specul. de priuil. In prima citauit concilium Turo. cõtra regulares, & voluit qp ipso facto sententia excõmunicationis incurrãt, sic dicẽs, quia nõnulli ex talibus, videlicet regularibus, propter quorundã opiniones diuersas excusationis aliqd sumebãt, ideo statuit vt studiũ theologiæ aplietur. d. c. nõ magnopere, extẽdi ad archidiaconos, decanos, plebanos, ꝓpositos, cãtores, & alios ꝑsonatus habẽtes necnõ presbyteros. Verũenimuero qa Parisiis qdã exprædictis docebãt leges, & audiebãt, ideo idẽ Hon. tertius edidit decretalẽ super specu. de priuil. in hæc verba, super spec. & intra. Sane licet sancta ecclesia legũ secularium non respuat famulatũ, quæ æquitatis & iustitiæ vestigia imitantur, quia tamẽ in Francia & nonnullis prouinciis laici Romanorum imperatorum legibus non vtuntur, & raro occurrunt ecclesiasticæ causæ tales quæ non possunt statutis canonicis expediri, vt plenius sacræ paginæ insistatur, & infra, firmiter interdicimus, & districtius inhibemus ne Parisius vel in ciuitatibus proximis quisq̃ docere vel audire ius ciuile præsumat: & qui contra fecerit, non solum à causarum patrociniis interim excludatur, verumetiam per episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur. Ecce ergo verba. d. c. super specula. de priuileg.

Textus. c. super Specula. de priui. leg.

¶ Primo sciendũ est quòd hæc cõstitutio super specul. de priui. est pars decreta. super specula. ne cleri. vel mona. & si sit vna cõstitutio ab vno eodemq; edita, tamen duæ partes fuerunt factæ per conditorẽ, eo quia duobus titulis cõueniebãt materiæ. primo conueniebat rub. ne cleri. vel mona. quia interdicit ne audiãt monachi sacerdotes & religiosi leges seculares, ne immiscẽant se negotiis secularibus. Item quia conueniebat etiam rubr. de priui. eo quia datur speciale priuilegiũ theologiæ, vt amplietur, ne religiosus, vel secularis sacerdos, vel quiuis alius dignitate vel sacerdotio curato præditus, leges doceat, vel audiat.

¶ Et sic non dicitur illud superfluũ, licet bis repetatur, etiã ad verbũ, quando materia cõuenit duobus titulis, & in duobus titulis lex fuerit sita. glo. & ibi patruus meus Rebuffus, & alii in. l. mulieres. C. de dignita. lib. 12. & in. l. mulieres. C. de incol. libr. 10. ide probatur in. l. si quis in cõscribendo. C. de episcopis & cleri. & in. l. si quis. C. de pactis. 19 Aliquid nõ dicit superfluũ licet bis reperat ad verbũ

¶ Secundo, præmittendu est quòd vna pars legis vel constitutionis debet intelligi & interpretari secundũ aliam partẽ præcedẽtem vel sequentẽ. l. hæredes palam. §. sed si notã. ff. de testa. l. si seruus plurium §. final. de lega. 1. ergo hæc decretalis super specula. intelligetur secundum præcedentem partem decretalis super specula. ne cleri. vel mona. & ad illas personas tantum ibi expressas referetur.

¶ Nã præcedentiũ quadruplex est virtus, scilicet declarandi. d. l. si seruus pluriũ. secũdo supplendi. l. item. §. idẽ Iulia. ff. de pact. Tertio ampliandi. l. regu. §. fina. ff. de iur. & fact. ignor. quarto præcedentia habent potestatẽ restringendi. l. si cum fundum. ff. de verbo. signifi. Bald. consil. 357. no. pro duce & c. in. 5. volu. ergo illa præcedens pars. c. super specula. ne cle. vel mona. restringet hãc decretalẽ ad personas ibidem expressas, quia à primordio tituli posterior formatur euentus. l. 1. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. 20 Quadruplex virtus præcedẽtium.

¶ Item cõstitutio noua ad interpretationẽ antiquæ facta habet locũ in eisdẽ casibus in quibus lex interpretata, & nõ in aliis tex. in authen. de filiis ante dota. instru. natis. colla. 3. circa fi. ibi, cũ omnibus manifestũ sit, opor 21 Lex noua ad interpretationẽ antiquæ tertius.

Source : BIU Cujas

tere ea quæ adiecta ſunt, per interpretationē in illis valere, in quibus & interpretatis legibus ſit locus. & ibi Bar. not. quod omnia quæ habent locum in lege interpretata, intelligūtur repetita in lege interpretante. glo. in. c. is qui contra de elect. in. vi. igitur perſonæ poſitæ in. c. nō magnopere. & in. c. ſuper ſpecula. ne cleri. vel mona. cenſebuntur eſſe repetitæ in. c. ſuper ſpecula. de priuileg. & illæ tantum perſonæ erunt prohibitæ iura ciuilia interpretari Pariſiis, non aliæ. Nam clauſula adiecta in lege interpretata videtur repetita in lege interpretante. Bar. in. l. nihil. per illū tex. ff. de comun. cum emanci. lib. etiam ſi eſſent diuerſæ conſtitutiōes. Bar. in. l. prætor. 5. eritq; hæc differentia. ff. vi bono. rapto. & vna clauſula legis declarat aliam ambiguam. l. vtrum. & ibi Bal. & Ang. ff. de petitio hæred. Soci. in. l. vlti. in fine. ff. de reb. dub. imo præcedens clauſula eſt maioris potētiæ ad determinationem ſequentium, quam ſequens ad determinationem præcedentium. Bar. in. l. quiſquis. ff. de leg. 3. facit. l. filium. ff. quando dies leg. ced. ergo clauſula poſita in. c. ſuper. ne cleri. efficacius tanſibit ad iſtud. c. quàm ſi in hoc. c. fuiſſet clauſula appoſita. quanuis dicta in præcedentibus nō cenſeantur repetita in ſequentibus ex interuallo, tamen ex illis ſumitur declaratio ſequentium. Vnde. & Imol. in. l. ſi quis cum aliter. ff. de verbo. obliga. refert Soci. in. d. l. fina. Barb. conſilio. 4. ſcribitur. col. 5. in fi. vol. 1. & conſilio ſequen. col. 2. igitur in hoc tantum. cap. repetet perſonas in alia parte expreſſas, & ſic Pariſiis tautum prohibentur legi iura ciuilia religioſis, & aliis in dicto capitu. ſuper ſpecul. ne clerici &c. expreſsis, & non aliis per prædicta.

¶ Tertio præmittendum eſt, quòd ratio legis limitat, reſtringit vel ampliat dictū præcedens ad eum caſum tantum, ad quem extenditur ratio legis. l. ſi is qui animo. & ibi Alber. & alii. ff. de acqui. poſſe. l. 1. de auctorita. l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo. Iaſ. in conſilio. 2. col. 8. verſic. ſeptimo prædicta. in 2. volu. ſed in capi. non magnopere. ne cleri. vel mona. aſsignatur ratio, ne ſpirituales viri occaſione ſcientiæ mundanis actionibus inuoluantur. Igitur ratio loquitur tātum de viris ſpiritualibus, & ſic de religioſis, & aliis viris eccleſiaſticis, & non de laicis, qui non ſunt ſpirituales viri. ergo ad laicos non extendetur prohibitio, vt cenſeantur prohibiti audire vel legere leges Pariſiis. nam in. d. c. ſuper ſpecula. ne clerici. aſsignatur alia ratio, quia nonnulli ex talibus propter quorūdam opiniones diuerſas excuſatiōis aliquid aſsumebāt. & ideo quia cupit ſtudium theologiæ ampliari, extendit diſpoſita in ca. non magnopere, ad ſacerdotes, & alios clericos dignitates vel perſonatus habentes. verunta men quia Pariſiis (quo ex omnibus mūdi partibus homines confluunt) hoc non ſeruabatur, igitur fecit cōſtitutionem ſpecialem. c. ſuper ſpecula. de priuileg. ne quiſquam Pariſiis docere leges vel audire præſumat, eadem ratiōe motus, vt ſcilicet theologiæ ſtudio plenius inſiſtatur. & ſic iſtos tantum expreſſos noluit hic Pariſiis profiteri poſſe iura ciuilia, vel audire. nec ampliaretur propter communem prohibitionem legum, ſtudium theologiæ, quia laici non audiunt nec docent theologiam ergo conſtitutio generaliter prohibēs ne audiantur leges, videtur referri ad illos qui nō poterant, & tamen volebant, quia nitimur in vetitum. cle. in pleriſq;. de elec. imo putarem theologiam melius fulgere, ſi hic leges interpretarentur, q̄ nunc, quia quælibet facultas vellet ſuam præcipuā eſſe, & ſic quilibet legeret. ideo illa mater theologia ſemper excelleret, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. l. fi. ff. de lega. 3. & eſt dictum philoſo.

¶ His præmiſsis probatur. ca. ſuper ſpecula. de priuileg. intelligi debere tantum de ſacerdotibus & aliis expreſsis ſupra in cap. ſuper ſpecula. ne cleri. vel mona. Primo dum dicitur in dicto capitulo ſuper ſpecula. de

Source : BIU Cujas

ptiuile. ſane licet ſancta eccleſia legum ſecularium non reſpuat famulatum, quæ æquitatis & iuſtitiæ veſtigia imitantur, tamen in ſupra expreſſis perſonis prohibet. alioqui ſi generaliter prohiberet Pariſiis, & in locis circunuicinis leges interpretari, reſpueret legum famulatum, & eſſet ſibi cõtrarius, quia dicit ſe nolle reſpuere. nam ſic arguit, poſtquam eccleſia non reſpuit leges ſeculares, ergo nec nos debemus reſpuere, tamen vt ſtudium theologiæ magis vigeat, Pariſiis maxime, interdicimus ne aliquis ibidem ex prædictis ſupra docere vel audire iura ciuilia præſumat, & ſic in his reſpuimus legum famulatum, non in aliis. alioqui papa reprobaret leges, quas in adiutorium inducit. capitulo primo de noui. operis nun. & in aliis infinitis locis.

Galli nõ vtuntur legibus.

¶ Secunda ratio tex. eſt, quia tamen in Francia, & nonnullis prouinciis laici Romanorum imperatorum legibus non vtuntur. ideo & fortius ſacerdotes, & alii viri ſpirituales non debent vti, & ſic nec legere nec audire. & ita cõcludit hæc ratio. cũ ab eccleſiaſticis viris nõ ſit ſeculariũ literarũ quærenda peritia. c. legimus. 37. diſt. alioqui ratio non concluderet. nã Pictauis & Aureliæ nõ vtuntur legibus Romanorum, ergo ibidem non deberent legi leges ſecũdum illam rationem, nec in tota Francia. cum non vtantur legibus, niſi tãquam rationabilibus. laſ. in. l. illam. C. de collat. dixi in. 11. no. in repeti. l. vnicæ. C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt. ideo intelligi debet vt dixi.

¶ Tertia ratio poſita in. d. c. ſuper ſpecula. de priuileg. eſt, quia raro occurrunt eccleſiaſticæ cauſæ tales, quæ non poſſint ſtatutis canonicis expediri. Igitur eccleſiaſticæ perſonæ cũ raro habeant alias cauſas q̃ eccleſiaſticas, nõ debent legibus inſiſtere. hoc vult dicere, vt referat cauſas eccleſiaſticas ad perſonas eaſdẽ. laici vero cũ habeant alias cauſas, quã eccleſiaſticas, & quæ nõ poſſent expediri per ius canonicũ, debent leges etiam publice Pariſiis audire, & docere, vt cauſæ ipſorũ decidi poſſint. alioqui ſi papa voluiſſet generaliter prohibere hic Pariſiis iura ciuilia interpretari, dixiſſet, quia occurrunt raro cauſæ. nõ dixiſſet eccleſiaſticæ. quare voluit tantũ intelligere de perſonis eccleſiaſticis. alias quomodo potuiſſent aliæ cauſæ cõ tractuũ, tutelarũ, legatorum, & aliæ infinitæ decidi per ius canonicum? certe eſſet tollere iuſtitiã & æquitatẽ in cauſis non eccleſiaſticis. Igitur non ſic debet intelligi, ſed tãtum, vt dixi. in illis perſonis quæ habẽt raro alias cauſas quàm eccleſiaſticas. & de his, quæ raro eueniũt, non fit lex. l. ex his. &. l. nã ad ea. &. l. iura. ff. de legib. Imo ego legi in quibuſdam decretalibus antiquis iſta verba, occurrunt raro eccleſiaſticæ cauſæ talium, quæ nõ poſſunt canonicis ſtatutis expediri. Et ſic clarius eſſet exprimere, quod intelligatur tãtum de talibus in. d. c. ſuper ſpecula, ne cleri. vel mona. expreſsis quia ibi etiam dicit, quia nonnnlli ex talibus.

¶ Quarta ratio traditur ibi, & vt plenius ſacræ theologiæ ſtudio inſiſtatur, debet intelligi quam legibus. Igitur ſi leges nullo modo Pariſiis legerentur, non inſiſteretur plenius theologiæ ſed in totum, & male eſſet facta comparatio de verbo plenius, cũ comparatiuum debeat ſapere naturam poſitiui. l. iubere. & ibi not. ff. de iuriſd. omnium iudi. Itẽ hæc ratio refertur ad aliam rationem poſitam in. d. c. ſuper. ne cleri. vbi dicit velle ſtudiũ theologiæ ampliare, & tamen non extendit niſi ad ſacerdotes, & ibi nominatos, ergo nec hic: quia nõ debemus ita fauere ſtudio theologiæ, vt ſtudium legũ deſtruamus, arg. c. ex tenore. de foro compe.

Non eſt ita fauendum ſtudio theologię vt legũ ſtudiũ deſtruatur.

¶ Quinta ratio poteſt ſumi in ſecunda parte ibi, firmiter interdicimus, & diſtrictius inhibemus. nam hic prohibet geminate, quod ſimpliciter prohibuerat. Et verba geminata multum operantur. l. baliſta. ff. ad trebel. & Corſe. in ſuo tract. de geminatis inſerto in tracta. de poteſtate regia. ideo denotans hic

Geminata verba quid operentur.

Source : BIU Cujas

papa quod alias prohibuerat ſacerdotibus & aliis nominatis ibi audire iura ciuilia, tamen contrarium fiebat Pariſiis maxime, ideo ſtatuit ne quiſquam audire vel docere Pariſiis, vbi maxime contrarium fiebat, præſumat.

¶ Nec obſtat quod ibi nominat Pariſ. ergo non debent ibidem leges interpretari ſeculares. Reſpon. per rationes ſupra expreſſas reſtringi debet ad illas perſonas, & ideo expreſsit Pariſiis ratione frequentioris vſus, quia frequentius ſacerdotes legebant leges Pariſ. quam alibi ideo Pariſ. expreſsit, licet idem ſeruari debeat Aureliæ, Tholoſæ, & alibi. Et regula eſt, quod quando perſona exprimitur ratione frequentioris vſus, quia hoc frequentius accidit in ea, non tamen per hoc videtur excludere alias perſonas. glo. in cle. 1. in verbo præſidentes. de reſcript. & l. vna in verbo ſponſam. C. de rapto. virgi. vbi dicit mulierem puniendam eſse ſi rapiat virũ, etſi text. non loquatur niſi de viris, quia in eis frequentius accidit quod rapiant mulieres quàm contra. Vnde ſi dominus feudi fecit pactum cum colono, quod haberet quartam partem vini de vitibus per eum plantãdis in fundo, ſi plantet alias arbores, debet habere ex illis quartam. quia de vitibus fuit expreſsum propter frequentiam. Iſtud not. Ioan. Andre. in additio. ad ſpecu. in titu. de loca. §. primo refert Corſet. in ſingu. incipiẽ. frequentia. vbi addit alia iura. vltra eum addo text. iuncta glo. in. l. 2. in verbo. filio. ff. de vulgar. & l. in facto. ff. de conditio. & demonſtra. l. 3. de publi. in rem actio. Barba. in. c. ab batem. not. 1. de reſcrip. & in rub. de reb. eccle. non alienã. colum. 42. nume. 172. & ſeq. Iaſ. conſilio. 149. in iſta. colum. vlti. volu. 2. Item quando in lege vel conſtitutiõe eſt expreſſus locus propter frequentiam, tunc non excluditur alius locus. text. in. l. 1. C. de Nili aggeri, non rumpend. & ibi dicit glo. idẽ in aggeribus aliorum fluminum. melior tex. in authen. caſsa. C. de ſacroſanct. eccle. vbi dicitur, caſsa & irrita eſse & denunciari per totam Italiã præcipit ſtatuta contra libertatem eccleſiæ. & ibi dicit glo. Italiam ideo dixit, quia ibi maxime fiebant. ſi tamen alibi fiant, idem ius & æquitas eſt. ecce ergo licet ibi nominetur Italia, tamẽ idem erit in aliis locis. facit glo. in prooemi. decretal. in verb. Bononiæ. quæ dicit, & ſi tex. dicat Bononiæ propter frequentiã ſtudii, tamẽ illa conſtitutio ad oẽs vniuerſitates extenderur. Iaſ. cõſi. 166. punctus. in fi. vo. 4. Sic & licet hic nominet Pariſiis, tamen etiam habebit locum alibi, vt ſacerdotes & alii expreſsi non poſsint legere iura ciuilia nec Pariſiis, nec alibi, per ſupradicta: nec voluit plus Pariſien. ligare quam alios. Item quæ maxime digna ſunt, niſi ſpecialiter exprimantur, videntur quaſi neglecta. l. item apud §. hoc edictum. ff. de iniur.

¶ Sed Pariſiorum ciuitas eſt maxime digna vt pote mundi totius præcipua, tã in ſcientia quã in aliis bonis, ergo fuit bonũ exprimere eã, ſicut facit papa cũ intendit cardinales cõ prehẽdere, eos ſpecialiter nominat, propter eorũ amplã dignitatẽ, & prærogatiua. c. 1. de ſchiſmat. in. 6. &. c. 1. &. c. fœlicis. de pœnis in. 6. Barba. conſilio. 23. ſcripſit. colũ. 8. in. 1. volu. ſicut etiam dicitur in euangelio, Dicite diſcipulis eius, & Petro. Item in text. prohibet etiam in ciuitatibus & locis vicinis iura humana legi, non quòd velit in aliis locis ſacerdotes & alios iura humana docere poſſe, ſed ne fiat fraus per iſtos religioſos, vt legant in ciuitatibus proximis, & ſic fieret fraus, vt not. in. c. ſi ciuitas. de ſentẽ. excommunic. in. 6. alioqui mirandum eſset de ſummo pontifice, cur prohiberet leges interpretari Pariſ. & Romæ, vbi maxime debet theologia vigere. Dicit velle habere ſtudium generale iuris diuini, & humani, canonici videlicet, & ciuilis, c. 2. de priuileg. in. 6. & hoc ſtatuit, quia de diuerſis mundi partibus multi confluunt ad ſedem apoſtolicam. ſic multo maiores ad ciuitatem Pariſ. ergo ibidem debet eſse ſtudium generale, & vtrunque

Ciuitates pariſien ſis egregia collaudatio.

Source : BIU Cujas

ius legi, vt sit mora fructuosa habitantibus, nec quod in sua ciuitate admittit. debet in al a reprobare.

28 De dicti o.ne quisquam.

¶ Nec refragatur tex.ibi dū dicit, nec quisquam, qui videtur tam laicos quàm clericos comprehendere. Respon. quod tantum videtur comprehendere illos de quibus in prima parte locutus est. sed in.c. super. ne cleri. locutus est de religiosis & sacerdotibus, & aliis ibi scriptis, ergo de illis intelligetur tex. etiam si vsus sit verbo quisquam: text.in.c. sententiam, ne cleri. vbi in princip. dicit de clericis, in fine suggerit, ne quisquam &c. & tamē vult intelligere de clericis. sic & in hoc tex. & ille tex. bene facit. & in.c. dura. §. fi. de crimi. fals.

29 De verbo præsumat.

¶ Item text. vtitur verbo præsumat, quod debet intelligi propria auctoritate, ergo non excludit habitam licentiam à superiore. Ita loquitur text. in capi. decernimus. de iud. & ibi glo. text. in.c. fi. 9. q. 3. ibi, non simpliciter dictum est, nil agat, sed cum determinatiõe, nil præsumptiue assumat absq; episcoporum consilio. & facit.c. primum. &.c. monasteria. de vita & honesta. cleric. c. præcarie. 1. ibi, sine licentia & regio consensu facere præsumat, quando quis facit auctoritate superioris, non dicitur præsumere. c. fin. de elect. c. cum laici, de iur. patro. c. omnis. de pæniten. & remissionibus. Barb. consilio. 29. illud. col. 8. vol. 3. & consi. 123. scripsit. nume. 17. inter consi. Alex. in. 4. volu. Feli. in.c. Iudæi. in fi. de testib.

30 Quis potest dispẽsare ad audiẽdas vel legẽdas leges pariisiis.

¶ Quæret quis, cuius auctoritas requiratur? Videtur quod papæ, quia eius est soluere, cuius est ligare. l. si puellæ. ff. de sponsa. Secundo inferior non potest tollere legem superioris. cle. ne Romani. de elec. c. 1. &. 3. 10. distin. Tertio constitutio capi. non magnopere. nec cleri. vel monach. est conciliaris. & contra constitutionem concilii non dispensat inferior a papa. glo. in.c. cum dilectus. in verbo in ætate. de elect. quam sequitur Feli. & alii in. d.c. at si clerici. §. fina. colum. 2. de iud. & in.c. nonnulli. col. 3. de rescript. etiam legatus. glo. penul. in.c. dilectus. in primo de præbend. Panor. in.c. dilecto. ibidem. Ias. cõsilio. 98. colum. 2. volu. 4. Quarto in casibus a iure expressis est permissum episcopis dispensare, ergo in aliis est prohibitum, argu. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & inititu. illo titu. in prin. & pro hoc est text. formalis in. c. dilectus de tempo. ordinan. Quinto episcopus tenetur canones seruare. c. ego. N. de iureiur. &. 4. distin. c. fi. in fi. & cap. hac consona. 25. q. 1. & sic non debet facere contra canones, nisi expresse sibi cõcedatur. sed in hoc casu hoc non conceditur. ergo non poterit.

¶ Sexto qui de vno exprimit, de alio negat c. qualis. 25. distin. c. nonne. de præsump. l. cũ prætor. ff. de iud. sed dispensatio in aliquibus casibus exprimitur, vt possit fieri ab episcopo ergo in aliis non expressis negatur quod ab eo possit fieri.

¶ Septimo episcopus vel alius inferior non potest facere contra canones, nisi sibi expresse concedatur. not. in.c. vno de natis ex libero ventre. c. dudum. in. 2. de elect.

Quę ad cõmunẽ vtilitatẽ inducta sunt perpetuo remanere debent.

¶ Octauo quæ ad communem vtilitatem inducta sunt, perpetuo remanere debent. c. 1. 2. & sequen. 25. q. 1. & secundũ illam episcopi & inferiores iudicare debent. c. in istis. 4. distin. Sed non legere leges Parisiis, inductũ est ob vtilitatem theologiæ, ergo istud debet perpetuo remanere, & sic episcopus non poterit dare licentiam legendi iura ciuilia ibidem.

¶ In contrarium videtur illa regula generalis ex. c. nam concupiscentiam. extra de constitu, vbi omnia videntur concessa, nisi sint prohibita. l. necnõ. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maio. sed non inuenitur a iure prohibitum quin episcopus Parisien. det licentiam legendi iura ciuilia, ergo erit eidem permissum. facit. c. milites. 23. q. 5.

¶ Secundo translato sacerdotio in episcopos, necesse fuit vt fieret legis translatio. c.

Source : BIU Cujas

translato.de constitut.

¶ Tertio, facit dictum apostoli: in cuius loco sunt episcopi instituti, dicentis: omnia mihi licent.cap.aliud.xi.quæstio.i. & primæ ad Corinthios.sexto.capitulo. ergo omnia licēt episcopis.& sic licebit episcopo Parisiensi dare facultatem legendi iura ciuilia hic Parisiis.

¶ Quarto, quando conditor canonis specialiter sibi non retinuit, eo ipso videtur facultatem aliis dedisse. text. formalis in cap. nuper.de sentent.excommunica.& ibi glos. dicit episcopos posse dispensare, vbi speciali ter dispensatio non est prohibita.tex.in cap.cum apud.de sponsa.c.sunt nōnulli.16.q.1.c. at si clerici.§.de adulteriis.de iud.c.miror.50. dist in.& ista est cōmunis opinio,quam not. docto.in c.dilectus.de tempor.ordina. &.c. excōmunicamus.1.§.sane.de hæretic.vbi dicitur quod episcopus potest dispensare vbicunq; nō prohibetur,nisi immutaret vniuersum statum ecclesiæ,vt ibidem dicitur.ergo in hoc casu poterit,cū tex.videatur eidē permittere, tum quando dicit præsumat,tū etiā quia tex.pœnam excommunicationis eidem cōmittit, ergo & absolutionem cōcedere videtur, vt intra dico, & scripsi in.§.1.de colla.supra.

¶ Quinto, probatur hoc.cap.super specula. vbi episcopo Parisien. relinquit pœnæ impositionem. ibi,per episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur. ergo & absolutionem. & intelligo episcopum posse innodare clericos sacerdotes legentes iura ciuilia hic ante duos menses, quia post ea sunt à iure excommunicati.cap.super. ne cleric. vel monach. & hoc probatur in hoc capit.dum dicitur, interim innodetur: & si ante duos menses. Nec obstat primum quòd eius est soluere, cuius est ligare: quia hoc est verum regulariter,attamen,vt dixi,quando specialiter papa sibi non reseruat,alius cōcedere videtur.dicta.capit.nuper. Nec obest quòd non possit tollere legē superioris,quia inferior dispensando non videtur eam tollere,arg.cā.excommunicamus.1.§. sane.de hære.& sic solutum est quintum,quod canones seruare teneatur,quia ex causa potest dispensare:& etiam modificare potest.dict. cle. ne Romani. Nec refragatur quod cōtra constitutionem concilii non potest episcopus dispensare. fac esse, & sic non poterit dispensare quòd religiosus audiat leges, vel doceat,quia hoc prohibetur in d.c.non magnopere.sed quia aliæ cōstitutiones non sunt cōciliares, ideo poterit dispensare. Nec me mouet aliud, quod in aliquibus tantum casibus sit episcopis permissum, quia vt supra dixi, imo in omnibus, nisi à iure prohibeatur, vt prædixi. Nec debet quis conturbari propter octauum, quod ea quæ inducta sunt ad vtilitatem, debent perpetuo remanere,quia hoc est verum nisi episcopus viderit maiorem vtilitatem,quia tunc poterit dispensare.tex. singu.in.l. si hominem. ff.mand.& ibi multa addidi.

¶ De consuetudine tamen aditur curia Romana vt dispensēt tam cū sacerdotibus quā cum religiosis. Archidia.in.c.non dicatis.12 quæstio.1. Perusi.in cap.secund. ne cleri.vel monach.& est tutius tenere stylū & consuetudinem curiæ Romanæ, licet de stricto iure præcedens opinio possit quo ad intellectū c.super specula.sustineri, & disputādo.tamē communis opinio est vt papa tantū hoc possit,nil tamen dicunt de dispensatione vt Paris.legantur leges.

¶ Initit. D. Floretus in vtroq; iure florens, de.lege. minime.ff.de legib.minime mutāda sunt quæ semper certam interpretationem habuerunt. Item in rebus nouis constituendis euidens vtilitas esse debet.l.penulti.ff.de cōsti.princip. Adde etiam quod nouitates pariunt discordias.cā.cum cōsuetudinis,de cōsuetu. & reprehendendus est qui nouitates inducit.capi.fina.11.distinct. & sic is nouus intellectus non est sequendus secundum eū nouitates reprobātem. Respon. nō esse mu-

34 Nouitates pariunt discordias & reprehēdendus est qui nouitates inducit.

Source : BIU Cujas

tanda nisi ex causa.nam statuta ab apostolis ex causa mutata fuerunt.ca.corepiscopi.68. distinct.& ibi Archid.c.non debet. de consangui. Vel non mutanda sunt,quæ habuerunt interpretationem veram, non errore inductam.secus si illa interpretatio fuerit erronea,vt hic Alber.in dicta.l.minime.per.l. quod non ratione.ff. de legib.sed intellectus doctorũ fuit erroneus, vt quilibet doctus videre poterit,ergo mutari debet secundũ præcedentem intellectum.

35 Vtilitates vt patris. leges interpretentur. ¶ Præterea euidens est vtilitas, vt hic Pariis legantur leges, primo vt iustitia seruetur,& æquitas augeatur, vt patet in hoc tex. & tolle leges imperatorum,in ciuitate Parisien. quas deus per imperatores & rectores sæculi distribuit humano generi,& nemo au debit dicere,hæc villa est mea. Si autem vt teneantur ista ab hominibus,regum iura fecerunt,vultis vt reticeamus leges,vt gaudeatis cap.quo iure.octau.distinct.vbi sunt hæc verba Augustini,& ca.fina.x.dist. Vestram flagitamus clementiã, vt sicut hactenus Romana lex viguit absque diuersis procellis, & quæ pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta, ita & nunc suum robur propriumque vigorem obtineat. & sic non debent prohiberi legi, nisi certis personis. Item euidens erit vtilitas ex studio legum, tam in vniuerso quam in particulari.In vniuerso,quia per leges quæ legentur hic, totus mundus illuminabitur.authen.habita. C.ne filius pro patre.Et hæc ciuitas replebitur sapientibus & doctissimis iurisconsultis. Etiã in particulari erit vtilitas. quia quilibet poterit audire illos legentes leges, tam procuratores, solicitatores quam alii,quod non facerent si nõ hic legerentur. Hostien.in summa de feriis.§.final.verficu.quid si magister. Panormitanus.& alii in capit. final, de iudi. Prohdolor quot euasissent in magnos iurisconsultos, si hic leges interpretatæ fuissent, qui fuerunt desides, nil audientes, sed toti voluptatibus addicti fuerunt, quas sustulisset scientia legalis,capit. nunquam. de consecratione distinct.quinta.& minoribus expensis fierent doctiores ciues hic, quã alibi, quia studium non potest continuari extra vrbem magnis sine sumptibus. l. fin. C.de alimen. pupillo præstand.& ibi Bald.ad quas ciues quidam non sunt pares extra ciuitatem, & tamen in dicta ciuitate essent.& etiã quia alibi extra parentes scholastica ferula libera ti, voluptates potius sequuntur & malos mores quam studia,quod non facerent si hic leges interpretarentur. Ciuitas nobilitatur & locupletatur per leges

¶ Item ciuitas per leges efficeretur locupletior,& nobilior.l.quis tam inueniri.vbi glo. & docto.C.de decurio.libro.x.& alia multa commoda inter priuilegia scholarium inserui.Præterea dixi publice in cõclusione,quia 36
leges apud vrbes regias publice legi debent. §.hæc autem tria. in procemi.ff.& cap.tuæ. de clerici. non residen. ☞ Vide Archidi. in cap.saluator.1.quæstio.3.vbi quærit si monachus clam audiat leges, an sit excommunicatus, & alii prohibiti. & concludit quòd sic, quia iste scientiæ religiosis non congruunt. ☜ Item in dubio decretalis vel lex debet intelligi vt minus obliget quam magis.cap.ex parte.1.deverb.signi.Georg. Nathan post Anchar.in §.fin colũ.3.cle.sæpe.illo titu.Neuisa in sylua nuptia.fol.25.colum. 4.in magno volum. Sed minus obligabit intelligendo tantũ de religiosis,& supra nominatis,ergo iste intellectus debet recipi. Item sensum delicti exclusiuũ recipere debemus, sicut est iste.Barb.consil.12.columna.2.in.2. volum.&sic patet intellectus tãdiu sepultus ad dict.ca.super specula.de priuileg. Cogita lector doctissime,quia ista sunt valde subtilia,& nondum per docto.adducta. Laus deo opti.maxi. Sensũ delicti exclusiuũ recipere debem°.

SEXTA QVAESTIO PRINCIPALIS.

¶ Sexto principaliter quæritur, à quibus cõ 1

Source : BIU Cujas

quib⁹ tur no inatio- s.

cedipoſſint nominationes? Reſpon. quod de quibus loquimur, ab vniuerſitatibus regni Delphinatus & Comitatus Dien.ac Valen.vt patet in rubric.de electio. in principi. & in.§.præfati.i.de collatio.ibidem.&in verſicu.beneficia vero. & alibi per totũ titulũ. licet vniuerſitas Valen. non concedat ex cõſuetudine,quod male facit ſi petantur.

☞Nec curret præſcriptio contra eam,licet non ſit ſolita concedere, quia contra priuilegiũ conſiſtens in voluntate priuilegiati, nõ currit præſcriptio,ſi non fuerit vſus priuilegio,dum tamen alii ſint vſi.vt nota.in ca.vt priuilegia de priuileg.Calder.cõſi.primo.Rubr.de præſcriptio,☜

¶Quæret quis, quare potius ab vniuerſitatibus quàm ab aliis dentur? Reſpon. quia cum vniuerſitates habeant graduatos ab eiſdem notos, vtpote quia eos approbarunt ad gradum.lege.nemini. C. de aduocat. diuerſo.iudicio.lege.magiſtros.& ibi Bartho. & patruus meus Rebuffus. C. de profeſ. & medicis.lib.x. conuenientius ergo fuit,vt ipſi doctores eos ad beneficia approbent, qui dignos ad honores iudicarunt. nec eſt veriſimile,quod indignos tam vniuerſitatum doctores excellentes nominent, & hoc ex reuerentia ſtudiorum.l. quicquid. C.de aduocat.diuerſo iudicum. Nec has paſſiones affectionis tantas, nec alias præſumuntur habere viri literis præditi, ſicut ingnari.cap.fin. de præſumptio. licet multa ab amica earum paupertate patiãtur,& Gens ignara boni neſcit ſuccurrere doctis. Item ſicut vniuerſitatis cauſa expenſum eſt, vt quis ſtuderet. & poſtea efficeretur graduatus: ita vniuerſitas gratia compenſationis ſtudii debet eſſe, videlicet concedendo nominationes. argu.§. fin.in procem.inſtitut.Et ſic placuit conditori,vt in ſimili dicitur in §. furtiuæ. inſtituti. de vſucapio. & non omnium quæ à maioribus noſtris conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt.l.non omnium.ff.de legib.vel etiam conceſſum eſt vniuerſitatibus vt nominationes concedant, ne res diuerſo iure cenſeatur. .l.eum qui. ff. de vſucapio. ſed diuerſo iure cenſeretur, ſi vniuerſitas concederet gradus, & alius nominationes: ergo vniuerſitatibus conceſſum eſt nominare, poſtquam ad gradus admittere poterãt. Ex his elige cui dicas, tu mihi ſola places. vel inuenias meliorem rationem, & ego facile illi acquieſcam.

¶Primo, quæro quæ vniuerſitates? Reſpõ. vniuerſitates regni Franciæ, Delphinatus, & comitatus Dien.vt ſupra dictum eſt.quod probatur in .§.i. de regia ad prælat. nomina. ſupra, & in rubr.de pœna temere venientium contra concordat.& alibi ſæpe per cõcordat. 4 5

Vniuerſitas Cadomen nominationes concedit.

¶Hoc tamen anno.1534.in magno conſilio fuit pronunciatum arreſtum, per quod conceditur vniuerſitati Cadomenſi in Normania nominare, & nominationes concedere, licet concordata de ea non loquerentur. tamen quando prouincia vel villa adiicitur regno vel comitatui acceſſorie, ita quod ſit vnum regnum, debet regi ſecundum regulã regni cui accedit, & eiſdem legibus & priuilegiis eſt gubernanda, quibus regnum.Bart. in.l.ſi conuenerit.in.2.§. ſi nuda.ff.de pigno. actio.per illum text.Panormitanus.in c.quia monaſteriũ.de religio.domi.Curtius conſilio.57.Item quia regnum eſt quid vniuerſale, ergo omnes acceſſiones ſibi cõtingentes ſequentur regni naturam.l.peculium.in princi.ff.de lega.2. Et beneficium conceſſum regno,tanq̃ principali,trahitur ad eius augmẽtũ.c.quia circa.de priuil.facit.l.fin.C.de alluuio.multa tradit Albertus brunus in tracta. de augmeto,in. 9.concl.princ. in princip.Et bonum eſſet quod vniuerſitates prouinciæ etiam concedere poſſent nominationes, & his iuribus in concordatis expreſſis vterentur,ac his prærogatiuis gauderent. 6

Vniuerſitates extra regnũ an poſſit nominationes dare.

¶Secundo, an vniuerſitates extra regnum vt Auenionen. Aquen. Dolana, Italiæ, Britanniæ, vel Angliæ, poſſint nominationes con-

Source : BIU Cujas

cedere ſuis graduatis? Reſpon. cum ſit tantũ hoc priuilegium nominãdi conceſſum vniuerſitatibus ſupradictis, non extenderetur ad alias ſicut priuilegiũ perſonale le. regula, priuilegium. de reg. iur. lib. 6. Et ſic affixi cõcluſiones, nominationes, vniuerſitates concedere prohibentur. Item, Vniuerſitates extra regnum, vel etiam vniuerſitates regni prohibentur concedere incapacibus, vel ad beneficia extra regnũ, arg. l. fin. ff. de iuriſdi. omniũ iudi. quia limitatũ eſt priuilegium, cui nil debet addi, argu. l. in agris. ff. de acquiren, rerũ dominio. Idem ſi vniuerſitas eſſet ſuſpenſa, iuxta §. monemus. de colla. in concorda. Poſſum aliam concluſionem, videlicet concedere poſſe etiam iuris eſt explorati, intelligevt ſupra.

Conclu ſio.

7 Nomi nationes ad Bene ficia ex tra reg num nõ dantur.

¶ Tertio, dubitatur, an vniuerſitates regni poſſint concedere nominationes ad beneficia ſita extra regnum: reſpon. non, tum quia extra territorium illarum. arg. l. fina. ff. de iuriſdict. omnium iudic. c. fin. de conſti. libr. 6. not. in. l. 1. C. de ſumma trinit. & territorium quo ad hoc eſt illis datum: ergo extra non poſſunt. tum etiam quia eiſdem non eſt conceſſum niſi limitate, vt habetur in proœmio concorda. ergo illi priuilegio limitato nil addi debet. l. in agris. ff. de acquir. rerum dominio.

8 ¶ Facit quod not. Anchar. & Peruſ. in c. fin. notab. primo. de verb. ſignifi. vbi dicit quod epiſcopus nõ poteſt cõcedere indulgentiam ſubditis porrigẽtibus manus adiutrices operi in alterius diœceſi cõſtruendo. ex quo concernit opus faciendũ extra diœceſim, licet eius effectus deriuetur in ſubditos.

9 ¶ Sic debet dici in nominationibus, vt non poſſint cõcedi ad beneficia extra regnũ ſita, etiam ſi illorum peruenire collatio iure deuoluto ad epiſcopũ, vel archiepiſcopũ in regno exiſtentẽ, etſi D. Chaſſa. in catal. cõſidera. 32. partis. x. reliquerit cogitandũ, quia prima cauſa inſpicitur, per cle. primã de ſupple. negligen. prælatorum.

¶ Item quia bonum eſt argumentum de perſonis ad locum, & e contra. l. 2. ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt, vi eximat. Iaſ. in. l. vinum not. primo in fine, ſi certum peta. Sicut ergo exteris nõ poſſunt nominationes cõcedi, ita nec ad beneficia exterorum, & ſic extra regnum.

Bonũ eſt arg. de perſonis ad locum.

¶ Quarto, quæro, quid ſi erigeretur vniuerſitas de nouo in regno Franciæ, an nominationes concedere poſſet? Videtur quòd ſic, quia vniuerſitatibus regni hoc eſt conceſſum, & ipſa eſt de regno, ergo eidem videtur conceſſum. Item quando eriguntur vniuerſitates, conceduntur eis priuilegia talia, qualia competũt aliis vniuerſitatibus regni Franciæ, & quod in omnibus & per omnia gaudeat priuilegiis aliarum. vniuerſitatum, ſic ergo priuilegiis aliarum gaudere poterunt, per l. 2. §. furioſi. ff. de iure codicil. nota. doct. in. l. 1. ff. de leg. 1. ergo & nominationes concedere poſſent, & huic opinioni ſtarem ſi ſic eſſet conſtructa, & à papa & à rege vniuerſitas erecta, vt dixi. Item ſi cõceſſum fuerit priuilegium, quod in regno Franciæ non ſoluatur pedagium, & cõtingat comitatum accedere regno, quod tale priuilegium competet etiam comitatui regno adiuncto. Alber. brunus in tract. de augmento, in. 9. concluſio. prin. per ea quæ tradit Bar. in. l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pig. actio. & in. l. ſenatorum. C. de dignita. libr. 12. Sic & illa vniuerſitas addita aliis, nominationes concedere poſſet, & priuilegia aliarum haberet. tum quia eſſet regni vniuerſitas, de quibus loquitur concordatum, & vniuerſitatibus regni conceſſum eſt vt nominationes dent. vide tamen quæ tradunt doctores in cle. fi. de. reſcript.

10 De vniuerſitate de nouo erecta.

¶ Quinto, quæro, an facultates poſſint nominationes concedere? Reſpon. non, etiam ſi omnes eſſent cõgregatæ ſine rectore. dict. §. præfati. 1. ibi, per vniuerſitates nominatis. ſequitur gloſ. in prag. ſanctio. rubri. de colla. §. ita tamen. in verbo vniuerſitatibus. vbi di-

11 Facultates non dant nominationes nec tẽpus ſtudii.

Source : BIU Cujas

cit quod facultates post denegationem factam ab vniuersitate, non poterunt dare nominationes, quia nō videtur vniuersitas etsi omnes facultates essent congregatæ, ac omnes conciliarii vniuersitatis, nisi rector adsit. Nec tunc sine rectore esset formosa, sed acephala, quia caput est de esse corporis. c. nulla ratione. 93. distin. Bald. in authen. habita. col. 10. numero. 42. C. ne filius pro patre. Decius & alii in cap. ex literis. not. vlti. de constitu. imo caput est principale membrum corporis. l. cum in diuersis. ff. de religio. & sumpti. funerum. ideo caput debet in nominationibus adesse. Idem puto in tempore studii, vt etiam vniuersitas debeat attestari. nec sufficeret quod rector & facultas attestaretur, quia non est vniuersitas, a qua debent certificatoriæ literæ emanare. d. §. præfati. ideo bonum esset quod vniuersitates quæ hunc habent stylum, & Tholosana & Cadurcensis hoc corrigerent, & ponerent, rector vniuersitas & facultas, & hoc fuit factū Biturigibus me instigante, & ibi regente. vide quæ dico infra quæstio. 11. & quæ dixi in §. Præfatique graduati. in glo. manu scribæ. de colla. vbi dixi apud Parisios non seruari.

12 ephas. sit vniuersitas re-re

13 vniuersitate non habet ōnes facultates

¶ Sexto quæro, aliqua vniuersitas non habet omnes facultates, vt hæc Parisien. & Aurelian, an possint nominationes concedere? Videtur quōd non, quia non videtur vniuersitas. Contrarium est verum, cum doctores & scholares faciant vniuersitatem, vt habetur in proœmio decreta. & in proœmio. 6. alioqui vniuersitates Parisien. & Aurelianē. non possent eas nominationes concedere, cum non habeant omnes facultates. quod contrarium obseruatur. nec requirit concordatum quod vniuersitas omnes habeat facultates, ideo nec ego requiram: & non minus dicitur vniuersitas, etiam si omnes facultates non sint concessæ ibidem.

14 niuersitas non dominat illa facultate on conc ssa.

¶ Septimo, an vniuersitas possit nominare graduatum in illa facultate quā non habet, vt baccalaureum in iure ciuili hæc vniuersitas Parisiensis? Respon. non, quia nō potest attestari illum studuisse in iure ciuili in hac vniuersitate, cum non ibidem legatur. Item esset extra suam iurisdictionē? quod est reprobatum in. c. fina. de constit. in. 6. Itē quia nō potest nominare graduatum alterius vniuersitatis, ne causæ continentia diuidatur, contra legem nulli. C. de iudi. glo. in §. item quod ad dictas. in verbo suorum. de colla. in prag. & dicam infra. & in hac vniuersitate nullus sumit gradum in iure ciuili. ergo bac calaureum vel alium in iure ciuili graduatū non potest nominare, nisi illi conferret gradum in iure canonico. Vide tamen quæ dixi supra in. 5. q.

SEPTIMA quæstio. PRINCIPALIS.

1 Quo tēpore dentur nationes

¶ SEPTIMO principaliter quæro, quo tempore cōcedantur nominationes? Respondeo (quia vulgata est, paucis finietur. l. 1. ff. pro dote) de consuetudine nominationes cō ceduntur tantum tempore quadragesimæ. glos. in §. statuit. in verbo quadragesimæ. de collatio. in pragma. vbi dicit esse triplicem quadragesimam, & has bene sciunt Chordigeri & Cartusienses. Quadragesima proprie illa dicitur quæ est ante pascha, de qua. C. de feriis. l. quadraginta. &. c. quadragesima. de consecra. distin. 5. Extra tamen consuetudinem non video quod sit prohibitum vniuersitatibus eas concedere etiam extra quadragesimam instar aliorum rescriptorum, quæ omni tempore concedi possunt, vt not. in rubri. de rescrip.

2 Triplex quadragesima.

¶ Primo quæro, an diebus festis quadragesimæ concedi possint? videtur quod nō, quia omnis iudiciorum strepitus in illos dies cessare debet. l. fi. C. de feriis. c. 1. illo tit. Cōtrarium arbitror verius, quia ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possunt etiam diebus festis exerceri. l. actus publici. C. de feriis. specu. eo. tit. §. sequitur. versi. quid si in feriis. An

3 Diebus festis an distribuātur nominationes.

Source : BIU Cujas

gelus in diſputat.incipiente,duo.col.2.ſicut ſunt nominationes,ideo etiam diebus domi nicis vidi in aliquibus vniuerſitatibus eas cõ cedi.Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus eas &iura ſinũt,dicit Virg.in georg.

4 In eccleſia conce di poſſũt nomina tiones.

¶ Secundo quæro,an in eccleſia cõcedi poſ ſint? Reſpon.cum ſit bonum argumentũ de tempore ad locum.glo.in cle.ad noſtrum.in verbo regularem.de cenſib.ſicut poſſunt die bus feriatis concedi,vt ſupra cõcluſum fuit, ita & in loco ſacro, videlicet in eccleſia. Iaſ.& alii in.l.vinum.ff.ſi cert.peta. Tutius tamen eſt quod diebus profeſtis & extra ec cleſiam concedantur.

5 In quo loco den tur

¶ Tertio quæro, Pariſien. vniuerſitas erat conſueta concedere nominationes in eccle ſia ſancti Maturini,alibi tamen concedit:an valeant? videtur quod non? quia conſuetudo eſt ſeruanda.l.de quibus.ff.de legib. Contra rium ſentio,quia concordatum non aſtrin git niſi vt cõcedantur ab vniuerſitatibus regni, vt ſupra probaui.ergo in quocunq; loco fuerint conceſſæ,non vitiabuntur,dũ tamen ſint vniuerſitates regni quæ concedãt. Nec obſtat quod in vno loco erant ſolitæ concedi,quia hoc nõ aſtringit in futurum,niſi forte ſtatutũ eſſet in illa vniuerſitate, videlicet vt congregationes alibi nõ fiant quàm apud prædicatores,vel in eccleſia ſancti Ioannis. vt eſt apud Bituriges,tunc quia venirẽt con tra ſtatuta alibi faciendo congregationem, forte non valerent,quia dicit concordatum ſtatuta vniuerſitatum eſſe ſeruanda in.§.mo nemus.de colla.in concord.

6 Vniuerſi tates da re nomi nationes an debeãt.

¶ Quarto quæro an vniuerſitates poſsint cõ pelli dare nominationes? Reſpon.non,vt ha betur in pragm.ſanct.§.item quod ad dictas. de colla.in verbo poterunt.quia verbum po teſt,liberam tribuit facultatem, non neceſſi tatem,l.ſæpe audiui Cæſarem noſtrum dicẽ tem,hac reſcriptiõe,eum qui prouinciæ præ eſt,adire potes,non imponi neceſsitatẽ pro conſuli,&c.ff.de offic.præſid.Bart.& alii in l.Gallus . in princip.ff.de liber. & poſthu.c. faciat.22.q.2.

7 Gratia qñ dica tur.

¶ Præterea nominationes dicuntur gratiæ, vt ſæpius dicit gloſ.& maxime in verb. no minare.d.§.item quod ad dictas.Et illa dici tur gratia quæ gratis datur.cap.gratia.& ibi Archidi.1.q.1.nec proprie dicitur gratia ſi neceſsitati occurat. Ancha. conſil.295.pro clariori euidentia.colũ.penul.& in neceſsita tibus nemo liberalis exiſtit.l.rem legatam. ff.de adimen.leg.nec de ſuo cogitur quis be neficium facere.c.precarie.1.10.q.2.Male ta men facerent vniuerſitates ſi eas denega rent graduatis benemeritis.c. vt conſtitue retur.& ibi glo.50.diſt.in inſtar diſpenſatio nis,quæ licet non poſsit peti niſi deprecati ue arg.c.quanto.2.q.5.tamen peccat præla tus eam denegans cauſa vtilitatis exiſtente vel neceſsitatis,ſeu alia iuſta cauſa.c.alligãt 26.q.7.Feder.conſilio.40.ſuper eo.ideo attiꝛ xi cõcluſionem hanc, videlicet, Pariſien. vni uerſitas nominationes denegare non debet, etiam legum ſtudioſis,cum leges ibidem pu blice legi,iure non prohibeatur,& ſupra di xi.q.5.imo poſſet implorari officium iudicis nobile contra vniuerſitates nominatiões de negantes.ar.glo.in rub.ff.de interrog.actio. ponderatur text.in.d.§.monemus.de collat. ibi,non habeant aliquos nominare, niſi eos qui ſecundum præfata tempora ſtuduerint. ergo ſi ſtuduerint per præfata tẽpora,habent eos nominare.& hoc ſumendo argumẽtum a contrario ſenſu,quod eſt validũ in iure.l. 1.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſdi. Et ſi iu dex denegaret ſuũ officium,diceretur infer re iniuriam parti,ſi iuſte petatur.l.1.§.permit titur. & ibi Bar.ff.de aqua quoti.& æſtiua.& poteſt ab illa denegatione appellari.l.1.C.ſi ſæpius in integrum reſti.poſtu.not.in.l.1.ff. de iuriſdicti.omnium iudi.l.non quicquid.de iud.Bart.in.l.4.§.hoc autem iudiciũ.de dam no infect. Feli.in.c.ſuper his.col.4.cum ſeq. de accuſa. Iaſ.inſti.de actio.in princi.nu.66. colum.9.ideo poteſt haberi recurſus ad ſu periorem, per.c.nullus.& ibi Panor.de iur.

8 Cõcluſio Pariſ.vni uerſitas nomi nationes de negare nõ debet

9 Iudex de negans ſuũ offici um dici tur inferre iniurii am part

Source : BIU Cujas

patro. Arch. in. c. primates, in fi. 71. dist. Panor. in. c. tuæ. de cleri. non residen. & consilio. 44. & consilio. 84. in. 2. vol. & ita appellauit facultas decretorum Paris. a denegatione facta per vniuersitatem. & fuit prolatum arrestum in hoc venerabili senatu hoc anno. 1535. ante pascha in mense Martio pro d. facultate, quo dictum fuit quod vniuersitas teneretur nominare & recipere graduatos in facultate decretorum, licet aliquibus de vniuersitate durum visum fuerit practicatibus. Rub. de lege fusia &c.

¶ Hodie non oportet ista inquirere, quia sicut ecclesia nemini claudit gremium, ita nec vniuersitas afferenti pecunias, nisi per inuidiam quandoque contrarium fiat, vt dixi. nec obstat. c. precarie. 1. 10. q. 2. vbi nemo cogitur de suo facere beneficium. quod intelligit ibi glo. non procedere, quando aliquis alii prodest, & sibi non nocet, vt in hoc casu per. l. in summa. ff. de damno infect.

¶ Nec refragatur quod nominationes dicãtur gratiæ, & gratia dicitur quæ gratis datur. c. gratia. & ibi Archi. 1. q. 1. Ancha. consi. 95. dico quod. & si gratis non detur, non minus dicetur gratia, eo quòd dari gratis debet

¶ Nec obest quod nemo dicatur liberalis in necessitatibus. l. rem legatam. ff. de adimen. leg. quia. ibi glos. respon. vel posum dicere, quod saltem est liberalitas in cui conferendo. glo. in. c. relatum, de præb. & c. quamuis. illo titu. in 6.

OCTAVA quæstio. PRINCIPALIS.

¶ Octauo principaliter quæro quibus dirigi possint nominationes. Respon. collatoribus ordinariis, & patronis ecclesiasticis. §. præterea. & alibi sæpe in illo titu. de colla. in cõcord. & intellige collatores illos qui quoquo modo iure possunt conferri beneficia, siue per electionẽ, extra tamen confirmationẽ: siue per prouisionem, siue alio modo: vt not. in. c. cum in illis. §. 1. de præben. in. 6. Et sic generaliter illis possunt dirigi nominationes, sicut mandata apostolica. not. in. c. mandatũ. de rescrip. & habita notitia istius articuli quibus dirigi possint, intelligetur alius, quibus dirigi non possint, vt not. in. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris.

2 Qui sint collatores ordinarii.

¶ Primo quæro qui dicantur collatores ordinarii? Respon. omnes clerici qui à papa vel lege seu cõsuetudine habẽt potestatẽ conferendi beneficia ecclesiastica, arg. c. a iudicibus. 2. q. 6. vt no. in. c. fi. de offi. leg. lib. 6. & in c. ordinarii. de offi. ordi. eo. lib. & c. si soli. de concessio. præbend. ibidem, cle. 1. vt lite pen dent. & ibi Card. q. 14. & sic in. d. §. præfatique ordinarii. & §. præterea. dicuntur ordinarii nedum episcopi, sed etiam alii, tam superiores quã inferiores, ad quos beneficiorũ collatio, seu alia prouisio spectat, etsi non habeant iurisdictionẽ, per glo. in. d. clementi. 1. vt lite pend. Decius in. c. post cessionẽ in. 1. nota. de probat. Card. in cle. 1. §. ad hæc. & cle. 2. de statu monacho. & dixi in. §. 1. in glo. ordinarius. de colla. supra.

3 Ad quos spectare possit collatio beneficiorum.

¶ Notandũ est quod infra scriptis personis potest collatio beneficiorum seu præbendarum spectare. Primo ad episcopum & capitulum simul de iure communi. c. postulastis. de concessio. præb. Feder. consilio. 1. & alias ample consului. non hic repeto.

¶ Secundo ad solum episcopum, vel solum capitulum de consuetudine. c. cum ecclesia vulterana. de electio. & ibi glo. & docto.

¶ Tertio ad vnum canonicum ratione suæ hebdomadæ. c. mandatum. de præben. in. 6. vide rotam decisio. 383. nota. in dicæ cesi. in antiquis. qui vice capituli. confert. Feli. in. c. eam te. col. 9. versi. mandatum factum. de rescrip. & c. causam. col. 11. Ibidem.

¶ Quarto potest spectare ad capitulum & episcopũ alternis vicibus. cle. plures. de iur. patro. c. cum in illis. §. fina. de præbẽ. in. 6. & si vnus impediatur cõferre ratione mandati vel nominationum in suo turno, an poterit

Source : BIU Cujas

postea conferre libere, tradit glos. in §. item quod omnia, in verbo faciendæ in fi. de colla. in prag. Ioã. And. & alii in. c. cum in illis. de præb. in. 6. Rota decis. 190. not. quod vbi. in antiq. Ioan. de Ana. consilio. 43. stante. dico in titu. de mand. apostolicis in verb. quinquaginta.

¶ Quinto pertinet collatio siue institutio facta præsentatione. c. primo & per totum titu. de insti.

¶ Sexto potest competere ad aliquem clericum auctoritate apostolica. c. cum aliquibus. de rescript. libro. 6. capitu. is cui. de præben. ibidem.

¶ Septimo spectat collatio ad laicum ex priuilegio apostolico. c. dilectus. in. 3. de præbé. ☞ Et tũc laicus nõ potest dare duas præbendas, vel duo beneficia incompatibilia vni sine papæ dispensatione. Collecta. in. c. dudũ. 2. columna vlti. de electio. ☜ Et his ferme omnibus, demptis laicis, possunt nominationes dirigi, vt infra latius deducetur. Rota decisio. 190. nota quod vbi ex statuto. in antiq. quando collatores sunt ordinarii, vt hic dicitur.

4 Legatus conferre debet gradua-tis.

¶ Secundo quæro an comprehendatur legatus a latere? videtur quod non, cum auctoritate apostolica procedat. glo. & docto. in. c. si abbatem. de elect. in. 6. Sed Roma. pontifex non comprehenditur, ergo nec ipse. Cõtrarium credo verius, tum quòd solus papa voluit vt ipse & successores iure præuentionis libere conferre possent, vt patet in §. 1. de manda. apostolicis. ergo alii non habent potestatem illam. tum etiam quia papa hanc facultatem præuentionis non concessit: & si concessisset, regnicolæ non paterentur legatum alteri quàm nominato conferre: quia regnicola leges regni seruare debet, & semper recipitur in Francia cum modificationibus regni, & restrictionibus, & non alias, vt patet in sua receptione.

Item concordatum fuit inter papam & regem, quod concordatum habet vim contractus, vt supra in princi. dixi. & contractus ligat etiam legatum & principem. c. 1. de probatio. & ibi plura addidi.

Præterea §. si quis vero cuiuscunq; status. de colla. videtur legatum a latere subiicere his legibus regni, & ita tenetur. Cõsequens est etiam quod. d. §. si quis vero exprimit cardinales debere conferre nominatis, ergo & is ipse, cum sit cardinalis, & etiam quia. d. §. si quis. exprimit aliud verbum, vel alterius cuiuslibet dignitatis. Item dicitur ordinarius in. c. 2. de offic. legat. lib. 6. tamen eius potestas est extraordinarie inuenta, vt tenet glo. in cle. fi. de offi. ordi. glo. in §. visum. in verbo legatorum. in fin. de colla. in prag. Et sic ei non diriguntur nominationes ratiõe suæ legationis. sed si habet episcopatum, vel archiepiscopatum, ratione illorũ possunt eidẽ dirigi, & etiam tanquam legatus tenetur graduatis & legitime qualificatis beneficia eis præstituta conferre.

5 Cardinalibus dirigãtur nominationes.

Tertio quæro an comprehendantur cardinales? videtur quod non, quia qui sunt speciali nota digni, si nõ exprimantur, non comprehenduntur. l. item apud. §. hoc edictum. ff. de iniur. tex. in. c. 2. de offi. deleg. in. 6. vide Feli. in. c. cum in iure. de offi. deleg. c. quod super. de fide instrumen.

Tex. cordain §. si quis vero

Tamen in. d. §. si quis vero, exprimuntur cuius verba infero, si quis vero cuiuscũque status, etiã si cardinalatus, patriarchalis aut pontificalis, vel alterius cuiuslibet dignitatis, contra prædictum ordinem, & qualificationes superius ordinatas, de dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officiis, seu quibusuis aliis beneficiis ecclesiasticis huiusmodi. aliter quàm modo prædicto dispoſuerit, dispositiones ipsæ sint ipso iure nullæ, collationesque & prouisiões ac dispositiones illorum ad immediatum superiorem deuoluantur, qui eisdem personis modo præmisso qualificatis prouidere teneatur &c. Alioqui non comprehenduntur cardinales, nisi exprimantur, vt pulchre consuluit Pe-

6

Source : BIU Cujas

trus Ancha.cõsilio.295.pro clariori. vbi dicit quòd dispositio quantumcunque generalis si sit odiosa,non comprehendit superlatiua vel maxima,aut maiora expressis. ca. sedes de rescript.alioqui frustra essent ibi expressi. Item exprimuntur in capit. vno.§. omnem.de schisma.in 6.Sic cõsuluit Barb. consi.23.scripsit propheta.col.8.in 3.q.vol. 1.ac in c.in nostra.nu. 6. & seq.de rescript. & Roma.consil.498. in casu quo.colum.1. & sic cardinalibus possunt dirigi nominationes, & ipsi tenentur nominatis sic prouidere & graduatis,prout statutũ est eo.titu. in concord.etiã si haberẽt indultum, quod non potest tollere iura regni,vt dico in d.§. si quis vero.

¶ Quarto, an comprehendantur episcopi ætate minores? videtur q̃ non, quia per verba generalia cuiuscunque sexus conditionis ve sit, nõ cõprehenditur minor,nisi exprimatur.text.iuncta glo.in.l.promittendo ff.de iure dotium.sequitur Alex. & Ias.in.l. 15.§.nunciatio. colũ. 5. ff.de operis noui nunciat.vbi dicũt quòd verba generalia restringũtur ratione ætatis, quia defectus iuris naturalis nũquam censetur sublatus, etiam si lex loquatur cum terminovniuersali,& geminatione verborũ. Ias.in.l.2.§.prætor ait. ff.qui satisda.cogant.facit.l.emptor.§.final. de pact.Contrarium teneo, quia tertia pars beneficiorum est affecta nominatis & graduatis.§.præfati.in.1.de colla.in concordat. Ideo siue collatores sint minores, siue maiores, tertia pars beneficiorum remanet affecta,ad quencunque veniat collatio. argu. .l.venditor.ff.de iud. Item hic ligantur episcopi,& postquam minor habet illam dignitatem,ergo debet in hac constitutione cõprehendi. nam ligantur collatores, ordinarii,ergo quicunq; sint siue maiores siue minores,imo potius debent hi adstringi quàm maiores ex mente concordatorum vt conferant graduatis & nominatis. alioqui cum nil sciant, aut scire præsumantur..l.fi.ff. de iur.& fact. ignorant. suis similibus ignaris & iuuenibus omnia beneficia cõferrent, etiam si haberẽt præceptores doctos. Memini me legisse,quod quidam Necromãticus habebat discipulum nobilem, qui sibi maria & montes promittere solebat: quem volens tẽtare præceptor Necromãticus, per artem fecit vt discipulus videretur electus in imperatorem. Magister id temporis rogabat eum vt sibi daret bona iamiam toties promissa. at ille discipulus suo præceptori non erubuit dicere, nescio quisnam es.tũc magister ego sum ille,inquit, qui tibi omnia dedi, & etiam tollam, Præterea qui habet nomen,& effectũ debet habere.l. à nullo.C.de feriis.sed minor scopulus habet episcopatum ergo comprehẽdetur. insuper minor ætate factus cum dispensatione episcopus poterit beneficia conferre, vt not.in ca. cũ nobis olim de electio.& plene Io.de selua in tract.de beneficio in.2.parte.q.6.ergo & ei dirigi poterunt nominationes,alioqui episcopuli, vt ita loquar, cum suis nucibus essent melioris conditionis quã sapientes. contra.ca. eum qui.de præb.in 6.de quibus dicitur ecclesiæ, Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.Psal.44.quod dictũ exponit beatus Augu.in capi.fi.68.dis.sic inquiens. Patres missi sunt apostoli, pro apostolis filii nati sunt,& cõstituti episcopi,&cæ. Nec obstat glo.in d.l.promittendo, quia potest intelligi,quando materia nõ caderet in minorem vtpote in delicto.tunc minor non cõprehẽderetur,alioqui sic.tex.in extrauag.ad reprimendum.in verbo cuiuscunq; status, dignitatis,vel conditionis.vbi dicit minorẽ comprehendi,dũ tamen sit in tali ætate,in quam delictum cadere possit.c.1.de delictis puero. cap.fin.de reb. ecclesiæ non alienand.lib.6. extra. cum detestabile.de simon.in cõmunibus.Corne.consi.152.licet in hac.colũ.prima,volumine primo.

No. de necromatico.

Fœmina an nominationes dirigi possunt.

¶ Quinto, quæro, an comprehendatur fœmina habens collationem beneficiorum? vi

Source : BIU Cujas

detur quod non, quia hoc expressisset concordatum, si voluisset, capit. ad audientiam. de decimis. & potius faceret se sarracenam quàm vt voluptati suæ nõ obtẽperaret, pulcher text. in cap. tuas nos. de iureiuran. Tamen contrarium credo: per illa verba in d. §. si quis vero. in verbo cuiuscunque status. & ibi, cuiuslibet dignitatis, siue sit masculus, siue fœmina. exponit glos. in dict. extravagan. ad reprimendum. in verbo conditionis. Barba. consilio. 23. sapientissimus. colũ. 4. in 2. volu. facit etiam verbum quis, quod comprehendit tam masculos quam fœminas. l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. i. de verbo. signi. & ibi plene dixi. cap. si quis suadẽte. 17. quæst. 4. & dixi in tract. de pacifi. possess. in princip. Ideo quando abbatissa confert beneficia, ex priuilegio, eidem poterunt nominationes dirigi. & quòd abbatissa conferat beneficia elit text. in cap. dilecta. de maior. & de obedien. & in ca. dilecto. de testi. Ita tenet in propriis terminis Cardina. in cap. cum dilectus. 3. qu. est. colũ. 5. de consuetu. doc. in c. fi. de cõcessi. præb. Maleret. in tracta. de elect. in. 5. limita. fol. 21. col. 3. Roch. de curte in tract. de iure patro. q. 1. in verbo. cõpetens. vbi pulchre cõcludit etiã meretrici posse competere iuspatronatus rationibus multis, quas ibi videre licet.

10 Capitulo an nominationes dirigat.

¶ Sexto, an capitulo dirigi possint nominationes? & breui respon. quòd sic, quãdo collatio beneficiorum ad illud spectat, quia & mandatum potest dirigi. c. ea te de rescrip. c. si capitulo, de concessio. præben. in 6. dixi. in. §. præfati que ordinarii. in glo. quicunque. de colla.

11 Iure deuoluto cõferens nominatis & graduatis tenetur prouidere.

¶ Septimo, quæro an comprehendatur is qui cõfert iure deuoluto? textus. in dicto §. si quis vero. hoc exprimit, ibi, prouisiones ac dispositiones illorum ad immediatum superiorem deuoluantur, qui eisdem personis modo præmisso qualificatis prouidere teneatur: & si contra venerit, ad alium superiorem deuoluatur prouisio & præsentatio huiusmodi gradatim, donec ad sedem apostolicam fiat deuolutio &c. Ecce ergo quomodo superior iure deuoluto tenetur eisdem conferre personis, quibus tenebatur inferior ante deuolutionem. igitur si beneficium erat cõferendum regularibus per primum conferentem, religiosis conferri debebit per secũdum. ad quem est facta deuolutio, si nominatis conferre debebat primus, & secundus tenebitur eisdem prouidere, alioqui non valebit collatio in contrarium facta. text. elegans in clement. vna de supplen. negli. præla. glo. in. §. si quis. in verbo similiter. de colla. in prag. quia res transit cum suo onere. l. alienatio. ff. de cõtrahẽ. empt. c. si quis laicus. & ibi glos. 16. q. 1. tum quia subrogatũ debet sapere naturam eius in cuius locũ subrogatur. l. si eum §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. tum quia ius eligendi transit cum eadem qualitate. Romanus singu. 478. pone quod arbitrium, quod facit pro consulibus Montispessulani, qui intra certum tempus habent eligere doctorem licentiatum aut nobilem in primum consulem: vt si infra id temporis non elegerint, deuoluatur collatio ad proximum superiorem, id est ad gubernatorem, qui debebit eligere eosdẽ, quos consules tenebantur videlicet doctore. aut nobilem, licet graduate hoc faciant.

12 No. pro cõsulib⁹ montisp. pessulani

¶ Item qui in alterius locũ succedunt, eosdem debent iure vti, quo ille vti debebat. Regula, is qui. de reg. iur. in 6. vtpote si monachi de gremio eligere debebant, & nõ eligant ad superiorem fiet deuolutio cum eadem qualitate. Ioan. And. in mercuria. in regula, contra eum. de regu. iur. in 6. Alber. in. l. in contrahenda. ff. illo titu. Roma. in rep. l. si vero. §. de viro. fallen. 20. ff. solut. matri.

13

¶ Facit quòd si alicui est relicta res cũ hoc onere, vt non possit eam alienare, ille postea ad quem transibit per ius accrescendi, etiam non poterit eã alienare. l. vna §. fin.

Source : BIU Cujas

autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. Iaſ.
14 in repet. l. re cõiuncti. col. 2. numero. 3. ff. de leg. 3. Item ſi poſteriori creditori fiſcus ſuc ceſſerit, eo iure vtetur, quo is vſurus erat, cui ſucceſſit. lege. non intelligitur. §. ſi poſteriori. ff. de iure fiſci. facit. lex. prima. §. is etiam. vt legato, ſeu fideicommiſ. nom. caueatur. Præterea ſi quis habeat expedire actum cum conſilio alicuius, & ille delegauerit actum, delegatus tenebitur requirere conſilium, ſicut primus tenebatur. textus. in cap. cum in veteri. notab. 3. de elect. Panor. idem dicit in iudice. ibi quem ſequitur Feli. in ca. cum dilecta. col. 12. amplia. 7. de reſcript. vbi iudex eccleſiaſticus ſupplẽs negligentiam iudicis ſecularis, debet procedere ſummarie ſicut ſecularis tenebatur. Ad hæc ſubdelegatus eiuſdẽ debet eſſe qualitatis, ſicut delegatus. cap. ſtatutũ. §. in nullo. de reſcript. in 6. & eadem tempora concedi debent ſubdelegato, quæ delegato vel ordinario qui delegauit. l. ſi iudex cui certa. ff. de iudi.

5 ¶ Conſequens eſt quòd ſi nobilis colligat pedagium ſupra pontem, & eo deſtructo alius reficiatur, idem veſtigal poterit exigi, cum pons cenſeatur eſſe conſtructus cum eadem qualitate, ſicut primus erat. Bald. in. l. ſi plures. column. 4. verſicu. vidi dubitari. C. de conditi. infert. & in. l. 3. in fi. de priuileg. fiſci. Maleret. in tract. de elect. fol. 47. in 5. quæſt. Vlterius res tranſit cũ ſua cauſa, ſuiſque vitiis. l. Pompo §. cum quis. & ibi Io ann. Crotus plene in primo notab. ff. de acquir. poſſeſ. Non abſimile eſt, quòd ſi patro 6 nus propter negligentiam perdat poteſtatẽ præſentandi, tamen ſuperior conferens nõ poteſt aliter conferre, quã natura beneficii requirat vt poteſi ſacerdos debeat præſentari per patronum, epiſcopus ſacerdoti cõferre debebit. Ioannes de ſelua in tract. de beneficio. in. 3. parte. quæſt. 49. & Boer. in addit. ad Mandagotum in tract. de elect. ca. i. in fin. primæ partis. Et idem ſi patronus tenebatur præſentare aliquem de familia fun 17
datoris. Poſtremo ſi teſtator dederit formã diſtribuendi bona ſua ad cauſas pias, & executore negligente deuolutio fuerit facta ad epiſcopum, is debebit exequi ſecundum formam à teſtatore traditã, quia licet ſit à perſona receſſum, non tamen à forma. ita expreſſe tenet Bald. in. l. ſi puella. C. ſi mancipium ita fuerit alie. vt manu. Barb. in ca. venerabili. colum. 3. de offi. deleg. & in ca. poſſeſſiones. col. 2. de rebus eccle. non alienan. Corſet. in ſing. incipien. cõſilium. & ſic epiſcopus vel archiepiſcopus etiam iure deuoluto beneficia conferens, tenetur conferre iuxta cõcordata. faciunt multa alia quæ hic poſſem congerere quæ adduxit Feli. in ca. 1. 18
verſ. declara. nu. 9. de reſcriptis. Fallit quando ille à quo deuoluitur, tenebatur, alias nõ. ideo ſi ab epiſcopo extra regnum ſit deuoluta poteſtas ad archiepiſcopum regni, non tenebitur conferre graduato, vel qualificato: quia cum beneficiũ extra regnũ non habeat onus nominationum, nec archiepiſcopus in illis habebit aliquod onus, quia res tranſit cũ ſuo onere, quãdo habet alioqui ſine. l. alienatio. ff. de cõtrahen. empt. Initium enim eſt ſpectandũ. glo. in. c. dudum. in primo de electio. & poſtquã primus conferens non eſt grauatus nec ſecundus probatur. in §. ſi quis vero. de collat. in cõcor. facit quòd legatus nõ poteſt conferre beneficia extra prouinciam vacantia, etiã deuoluta ad prælatum ſuæ prouinciæ. glo. in §. viſum, in verbo legatorũ. de colla. in prag. & latius Brunel. in tract. de dignit. legat. in. 19. concluſio. in 2. declarat.

¶ Octauo, quæro an is ad quem collatio 19
iure deuoluto ſpectat, alteri quam nominato vel graduato conferat, puniri debeat pœnis contentis ind. §. fi. de collat. in concord. vbi ſuſpenditur à collatione beneficiorum per octo menſes? & videtur quod non, quia d. §. loquitur de collatoribus ordinariis, & ſic videtur intelligendus de his qui primo

De clara tio. §. fi. de collat in cõcor da.

Source : BIU Cujas

loco conferunt, cum omnis actus debeat regulariter itelligi de primo. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. significa. cap. non potest. de præbend. in. 6. & vtrobique dixi. & quia pœnæ sunt restringendæ. l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. l. at si quis §. diuus Marcus. ibi, pœnam tamen in eum statutam nō esse. ff. de religio. & sumpt. funerum. In contrarium videtur. d §. fin. qui omnes collatores astringit ad eandem pœnam. etiam in §. si quis vero, præcipitur vt sic conferant, & cum ista qualitate. Ideo clausula in fine posita ad omnia referetur. l. talis scriptura. §. fina. ff. de leg. 1. dixi in repet. l. vnic. in glo. & nō ex quibusdā. C. de sententiis quæ pro eo quod interest. Nec obstat si dicatur ꝙ est secundus collator, quia eidem conferre debet sicut primus, vt supra dixi. ideo cū sit collator, eadē pœna astringetur, cū tex. non loquatur de primo, nec de secundo potius q̄ de alio. ideo omnes cōprehendentur: quia indefinita æquipollet vniuersali. c. vt circa. de elect. in 6. Item quia dispositio §. fin. redderetur frustratoria, si non comprehenderentur illi qui iure deuoluto conferunt, & nunquam conferrent graduatis: ergo pœna ad illos extendetur, quia etiam in pœnalibus licita est extensio, quando dispositio legis vel statuti posset reddi illusoria. l. 1 §. pecuniam. & .l. sequenti. ff. de calumnia sequitur Iason in dicta. l. cum quidam. in fi. huic tamen opinioni contradicit dictus §. final. ibi, quibus graduati & nominati debite &cæ. cui standum est. posset tamen altera opinio sustineri, quando nullus esset nominatus, vel graduatus, vel si non insinuasset, tunc collator alteri conferendo nō puniretur, per ea quæ notat Bonifacius in dicta. clemet. vna in fin. principii vbi dicit, quando non inuenitur aliquis idoneus ad regimen ecclesiarum vacantium, tunc recipietur alius: vtpote si religiosus sancti Benedicti debebat eligi, & nullus inuenitur idoneus ibi, tunc ex alio monasterio assumi debet alius, argu. capit. ne pro defectu. de electio. & nota. in cap. cum singula. in fi. de præben. in 6. Nam deficientibus idoneis, inhabiles admittuntur. l. vt gradatim. §. 1. ff. de munerib. & honorib. & hoc procedit tā in primo collatore, quàm in eo qui iure deuoluto confert. cap. graue de præbend. & ibi notatur.

¶ Secundo, fallit in papa. is sibi retinuit in §. ide mandat. apostoli. in concorda. & quia plenam in beneficiis habet potestatem. cap. 2. de præbend. in 6. & si papa nollet conferre qualificato, posset quis impetrare tacita qualificatione glo. in. §. quòd si quis in verbo pontificem. de colla. in prag. sequitur Ioannes de Selua in tracta. de benefi. in tertia parte. quæst. 50. in fine. Istud tamen est superuacaneum, quia non solet papa recusare collationes idoneis peritisq;, cum sit liberalis, cap. sedes. de rescrip. 20 Papa idoneis conferre non recusat.

¶ Nono dubitatur, an nominationes possint dirigi patronis laicis? videtur ꝙ sic, per d. §. si quis vero. vbi vult omnes teneri, cuiuscunque status aut dignitatis sint. sed ista verba cōprehendunt tam laicos quam clericos, glos. in. l. promittendo. ff. de iure dotiū, quam ad hoc not. Barb. consil. 23. sapientissimus. colum. 4. in 2. volumi. & consi. 21. clementissimū. col. 4. in. 4. volu. & cōsilio. 41. immortalē deum. colū. 2. eodem volu. glos. in verbo conditionis. in extrauagan. ad reprimendum. quomodo in lesæ maiesta. crimine proceda. Item ponderatur verbum cu iuslibet dignitatis, in dicto §. si quis vero, positum, quod exponit glo. in d. clem. 1. in verbo quibuscunque, de iud. vbi exponit cuiuscunq; dignitatis, ecclesiasticæ videlicet vel mundanæ. etiam si imperiali, vel regali præfulgeat dignitate. ecce ergo & illustres, & non illustres, clericos, & laicos comprehendi sub hoc verbo cuiuscunque dignitatis. & illam glo. sing. not. Barb. consi. 1. colum. 22. in primo volumi. & d. consil. 23. column. 4. in secundo volumi. & cōsi. 87. illud. colum. 21 Patronis laicis an possint dirigi nominationes.

5.& consi. sequen.in.3.volu.ac consil.41. illud.col.2.in.4.volu.& consi.18.colũ.penulti.in eodem volu. Curtius in tracta. de feu. in.3.parte in fin. Hippoly. cõsi. 80.qui cuncta.nu.37.& seq.& consilio.84.nu.29. facit tex.in.l.1.§.1.ff.vt lega.vel fideicõmis. nom.caue.l.raptores.in fi.C.de episcop. & cleri. Tertio faci: cle.dudũ. versi.huiusmodi.ibi,quibuscunq; & quomodocunq;.de sepul. Quarto facit text.in §. fi.in authen.de hære.& falcid.collat.1.vbi sic dicit,hæc omnia obtinere sancimus in omni persona, & postea declarat,siue priuata,siue militari, siue sacerdotali,siue imperiali, siue alterius cuiuslibet.cõmunẽ nãq; in omnibus hominibus hanc legem imponimus.quem tex.ad hoc ponderat Barb. cõsi.88.illud referam. colum.5 in.3. volu. Quinto facit glos.sing. in cle.1.de re iud.vbi dicit quod hæc dictio quæuis causa, includit spirituales vel quasi criminales, ciuiles, & mixtas. sequitur Barb.consi.21.clementissimum.colum. penul.in.4.vol.& consi.41.immortalem.col. 2. vol.eod. Sexto succedit cle.1. ibi, cuiuscunque ordinis & conditionis existant. de senten.excommuni. sequitur Barb.cõsi.47 clementissimum. col.3. in.4.volumi.ca.ne aliqui.de priuileg. in.6. In contrarium me inclinant sequẽtia, primo quia in dicto.§.si quis vero.&.§. præterea.exprimũtur patroni ecclesiastici, ergo patronos laicos nõ videtur comprehendere,sed excludere.argu. c. qualis. 25. dis.l. cum prætor. ff. de iud.ne laici à fundatione ecclesiarum retrahãtur. c.decernimus.16.q.7.

¶ Et dicitur patronus ecclesiasticus, quãdo ius patronatus spectat ad ecclesiam, seu ad personam ecclesiasticam intuitu ecclesiæ. not.in c.dilectus.de offi.leg. si vero spectet ad laicum, siue ad personam ecclesiasticam ratione personæ, vt pote quia clericus successit patri, vel consanguineo, dicetur Patronus laicus,vt not.in c.1.& c.ex insinuatione.& c ap.dilectus.de iure patro.& c. 1. illo titu. in.6. Imol.in cap.dilectus.3.col.2. de præbend.& si patronus laicus donauerit iuspatronatus ecclesiæ,efficietur ecclesiasticum,teste Dec.consi.542.præsupposita nu. 8.per no in.c.vno de iure patro.lib.6. ¶ Secũdo probatur,verba generalia non cõprehendunt patronum laicum,nisi exprimatur c.2.ibi,quacunque authoritate munitus sit. de præben.in.6.licet glo.ibi contrarium teneat,quam cõmuniter reprobant doct.ibidem,& Lappus allega.96.beneficia.Feli.in c.in nostra.correla.38.de reseri.&in tract. quãdo literæ apostolicæ.Roch.in tract. de iur.patro.in verbo competens alicui.q.24. ¶ Tertio papa potest ritum iudiciarium & ordinem quo ad suum forũ tollere.glos.in cle.dispẽdiosam.in verbo vsuris.de iud.ergo etiam poterit grauare patronos suos, videlicet ecclesiasticos,nõ laicos.& quia ista non fuit intentio papæ nec regis, cũ tantũ voluerint grauare patronos ecclesiasticos, ideo illos expresserũt,alias expressissent laicos.c.ad audientiam.de decimis.

¶ Quarto reseruatio facta generaliter per papam de beneficiis,non trahitur ad beneficia iurispatronatus laicorũ.c.2.de præbẽd. in.6.Roch.in.d.tract.de iur.patr.in verbo competens.

¶ Quinto præcedentia declarant sequẽtia, & contra.l.hæredes palam.§.sed & si notã. ff.de testa.sed in præcedentibus.§.§.& in sequen.in.d.titu.de colla.fit mentio de patronis ecclesiasticis tantum,ergo non comprehendentur patroni laici.

¶ Sexto legatus non potest conferre beneficium spectãs ad præsentationem patroni laici.c.cũ dilectus.& ibi plene notat.de iur. patron.multo minus vniuersitates hæc gratiare beneficia poterunt, nec nominatiões ad dictos patronos laicos dirigere. istud enim esset falcẽ in alienã messem apponere,cõtra.c.nouit.de iud.& istud est verius. Fallit quãdo patronus donasset ius patronatus ecclesiæ,tunc naturam aliarum rerũ ec-

Source : BIU Cujas

cleſiæ aſſumeret.tex.in.c.dilectus.i.3.& ibi no.Panor.de præbend.& eo caſu diceretur patronus eccleſiaſticus,nõ laicus.cap. vno de iure patro.in. 6.Item non poſſunt dirigi clerico habenti collationẽ cum laico,vt plene declaratur ifra.i.q.15.ver.tertio nõ &c.

23 Prælato habenti priuilegium ne alij⁹ ſua beneficia conferat nominationes ā dirigi poſſint.

¶Decimo quæro,an prælato habenti priuilegium ne quis poſſit conferre ſua beneficia, poſſint dirigi nominationes? videtur quod nõ,qa fruſtra dirigerẽtur,ſi beneficia nominatis nõ teneretur cõferre.Contrariũ eſt verius,quia etſi priuilegium hoc a papa conceſſum fuerit poſt concordata,debet tamen reſtringi & modificari ſecundum concordata,videlicet vt nullus poſſit conferre beneficia quorum collatio libera eſt.ſecus ergo in beneficiis iam affectis graduatis,& nominatis.& ita recipitur hoc priuilegium in parlamentis Franciæ,ſaluis qualificationibus,& regni reſtrictionibus,ac modificationibus concordatorum,vt vidi recipi quædam à ſenatu iſto.

24 Cõmẽdatariis an poſſit dirigi nominationes.

¶Vndecimo quæro,an illis qui habent eccleſiam in commendam,poſſint nominationes dirigi? Reſpon.cum habeant canonicũ titulũ.c. dudũ.in.2.de electio. poſsunt illis dirigi nominationes,ſicut habentibus titulũ,maxime in hoc regno,in quo omnes cõmendæ dantur ad vitam,vt dico in tract. de pacifi.poſſeſſ.in.5.amplia.& hæc commenda cum libera poteſtate maxime ſolet fieri cardinalibus,ſecundum Panor.in.c.cũ nobis olim.no.vl.de elect.ideo dicebat Alcia. in.l.pactum curatoris.C.de pact.quod poterat cardinalis diſſipare fructus beneficii dati in commendam.quod reprobaui in repeti.c.poſtulaſtis.de cleri.excommuni. miniſt.& nouiſſime D.Probus apud Ioã.Mo. in.c.nemo.de elect.in.6.& hodie multi habent beneficia ad comedendã tantum,non vt eccleſiæ ſerviant.

25 Qui eſt i poſſeſſione an teneat cõferre nominatis

¶Duodecimo quæro, nominationes directæ ſunt epiſcopo Magalonen. eo mortuo aliquis poſsidet epiſcopatum de facto, alter verus epiſcopus nõ eſt in poſſeſsiõe.an ille qui eſt in poſſeſsione,teneatur conferre beneficia qualificatis? videtur quod non, quia nõ eſt collator ordinarius. Cõtrariũ dicerẽ. quia non debet eſſe melioris conditionis quàm verus collator.c.eũ qui.de præbẽ.in 6.l.Seruus.ff.quod vi aut clam.Item ſi imponatur onus epiſcopo Bononien.& aliquis ſit in poſſeſsiõe epiſcopatus de facto,is idẽ tenetur ad onus.Pau.in propriis terminis. in.l.inter quos.5.ſi dominus.ff.de dãno infecto.vbi plus dicit,quod ſi cõmittatur cauſa epiſcopo Pariſien. videtur cõmiſsa illi qui eſt in poſſeſsione.allegat Ant.de butrio in c.per venerabilẽ.in.6.nota per illũ tex. qui filii ſint legi.vide in deciſio. Rotæ. 7.duobus&c.in rub.de iud. ☞Et an prælatus,qui iurauit ſoluere nomine prælaturæ, teneatur facta renunciatiõe epiſcopatus. tradit Bal. in.c.venerabilem.col.penulti.de electio.☜

26 Coadiutori ā nominationes poſſint dirigi

¶Decimotertio quæro an coadiutori poſſint dirigi nominatiões,& is nominato pro uidere teneatur? Reſpond.aliquando datur coadiutor dementi,furioſo, aut alii in totũ impedito: & tũc cum ipſe coadiutor poſsit conferre beneficium propter diuturnam vacationem, quia neſcitur quando reſipiſcet epiſcopus, vel morietur.l.ambiguitatem.C. de vſufruct.arg.l.inter bonorum.ff.de admiſtratio.tutor. & tunc poſsent dirigi epiſcopo,& ſuo coadiutori. nam licet coadiutor non poſsit alienare. c.1.in fin. de cleri. ægro.lib.6. tamen cum collatio beneficiorum ſit alienatio neceſsaria,poterit per hũc coadiutorem fieri, quia voluntaria tantum prohibetur, inter quas multum refert.l.alienationes.ff.familiæ herciſcun.l.1.de fundo dotat.non alienan. Oldra.conſil.44. quæritur ſi epiſcopus. gloſ.in.5.ordinariis. in verbo iuriſdictio. de colla.in prag. Aliquando coadiutor datur ſuſpecto de dilapidatione,vt in cap.venerabili. de offi.dele. vel leproſo.c.tua.de cleric.ægro. vel datur alteri impedito exercere officiũ propter infirmi-

Source : BIU Cujas

tatem aut senectutem.c.ex parte de cleric. ægro.& debet esse perpetuum impedimentum.c.1.de cleri.ægro.lib.6.Et dicitur perpetuum licet tolli possit per diuinum miraculum.c.fraternitatis.de frigid.&malefi.& tunc si coadiutor datus est ad spiritualia & temporalia, videtur habere generalem & liberam potestatem.c.1.7.q.1.&cap.quanuis sit triste.& c.petisti,ibidē.c.grandi.de supplen.négli.præla in.6.& hoc casu non confert beneficia,sed episcopus confert cū consensu coadiutoris.argu.c.ecclesiæ.§.fina.de supplen.negli.prælat.in.6.Archi. & Philip. in.d.c.1. sicut nec curator adulti nuptias cōtrahit.argu.l. in copulandis.C. de nupti.& aduerte q̄ ex causis supradictis datur episcopis inuitis, & aliis superioribus a solo papa.d.c.vnico de cleri.ægro.in.6. inferioribus vero datur coadiutor ab eo qui habet potestatem instituendi,& destituendi.c.1.& 3.de cleric.ægrot. episcopus tamen vel archiepiscopus potest cum consensu capituli assumere sibi coadiutorem, vel cū assensu maioris partis,nō capitulo inuito. d.c.vno de cleri.ægro.lib.6.vbi vide.& licet his coadiutoribus non essent directæ nominationes,tamen ipsi tenerentur prouidere iuxta mentem concordatorum. Vltimo quid sit coadiutor.secūdo vnde dicatur,tertio quis detur,quarto cui detur,quinto qualis detur sexto per quē,septimo quod sit eius officiū, octauo quæ potestas,nono an expiret poste stas coadiutoris mortuo illo cui datus fuit, decimo an detur inuito,vndecimo cuius expensis alatur,duodecimo an plures vni, vel vnus pluribus dari possit.has quæstiones vide lucide tractatas per Card.in.d.c.fina.de cleri.ægro.vbi etiam Ioan. And.& alii trāctant.vide ibi,si lubet.

¶ Decimoquarto quæro, præsuli ab hostibus vel schismaticis capto, vel exuli, datur vicarius a papa in tēporalibus & spiritualibus vsq;dū durat impedimentū.c.si episcopus.de supplend.negli.prælat.lib.6.cle.1.de foro competē.nonne huic vicario generali possint dirigi nominatiōes? Respon.sic copulatiue, videlicet episcopo Aurelianensi, & eius vicario.& is etiam tenetur nominatis prouidere,&graduatis,sicut episcopus si esset,tum quia tertia pars est affecta, vt dixi supra:tum etiam quia collator est,&quia omnem curam debet gerere quam ageret prælatus si præsens esset,c.1.& cap.quāuis. 7.q.1.sic consuluit Oldra.consil.208. quoniam ex tempore.col.2. dicens posse beneficia conferre,quando esset a papa constitutus.secus si ab alio,per.c.ecclesiæ.§.fi.de supplen.negli.præla.lib.6.quia procurator Cæsaris potest hæreditatem adire, quod non potest alterius procurator.l.1.§.vlt.ff.de off. procura.Cæsar.l.per procuratorem.de acquir.hære.&sic iste vicarius tenebitur etiā secundum formam concordatorum prouidere, licet eidem non essent directæ nominationes, sed episcopo tantum, dummodo insinuatio eidem facta fuerit,instar eius qui successit in episcopatu,qui etiā tenetur prouidere nominatis,cum sit episcopus,& episcopo fuerunt directæ nominationes, quæ dignitas trāsit in successorem. capi.quoniā abbas.de offi.deleg.& non moritur.c.si gratiosæ.de rescrip.lib.6.

¶ Et hic vicarius bene potest conferre beneficia etiam episcopo.secus in vicario ab episcopo constituto,quia cum iure episcopi conferat,non posset eidē episcopo cōferre.c.per vestras.de iure patro.inter enim instituentem & instituentem debet esse discrepantia.c.fi.de insti.Soci.in.l.1.§.si autem.ff. ad treb.sic cōsuluit de Ripa.cōsil.23.Iulius. col.2.lib.2.respon.sed substitutus a vicario habente potestatem substituendi, potest vicario conferre,quia substitutus capit potestatem ab episcopo,non a vicario.c.nō indiscrete.de procurat.vbi gl.dicit quod substitutus cēsetur esse a domino datus.tex.in c.1.de offi.vica.in.6.& ibi docto.Auriol.in addi.ad de monte lauduno in.c.super eo.de 19

Source : BIU Cujas

præben.in.6.doct.in cle.religioſus.poſt gl. ibi de procura.dixi in gl.conferre.in.§.præfatique ordinarii.de colla.vide ibi.

Viſitatori an dirigãtur nominationes.

¶ Decimoquarto dubitatur, quia eccleſiæ cathedrali vacanti datur quandoque procurator cum libera poteſtate adminiſtrandi in ſpiritualibus & temporalibus,& hic ſolet à papa dari, & dicitur viſitator.c.is cui. de elect.lib.6. Alexand. per illum text. in c. obitum.61.diſt. & is poteſt conferre beneficia ſpectãtia ad collationem epiſcopi, ſecundũ Peruſ.& alios ibi: an huic poſſint dirigi nominationes? Et breui reſpond.q̃ ſic, quia õnibus collatoribus eccleſiaſticis poſſunt dirigi,ſicut eſt hic.not. Panor. in c.cũ nobis vlti.not. de elect.& is viſitator & ad miniſtrator tenebitur cõferre ſecundũ qua

30 lificationes prædictas, etiam ſi nominatio-

Capitulũ vacãte ſe de cõfert nominatis

nes eſſent directæ epiſcopo ſuo prædeceſſori.& ita ſeruatur.

¶ Aduertendum eſt quod licet capitulũ vacãte ſede nõ poſsit beneficia cõferre.c.illa. ne ſede vacan.quia in fructibus cõputatur collatio.gl.in.c.cum olim.de maior.qui de bẽt reſeruari futuro ſucceſſori.c.quia ſæpe de elect.in.6.& clemen.penulti.illo titu.tamen ne diuturna vacatio cõtingat, poterit facere adminiſtratorem,qui poterit prouidere de beneficiis,quorũ collatio eſt neceſſaria.Panorm.in.d.c.cũ nobis olim. col.3. & tenebitur prouidere iuxta qualificatiões poſitasin concordat. videlicet nominatis, vel graduatis ſimplicibus, prout eſt ibi expreſsum.Ioan.And.in.c.vno.ne ſede vacã. lib.6.Et iſti adminiſtratori poterit fieri inſinuatio,vt infra dicam: & quando eccleſia patitur defectum miniſtrorum,vel alia ſub eſt cauſa rationabilis,poterit etiam capitulum beneficia dare in commendam. Card. in.d.c.illa.in fi.Et an taciturnitas beneficii faciat collationem huius viſitatoris nullam ſicut legati,dicitur in.c.fina.de offic. leg.li. 6.quôd nõ,tenet Auriol.in addit.ad Guiller.de monte laudu.in.d.c.is cui.vide ibidẽ. & archiepiſcopus an poſsit dare hunc viſitatorem,quòd ſic cum cauſæ cognitiõe, & vocatis quorum intereſt.in.c.fi.de ſupplẽ. negligen.prala.in.6.

31 Nominationes directę capitulo ãcõprehẽdant ſingulos canonicos.

¶ Decimoſexto quæro,an nominatiões directæ capitulo, comprehendant ſingulares canonicos? Et in hac quæſtiõe facias caſus ſequen. ¶ Primus eſt quod nominatiões directæ capitulo,non comprehendunt ſingulares canonicos, niſi vice capituli conferrent per tex.elegantem in.c.cũ in illis.§.fin. &.c.fina.de præbend.lib.6.quia aliud eſt capitulum,aliud ſinguli.l.ſed ſi hac.§. qui manumittitur.ff.de in ius vocando. vbi libertus vniuerſitatis poteſt vocare in ius ſine venia ſingulos de vniuerſitate,licet nõ vniuerſos.& actor vniuerſitatis, non dicitur actor ſingulorum.l.2.ff.quod cuiuſq; vniuerſita. nec procurator vniuerſitatis, dicitur procurator ſingulorum,nec vnius facultatis ſolius dicetur procurator, per ſupra dicta,quia etiam quod vniuerſitati debetur, non debetur ſingulis.l.ſicut ibidem.

¶ Secundus caſus eſt quando nominationes diriguntur capitulo ſinguliſque canonicis cũ clauſula coniunctim vel diuiſim, tũc comprehenduntur ſinguli canonici, qui cõferunt vice capituli per menſes vel hebdomadas,per.d.c.fina.Idem ſi non conferãt vice capituli, ſed vt antiquior canonicus ex fundatiõe beneficii collationẽ habet, tunc etiam adſtringitur,quia ratione canonicatus de capitulo eſt.Panor.in.c.pro illorum. de præb.in glo.vlt.per.c.eam te.de reſcrip. in.6.ibi,de capitulo ipſo eſses &c.

32

¶ Tertius caſus, quãdo collatio ſpectat ad canonicum iure ſpeciali,ratiõe forte dignitatis,aut alia,non vice capituli,tunc nominationes capitulo etiam cum clauſula coniunctim vel diuiſim directæ,non adſtringũt illum ſingularem canonicum.glo.& docto. in.d.c.fina.Domi.de Rota deciſ.583.nota in diœceſi,in antiq.&deciſio.10.ſub rub.de conceſsio.præben.quia non intendit papa

Source : BIU Cujas

grauare alteram dignitatem extra capitulũ, per cap.cum in illis §.ſi vero.illo titul.lib.6. Ideo eſt neceſſe quòd nominatiões expreſſe illi dignitati dirigantur, vel mandatũ.gl. in titu.de colla.in §.ſtatuit. i verbo ſpectat. ✣ Nam habentes dignitatẽ in eccleſia de iure nõ ſunt de capitulo, niſi alias ſunt canonici, ſoli enim canonici faciunt capitulũ, & vnũ corpus cũ epiſcopo.c.nouit. & c.quanto.de his quæ fiũt à prælа.Panor.in 3.nota. c.auditis.de elect.& i d.c.dilecti.not.primo de maiori.decius in c.eã te.2.no.de reſcr. ✣ nam ratione illius dignitatis non eſt de capitulo, ſed ratione canonicatus, vt dicit Panor.in c.auditis.de elect.gl.in §.1. in verbo collegiũ de elect.in prag. quare ſolent dirigi nominationes decano & capitulo, ſingulisque canonicis, & perſonis eccleſiæ, ac dignitatibus, vt vidi fieri. ideo ſi alicubi reperiantur habentes dignitatem ſine canonicatu habere vocem in capitulo, illud eſt iure ſpeciali. quare ſi nominationes dirigantur capitulo, etiam cõmuniter vel diuiſim, non comprehendetur iſtæ habens dignitatẽ. gl. in d.§. ſtatuit. quia epiſcopus poteſt eſſe vt canonicus in capitulo, & tunc antiquior canonicus eum præcedit, quia non cenſetur ibi tanquã epiſcopus. gloſ.in c.a collatione de appellationi.in.6. igitur inſinuatio (vt infra dicam) facta capitulo non ligat iſtũ epiſcopum canonicum, niſi fiat illi ſub epiſcopatus qualitate, & ſingulariter. D.Blaſ.Auriol.in repet.ca. eam te numero. 1645. cum ſequen.de reſcrip.

¶ VItimo, quæro an ſufficiat dirigere nominationes capitulo, non exprimendo caput? Reſpondeo non, ſed ſic debent dirigi, decano & capitulo.c.cum inter.de cõſue.in ſuper ſcriptiõe, ibi.decano & capitulo, vel præpoſito & capitulo.cap.bonæ.in.2.ibi.præpoſito & capitulo. de poſtulat.prælat. vel Archidiacono & capitulo.ca.cum nobis olim. ibi, Archidiacono & capitulo Capuano, de elect. Et hoc verum eſt, quando iſtæ perſonæ ſunt capituli caput.c.eam te. & capit.ex parte decani.de reſcrip.vbi Anto.Panor. & alii notant, quòd appellatione capituli non poteſt comprehendi caput principale ipſius niſi ſpecialiter nominetur.per cap.poſt electionem.de conceſſio.præben.vbi probatur contra vide ibi Imol.& rub.de his quæ fiũt à prælat.ſine conſenſu capituli. facit capit. inter corporalia.ibi, decano & capitulo Andegauenſi.de tranſla.epiſcopi.c. cõſtitutus de reſcri.c.propoſuit.in ſupraſcriptione, de conceſſio.præben.ca.dilectus.3.de præben. cap.fi.§.1.de reb.eccleſi.non alienand. in.6. ✣ Ideo ſi quis impetret beneficiũ ad collationem capituli ſpectans, non comprehẽdetur, ſi ſpectet ad prælatum, quia prælatus non comprehenditur ſub capitulo. vt nota. in.c.fi.de ſimonia.c. poſt electionẽ de conceſſ.præben.hoc pulchre proſequitur. Collecta.in c.eccleſia.col.6. verſic. quid ſi quis impetret de ſortileg. tamen ſi ſit exp ceſſus epiſcopus & capitulum, valebit reſcriptum, vel mandatum, quia caput & membra ſunt expreſſa. ca. nouit de his quæ fiũt à maiore parte. ✣ & ſic putarẽ valere mãdatum & nominationes ſi dirigantur capitulo per d.c.poſt electionem. & dilectus.2. de præbẽ. ſed beneficia quæ decanus cõfert ratiõe ſuæ dignitatis vel altera quæ eſt caput capituli niſi conferat cõiunctim cũ capitulo non cõprehendũtur: ſecus ſi caput exprimeretur vt decano & capitulo Pictauẽ. cõiter & diuiſim &c. ✣

34 Rector ſ vniuerſitatis appellatione cõprehẽdatur.

¶ Et ſicut appellatiõe capituli nõ venit prælatus, per iura prædicta: ita appellatione vniuerſitatis non venit rector, nec appellatiõe ancianorum venit vexillifer iuſtitiæ, qui eſt caput ipſorũ, & iſta eſt cõmunis doctrina ſecundũ Barb.in 1.not.in d.c.ex parte. vbi limitat in fauorabilibus appellatione capituli & large, prælatũ venire, per glo.ſing.in cle. vt hi q.in verbo, in eiſdẽ.de æta. & qualita. facit.c.cũ cõſuetudinis.ibi.capitulo Pariſiẽſi. & c.cũ venerabilis.ibi, cõuentui Corbiẽ-

Source : BIU Cujas

sis monasterii.de consuet.c.ecclesia vestra. ibi. Rotomagēsi capitulo.& c.Cumana.ibi. Cumanensi capitulo.& c.vt præteritæ.& c. cū inter vniuersas.de elect.vbi in suprascriptionibus patet,& per Panor.& Fel.in pœmio decreta.& per Barba. in tract. de præstan.cardin.in,q.7.partis primæ.col.2.& in cap.1.col.x.de iud.& cle.2.col.31. de electi. c.dilectus in.2.de præbend.Et sic patet quibus dirigi possint nominationes, quia collatoribus ordinariis habentibus collationē trium beneficiorum ad minimum. aliis vero collatoribus non habentibus collationē trium beneficiorum non dirigentur. dict.§. præfatique ordinarii. nec patronis laicis vt dictum extitit.

QVAESTIO NONA PRINCIPALIS

¶NONO principaliter quæritur,quæ sint in nominationibus exprimenda? Respon. primo beneficia per nominatos possessa.§. volumus.rub.de collat.supra. Ratio est, vt vniuersitates instruantur, an impetrantes nominationes habeant duas præbendas in ecclesia cathedrali, collegiata,aut metropolitana, seu dignitatem cum præbenda, aut beneficia alia vsq; ad ducētos florenos auri.de camera. nam his casibus non debent vniuersitates nominationes istis concedere, nec collatores eisdem prouidere.ordin. regiis Lud.12. primo publicatis ita cautum est articulo.7.quæ est in aliis ordinationibus in rub.des graduez simples, articulo eodē.& probatur in capi.ad aures.& c.si proponente,de rescript.vbi quis tenetur in impetrationibus apostolicis exprimere beneficia quæ habet, etiam si vnum minimum haberet. dicto cap.si proponente.& c.si motu.de præben.lib. 6. & cap.non potest. ibidē.nam hoc non est tacendum,quod posset mouere concedentem ad non concedendum, vel is ipse concedere non posset, si sciret.c.super literis.& capi.postulasti.&ibi plene doct. de rescript. De hac expressione in impetrationibus apostolicis facienda, multa tradit Feli.in c.in nostra.de rescript. quæ reassumit Ioan.de Selua in tracta.de beneficio in tertia parte.quest.11.& sequenti. dico in forma mandati apostol.in glos.pro expressis.vbi trado triginta quæ debent exprimi in impetrationibus & in mādatis apostolicis.ibi plene licet videre.

1 Qnā sint in nominationibus exprimēda

Bñficia ī noīatiōnibus exprimi debent.

¶Primo, quæro an teneatur exprimere beneficium, si habeat tantum vnum? videtur quod non,quia textus. in dicto.§. volumus. loquitur in numero plurali, beneficia &cæ. Ergo in vno non habebit locum, quia pluralis locutio,duorū numero & non minori contenta est, regula pluralis.de regu. iuris. in 6.cap.is cui,de præbend.eod. libro.l. falsa.§.finali.ff.de conditio.& demonstration. Item mandatum papæ de prouidendo alicui de beneficio spectante ad collationem quorumcūque, non habet locum in beneficio spectante ad collationem vnius, puta episcopi,sed in eo quod spectat ad collationem plurium, puta episcopi cum capitulo. sic consuluit Bald.consilio. 242. factum tale,in 3.volumine. Item iuri exosum est habere plura beneficia.capi. quia nonnulli. de cleri.non resident.c.quia in tantum.de præbend. & facilius prouidetur habenti vnum tantum, quàm duo ca.is cui.de præben.libro sexto. 2

¶Contrārium teneo, quia quando est eadem ratio in vno,sicut in pluribus,tunc lex vel statutum loquens in pluribus, habet locum in vno: vel si loquatur in plurali, habet locum etiam in singulari, & contra.l. ait prætor.§. negocia sic accipere debemus, siue vnum siue plura.ff.de neg.gest. lege.prima.§. item hoc edictum. licet singulariter scriptum sit. si tamen plures interuenerint qui tutores non erant, tamen locum habere debere Pompo. scribit. quod falso tuto. .lege. singularia,ibi, quod in duabus perso- 3

Cōstitutio loquēs in plurali an habeat etiā locū in singulari.

nis recipitur, hoc & in eadem persona recipiendum est.ff.si cert.petat.facit.l. hæredes.§. cum ita, ad treb.l.prætor §.homines. vi bono. rapto. Iason in .l. gallus .§. quid si is.in prima lectura.ff. de liber. & posthum. plene Felin.in ca.omnes leges.1.distinct.ca. accepta.de appellatio. Item facit quòd si papa mandat prouideri de beneficio in ecclesia Parisien.si pro aliis non scripserit, non habebit locum mãdatum, etiam si pro vno tantum scripserit. textus. & ibi Baldus.& Imol.in c.mandatum.de rescript. Archidi. & Domi.in cap.quanuis.1.de præben.libro. sexto. dico in forma mandati apostolici in glos.si pro alio.facit textus.iuncta glo.in c. quia propter.de electi. Et sic satis per supra dicta respondetur ad contraria, quòd regulariter pluralis locutio non verificatur in vno,per iura adducta pro prima parte, nisi idẽtitas effectus & rationis aliud inducat & sic intelliguntur iura nouissime allegata. sic concludit Iaso.in dicta.l.gallus.§.quid si is.colũ.2.ff.de liber.& posthu.Decius.consil.471.iuridicam.colum.vltima. & consili. 484.æquitati. Nec obstat verbum beneficia in dict.§. Volumus positum,quia potest referri ad plures nominatos, videlicet quòd quilibet nominatus teneatur in suis nominationibus beneficium quod habet, vel beneficia si habeat plura exprimere.& hoc innuit verbum nominati, & verbũ per eos,& verbũ teneãtur,posita in.d§.volumus,&sic singula singulis referemus, vt testatur glo. faciendũ esse,in c.si quis pecunia.79.dist.& ca.cũ singula. de præben.lib.6.glos.in.l.qui in futurum.ff.de pact. vel expone, vt infra dicetur.

¶ Secundo, quæro quid si nominatus obtinuerit dignitatem, vel personatum, officium seu administrationẽ, an teneatur illa exprimere, vel vnum illorũ? Videtur quòd nõ quia tantum exprimit text. beneficia, ergo non intelligetur de dignitate, vel præbẽda. arg.cap.nonne. de præsumpt. quia text.expressisset si voluisset,vt expressit in.§.prasati.in.1.de colla.Item quod nõ dicit concordatum, nec nostrum est dicere.l. si seruũ.§. prætor.ff.de acqui.hære.

¶ Respon.verius esse beneficia in d.§. volumus.large accipi, vt comprehendat omnia supradicta, & quodlibet aliud beneficiũ, sicut dicit glo.in regula,beneficium.de regu. iur.lib.6. glos.& doct. in cap.si gratiose.& ea.si propter.de rescript.eodem libr. & cap. vno de rer.permuta.eod.lib.glos.in cap.postulastis.de rescript. etiam comprehendere potest altaria.Barbat.in.clenen. gratiæ.columna penultim. de rescript.quando essent spiritualizata, vt nostri dicunt.secus si tantum sonarent in vim legati pii.distributiones tamen quotidianæ appellatione beneficiorum ecclesiasticorum non comprehenduntur.Domi.consil.85.super.1.dubio.col. 3.glo.in extra.execrabilis.in princ.in verb beneficiorum.de præben.in extra.Ioan.22.. Et quis de iure in mandatis apostolicis & in aliis impetrationibus tenetur exprimere dignitates. capit. ad aures.de rescript. Sic & in nominationibus, & nomine beneficii etiam continetur præbenda, per textum in ca. si quis dator.ibi, ecclesiastica beneficia, quæ quidam præbendas vocant. 1. quæst.3. c.pro illorum.de præben.cap.tua. de verbo. signifi.& decisio Rotæ.247.habens gratiam.in no. Plene Domi.in c.alienationes. columna.2.in 12.quæst.2. & etiam appellatione beneficii venit dignitas glo. in clem. auditor. in verbo beneficio de rescript. & Barb.plene in dicta clemen.gratiæ,ibidem. Felin.& Decius in dicto ca. postulasti. Ideo vicarius generalis,cui est data potestas conferendi beneficia.potest conferre etiam dignitates.de Rota decisio. 437. nota vtrum vicarius.in antiqu.Feli.in c.causam.colũ.x. versi. similiter.de reseri. glo.& docto. in c. dudum de præb.in.6.

Bñficij nomine continẽt prebẽda, qdcũque aliud bñficium.

¶ Et procurator constitutus ad acceptandum beneficia, poterit acceptare curata, &

Source : BIU Cujas

non curata, etiam dignitates. Imol. in c. accedens. col. 3. de præben. quia talis constitutio tanquam fauorabilis est tale intelligenda, secundum eum. Ideo sufficit nominato constituere procuratorem ad acceptandum beneficia, licet alia non exprimat, quod not. Feli. in cap. postulasti. column. 16. vers. facit etiam de rescrip. Nec obstat quod tex. non exprimat in specie. nam esto sane, tamen in genere sic, cum appellatione beneficii veniat (vt dixi) omne beneficium, ideo tantum expressit genus. nam tantum valet expressio generis in suo genere, quantum species in sua specie. l. si quo. ff. de administrat. tuto. alioqui dixissent conditores, qui omnia iura in scrinio pectoris habent. l. omnium. C. de testa. capit. primo de constitutio. libr. 6. si contrarium voluissent, & non vsi fuissent verbo generali beneficia, nisi scisuissent omnia illa sub illo verbo includi.

per adeptionem tamen secundi beneficii factam per istum procuratorem non vacabit primum de Rota decisio. 143. habens. in not.

7 Vicaria an sit exprimēda

¶ Tertio, an comprehendatur vicaria perpetua, ad hoc vt nominatus teneatur exprimere eam in nominationibus, si eam possidet? Breui respon. quod sic, quia continetur appellatione beneficii, vt nota. supra. & Feli. & alii in dicto capit. postulasti. & Nicola. Milius in repetit. in verbo. beneficium. §. sexto. Domic. & Philip. perus. in capitul. finali. de offic. vicarii. libro sexto. vbi dicit quod potestas conferendi beneficia data vicario generali, comprehendit dignitates & alia quæcunque beneficia, cum materia non sit ambitiosa. & quæ dicuntur in beneficio curato, habent locum etiam in vicaria perpetua. text. in clemen. vna de offic. vica. late Panor. in cap. extirpandæ. in repetitio. §. qui vero. de præbēd. & ibi dixi hoc anno in interpretatione illius. §.

8 Hospitalia an sit exprimēda in nominationibus.

¶ Quarto, quæro an nominatus in sua nominatione teneatur exprimere hospitale quod habet? Videtur quod non, quia hospitalia non veniunt appellatione beneficiorū. clemē. 2. de præbend. contrarium concludit glos. in §. item quod vniuersitates. in verbo beneficiorum. de colla. in pragmati. dicens quod si nominatus exprimeret hospitale, nō sic de leui obtineret nominationes, vel forte non obtineret, vtpote si valeat ducentos aureos. & hoc tenet Brunell. conclu. 19. tracta. de dignita. leg. quarta. decla. vbi dicit impetrantem beneficium à papa vel à legato teneri facere mentiouem de hospitali, quia de omni eo quod posset mouere papam ad negandum vel concedendum gratiam facienda est mentio in literis gratiæ. sic concludit Nicola. de milis in verbo beneficium. quæst. 9. vide glos. in clement. dispendiosam. in verbo beneficiis. de iudi. vbi dicit quòd licet appellatione beneficii non veniat hospitale, tamen quando parificantur ecclesiæ & hospitalia, quod in beneficiis statuitur, habet locum & in hospitalibus. probat textus. iuncta glos. in verbo beneficium. in clement. vna de rerum permut. vbi glos. extendit text. loquentem in beneficiis ad hospitalia quæ conceduntur in titulum. & ibi sequitur Cardin. quæst. 6. vide Fel. in capi. de quarta. colum. 3. & sequent. de præscript. multa tradentem de hospitalibus. facit. text. iuncta doctrina docto. ibi in. c. 1. de eo qui mittitur in posses. vbi extendunt illum text. loquentem in beneficio, ad hospitalia. & quando materia in qua profertur beneficium, est proportionabilis ad hospitale, tunc comprehendetur hospitale, Barb. in c. ex literis. colum. 3. & sequent. de consuetudine. Felin. in capit. in nostra. in. 23. correla. de rescript. & in hanc opinionem facile descenderem quando daretur in titulum, & esset ecclesiasticum, non temporale, quia beneficia ecclesiastica tantum sunt exprimenda in nominationibus, vt patet in dict. §. volumus. Multa hic possem effundere de hospitalibus, quæ licet videre per doctores supra

Source : BIU Cujas

allegatos: & ego ipſe multa congeſſi in dicta clemen. 2. de præben.

¶ Quinto quæro, an leproſariam vel eleemoſynariam teneatur nominatus exprime re? Breui per ſupradicta cõclude quod non, quando non erat beneficium eccleſiaſticũ alioqui contra. clem. quia contingit. de religio. domi. vide quæ plene dico infra. q. 15. numero. 15.

¶ Sexto quæro. ſi nominatus poſſideat beneficia de facto ſine titulo, an teneatur ea exprimere in nominationibus? Videtur quod non, quia videtur ceſſare ratio tex. ergo & diſpoſitio. l. quod dictum. ff. de pact. Item iſte qui de facto tenet, nõ dicitur proprie poſſidere: quia verbum poſsidere ad ius refertur, tenere ad nudum factum. l. poſſeſſio. ff. de acquiren. poſſeſsio. Petrus Ferra. in pract. in prima forma libel. verb. 1. an dictus Ioan. &c. Alexan. conſi. 35. in fi. in. 6. volumi. l. 1. §. quod ait. ff. quorum lega. allego tex. vltra eos. in. l. 2. ibi poſſeſſores non conuenit appellari qui ita tenent. C. de præſcrip. triginta ann. & l. penul §. 1. ibi tenuerit, ibidem. vide gloſ. in. l. in rebus. C. de iure dotium niſi addatur, quod de iure tenete poſſit. glo. in. c. gratia de reſcrip. in. 9. Contrarium arbitror verius in odium violenti. c. eum qui. & ibi glo. de præben. li. 9. Feli. poſt Ioan. Andr. & alios in. c. noſtra. verſicu. ſpoliatus. de reſcrip. Prouinciale omnium eccleſia. folio. 55. quia non intereſt vtrum iure legitimo poſsideant, an non. tex. in. l. 1. §. non quærimus. ff. ſi quis omiſſ. cauſa. teſta. Alioqui ſtultus & intruſus eſset melioris conditionis, quam peritus, contra. d. c. eum qui. de præben. lib. 6. Nec obſtat quod non poſsideat, quia large & in odium ſuum dicitur poſsidere, nec refert iuſta vel iniuſta ſit poſſeſsio. argumẽ. d. c. eum qui. l. 2. ff. de interdict. gloſ. in verbo poſsidebunt. de colla. in prag. §. item quod vniuerſitas. hoc etiã tenet Cardi. in cle. 2. q. 5. vt lite penden. & quod tenere aliquando accipiatur pro poſſidere, eſt tex. in capitu. ſi beneficia. de præbend. in. 6. ibi, quæ illi tenebant antea. l. cũ proponas. in. 2. C. de pact. Pau. Pariſius in. c. cauſam. colum. penul. de præſcrip. ideo dicit ſolennis glo. in §. ſi tres. de pace tenen. & eius viola. Beatus qui tenebit. hoc refert gloſ. in regula cancel. 15. l. fina. C. de reiuendica. vide Lucam de penna. in. l. prima columna. 3. C. de deſerto. libro. 12. igitur ſi vniuerſitates ſciuiſsent hunc ſceleſtum alios ſpoliantem, eidem non conceſsiſsent nominationes. ideo illa taciturnitas vitiabit eas. 12

De poſſeſſis nõ pacifice an ſit mẽtio faciẽda.

¶ Septimo quæro, an de his quæ non pacifice poſsidet, teneatur in nominationibus facere mentionem? gloſ. in propriis termi. nis. in §. item quod vniuerſitates. in verbo poſſidebũt. de colla. in pragma. tenet quod non, argu. capi. licet de præbend. in. 6. c. cõmiſsa. de elect. eo. lib. cle. ſi plures. de præben. & in extrauag. execrabilis §. qui vero. Ioan. 22. quia verba ſunt intelligenda cum effectu. l. 1. ff. quod quiſq; iur. c. relatum. de cleri. non reſident. Ex quo infert, quod nominatus non tenetur facere mentionem de beneficio cuius recredentiam habet, & pendet adhuc lis ſuper pleno poſſeſſorio, quia per recredentiam non efficitur quis pacificus poſſeſſor, ſicut per primum decretũ in realibus non conſequitur miſſus veram poſſeſsionem, ſed cuſtodiam, aut vt alii volunt poſſeſſionem commutabilem, quia intra annum venienti, & cautionem præſtãti de parendo iuri, debet reſtituere fructus perceptos. l. ſi quis emptionis. in fi. C. de præſcri. 30. vel. 40. anno. c. paſtoralis §. præterea. de offi. ordi. c. 1. & 2. de eo qui mittitur in poſſeſſ. hæc ille. Ego contrariũ teneo, quia poſt quam de eo, quod poſsidet de facto, tenetur facere mentionem, vt ſupra dixi, à fortiori & de alio quod non poſsidet pacifice. Item tex. tantum dicit poſſeſſa, ergo ſiue fuerint poſſeſſa pacifice, ſiue non, oportet ea exprimere. Nam ſi voluiſsent tantum beneficia

Reprehẽditur glo. prag. ianct.

Source : BIU Cujas

pacifice possessa esse exprimenda, hoc dixissent conditores. ca. ad audientiam. de decimis, & quia non hoc dixerunt, non est nostrum addere. ad tex. illud verbum pacifice. Imo addens peccat in sanctum spiritū. Porcus, & ibi Iaſ. in §. 1. institu. de patria potestate. & in. l. gallus. ff. de libe. & posthumis. Itē indefinita æquipollet vniuersali. cap. vt circa. de electio. lib. 6. l. si pluribus. ff. de lega. 2. Et sic dū dicit possessa, debet intelligi quomodocunque siue pacifice, siue non. Præterea potest ea per sententiam declarari ad se pertinere, & pacifice postea possidere incipiet, & tunc haberet vltra ducentos florenos auri de camera, & tamē impetraret nominationes, quod est prohibitū. Insuper fieret fraus legi, quia habētes beneficia vsque ad valorem ducentorum aureorum, faceret sibi moueri litem super illis, & postea impetrarent nominationes, & acceptarēt alia beneficia, quod est prohibitum. Nec minus dicūtur possessa in effectu, licet sint litigiosa not. per Cardinalē in cap. de multa. §. 1. col. 1. de præben. & sic teneo, nec iura pro glos. allegata probant suam opinionem, nisi intelligas glo. in eo cui mouetur lis super possessorio, quia licet obtinuerit recredentiam siue vt dicunt tenutam, adhuc nō dicitur in hoc regno maxime possidere simpliciter, sed sub manu regia. ideo non tenetur illud quod nō possidet, exprimere, nisi staret per eum qui habet recredētiam, quominus possideret, vtpote quia non prosequitur litē super pleno possessorio, tūc potest dici possessor. hoc expresse tenuit glo. in §. item quod vniuersitates. in verbo possidebunt. de collat. in pragmati. quia paria sunt possidere, vel stare quominus possideatur. arg. c. commissa. de electio. in. 6. & tutius est exprimere. vide Alberi. in tract. statut. in prima parte quæsti. 177. item quæritur. &c.

13 Beneficia de nouo collata nō possessa exprimuntur.

¶ Octauo quæro, cuidam collatū est beneficium, cuius possessionem nondum adeptus est, vult nominationes impetrare, an teneatur exprimere illud beneficiū? Respōdeo breui, non, quia illud nō possidet, & beneficia possessa tantū debent exprimi, quāuis per solam collationem ius quæratur absenti in beneficio. c. si tibi. de prebē. in 6. In no. in c. inter cætera. de præben. glo. in §. itē quod vniuersitates. in verbo possidebūt. de colla. in prag. nisi in fraudē hoc faceret, & tutius & æquius est vt mentionē facias, ne postea processibus inuoluaris, & hoc si scieris, alioqui diuinare nō teneris. arg. l. si putator. ff. ad. l. aquil. facit. c. gratia. de rescrip. in 6. nam qualitas iūcta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. 1. ff. de noxal. actio. sed ista qualitas videlicet possessa, est iuncta verbo exprimere, ergo oportet quod sint possessa tempore nominationis impetratæ. Nec refragatur, quod in beneficialibus non consideratur possessio. cap. 1. & per totū de eo qui mittitur in poss. sed solus titulus. c. si tibi absenti. de præbē. in. 6. quia respō. hoc esse verum, nisi lex figat pedē super possessione, vt in. c. si a sede. de præbend. in. 6. & licet in mandatis & impetrationibus de iure ad rem sit facienda mentio, vt patet per Felinum in capit. in nostra. de rescript. per illum text. tamen secus est in nominationibus, in quibus est expressum, beneficia possessa tantum esse exprimenda, & sic nondum acceptata nō, nisi fraus esset, vt supra dixi.

14 De bñficio vnito an sit facienda mentio.

¶ Nono quæro, an tam de beneficio principali, quàm de vnito sit facienda mentio in nominationibus? Respon. non de beneficio vnito. argu. cap. super eo. de præb. lib. 6. Ita expresse tenet Ioan. Brunellus in trac. de dignit. legi. in conclu. 19. post glos. in §. item quòd vniuersitates. in verbo qualitates. de colla. in prag. vbi limitat quando vtraq; ecclesia esset æque principalis, tunc vtraque debet exprimi, argu. cle. 1. de præben. capi. 1. de consecra. ecclesiæ vel altaris. Ancha. cōsilio. 114. pro impetrante. Item nec de beneficio ignoranter sibi collato. capi. gratia. de

Source : BIU Cujas

reſcrip.lib.6.nam is non poſsidet,qui ignorat.l.3.§.Neratius.ff.de acquir.poſſeſ. vt ſupra dixi.Et aduertendum eſt,quòd ſi nominatus neget ſe poſsediſse id temporis, vide licet dum nominationes impetrauit, aſserens contrariũ probare debet.l.2.ff.de probat.Tamen ſi probetur nominatum alicuius agri fructus illius eccleſiæ ante recepiſſe,præſumitur quod illo anno poſsederit illud beneficium.ſing.eſt dictum Bal.in addit.ad Specula.in titu,de probat.verſic. ſed quæro qualiter. quod eſt notandum teſte Francif·Cremen.ſingu.132.ſi probo.nil tamen intereſt,ſiue poſsideat eccleſiam exiſtentem infra terram, ſiue ſupra terrã.l.pe regre.ff.de acquir.poſſeſ.ſiue per ſe,ſiue per aliũ,quia is poſsidet cuius nomine poſsidetur.l.quod meo.ff.de acqui.poſſeſ.

¶Decimo quæro,an ſpoliatus ſuo beneficio in nominationibus teneatur exprimere id beneficium quo fuit ſpoliatus? videtur q̃ non per.§.volumus.de colla.in cõcord. vbi tantũ tenetur exprimere beneficia poſſeſſa ſed nõ poſsidet illud quo fuit ſpoliatus.c.in literis.de reſtit.ſpolia.ergo illud exprimere non tenetur.Secũdo facit,qui de vno dicit, de alio negat.l.cum prætor.ff.de iud. c.nõne.de præſumptio.cap.qualis.25. diſtincti. Tertio eſt tex.in.c.ſi tibi cõceſso de præb. in.6.vbi quando quis non recipit fructus, non dicitur habere beneficiũ,ad hoc vt primum dicatur vacare per adeptionem ſecundi.c.ſi propter.de reſcript.in.6.& hanc opinionem tenuit glo.in §.item quod vniuerſitates.in verbo poſsidebũt.de colla.in prag. Quarto in cõcord.dicitur quod beneficia poſſeſſa exprimere beneficiatus tenetur,ergo nõ tenetur exprimere nõ poſseſsa,& illa quibus eſt ſpoliatus.In contrarium facit, quod qui habet actionẽ ad rẽ,ipſam rẽ habere videtur.l.qui actionẽ.ff.de reg.iur.Et id apud ſe quis habere videtur, de quo habet actionem.habetur enim quod peti poteſt.l. id apud.ff.de verborum ſignificat.ſed iſtud eſt per fictionem.Secundo per ſpoliationẽ non perditur titulus, nec beneficium. Panormit. Imol.& Felin.in capi.in noſtra.de reſcript.

Tertio in mandatis apoſtolicis & aliis literis impetrationis ſpoliatus ſuo beneficio tenetur facere mentionem ſui beneficii ſpoliati,quãdo intendebat illud proſequi.doct. in.d.c.in noſtra.& Panor.& alii in.c.cũ teneamur.de præben.ergo & in his nominatiõibus,cũ ratio diuerſitatis nõ aſsignetur. Quarto habenti beneficia vſque ad valorẽ ducentorũ aureorum,non dantur nominationes.§.volumus.eo.tit.in concorda.ſed is qui eſt ſpoliatus,habet ſaltẽ titulũ,ergo&c. Quinto auferri debet materia delinquẽdi. l.conuenire.ff.de pact.dota.ſed poſset nominatus procurare vt ſpoliaretur ſuo beneficio,vt poſtea impetraret nominatiões. & vigore illarum haberet beneficia,ergo &c. tamen quando ſtat per aliquem quo minus poſsideat, dicitur poſsidere.c.licet canon. & cap.commiſsa.de electi.lib.6. Sexto vbi ſpoliatus primo beneficio accepit ſecũdum incompatibile,pacifice,dicitur primum vacare.Inno.& alii in cap.de multa.de præbẽ. ergo ante adeptionem ſecundi illud primũ habebat? Reſpondeo,aut quæris an ſpoliatus ſuo beneficio teneatur in nominstionibus exprimere beneficia quibus vel quo fuit ſpoliatus,& dic quòd non per ſupradicta in prima parte,quia non ſunt poſseſsa,& beneficia tantum poſseſsa quis tenetur exprimere ſecundum concordatum,a cuius verbis non eſt recedendum.l.non aliter.ff.de leg.3.& quoquo iure poſseſsa ſint,nõ quærimus, dicit tex.in.l.1.§.non quærimus.ff.ſi quis omiſsa cauſa teſtam.vbi etiã dicitur,ſi forte quaſi prædo poſsideat,teneri,fingens ſibi aliquem titulum poſseſsionis,quocunque modo lucrifacturus quis ſit. Si tamen poſtea illud recuperet,& velit nunc petere beneficium vacans in vim nominationis, hoc non poterit,per d.§.volumus.vbi dici-

Source : BIU Cujas

tur quòd si nominatus obtineat beneficiũ, quod ad valorem ducentorum florenorum auri de camera ascendat, tunc beneficium petere seu consequi non potest. Ecce ergo quòd licet impetrauerit nominationes tempore spoliationis, ei non proderunt, si tempore vacationis obtineat beneficia vsq; ad prædictum valorem, etiam si in nominationibus illud beneficium expresserit. Et sic est concludendum quod nominationes valent etiam si non fuerit facta mentio de beneficio quo fuit spoliatus: tamen si illud recuperauerit post impetrationem nominationum, aliud beneficium ratione illarum consequi non poterit, si illud beneficiũ vsq; ad valorem præstitutum ascenderet, alioquin contra, per prædicta. & sic vides opiniones conciliatas, notes perpetuo.

18 An sufficiat exprimere bñficia genere.

¶ Vndecimo quæro, an sufficiat in nominationibus exprimere beneficium in genere, vt non obstante quòd alia beneficia habeat? videtur quòd sic. in capi. non potest. §. vlti. de præbend. in. 6. & quia tantũ valet ex pressio generalis in suo genere, quantum specialis in sua specie. l. si duo. ff. de administrat. tutor. Contrarium arbitror verius, quia in concordat. §. volumus. dicitur quod nominatus tenetur exprimere beneficia quæ habet, & verum eorum valorem. quod non faceret, si in genere exprimeret. & hoc tenuit glos. in. §. item quod vniuersitates. in verbo qualitates. de collatio. in prag. pro hoc facit text. in clementi. 1. de præben. vbi non sufficit expressio ista generalis, & animarum cura non negligatur. Et quòd non sufficiat in genere exprimere, tradit Panormi. & Decius in cap. ad aures. de rescrip. & clementi. vlti. de offic. ordina. Felinus in capi. in nostra. de rescrip. Nec obstat dicto. c. non potest. prout ibi docto. declarant. Et vide sexdecim limitationes ad illam regulam. d. l. si duo. per Bald. in. l. sed & si quis. §. quæsitum. colũna. 2. ff. si quis cautio. imo tenetur exprimere, etiam si motu proprio nominationes impetrarentur, vt dixerit glo. in. d. verbo qualitates. & Brunellus in tract. de dignita. leg. 19. conclu. 4. decla. nõ tamen solent vniuersitates sic nominationes concedere.

19 De eo qui dolo desiit possidere

¶ Duodecimo quæro quid si dolo desiit possidere aliquod beneficium, an illud teneatur exprimere? videtur quòd non, quia non possidet, & beneficia possessa tantum quis tenetur exprimere. Respõ. imo etiam si dolo desiit possidere, quia is pro possessore habetur, qui dolo desit possidere. l. is qui. ff. de rei vendi. & l. quòd si dolo possessoris fugerit, damnãdum eum quasi possideret. ibidem. regula, qui dolo. & regula, parem. ff. de reg. iur. Iaf. & alii in. §. 1. instit. de actio. c. pro possessore. de regu. iur. lib. 6. & dispositio loquens de possessore, habet locum in eo qui dolo desiit possidere. Barto. in. l. vna. C. de aliena. iud. mut. causa facta. Alberi. in. 1. parte statutorum quæsti. 154. Iohan. And. in. d. regula pro possessore. Et Alber. ad verbum refert in. l. qui dolo. ff. de reg. iur. & nõ minus delinquit is qui non incipit possidere, quam is qui desinit. l. 1. §. sane. ff. si quis omissa causa testa. Et quid si lata culpa desinat quis possidere, an comprehendatur. vide Iohan. Fab. & Iaf. in. §. omnium. instit. de actio.

20 Bñficiũ de nouo possessũ an fit exprimendum.

¶ Decimotertio quæro, an beneficium de nouo possessum per sex menses forte vel per aliud modicum tempus, sit in nominationibus exprimendum? Respon. quod sic, dummodo tempore nominationum possideat vel possederit, longo tempore, siue nõ, siue possederit per annum, siue minus: tum quia in concordat. tantum requiritur vt beneficium possessum exprimatur. non distinguens de tempore: tum quia ratio concordato. locum habet siue possederit per annum, siue minus, vtpote vt vniuersitates instruantur an ille qui impetrat nominationes, habeat vsque ad ducentos florenos auri de camera: sed ille qui de recenti possidet

Source : BIU Cujas

beneficiū,habet id temporis vltra ducentos aureos,ergo oportebit illud beneficium exprimere. Non obſtat quod poſſit moleſtari intra annum ſuper poſſeſſorio, quia fac eſſe,attamen non conſideratur ille euentus .l.inter ſtipulantē.§.ſacram.ff.de verbo.oblig.nam de iure poteſt quis in beneficio perpetuo moleſtari,regula beneficium. de reg. iur.in 6.c.cura.de iure patro.gloſ.in verbo triennio.de pacificis poſſeſ. in pragmatica. Et etiā in hoc regno Frāciæ quis poteſt moleſtari intrā trienniū, ergo ante triennium beneficiū poſſeſſum quis non teneretur exprimere, ſi cōſideraretur quod quis poſſet moleſtari.Nec refragatur glo.in verbo pacifice.de pacifi.poſſ.in prag. vbi dicit quòd multi non reputant beneficia eum pacifice poſſidere, niſi per annum poſſederit ſine lite: cum intra annum poſſit inquietari ſuper poſſeſſorio recinēdæ in caſu ſayſinæ, & nouitatis,& beneficium ſequeſtrari ex ſtylo Franciæ,per iura ibi allegata: quia ibi recitat opinionem aliquorum, quam non approbat.vel ibi quo ad titulum de paci. poſſ. non quo ad nominationes.vel dic vt ſtatim dicetur per glo.in ca.cōmiſſa. de elect.in.6. vbi oportet quòd aliquandiu poſſederit antequam dicatur pacifice poſſidere, quia hoc eſt verū in caſu illius.c.&.c.licet canō.ibidem. nā poſſet quis ordinari. & poſtea auferretur ei beneficium, & cogeretur poſtea mendicare.c.diaconi.in.5.93. diſt.ſecus eſt in impetratione nominationum,quia ſi impetrat nominationes,& in eis exprimit beneficia quæ nunc poſſidet, ſi aſcendant vſque ad ducentos aureos, vniuerſitas recuſabit.expectet ergo an beneficiū euincatur,& poſtea nominationes impetrabit. Si vero non aſcendat vſq; ad ſummā taxatā,impetrabit & obtinebit nominationes.igitur expreſſio in nominationibus nullius aut parui eſt nocumēti,ſecus in promotione vel adeptione ſecundi beneficii.

¶ Decimoquarto,quid ſi poſſideat vnā rem beneficii, an beneficium dicatur poſſidere? reſpon.non, niſi omnia bona, vel maiorem partem rerū beneficii.c.1.de reſtitutio. ſpoliat.lib..6 & ſic ſpectatur poſſeſſio rerū corporaliū,& non tantū ſpiritualiū,arg. 1. q.3. c.ſi quis obiecerit.cum ſpiritualia non poſſideantur.c.conqueſtus.de foro cōpet.Card. in cle.fi.q.11.vt lit.pend.Nec obſtat.l. & ſi non totam.cū.ll.ſeq.ff.ſi quis omiſ.cauſa teſta.quia hoc habet locum quo ad illum titulū,ſecus quo ad concor.& mediocriter etiā doctus rationem diuerſitatis luculenter ex his eliciet. De poſſidēte vnā rem bñficii.

22

¶ Secundo, requiritur ꝙ numerus beneficiorum exprimatur, vt probatur in d.§.volumus.ibi beneficia,alio modo ponderando quā ſupra, vbi ſi habeat beneficia, & ſic plura,vt probatur in c.is cui.de præben.in 6.ea debet exprimere, cum ſit maior ratio in pluribus.quàm in vno.c.quia nonnulli.de cler. non reſident.c,quia in tantū.de præben. nā poſſunt aſcendere vſq; ad ducētos auri florenos facilius,quàm vnum. Numer⁹ bñficiorū exprimēd⁹ eſt

23

¶ Primo quæro, pone nominatum habere vnum beneficium in regno, aliud extra regnum, an teneatur vtrunque exprimere? Videtur quod non,quia poſtquam non poteſt ad illa quæ extra regnum ſunt, nominari,ergo nec exprimere ea tenebitur. Idē de his quæ foris ſunt,quid ad vniuerſitates? argu.c.gaudemus.de diuor.Contrarium videtur verius,per illam rationem,vt vniuerſitates ſciant an is qui vult nominari, habeat vſque ad ducentos ducatos. ſiue ergo habeat extra regnum,ſiue intra, intereſt vniuerſitatis non concedere nominationes illi habenti beneficium, ergo oportet illud exprimere.cum ſit eadem ratio, & eadem erit iuris deciſio.l.illud.ff.ad.l.aquil.& quia concordatū nō diſtinguit,nec nos .l. de precio. ff.de publicia. in rem actio. Item text.dicit exprimenda beneficia, ergo vbicunq; ſint, dum tamen poſſeſſa ſint à nominationes impetrante. quia beneficium eſt, ideo po-

Source : BIU Cujas

Cõclusio beneficia etia extra regnũ possessa, in nominationi. bꝰ exprimi debẽt

sui conclusionem. Beneficia etiam extra regnum possessa in nominationibus exprimẽda sunt, & si ad beneficia extra regnum nominationes concedi non valeant. Nec obstant in contrarium adducta, quia nõ est eadem ratio concedendi nominationes, & exprimendi. nã potestas limitata data est vniuersitatibus regni, vt nominent, ergo non debet extendi ad beneficia, videlicet extra regnum. l. in agris. ff. de acqui. rerum dominio. Sed habenti beneficia prohibet cõcordatum concedere nominationes, nisi ea exprimat. dict. §. volumus. si ergo habeat extra regnum, & non exprimat, non satisfacit cõcordato, volenti beneficium exprimi, ergo suæ nominationes non valebunt. Nec obstat. d. c. gaudemus, quia loquitur de his quæ sunt extra ecclesiam, & non in casu isto, & ista opinio est tutior.

24 An nolãs teneatur exprimere bñcia quę habet in cõmẽdã.

¶ Secundo quæro, an nominatus teneatur exprimere beneficia quæ in cõmendam habet? & videbatur ꝙ nõ, quia ea videtur detinere, cũ sit tãq̃ depositarius. glo. in ca. nemo. de elect. lib. 6. Videtur contra, quia nõ potest negari, quin ea possideat, siue in titulum habeat, siue in cõmendam: siue vnũ in titulum, & alterũ in commendam. nã commenda est titulus canonicus. ca. dudum. in 2. de electio. dixi in tracta. de pacificis possessio. in. 5. extensio. nam non quærimus quo iure possideat, sed an possideat. ita dicit tex. in. l. prima. §. non quærimus. ff. si quis omissa causa testa.

¶ Tertio quæritur, quid si ad nutum abbatis monachus vnũ beneficiũ habet, & possideat, an teneatur illud exprimere, eo ꝙ non est perpetuũ? non videbatur, quia beneficia perpetua esse debere testatur. ca. præcepta. 55. dist. Item facit. c. postulasti. de reser. vbi fit differentia inter titulũ temporalẽ, & perpetuum, & alia multa quæ possem allegare, quæ tamen serio omitto.

25

Bñficia quę quis obtinet ad nutũ

¶ In contrariũ me trahit, cũ hoc possit esse perpetuum, pro perpetuo iudicabitur, argu. l. sufficit. ff. de conditio. indebi. imo si abbas ex malitia remoueret monachũ, is ipse posset supplicare superiori abbatis: & ipsum superior debebit tueri, instar serui. l. 1. C. de præcib. impera. offeren. Innocẽ. in c. insinuãte. qui clerici vel vouẽtes. glo. in. §. & idẽ ordo. in verbo perpetuis. de colla. in prag. vbi cõcludit, hæc manualia etiã posse permutari. citat Feder. in tracta. de permuta. beneficio. q. 16. vide quæ dixi in tractatu de pacific. possess. in sexto. limit. Item hic non exprimit perpetua, ergo etiam non perpetua tenetur quis exprimere, quia de beneficio quòd quis obtinet in titulũ, debet facere mẽtionem de iure. c. si proponente. de rescrip. ca. si motu. de præben. in 6. nec hoc casu ius distinguit, an sit temporale an perpetuum. nec etiam nos distinguemus. l. de precio. ff. de publicia. in rem act. ius ergo considerat an detur in titulũ vel non, sed manuale datur in titulum cle. quia regulares de supplẽ. neglig. præla. cum ibi notatis, ergo de eo debet fieri mentio, & ita concludit in impetrante apostolico Calderi. consi. 9. an impetrans. & idẽ in nominationibus puto cõcludendũ. Nec obstat primũ, quia iam est ei responsum, nec. c. postulasti. quia ibi fit differẽtia inter perpetuam & temporalem vicariã, non ratione temporis, sed respectu tituli, quia in temporali nõ datur titulus. secus in perpetua. notatur in c. cũ ex eo. de elect. in 6. & in c. si gratiose. de rescrip. eo. lib. nõ tamen tenetur facere mentionẽ de loco collegiali, vbi in singulos annos datur victus tãtum vsque ad decem annos, vel aliud tempus, non perpetuo, vel si darentur fructus alicuius altaris vsque ad decem annos. Calder. consi. 6. an si episcopus. rub. de præben. quia nõ est beneficium ecclesiasticũ. Idem Calder. ibidem cõsi. 30. an si sacristæ. secus si perpetuo, vt dixi supra quãdo essent (vt dicunt) spiritualizata.

26

27 Capellanias modici valoris an teneat quis exprimere.

¶ Quarto quæro, quid si habeat Capellanias pauci valoris? Respondeo, tenetur ex-

supioris an sint in nõnatio. nibus exprimẽda.

Source : BIU Cujas

primere,per capi.ſi motu proprio.de præbē. in 6.quia hic dicit beneficia, ergo intelligit quæcunque beneficia,ſiue maiora, ſiue minora.Et quæ dicantur maiora, vel minora, arbitrariū eſſe dicit Geminia. conſili.85.ſu per primo dubio.circa finem. ſequitur de ri pa in cap.ad aures.colum.1.de reſcrip. licet aliqui contra teneant.Item paruum & magnum in iure differentiam non inducunt. l.1.§.cum dicitur.ff.ſi cui pluſquam per lega. falci.l.quamuis minima.vt in poſſe.lega.l.ſi proprietarius.de damno infect. Et qūia beneficium etiam modici commodi requirit reſidentiam,c.conquerente.de clerici. non reſident. Oldra.conſi.140.in eccleſia.colū. prima cum ſingula officia in eccleſiis aſſi = duitatem exigant perſonarum.c. ad hæc.de præbend.

¶ Non obstant quæ supra diximus, quia in concordato nõ apponitur verbum propria manu scribæ, ideo poterit signari per alium. quod sic probatur. Propriis manibus debet leuari infans in baptismo. c. ad limina. 30. q. 1. Et tamen compaternitas contrahitur per procuratorem, secundum communem opinionem positam in capi. veniens. de cognatio. spiritua. Felin. in capi. licet. columna. 3. de testi. facit capi. si quis suadente. 17. q. 4. iuncto cap. mulieres. de sententia excõmunica. Panor. in cap. fina. de iuramen. calumniæ. hoc tenet Albertus in tracta. de forma & solennitate actus, rubr. ex quibus consistant forma & solennitas, folio. 27. columna. 3. vbi dicit non importari personalitatem. vel industriam, quando dicitur tantum, manibus, vel manu scribæ, vt in concordato. ergo per substitutum poterit fieri. plene tradit Barba. in c. 1. numero. 25. & seq. de libel. obla.

14 Actꝰ qñ per aliũ possit fieri.

¶ Item etiam si in concordato esset propria manu, adhuc posset fieri per alium, per regulam quam tradit Cardi. in clemen. 1. de iureiuran. vbi dicit, quando actus non est præiudicialis, vel nõ est electa industria personæ, potest fieri per aliũ, licet dicatur propriis manibus. Bald. in. l. vna. §. ne autem. C. de caducis tollend. probatur per Felinum in c. licet ex quadam columna. 2. & sequen. de testi. Item valet actus non seruata forma, quando imminet necessitas. Alexan. & Soci. in. l. 1. ff. de lib. & posthu. Bald. in propriis terminis in rub. C. de fide instrumen. colũ. 8. numero. 23.

¶ Præterea statuto Delphinali cauetur, ꝙ propria manu debent subsignari literæ a iudice, tamen valebunt si fuerint signatæ a locum tenente, secundum Guido. in statuto si quis. in verbo propria manu signatas, versi. sed quid si dictæ.

¶ Oportebit tamẽ quod ille qui sic subscribit, protestetur se facere noĩe scribæ Bart. in. l. ad testium. §. si ab ipso. ff. de testa. vbi dicit testem signantem anulo alterius, debere protestari. Ratio est, quia si vteretur signo alterius tanquam proprio, incideret in falsum. l. eos. & l. lege Cornelia. ff. de fal. §. itẽ lex Cornelia. insti. de publi. iud. moder. in. §. possunt, insti. de testa. 15 No. tu qui subscribis ꝑ aliquo.

¶ Primo quæro, in qua parte debent signati? Respon. in fine, argu. l. hac cõsultissima. ibi, finem autem testamenti subscriptiões. C. de testa. l. subsignatum. ff. de verbo. signific. Spec. in tit. de instru. editio. in fine. nam scriba subscribere debet nomen suum & cognomen in nominationibus, vt ibidem in aliis instrumentis dicitur, & Guido papæ in d. verbo propria manu. in princip. sic Specu. in. §. vt autẽ. versic. notarius. rub. de senten. in. 2. parte. Paul. in. l. cum antiquitas. in fine. C. de testa. Bart. in. l. si quis ex argentariis. §. si initium. circa finem. ff. de edend. licet Bal. in. l. non enim aliter. ff. de adoptio. dicat non esse determinatum locum a iure, in quo debeat apponi signum notarii. plus 16 Quo ĩ loco debeant nominationes signari & aliꝗ scripturꝗ.

Source : BIU Cujas

dicit in.lege.ad teſtium.§.ſi quis de teſtibus ff. de teſtat. non eſſe curandum an ſignum notarii apponatur in principio vel in fine inſtrumenti, tamen ſubſcriptio in fine debet poni,& etiam ex conſuetudine ſignum: & ille locus eſt magis conueniens.Bauer.in §.poſſunt.colum.3.& ſequent.inſtitu.de teſta.& ſic de cõſuetudine ſeruatur, ita quòd ſi contra fieret,non valeret inſtrumentum, nec nominationes.

¶ Secundo quæro, quid ſi fuerint duo ſcribæ,an vterque debeat ſubſignare? Videtur quòd ſic, quia cum duo notarii recipiunt vnum inſtrumẽtũ,non ſufficit quòd vnus illorum ſignet, ſed requiritur vtriuſq; ſignũ, niſi inſtante neceſſitate Alber. per illũ tex. in.l.1. ff.de offic.conſul. Guido papæ deciſio.122.Et quilibet in ſua ſubſcriptione debet facere mẽtionem alterius. Rebuffi. in.l. nulli.in fine. C.de numerariis & actuar.lib. 12.quod non ſeruatur.& talis cõſuetudo vt inſtrumentum non valeat niſi ſint duo notarii, valet,vt not.Dec.in.c.2.nu.6.de proba. & quando conficiunt varia inſtrumenta, neutri creditur, quia ſibi inuicem derogant.l.ſcripturæ.C.de fide inſtru.ſic conſuluit Bald.conſil.392.in primis.ver.vltimus. Si tamen tempore peſtis vel alterius neceſſitatis non reperiretur niſi vnus,ille ſolus poſſet conficere inſtrumentum adhibitis duobus teſtibus & valebit. Angel.per illum tex. in.§.quod autem.in authen. de non alienãd. reb.eccle.colla.2.allegat.l.fin.C.de teſtam. Contrarium arbitror verius, quia.§.præfati. 2.dicit manu ſcribæ.ergo ſufficiet vnus, & ita ſeruat vniuerſitas Tholoſana,quia quilibet cenſetur eſſe datus in ſolidum, ideo valet ſine ſubſcriptiõe duorum.ſecus ſi eſſent duo collegæ electi.patruus meus in d.l.nulli.Bald.in.l.iuriſiurãdi.colum.3.C.de teſti. Si tamen ex conſuetudine vel ſtatuto requiritur ſignum ſcribæ & Bidelli generalis in nominationibus, vt apud Bituriges,tũc nõ valebunt niſi ſignum vtriuſque interueneˉrit,ita tenet Guido in.d.q,122.an inſtrumẽtum. Sed hoc eſt plus, quã ſit à concordatis expreſsũ,requirere,& ex cauſa valet: vt quãdoque in vniuerſitate Biturice. dum ibi pro fiterer dixi.

¶ Tertio quæro,quo ſigno debeat ſcriba ſeu notarius vti in nominationibus? Reſpõ.ſigno conſueto,alias ſi mutauerit ſignũ ſuum falſi tenetur. Bal.& alii in prima cõſtitu. C. & in.l.comparationes.col.vltima.C.de fide inſtru.& c.ſignificauit.de appel.& ibi Peru. & alii.Lanfran.in c.quoniã contra. in verbo inſtrumentorum.col. 2. de probatio.per l.fina.C.de aſſeſſorib.& §.item lex Cornelia.inſti.de publi.iudic.Feli.in c.1.de fide inſtru.Ratio eſt,vt poſtmodũ ex iſtis inſtrumentis ad alia fiat facilior cõparatio.§.oportet.in authen.de inſtrument.cautel.& fide. colla.6.glo.in .d.§.itẽ lex cornelia. quod recte fieri nõ poſſet,ſi diuerſis vterẽtur ſignis glo.in.§.ſed ſi inſtrumenta. in verbo adiiciatur.d.authen.de inſtru.cautel.& fide.Bauer.in d.§.poſſunt.notab.2.inſti.de teſta.

¶ Ideo vitiarentur nominationes ſi ſcriba vniuerſitatis eas ſignaret per duas literas, vt P.R.volens dicere Petrus Rebuffus,vel per duas ſyllabas incognitas,vel per literas nouas,quia tales notæ nec literæ ſunt,dicit tex.in.l.ſed cum patrono.§.fina. ff.de bono, poſſeſ.& ibi glo.& hoc intellige quãdo ſcriptura de ſubſtantia erat, vel de forma,alioqui quando eſſent tales literæ.licet nõ probent,tamen non vitiant: ſed perinde eſt ac ſi ſcriptura earum rerum non eſſet facta, argu.l.1.ff.de iniuſto rupt.l.ſed ſi pupillus.§. proſcribere.de inſtitu.actio.Bald. & Imol. in.l.quoties.§.primo.ff.de hæred.inſti. Albert.Brunus in tract.de forma. Rub.ex quibus conſiſtant forma & ſolennitas.verſiculo quadrageſimoquarto.ibi, quædam vero ſunt &c.

¶ Quinto,requiritur quod ſigillo vniuerſitatis ſint ſigillatæ.d.§.præfati.ibi,ſigillo vniuerſitatis &c.nec valerẽt,niſi eſſent muni-

18 Notarius quo ſigno vti debet.

19 Nominationes & ſigna in cognita nõ ſignẽtur.

20

Sigillo vniuerſitatis ſigillari debẽt nominationes.

Source : BIU Cujas

tæ ſigno ſcribæ, & ſubſcriptione, ac ſigillo vniuerſitatis, ſpec. in tit. de inſtrumẽ. editti. §. inſtrumentũ ergo publicũ. verſi. itẽ quòd nõ eſt ſignatũ. & verſi. item quod non eſt ſigillatũ. vbi ſigillum & ſubſcriptionẽ requiri dicit. idem tenet Guido papæ. quæſt. 175. literæ. &, 481. literis in ſuis deciſio. Bart. in l. ſi procuratorem. ff. de procurato. Docto. c. 2. de fide inſtru. Panor. & alii in c. poſt ceſſionem. de probat.

21 ¶ Item inſtrumentum ſigillatum ſigillo regio, ſine notarii vel notariorũ ſubſcriptione nõ habet executionẽ paratam, niſi conſuetudo aliud habeat, vt dico in practi. mea ſuper ſtylo Bituricenſi articu. 1. rub. de execu. vide tex. in l. fi. §. ſin autẽ hi. C. de bonis

22 auctoritate iud. poſſi.

Literis epiſcoporũ an & qñ credat.

¶ Facit quòd nec creditur literis epiſcoporum ſigillatis ſine teſtibus & ſubſcriptione notarii circa prouiſiões factas de beneficiis ad eorum collationem ſpectantibus in præiudicium apoſtolicorum impetrantiũ. Rota deciſio. 201. not. quod nõ creditur. Panor. & alii in dict. ca. poſt ceſſionẽ. → facit tex. in cap. cum à nobis ibi nec ſcriptum eorum niſi teſtiũ adminiculo fulciatur de teſtib. → Quid in aliis caſibus, tradunt doct. in d. ca. poſt ceſſionem. Calder. conſi. vltimo. Rub. de fide inſtru. & Bald. in cõſi. 319. ſuper. 1. & conſil. ſeq. in. 3. volumi. Quia impetrantes apoſtolici ſunt ordinarii exoſi. ideo ordinarii facile vti ſolent antidatis, & ſigillũ eorũ

23 apponunt ad libitũ, teſte Bonifa. in clemen.

Quę in ſigillo requirant.

vlti. col. fin. de ſenten. excommunica. Et in hoc ſigillo requritur actus, aptitudo volũtas & character. Bal. in. c. 2. columna. 3. de fide inſtrumen.

¶ Primo quæro, Quotuplex eſt ſigillum?

24 Reſpondeo, multiplex. quoddam eſt ſigil-

Multiplex eſt ſigillum.

lum auctoritatis, vt ſigillum papæ, regis, epiſcoporum, & dominorum temporalium. ca. nobiliſſimus. 96. diſtinct. & ibi notat. & clemen. vna in fine de iureiurand. Aliud eſt ſolennitatis, vt ſigillũ teſtium in teſtamentis. §. poſſunt. inſtitu. de teſta. & quod ius ciuile annulum vocat, ius canonicum ſigillum appellat teſte Innocen. & Imol. in cap. 2. de fide inſtrumen. Eſt tamen text. egregius loquens de ſigillo, in. l. videamus. §. qui vinũ. ff. loca. & in. l. æquiſſimum. §. ſed ſi ædium de vſufru. & l. cætera. §. Item hoc prohibetur de lega. primo. Aliud eſt ſigillum teſtimoniale. vt. l. ſi qua per calumniam. C. de epiſcopis & clericis. l. Caius. ff. de pigno. actio. vt eſt iſtud quod in nominationibus apponitur, ideo in eis ſolet apponi, in quorum fidem & teſtimonium, &cæ. Aliud eſt ratificatiuum. l. 2. C. de rebus alienis non alienand. & ibi Bald. & in margarita in verbo ſigillum. quæſt. 2. Aliud ponitur in ſignũ conſenſus. cap. 1. de procura. vt quando agitur de præiudicio ſigillantis. Bald. in dict. c. 2. colum. 3. Aliud ſigillũ datur in ſignum cõfirmationis. ca. inter dilectos §. 1. de fide inſtrumen. Imol. in ca. 2. colum. penult. de fide inſtrumen.

25 Sigillum quid debeat continere.

¶ Secundo quæro, quid debeat continere ſigillum. Reſpondeo, debet continere quandam impreſſionem. l. 1. verſi. ſinauté ſocius, ibi ſigillo impreſſo. C. de cõmuni ſeruo manu. & ibi. Bal. notat illum tex. l. decernimus. C. de aquæ ductu lib. 11 §. ſi pecunia. ff. depoſi. cap. inter dilectos. de fide inſtrumen. glo. in ca. nobiliſſimus. 96. diſtinctio. In qua impreſſione debet eſſe imago principis, ſeu rectoris, vel arma regis, aut ſigillantis, vel eius imago, ſeu alicuius ſancti ſicut in mone ta. l. fina. C. de veter. numiſmatis poteſtate. libr. 11. Baldus. conſil. 376. caſus talis eſt, domini de laſcala. in. 3. volumine.

¶ Item debet continere characteres ſeu literas circum, vt ſigillum vniuerſitatis, vel ſigillum regis, vel alias literas aptas & conuenientes ſigillo. text. c. ſignificauit. de appella. & ibi. doct. c. inter dilectos. de fide inſtrumen. Et ſigilla debent apparere orbita & characteres. vt ſit forma. gloſ. in. d. ca. inter. in verbo dimidia. & nomen ſigillãtis. l.

Source : BIU Cujas

decernimus. C. de aquæ ductu. lib. 11. Ideo si quis vellet sigillare cum re nō habente characteres, vel literas legibiles, puta cum corrigia, non posset. §. possunt. instit. de testa. l. ad testiū. §. signum. ff. de testa.

¶ Ex quo infertur quòd defectus formæ impressionis seu characteris impedit rei essentiam, vt non valeat actus factus sine illis, imo defectus vitiat, vtpote si figura seu imago amplius non appareat, vel character sigilli. dict. cap. inter dilectos. vbi si sigillum frangatur pro ea parte, vt non dignoscatur imago, vel tantum atteratur, vel cassetur, vt non cognoscantur literæ, nec cuius sit sigillum, non faciet fidem, & vere nō est sigillum, propter formæ omissionem. Specu. in titul. de instrumen. editio. §. instrumē tum. versi. item quod imago. & in titulo. de procurato. §. ratione autem formæ versicu. item quod non sunt sigillo &c. Guido. papæ in statuto si quis per literas. in verbo propria manu. versi. sed quid si in &c. Sequitur Albertus Brunus in tract. de forma & solēnitate actus. rub. ex quibus consistāt forma & solennitas. versi. 48. dicens, quādo actus requirit sigillationem, tunc sigillum est de forma. Baldus. in. l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran. ideo cum hic sigillum in literis nominationum & gradus requiratur, non valebunt tales literæ non sigillatæ. nec literæ attestatoriæ temporis studii, vt infra dicetur.

¶ Tertio, quæro an sufficiat quocunque sigillo vniuersitatis sigillare nominationes? Respondeo, non: sed oportet quod sigillo destinato ad nominationes sigilletur, si aliquod sit: & non valeret si esset sigillum destinatum ad nominationes & gradus, & alio diuerso sigillo sigillarentur, per. dictū. cap. significauit. ibi, sigillum capituli ad citationes tantum. quod est notandum, quia vtendum est qualibet re ad eius vsum destinata. cap. ad nostram. & capitu. suggestum. de apppellat. Baldus. & perusi. in dict. cap. significauit. Et per hoc dixi quod si nominationes consueuerant sigillari magno sigillo, & rector appposuit paruum sigillum, quod non valent, per supra adducta. nam sigillum ad vnum actum deputatum, non facit in alio actu fidem, per dicta. cap. significauit. nam limitata causa limitatum producit effectum. lege. in agris. ff. de acquiren. rerum dominio. Aret. in dicto. capi. post cessionem. & Decius in dict. capi. significauit. Imo nominationes redderentur suspectæ, si figura appposita in sigillo esset valde diformis sigillanti, vtpote si episcopus, doctor, vel vniuersitas haberet sigillū in quo est impressa figura hominis armati. idem si capitaneus vel miles haberet sigillū in quo est impressa imago doctoris, aut episcopi. nam illud sigillum debet esse, vt in notionem sigillantem deducat. l. stigmata. C. de Fabricen. libro. 11. hoc tenent expresse Porcus & Bauer. in. d. §. possunt. institut. de testamen. quia nomen rei conueniens esse debet. §. est & aliud. institutio. de donatio. sic & sigillum.

¶ Si tamen vniuersitas promiscue vteretur magno & paruo ad nominationes, tunc essent validæ, & sic possent saluari contra opponentem non esse recte sigillatas, secūdum docto. in dict. cap. inter dilectos. de fide instrumen. In Montepessulano sigillantur magno sigillo cum retro impressione minoris. quod si non fiat, non valent, quia ita solitum est fieri, argumen. lege. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum peta. & ibi Iason multa ad hanc rem facientia adducit.

¶ Ideo in nominationibus solet apponi, in quorum omnium fidem & testimonium, sigillum nostrum consuetum apponi iussimus &cæ. nam in literis debet exprimi ad quid sigillum apponatur. Et si non exprimatur, videtur apponi ad id quod natura causæ desiderat, quia ex natura actus datur intelligi voluntas. l. si stipulatus. ff. de vsur.

Source : BIU Cujas

Bald.in capitulo ſecundo column.3. de fide inſtrumen.

82 Sigillo facultatis nominationes ſigillatę nō valēt

¶ Quarto, quæritur, an valeant nominationes, ſi ſigillo tantum facultatis legalis, vel canonicæ ſeu theologiæ, ſigillētur? Clarū eſt quòd non, quia tex. dicit ſigillo vniuerſitatis, & facultas nō eſt vniuerſitas. nā diuerſitas nominum inducit diuerſitatem rerum. l. ſi idem. C. de codicil. etiam ſi ſigillarentur ſigillis omnium facultatū, & omitteretur ſigillum vniuerſitatis, quia forma omiſſa redderet actum nullū. l. 1. ff. de liber. & poſthu. Et iſta opponi poſſunt cōtra nominationes, nec poſſunt euitari ſi probentur. Si tamen per inuidiam vel malitiam rector recuſaret ſigillare nominationes alicui ius facultatis, poſſet inſtante neceſſitate facultas ſuo vti ſigillo, per. l. primam. ff. de offici. conſul. & capi. ſi quis propter. de furt. & vt malitiis hominum obuietur. ca. ſedes. de reſcrip.

¶ Nec etiā valerent nominationes ſi ſigillo rectoris priuato ſigillarentur, cum non ſit ſigillum vniuerſitatis. ideo hæc qualitas, videlicet vniuerſitatis, debet interuenire, per ea quæ probat Ioannes Andreæ in ca. 1. de homicid. lib. 6. in nouella. vbi dicit: ſi probatum fuerit aliquem occidiſſe hominem, qui occidens accuſatus fuerat occidiſſe tāquam aſſayſinus, ſi illa qualitas non fuerit probata, non debet condemnari. Bar. in. l. 1. per illū tex. ff. ne quid in flumine publico. & Baldus. in. l. ſi quis non dicam. C. de epiſcopis & clericis. Et quando ſigillo authentico debent ſigillari inſtrumenta, debet probari illud eſſe authenticum. Decius in capi. poſt ceſſionem. column. 3. de probat. Sic in nominationibus debet probarieſſe ſigillum vniuerſitatis. & hoc probabetur, ſi in nominationibus fuerit expreſſum, vt ſolet apponi. In quorum omniū fidem, & teſtimoniū has noſtras nominationū literas ſigillo vniuerſitatis communiri iuſſimus &c. Poſſet tamen probari contrarium, ſed eſſet difficile, & oporteret eas falſas probare, ad quod eſt ante cogitandum.

29 Annus in nominationibus apponi debet.

¶ Quinto. requiritur in nominationibus annus, ad hoc vt antiquior quis ſit appareat, qui debet præferri §. Statuimus. de collatio ni. in concordatis. & infra dicetur. & in inſtrumentis regulariter requiritur annus, & alia quæ tradit glo. in. l. generali. C. de tabula. lib. x. & doct. in. l. ſi quis ex argētariis. §. ſi initium. ff. de edē. plene Barb. in repe. rub. de fide inſtrumen.

30 Dies & menſis in nominationibus apponi ſolet

¶ Sexto, dies & menſis, vt appareat quo tēpore conceſſæ ſint, & an extra tempus permiſſum. nam de conſuetudine non conceduntur extra tempus quadrageſimæ, licet nullum tempus ſit præſtitutum vt cōcedātur per concordata. ideo conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, erit attendēda l. de quibus. cū. l. ſequen. ff. de legib. ideo poterunt iſta opponi contra nominationes ſic data ſententiæ in ſententiis eſt ſcribēda cap. tum ex literis. & ibi not. Imola. de reſtitu. in integ

31

¶ Alia etiam quæ adhibētur in inſtrumentis publicis, vtpote locus, & alia tradita per glo. in. d l. generali. C. de tabul. lib. x. ferme ſolent in nominationibus interuenire, quæ magis per ſtylum inducuntur vel per conſuetudinem vniuerſitatis, quam ſcripto poſſint declarari.

32 Quatuor requiſita in inſtrumentis.

¶ Item notat Bal. in rub. C. de fide inſtru. col. 5. numero. 15. quod ad hoc vt notarius poſſit conficere inſtrumentum, requirūtur quatuor. Primo facti commiſſio, id eſt q̄ ſit rogatus, vt in authē. de tabel. colla. 4. Secundo rei cognitio, id eſt vt qualitatē apprehēdat per ſenſum corporis. Tertio requiritur iuris permiſſio, id eſt quod inſtrumentū cōficiatur de permiſſis, non de prohibitis. l. iubemus. §. his tabellionibus. C. de ſacroſan. eccle. §. ſcriba. de prohibita feud, aliena. per Federic. Quarto teſtium præſentia, & rogatio, quæ proſequitur Bald. in dict. rub, ibi videre licet.

Source : BIU Cujas

¶VNDECIMA PRINCIPALIS QVAESTIO.

¶VNDECIMO principaliter quæritur quæ requirantur in literis certificatoriis tẽporis ſtudii? Reſpon. ſcripturam, ſigillum, ſubſcriptionem ſcribæ vniuerſitatis, & illa ſex quæ ſupra proxima quæſtione dixi, requiri, vt eſt text.in.d.§.præfatiq; graduati, & ſic nõ valerent atteſtationes quando rector & facultas certificarent, quia non eſt vniuerſitas quæ requiritur. vt ſupra dictum eſt in nominationibus.

¶ Septimo requiritur quod duo teſtes ad minimũ de tempore ſtuudii atteſtentur vniuerſitati vel facultati, quia vbi numerus teſtium nõ adiicitur, duo ſufficiunt. l. vbi numerus. ff. de teſtib. c. licet ex quadam. illo titulo. vbi dicitur quod vnus nõ ſufficit etiã ſi præſidali fulgeret dignitate, quia regulariter non facit plenam fidem. l. iuſiurandi. C. de teſtibus. & nominati & graduati tenentur plenam fidem facere de tẽpore ſtudii. d. §. præfati ibi, fidem facere teneantur. quod non eſſet ſi per vnum tantum probarent, nec vniuerſitates certificarent quendam ſtuduiſſe niſi prius audirent teſtes, & ſic vidi ſeruari.

¶ Primo quæro, quales debent eſſe tales teſtes de tempore ſtudii deponentes? Reſpon deo, probatæ vitæ, & opinionis. c. licet vniuerſis. cum ſequẽ. de teſti. l. 3. in princ. ff. eo. Ideo ſolent Tholoſates apponere in literis certificatoriis hæc verba, nobis fides facta extitit per teſtes fide & teſtimonio dignos. licet hæc nõ debeãt apponi, quia non ſtatur ſcripturæ referenti, niſi producatur ea ad quam fit relatio. tex. in authen. ſi quis in aliquo. C. de edend. ideo ſimpliciter vniuerſitates Franciæ certificant quem ſtuduiſſe nulla habita mentione teſtium, & iſtud eſt tutius. Requiritur etiam quod ſcholares pro ſcholaribus deponant, nõ faber, vel cerdo: quia quæ in ſcholis aguntur, non poſſunt facile aliter probari, quàm per ſcholares ibidem exiſtentes, ſicut nec illa quæ fiunt in capitulo poſſunt probari aliter quàm per canonicos. c. veniens. 2. in fine de teſti. Idem de his quæ domi fiunt, dicitur in. l. cõſenſu. §. ſuper. C. de repud. ſi tamen omnes ſcholares cauſa peſtis vel belli ab vniuerſitate diſceſſiſſent, poterit tempus ſtudii probari per bidellum, vel vicinos, qui in dies viderunt illum ſcholarem ingrediẽtem ſcholas: vel per ſuum hoſpitem, in cuius domo habitabat, argu. d. l. conſenſu. §. ſuper. & ibi addidi.

¶ Requiritur etiam quod illi teſtes ſint iurati, nam teſti non iurato non addibetur fides. l. iuſiurandi. C. de teſtib. capit. tuis, illo tit. etiam ſi fuerit religioſus obſeruantiæ. c. nuper. de teſtib. etiam ſi eſſet ſanctæ vitæ. Barb. in tract. de præſtan. Card. in. 2. quæſt. ſecundæ partis, in fine.

4 Iurati ſũt teſtes.

¶ Intellige quo ad præſumptionem. quam bene faceret. ſed non probationem plenam regulariter gloſ. in cap. cum olim. in primo de priuileg. laſ. in repet. l. admonendi. colũna. 70. numero. 189. ff. de iureiuran. Alexan. conſi. 131. perſpectis. & conſi. 237. in. 6. volumine. Ideo ſolet apponi in literis certificatoriis, teſtes iuramento medio examinatos. Si iſta non opponerentur, præſumeretur falſitas contra has literas, maxime apud Tholoſates, & in Montepeſſulano, vbi hoc vtuntur ſtylo: quanuis ſufficiat vniuerſitatem certificare ſtuduiſſe tali tempore nulla facta mentione teſtium, vt ſupra dixi.

5 An poſſit probari cõtra literas tẽporis ſtudii.

¶ Secundo quæro, vniuerſitas certificat iſtum Titiũ ſtuduiſſe per quinquẽnium, vt facta fides extitit eidem per teſtes, ego volo probare contrarium, videlicet quod non ſtuduit quinquennium, & quod teſtes non ſunt fide digni, nec omni exceptione maiores, vt teſtes eſſe debent. glo. in §. item verborum. inſti. de verbo. obliga. c. 1. de conſanguini. & affini. an poſsim probare? videtur

Source : BIU Cujas

quod ſic, quia de veritate ſemper debet inquiri, vt fides veri conſtare poſsit. l. 2. &. l. non eſt nouum. C. de eden. Item quando lex vel ſtatutum dicit ſtandum eſſe iuramẽto alicuius, poterit tamen contrarium probari per legitimas probationes. text, & ibi Panormi. & alii in. c. propoſuiſti. de proba. c. continebatur. de deſponſa. impube. Bald. & Sali. in. l. 1. C. de reb. cred. Item quando dicit ſtãdum dicto alicuius, intelligitur niſi probetur contrarium. gloſ. & docto. in. l 2. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxa. cau. agatur. dixi plene in ſtylo Bituri. articu. 2. gloſ. par ſermẽt. rubri. 1.

¶ In contrarium videtur, quia vili ſeruienti creditur in his quæ eidem commiſſa ſunt ratione officii. c. quoniam contra. & ibi Lãfranc. & alii. de proba. Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo per nunciũ. quomo. in leſæ maieſta. crimi. proced. c. ad audientiam. de præſcriptio. Fortius creditur toti vniuerſitati atteſtãti de tempore, quia non eſt veriſimile quod vniuerſitas admitteret teſtes viles, & falſum deponẽtes. Ideo illis debet ſine dubio ſtari.

¶ Item creditur literis epiſcoporum ſigillatis in his quæ ad ſuum ſpectant officium. c. poſt ceſsionem. de proba. item creditur literis examinatorum. c. cum ſecũdum. & ibi Card. 21. notab. de præben. ergo & fortius vniuerſitati credetur, alioqui quotidie ſic nominationes impugnarentur, & via fraudibus pateret, contra. l. in fundo. ff. de rei vẽdi. c. ſedes. de reſcrip. niſi eas literas falſas allegaret & probaret.

Teſtes vt debeant de ponere.

¶ Tertio quæro, quomodo debeant illi teſtes deponere? Reſpon. de quinquennio vel de trienno in nobilibus, & requiritur quòd
6 ſint cõcordes in tempore, alioqui non probant. Vnde ſi vnus deponeret de quinquennio, alter de quadriennio, non valerent literæ certificatoriæ niſi in quadriennio, quia in alio ſunt ſingulares, qui non probant. c. bonæ. in. 1. de elect. no. in c. licet. de prob. l. ob carmen. §. fina. de teſtibus dixi plene in tractatu meo de reprobationibus & ſaluationibus teſtium, in verbo ſingulares. Tamen ſi teſtes tantum deponerent de quinquennio, valeret: quia licet non ſit cõtinuũ expreſſum, præſumitur. l. ſi vſuſfructus in biẽniũ. ff. de vſufruct. lega. & l. ſi cũ hermes vbi Bal. C. de loca. vide Alexand. in. l. ſi procuratori. in fi. ff. de verb. oblig. vbi quãdo fit mẽtio de tempore, in dubio intelligitur de continuo. not. in. l. eũ qui Calẽdis. ff. de ver. obli. & ſufficit quod maiori parte temporis ſtuduerit. vt tradit Bal. in. l. mutiane. §. primo. ff. de conditio. & demon. declaro inter priuilegia ſcholarium.

7 Tempus ſtudii an debeat cõiungi.

¶ Quarto quæro, pone duos depoſuiſſe Titium ſtuduiſſe per biennium, & alios duos depoſuiſſe eundem alio triennio ſtuduiſſe, an valeat ipſorum depoſitio? videtur quòd non, quia quinquennium requiritur, & non fruſtatim, ſicut lupus comedit fruſtatim agnum. c. 1. §. nos ſumus. 13. q. 1. Inno. in ca. qualiter. in 2. colum. 1. de accuſa. Vnde dicit Bal. in. l. obſeruare. colũ. fi. C. quorũ appel. nõ recipiuntur. quod ſi ſtatuto caueretur, quod ſi quis iuerit de tali loco ad talem, pede mulctetur. & duo teſtes dicũt quod viderũt ire vſque ad dimidiã partẽ, alii vſq; ad aliã dimidiam, hæ probationes non coniungũtur, nec perfectum acceſſum probãt, niſi deponant quod viderint principium & finem. ſequitur Iaſ. in repet. l. admonẽdi. nu. 253. cum ſeq. ff. de iureiur. Refert Catellianus Cotta in ſecunda parte memoraliũ. in verbo indicia. Iaſ. conſi. 25. col. 5. in. 3. volu. Reſpon. depoſitionem teſtium valere, & cõiungentur tempora. arg. l. vnicæ. & ibi multa addidi. C. qui numero tutela. plene præpo. in c. quorundam. 23. diſt. facit quod diuerſitas quæ ſimul iungi poteſt, non facit teſtes ſingulares, vtpote volo probare præſcriptionem decẽnalem. probo per duos teſtes de primo quinquennio, per duos alios de ſequenti quinquennio, optime probo ex

Source : BIU Cujas

coniunctione testium, ex quo resultat probatio continui temporis decennalis ex coniunctione testificationum sic in tempore studii. Bald. in l. testium. nume. 12. C. de testib. Ancha. consi. 276. visa. Nec obstant supra in cõtrariũ adducta, quia debent intelligi in probationibus imperfectis, quæ nõ cõiunguntur. secus quãdo probationes per se sufficienter sunt probatæ, & ita vnũquodq; indiciũ, per se sufficienter probatum potest cum altero coniungi. Bal. in l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de edend. Barb. in tract. de præstan. Card. in. 2. q. primæ partis. col. vlt. Feli. & alii in c. causam. notab. 1. de offic. deleg. Alex. consi. 13. ex his. col. vlt. in. 1. volu. Cotta vbi supra in verbo probationes. Hipoly. consi. 20. digneris. nu. 47. cum seq. siue longũ tempus intermedium fuerit. siue breue, cum tex. tantum requirat quinquenniũ, & eadem ratio militat in eo qui duos annos studuit, anno. 1512. vsque ad decimum quartum, & postea obrutus negotiis, intermisit studium vsque ad annum millesimum quingentesimum vicesimum septimum, & postea studuit tres annos. dico posse coniungi per supradicta, vt infra dicetur. & probant docto. per illum tex. in c. fina. de succes. ab intesta. & i. c. præterea de testibus. vide Collec. in cap. ex parte. de cleri. non residen. vbi in pœnis dicit non cõiungi, vt si religiosus audiuerit leges per vnum mensem, & postea destiterit, demum audiuerit per alterũ mensem, nõ erit excommunicatus, vt no. in cap. nõ magnopere. & c. super specula. ne cleri. vel mona.

¶ Quinto quæro, quidam habet literas certificatorias temporis studii de triẽnio quo studuit Tholosæ, & de biennio quo studuit hic Parisiis. In literis tamen gradus dicitur quôd studuit per quinquennium in hac nostra Pari. vniuersitate, & tamen non studuerat nisi per biennium. Quæritur quibus literis stabitur? Videtur quod nullis, quia quando testes sunt contrarii, omnes repellũtur. l. eos. & ibi Bar. ff. de fal. l. qui falsa. de testib. c. licet. de proba. & scripturæ repugnantes & contrariæ non probant. l. scripturæ. C. de fide instru. Contrarium dicerem, standum esse videlicet literis certificatoriis temporiis studii, quæ sunt factæ pcincipaliter ad hoc vt certificent: literæ vero gradus, vt probent gradum. ergo si incidenter faciant mentionem de tempore studii, non debent derogare alteri instrumento super tempore studii confecto, cum prolatum sit enunciatiue, & sic non probet. l. ex hac. ff. de dona. clemen. vna. de proba. Et istæ literæ gradus debent intelligi secundum alias literas certificatorias, videlicet quod studuit per quinquennium in nostra vniuersitate, computato tempore quo in altera studuit. Et hic error vniuersitatis non debet nocere graduato rite qualificato, quin possit corrigi. argu. l. 1. & per totum. C. de erro. aduoca. & demonstratio falsa nõ vitiat. l. demonstratio. ff. de cõdi. & demonst. Et ibi Bar. & Soci. & fuit hoc à me in palatio sæpe petitum, & ita respondi. 9

Vniuersitas nõ attestat de tempore studij alterius vniuersitatis.

¶ Sexto quæro, pone quod studui trienniũ Tholosæ, & biennium in Montepesulano, & nominatus sum in Montepesulano, an vniuersitas Montipesulani possit certificare de tempore studii Tholosæ? Videtur quod sic, quia illud censetur permissum, cp nõ est prohibitũ. l. præcipimus. C. de appellatio. Item omnia potest vniuersitas, sine quibus nominationes haberi non possent. l. 2. ff. de iurisdic. omnium iudi. c. præterea. de offi. delega.

¶ Item iudex testes alterius prouinciæ audit etiam de eo quod est in alia prouincia factum. l. iudices. C. de fi. instrumen. Item cui conceditur consequens, & antecedens. vnde si cui concedatur aquæ haustus, videtur esse concessum iter ad illum fontẽ vel puteum. l. 2. §. fi. ff. de seruit. rusti. prædiorũ. Pan. in c. cum liberum. colũ. 2. de sepultu. l. olympico. ff. de seruit. vrbano. prædio. Sed

Source : BIU Cujas

vniuersitatibus regni est concessum vt nominationes possint dare, ergo & tempora studii poterunt facere, sine quibus non valerēt nominationes.

¶ Veritas in contrarium se habet, quia vna vniuersitas nō certificat de tempore studii alterius. nam confunditur ordo quando vni cuiq; sua iurisdictio non seruatur. c. peruenit. 11. q. 1. alioqui præeminentiam vnius altera vsurparet, quod iure prohibetur, quia quilibet suo debet esse contentus, non aliena quærere. l. fina. C. vnde vi. Item quis debet habere literas certificatorias ab illa vniuersitate i qua studuit. si ergo studuit in pluribus, a qualibet debet habere literas certificatorias dicto §. præfati. 2. Igitur cum istud pro forma datum sit, debet seruari, & eius omissio vitiabit capitu. cum dilecta. de rescript.

¶ Item verisimile est quod tempus studii melius poterit probari in loco vbi scholaris studuit, quam in alio. l. 1. §. 1. ff. de flumi. §. si res. & ibi Aluaro. vlti. not. de pace tenen. & eius violat. c. scriptum. ibi, per Venetias. & ibi expresse Bald. de elect. per. l. 2. C. vbi de ratio ci.

¶ Nec obstat quod non sit prohibitū, quia imo est prohibitum in concordato, sed nō iudici, ideo conceditur ei. Nec refragatur quòd omnia sunt concessa, sine quibus &c. Nam vniuersitas potest certificationis literas facere de tempore quo studuit in eadē vniuersitate, non in alia. Et sic illud antecedens censetur esse cōcessum qualificatiue, & per hoc non obstant in contrarium adducta, & ita seruatur.

10 Nota qñ vna vniuersitas possit de tpe studii alterius attestari.

¶ Fallit quando illa vniuersitas esset vacās ob bellum, vel pestem, vt fuit Papien. tunc crederem aliam vniuersitatem posse certificare etiam de illo tempore necessitate instante, quæ non habet legem. l. vna. ff. de offic. consul. alioqui pauper scholaris non posset obtinere nominationes, at ex causa subueniri debet scholaribus. l. 1. ff. ex quib. caus. maior.

¶ Secundo fallit quando ab vtraque parte haberet literas studii certificatorias, tunc illa adiectio credo quod non vitiaret, siue habeat ante, siue post, per regulam, vtile. de regulis iuris in. 6. Item si studuisset primo quinquennium Tholosæ, & Bituris per annum. nam non vitiantur literæ, si apponat Bituris, dummodo habeat literas certificatorias ex vtraque vniuersitate. quod est notandum.

¶ Sexto quæro, vniuersitas exprimit nominatum studuisse per tēpus præstitutum requisitum tam per concordata, quam per ordinationes, an sufficiat? Videtur quod non, quia testes non possunt deponere per verba iuris. Ancha. cōsilio. 296. visis. cum multis ibidem adductis. Contrarium dicerem, quia paria sunt dicere certum tempus, vel se referre ad certum. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudi. ideo paria sunt dicere per quinquennium, vel per tempus competens, & præstitutum, quia concordatum dicit opus esse probare tempus studii, non dicit quinquennium, ergo. item vniuersitas non fungitur vice testium, sed superioris. nam potest esse quod testes deposuerunt de quinquennio, & vniuersitas dicit studuisse per tempus requisitum, & sic nō debet scholari esse fraudi. Probatur, quia non refert quid ex æquipollentibus fiat. l. cum seruus. ff. de verbo. obliga. l. si mater. C. de insti. & substi. & in æquipollētibus idem est iudicium. l. mulier. in prin. ff. ad treb. c. in his. de verbo. signifi. ista sunt æquipollentia per tempus requisitum in concordatis, vel per quinquēnium, ergo valebit. ita dixi in palatio. plena manu scribam, si operæpretium fuerit. Poterit vniuersitas etiam ex interuallo declarare intentionem suam, videlicet quod sensit de quinquennio, & istud declaratum habetur ac si a principio fuisset dictum. Pau. ibi per illum text. in. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testamen. vbi qui declarat, nil no-

11 Genera lis attestatio puta quod studuit tempꝰ legitimū & statutum an sufficiat.

ui dat. quod est verũ, nisi ex tali obscuritate redderetur dispositio inutilis, tunc declaratio illius obscuritatis, quæ redderet dispositionem nullã, non poterit fieri, quia qui declarat, censetur de nouo facere, quod nõ esset permissum in præiudiciũ tertii. gl. & docto. in d. §. sed si notã. Feli. in ca. edoceri. col. 5. de rescrip. Refert Alber. brunus in tract. de forma & solennita. actus. fol. 90. col. 3. & seq. & ideo nõ posset collator postea in sua collatione addere ista verba tanquã graduato, per supradicta.

¶ Octauo quæro, nominatus studuit Auenione, vel in Italia triennium, & Valentiæ per biennium, vult nominari Valẽtiæ, quæro an illud tempus quo studuit Auenione, & sic extra regnum, ei suffragetur? Videtur quod nõ, quia sicut vniuersitas Auenionen. non potest cõcedere nominationes, ita nec literas temporis studii, quia prohibito vno, videtur prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud. l. oratio. ff. de spõsa. dixi in repe. cap. postulastis. in princi. de cleric. excommunica. ministran. Contrarium videtur. nam omnes vniuersitates tam regni q̃ extra regnum possunt certificare de studio sui scholaris. l. nemini. §. 1. C. de aduoca. diuerso. iudicio. Et licet plus sit cõcessum vniuersitatibus regni, videlicet nominare, aliis tamen non est detractum quo minus possint de tempore deponere, vt in d. §. 1. dicitur. Iurisperitos etiam doctores eorum iubemus iuratos sub gestorum testificatione depromere esse eum qui postea subrogari voluerit, peritia iuris instructũ. Nec obstat ꝙ prohibito vno, quia vniuersitatibus extra regnum non est prohibitum nominare, nam eis nunquam fuit cõcessum, sed est de nouo concessum vniuesitatibus regni nominare, & ob illam concessionem non videtur prohibitum aliis vniuersitatibus non concedere tempus, quo quis ibi studuerit, & certificare, & hoc videtur conueniẽs cõcordato, in quo sufficit certificari studuisse in vniuersitate famosa, & priuilegiata. Sic excluditur is qui studuit domi, vel ruri, vbi nulla erat vniuersitas. c. tuæ. de cleri. nõ resident. Et sic posui conclusionẽ, quòd nominato tempus studii ex vniuersitate etiã extra regnũ habitum, prodest. vide tamẽ quæ dixi supra. q. 10. num. 10. vbi dixi certificari posse quo ad priuilegia iuris, sed nõ quo ad priuilegia concordatorum: & ita teneas. Cõclusio.

¶ Nono dubitari vidi in Montepessulano quidam studuit in medicina per biennium, postea conuolauit ad secunda vota, videlicet ad ius ciuile, vel contra, in quo studuit triennium, sumpsit nominationes, an ei suffragari possint? Breui videtur quòd sic inspiciendo rationem concordati, quæ est vt ecclesia viros habeat literatos, & de eisdem ecclesiis prouideatur. sed hic qui studuit in medicina, est literatus, ergo eidẽ potuit prouideri in nominationibus. 13 Studium medicinæ an possit coniungi cũ studio legum.

¶ Secundo hoc probatur in concordato, in §. tempus. vbi computatur tempus quo quis studuit in artibus à logicalibus inclusiue, fortius computabitur illud tempus quod cõsumpsit in medicina, & vtrunque coniungetur ad quinquennium peragendum. & istud videtur æquum, licet contraria opinio posset tueri, quam probaui supra quæst. 5. & videtur verior, per ea quæ ibidẽ dixi. ibi videre potes.

¶ Decimo, quid si biennium domi studuerit, vbi nulla erat vniuersitas, & triennium in vniuersitate, an possit nominationes habere: Respon. non, quia studens extra vniuersitatem, non gaudet priuilegiis. cap. tuæ. de cleri. non resident. doct. in authen. habita. C. ne filius pro patre. & ibi dixi. item cõcordatum dicit in vniuersitate, ergo studendo domi, nõ est studere in vniuersitate, imo non sufficeret studere in vniuersitate nõ famosa, vt dixi in d. §. præterea. & in priuilegiis scholarium. 14 Studium domi factũ an cõputetur.

¶ Vndecimo quæro, studuit Tholosæ triẽnio, & postea legit bienniũ, an tempus quo 15 Tẽp⁹ lecturæ an cõputari possit.

Source : BIU Cujas

qnis legit, debeat eidem cõputari? Videtur quòd nõ, quia tex. dicit ſtuduit nõ dicit legit, quod dixiſſet, ſi voluiſſet. ca. ad audiẽtiã. de decimis. Alibi dicitur, Multo tẽpore diſce, quæ poſtmodum doceas. ca. ſic viue. 16. q. 1. alioqui culpandus eſt, ſi dux eſſe voluit, qui tyro adhuc eſſe non meruerat: & docere, qui diſcere debebat. cap. ſi officia. 59. diſ. ideo dicit tex. in ca. qualis. 8. q. 1. Qualis erit ædificatio diſcipuli, ſi intelligat magiſtro ſe eſſe maiorẽ? & ibi dicit glo. quòd quidam diſcipuli in hoc decepti nimis feſtinant ad cathedram, & dum delectantur in loco gloriæ fiunt aliis authores ruinæ. cap. quoniam. 48 diſtinc. Præterea culpa eſt ſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti. Regula, culpa. de reg. iur. ergo ex ſua culpa nòn debent lucrũ ſentire. Et contra illos qui nimis feſtinãt ad legendũ in illa facultate, in qua non audiuerunt, vel parum, clamat glo. in. d. c. qualis. 8. q. 1. & ibi nota.

¶ Contrarium teneo, quia concordatũ concedit illi qui ſtuduit quinquennium, vt poſſit nominationes ſumere. ſed is qui legit, dicitur ſtudere. l. vna. C. de excuſa. artiũ. li. x. vbi glo. dicit, Diſcere ſi queris, doceas, ſic ipſe doceris. & alibi traduntur alii verſus. Condita decreſcit, vulgata ſcientia creſcit

Verſus. Creſcit & augetur, minuitur ſi retinetur.

Alber. & moder. in §. nos vero. in proœ. ff. Ideo dicitur quòd Bar. legendo & docendo optimus factus eſt. Bald. in. l. prima. colũ. 8. num 39. C. qui accu. non poſ. ideo ſunt qui legunt, vt diſcãt. Panor. in. c. 1. de feriis. Et hic non eſt culpandus, quia omne artificiũ per exercitiũ recipit incrementũ. l. ſeruis legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. 3.

¶ Item vbi eſt veriſimile quod ſtatuens in caſu omiſſo ſtatuiſſet id quod ſtatuit in caſu expreſſo ſi de eo cogitaſſet, tũc caſus omiſſus habetur pro expreſſo. text. iuris mei hor. in. l. mulier. 1. in princi. ff. ad Trebel. & ibi moder. Aquen. gl. ſing. in. l. tale pactũ. §. fin. ff. de pact. ſed ſi cõditores fuiſſent interrogati de hoc caſu, ſic reſpõdiſſent, ergo & nos reſpondebimus.

Legẽtes dicuntur ſtudere.

¶ Præterea appellatione ſtudentium veniũt legentes & cõprehenduntur etiam proprie quia legens intendit ſtudio. §. illud. in proœmio. ff. & hoc in fauorabilibus, ſicut hic, & inſpiciendo mentem conditorũ. Anto. Panor. & alii in proœ. decre. & in c. nõ magno pere ne cleri. vel monach. nã verbũ ſtudere eſt indifferens ad docendum & audiendum ſeu diſcendum: & determinatur & ſpecificatur ſecundũ materiam cui adiungitur, vt Barba. no. in addi ad Panor. in proœmio de creta. in verbo ſtudium.

16

¶ Duodecimo, quidam ſtuduit in artibus per triennium, & effectus eſt magiſter artium, poſtea rexit in artibus per biennium, docendo pueros, an illud tempus debeat eidem computari? Videtur cp̃ ſic, vt proxime dixi, quia docens gaudet eodem priuilegio quo diſcens.

Magiſtro artium'regenti an illud tempus cõputetur.

¶ Præterea erat pauper, qui nõ valebat conuolare ad altiorem facultatem ſine libris, nam dicitur, Haud facile emergũt, quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi. & ſine libris non poterat fieri doctior, vel in altera facultate altiori ſtudere. l. penulti. ff. ad exhiben. Et ratione neceſſitatis hoc debet ei permitti, vt pleraque alia, quæ not. doct. in. l. vna. ff. de officio conſul. Gerard. ſingu. vlti. Reſpon. ſi docuerit à logicalibus ſupra vel in altiori facultate. tum quia humi non repit, ſed aſcendit ad altiorem ſcientiam, & mens concordatorum eſt vt ad altiora hos in artibus ſtudentes pelliciat, cum ſint ſemper circa infima ſoliti reſidere, tunc gauderent nominationibus, & illud tempus computaretur, alioqui dicerem quod non prætextu defectus concedentis. arg. capi. cui de non ſacerdotali. de præbend. libro. 6. & quia Roma. pontifex non erat eius intentionis. ca. cum in illis. in princ. illo tit. Poſtquam ergo non intendit priuilegium concedere diſcẽtibus artes à logicalibus infra, ergo nec

Source : BIU Cujas

docentibus, cũm iſta ſint correlatiua, & vno prohibito, & alterum cenſetur etiam prohibitum. l. ſecunda. C. de indict. viduita. alioqui omnes ſic docerent, & ſub ſpe modici lucri non aſcenderent ad altiorem facultatem theologiæ, vel aliam. & quia docendo etiam videntur ſtudere, vt proxime dixi. & ſi ſtuderent grammaticæ non gauderent hoc priuilegio ſic quando regunt. Non obſtat ratio paupertatis, quia difficultas non excuſat. l. continuus §. illud. ff. de verb. obliga. nam alternis horis docere, & aliis horis in altiori facultate diſcere poterit, & ſic ſuis neceſſitatibus ſuccurrere. nam quidam philoſophi laborabant interdiu, noctu vero ſtudebant, vt poſtea poſſent viuere. Textor in ſua officina teſtis eſt.

☞ Et pro hac parte interuenit arreſtum ad vtilitatem magiſtri Michaelis bellenger contra magiſtrum Ioannem de leſpine, qui ſic rexerat, licet vniuerſitas Pariſien. iuncta cum iſto Ioanne de leſpine plures rationes deduxiſſet, tamen curia minime habuit reſpectum ad dicta per vniuerſitatem. & fuerunt hæc prolata anno. 1537. die. 18. maii. ☜

¶ Vltimo requiritur, ꝙ certificatoriæ literæ certificent de matricula, quia ſcholaris non matriculatus non gaudet priuilegiis ſcholarium. l. ſi duas. §. decet. ff. de excuſa. tutor. l. matriculam. & ibi patruus meus Rebuff. C. de agentib. in reb. lib. 12. Bauer. in §. ſed hactenus. col. 2. inſt. de teſt. milli. gl. 2. §. item quod ad dictas. in verbo. vniuerſitates de colla. in prag.

¶ Sic miles nõ deſcriptus in matricula militum, non gaudet priuilegiis militũ. l. ex eo. ff. de teſta. milit. l. ſcriniarios. C. eod. glo. in rubr. inſti. eo. & in. l. eos. C. de offi. magiſt. mili. ſing. ſecundum Barba. in procemio cle. in verbo. ſalutẽ. col. 1. in 2. lectura.

¶ Ita nec ciuis gaudet priuilegiis ciuitatis, niſi ſit in libris ciuitatis deſcriptus, nec conſul creari debet, ſeu ſcabinus aut capitularius, vel ad aliud officium ciuitatis vocari, Lucas de Penna. in. l. vna. C. non licere habitatoribus metroco. libro. 10. quod obſeruatur Tholoſæ, vt licet videre in conſuetu. Tholoſanis. rubrica de electio. ca. Tholoſæ. articulo ſecundo. & Carturci, vt vidi ibidem dum illic doctor regens eram, & ibidem iura tam ciuilia quàm canonica profitebar. 19

¶ Item tabellio nõ deſcriptus in aliorum libro, non poteſt ſuum officium exercere, ſed loco priuatæ perſone habetur. Bald. in. d. l. ex eo. Porcus & Bauerius in rubric. inſti. de teſta. militis.

¶ Idem in aduocato diſponitur in. l. iubemus. C. de aduoca. diuerſ. iudic. quod bene ſeruatur in hac ſuprema curia. Sic non debet gaudere nominationibus, qui non eſt in matricula deſcriptus, & à die matriculæ oportet quòd ſtuduerit quinquenniũ. & hoc ſeruat egregia Montiſpeſſulani vniuerſitas. hodie parum momenti habetur hæc matricula, adeo quod ſi probetur aliquem quinquennium ſtuduiſſe ſine matricula. ſufficit vel ante vel poſt, cum in concordato non exprimatur, ſed tantum tempus ſtudii, ergo ſine ea valet ſtudiũ, & ſic ſeruat ſacratiſſimus iſte ſenatus. 20

¶ ✣ Poſtremò quæro quid ſi in literis certificatoriis dicatur quẽpiã ſtuduiſſe quinq; annis nõ exprimendo à tali tẽpore. vſq; ad tale, an valeat? videtur quod nõ, per ea quæ firmat Bar. in. l. celſus. ff. de vſucapio. in fi. vbi dicit quod ſi teſtes deponãt titiũ poſſediſſe decẽ annos, non probant præſcriptionẽ, quia vnus potuit deponere de vno tẽpore alter de altero, & niſi teſtes de eodẽ tẽpore certo & limitato deponant, dicũtur ſingulares, & ſic nõ probant. c. licet. de proba. glo. in. l. ob carmen. §. fin. ff. de teſti Bal. in. l. final. 15. oppo. C. de edict. diui adria tollend. Areti. cõſil. 122. in præſenti. colũ. 2. Imo plus dicit Bar. & alii poſt eũ in d. l. celſus quod ſi teſtes dicãt, quod titius poſſedit iſtis decẽ an 21

Source : BIU Cujas

nis proximis, nõ probant quia possent intelligi, etiã si vna die dicti tẽporis possedisset, ideo debet dicere, quod possedit à decẽ annis citra, & per ipsum tempus. in contrariũ inclino, quod sufficiat vniuersitatẽ attestari studuisse per quinquenniũ, tũ quod in. §. præterea. de colla. in cõcorda. sufficit aliquẽ studuisse quinquẽniũ, non dicit ante gradũ vel post, vt ibi dixi, ergo sufficit quod ante noĩationes studuerit, & perfecerit illud quinquẽnium. Nec debemus requirere vltraq̃ concordatũ requirat, & onerare graduatos, vt probent de proximo quinquennio vel de remoto, cum ad id nos non adstringat cõcordatum, sufficit igitur nominato probare se studuisse ante nominationes quinquenniũ, quandocunq; fuerit, non requiro aliã expressionem extra tex. nam in dubio debemus cõcludere quod actus valeat potius q̃ pereat, .l. quoties ff. de reb. dub. & fauere graduatis & intellectum fauorẽ regni & graduatorũ respicientem recipere, vt non semel dixi in proœmio concorda. Nec refragantur iura supra adducta, quia intelligũtur de præscriptione probanda per testes, hic agitur de tẽpore iã probato vniuersitati, longa est differentia inter probationẽ probandã, & probatam, nã vniuersitati datũ est attestari de studio suischolaris, quod nõ certificaret vniuersitas, nisi sic esset, ergo nõ potest reprobari. argu. l. cum præcibus. C. de proba. nisi de falso velis agere. quod est periculosum. Imo quando tẽpus est simpliciter insertũ, videlicet certificamus titiũ studuisse per quinquẽnium & vltra, non datur tanta materia aduersariis calũniandi tempus, nã quidam suapte natura maligni intendũt probare scholasticum tali tempote fuisse in tali loco, quod potuit esse, quia forte tempore vacationum iuit ad patriam causa quærẽdi pecunias, vt postea in hieme melius studeret, & ob hoc non tollitur quinquenniũ, vt inter priuilegia scholarium scripsi, in repet. auten. habita. C. ne filius pro patre. ✠.

¶ DVODECIMA PRINCIPALIS QVAESTIO.

DVODECIMO principaliter quæro, quæ requirãtur in nobilibus? Respõ. non omnia quæ in ignobilibus, imo in multis defertur nobilibus. Primo in tempore, vt intra triẽniũ gradũ baccalaureatus iuris canonici aut ciuilis & noĩationes assumere possint. §. præteerea. §. cum vero. de collat. in concord. 1 Quę requirãtur in nobilibus.

¶ Primo, quæro quæ sit ratio, cur citeriori & breuiori tempore nobiles possint assumere prædictum gradum quam alii? Respõ. ratio vulgo iactatur, quia in nobilibus non requiritur tãta sciẽtia sicut in ignobilibus, cũ nolint viuere ex sciẽtia, vt dicunt, sicut procuratores & aduocati faciunt. Barba. consilio. 34. præclare. columna. 18. & cõsilio sequent. sapienter. columna. secund. in secundo volumin. dicit in nobilibus non requiri tantam scientiam, sicut in ignobilibus, quia sola gloria & nobilitas reddunt eos satis elatos. vnde dicit glos. singul. in clement. secund. in verbo. excedunt. de magistris. quod nobilitas supplet defectũ scientiæ. & derisiue loquitur secundum Cardina. ibi. Ego vero rationem assignarem, quia conditores voluerunt fauere nobilibus. Et istud est priuilegium nobilium, vltra quinquaginta sex tradita per Bonum de Curtili in tractatu nobilita. in. 5. parte. per totum. & hoc probatur in. §. cũ vero. de colla. supr. ibi, vt nobiles gaudere possint beneficio minoris temporis, ergo hoc datur eis in beneficium & priuilegium, hoc statuerunt conditores, vt nobiles alliciant ad studium, quod suapte natura contemptui multi habent. 2 Ratio cur nobilibus defertur.

¶ Aliam rationem assignant quidam dicentes nobiles habere melius ingenium. ideo breui addiscere possunt, & citius quam alii. Nam nobiles bonas escas, vtpote per- 3 Cibus nobiliũ perdices, rusticorum vero fabę.

dices, fasianos, & alias id genus carnes comedant, quæ generant bonum sanguinem & intellectum, vt dicit Rasis in.tert.ad Almansor. & not. Ioan. de Platea in. l.1. C. de erogat. milita. anno. libro. 12. Rustici vero vescũtur caseo, fabis, & cepis. gl. in. l. seruis vrbanis. ff. de leg. 3. Ergo breuiori tempore, si velint studere, poterunt nobiles esse perfecti & docti in scientiis, quam alii, & etiam quia fere semper nobiles habẽt præceptores, ideo breuiori tempore possunt addiscere, & vti diplomate, vt de Barba dicitur in. l. continuus. §. 1. ff. de verbo. obliga. Sed hanc rationem vidi reprobari, tũ quod filii diuitum comedunt aliquando meliores escas, quam nobiles pauperes. & habent præceptores sicut nobiles, ideo hoc priuilegiũ deberet illis impartiri, si supradictam rationem sequaris. ideo tene rationem quam supra dedi. vel meliorem assignes. Tamen requiritur quod sit nobilis ex vtroque parente. dict. §. tempus. quod potest probari. in capi. Venerabilis. ibi, ab vtroque parente illustrem. de præbend. hic non apponitur illud verbum prag. & ordina. videlicet ex antiquo genere. Et an in hoc text. sufficiat noua nobilitas, concludit Do. Philippus Probus quòd non. in cap. nullus, de electio. in. 6. in Ioan. Monac. addi. vbi vide fusius. tamen ego teneo contrarium in. §. cum vero. in gl. ex vtroque. supra de colla. licet quanto plus veterascit, tanto nobilior habetur. l. tam de mentis & authen. sequen. C. de episco. audien. Bonus de Curtili. in dicto tracta. nobili. in tertia parte. ideo affixi conclusionem hanc, Nobilibus tamen ante quinquẽnium nominationes frustra conceduntur, intellige quando non est nobilis ex vtroq; parente.

¶ Quæret quis, quomodo potest dici nobilis ex vtroque parente? cum nobilitas nõ causetur ex parte matris. l. nullus. in. 2. C. de decurio. glos. de colla. in pragm. in. §. in super. in verbo vtroque dicit improprie dici nobiles ex vtroque parente, cum ad hoc sequantur conditionem patris, non matris, licet ex hoc quòd mater sit nobilis, magis honestentur. hæc ille. Attamen ego puto etiã dici proprie nobiles ex vtroque parẽte, quãdo tam pater quam mater est nobilis, per text. in dict. cap. venerabilis. ibi, ab vtroque parente illustrem, & Osee. 9. cap. Gloria eorum a partu, ab vtero, & a conceptu. vnde dicit Bald. in dict. l. fina. C. de seruis fugiti. quod loquendo simpliciter & præcise, non dicitur quis nobilis respectu matris, sed bene secundum quid, quia omne compositum participat de forma & materia, ideo natus ex vtroq; nobili, poterit dici nobilis ex vtroq;. sic concludit Bonus de Curtil. in. d. tract. nobilita. in. 4. parte. nu. 29. alioqui sequeretur, quòd par esset is qui nasceretur ex patre nobili, & (vt ita vulgo dicitur) ex villana, illi qui nasceretur ex parte nobili, & ex matre etiam nobili, quod non videtur verum, nam duo vincula sunt vno fortiora. cap. vno. de treuga & pace.

6 Mulieres an sint nobiles.

¶ Item sequeretur quod nulla mulier esset nobilis, quod esset peccatum a mulieribus irremissibile, sic tenere, sicut dicitur de peccato contra sanctum Spiritum, vt habetur in Euangelio. Et quòd mulieres sint nobiles, donec nubant ignobilibus, est tex. in. l. fœminæ. ff. de senatorib. ibi, Parentes vero, donec plebeis nuptiis fuerunt copulatæ, clarissimam dignitatem tribuunt. Ergo si fuerint copulatæ clarissimis, & nobilibus, sunt nobiles. facit tex. in. l. 1. ibi. clarissimis nupseritis, claritatem generis retinetis. C. de dignitatibus lib. 12. Postquam ergo sunt nobiles, si nubant nobilibus, nobilitatem filiis suis dare possunt. facit tex. sumendo ibi cõparatiue. in. l. 1. ibi, maior est dignitas ex sexu virili. ff. de senator. ☞ Et decorosior redditur filius ex matris nobilitate. teste Francisco Mingon in consuetud. Andegarub. des douayres, arti. 300. nu. 11. ☜

7 Nobil.

¶ Nec obstat, quod hactenus docto. tenue

Source : BIU Cujas

Ex matre ā aliquis dici posſit.

runt nullum dici nobilem ex parte matris, verum eſse dico ex ſola matre, quia poſtquam nupſit plebeio, perdidit nobilitatem. d.l. fœminæ. quam non poteſt dare, cum non habeat, quia non dat, quod non habet. l.traditio.ff.de acquirend.rer. dominio. & priuatio præſupponit habitum. l.decem.ff. de verbo.obliga.§. ſeruus.inſtitut.de capit. diminutione.& loquitur text.in.d.l.nullus. 2.ibi, nullus ſolius materni ſanguinis vinculis illigetur, ſed quando nupſit nobili, nō perdit, ergo natus ex illis dicetur etiam proprie ex vtroq; parente nobilis, & ita debet intelligi, quicquid doctores hactenus tenuerint.

8

Cōſuetudo an valeat vt qs ex parte matris ſit nobilis.

¶ Imo non valere ſtatutum nec conſuetudinem, vt quis ex parte ſolius matris ſit nobilis, tenet Bar.in.d.l.exemplo.C.de decurio.lib.10.& ibi hoc tenēt patruus meus & Io.de Platea.quod reprobat Feli.in.c.ſuper eo.col.2.de teſti.& in.c.nouit.de iudi.& ibi Decius.& in regula, fœminæ.ff.de regu.iur. & Benedict.in repet.c.Raynutius.in prin. de teſtam.Bonus de curtili.in tract. nobilita.in.4.parte.col.6.nu.28.Chaſſa. in catalo.gloriæ mūdi.in.8. cōſideratione octauæ partis.Ego tamē ſuſtineo opinionem Bart. quod licet non poſsit conſuetudo facere, quod quis ſit nobilis ex matre, quia ex non ente fieret, ſed bene poteſt conſuetudo facere aliquem nobilem, etiam ſi pater nō ſit nobilis, ſi tamen mater ſit nobilis: nō tamē facit eum nobilem, ex matre, ſed conſuetudo eum facit nobilē, quod poteſt facere, & ſic docto.hactenus ſatis perperam intellexerunt, etiam Curtius in repet. c.fi.col.16. verſi.ſeptimo infertur.de conſuetu.vbi dicit valere conſuetudinem, cum ſit iuris poſitiui.& ſtatutum valere firmat decius in.c. nouit .6.nota.de iudi.attamē itellige vt dixi, quia ſi faceret nobilē ex parte matris, eēt quædā contrarietas, videlicet quod ex ignobili quis eſset nobilis, quod non pōt eſse.& ita cōciliabūtur iura. Notent nobiles, quia nō viderunt ſic intellecta,& hic germanus videtur intellectus, & dic quod omnibus nobilibus nobilior eſt ſapiētia.c.7. Sapien.

Cōciliāt opiniones à Bar diſſidentes nouiſque dat intellect.

9

Beneficia villę mu rate an debeātur tm̄ nobilibus.

¶ Secundo quæro, an hæc temporis abbreuiatio conceſsa nobilibus quo ad gradum & nominationes, procedat quo ad eccleſiā villæ muratæ? Nam omnes qui ſtuduerint per triennium in theologia, vel in altero iure, deficientibus graduatis ſunt capaces illorum beneficiorum.§.ſtatuimus.de collat. in cōcorda.nō exprimit de nobilibus. quid iuris? & videtur quōd tantum nobiles poſſint habere beneficia villarum muratarum, quia ſtatuendo triēnium, videtur ſe ad eos retuliſse, qui per triennium ſunt capaces. Contrarium credo verius, & arbitror hunc text.generaliter loquentem, generaliter debere intelligi.l.1.§. & generaliter.ff.de leg. præſtand.& vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.l.de præcio.ff. de public.in rem actio. Item hæc temporis abbreuiatio ſit tantum quo ad gradum & nominationes, ergo in illis tantum intelligetur, quia priuilegia non ſunt extendenda, ſed ſtricte interpretanda. Feli. & alii per illum tex.in.c.cauſam.de reſcrip.c.olim.de verb. ſignifi.Bar.& alii in regula beneficiū.de cō ſti.princi. Præterea nobiles in caſibus tātū a iure expreſsis ſunt priuilegiati, vt ſupra dixi,& hic nō inuenitur expreſsus, ergo iure aliorum vtentur. nam in.§. præterea, exprimit tantū in baccalaureis iuris canonici,& ciuilis, ergo ad alios caſus non extendetur. Nec obſtat, quod ſe referat ad tempus triēnii, ergo ad perſonas. non ſequitur, quia ex diuerſis nō fit bona illatio.l.Papinianus exuli.ff.de minor.& ſeparatorum ſeparata eſt ratio.l.fi.ff.de calumnia.

10

Nobiles luxurioſi & ſuperbi

¶ Imo dicebant quidā nobiles non eſse capaces eccleſiarū parochialiū villarum muratarū, cū ſint ſuperbi, luxurioſi, guloſi, & inimici popularium, ergo eorum rectores eſse non debent. Bal.in.l.per adoptionem.ff.de adoptio. Benedict.in repet.cap. Raynutius.

Source : BIU Cujas

in princi.de teſta. Tamen in cõtrarium eſt tex.in.l.1.ibi,nobilis prudẽs &c. C.de condictis in publi.horreis,lib.10.vbi nobiles debent ad officia eligi.nec obſtat quod in villis muratis debent eſſe periti,qui illos doceant,arg.c.ſtatutum. de reſcrip.in.6. Reſpõ.nobiles etiam ſunt magis capaces, quã ruricolæ.l.ſcire.ff.de excuſa.tutor.nec refragatur quod nobiles communiter non ſunt docti.vt dixi ſupra.Reſpon.quod imo ſunt docti,ſicut alii,ideo docti admitti debent, ignari nõ,& quandoque nobiles ſunt aliis ignobilibus doctiores,vt vidi in multis.

¶ Tertio quæro an hæc temporis abbreuiatio procedat in nobilibus quo ad alios gradus,vt in quinto anno poſsit gradum licẽtiæ & doctoratus adipiſci. Videtur quod non,tum quia hic non eſt expreſsum, tum etiam quia qualitas in vno poſita, in alio non debet repeti.l.doli clauſula.& ibi Bart. ff.de verbo.obliga.& diſpenſatio in vno,nõ extenditur ad aliud.c.1.de filiis præſb.lib.6. hoc reperi tenere D.Probũ in addi.ad Ioã. monach.in cap.vno de æta.& qualita.in.6. Contrarium de iure videtur verius per illã regulam,quando duo ſe habent inuicẽ gradatim,ita quod vnum commenſuratur alteri,tunc facta mutatione in vno, cenſetur etiam facta & in altero: vtpote determinatum eſt certum tempus ordini ſubdiaconatus,& aliud tempus ordini diaconatus,& certum tempus ordini præſbyteratus. nunc ſi fiat mutatio in vno,etiam in aliis facta videtur.glo.in cle.generalem.de æta.& qualit. Anto.in.c.fin.de conſuetu. Lanfranc.in tract.de interpræta.ſtatuto.8.conclu.inter præta.extẽſiue. Idem ergo erit in hoc caſu. nam certum tempus videlicet quinquenniũ eſt præſtitutum baccalaureis vtriuſq; iuris. certum tempus videlicet ſeptenniũ eſt conceſsum licentiatis & doctoribus iuriũ. nũc fit mutatio temporis in nobilibus in vno gradu,videlicet in baccalaureatu, vt videlicet triennio cõpleto poſsint promoueri.ergo etiã poterũt poſt quinquenniũ ad gradũ licentiæ & doctoratus aſpirare per illam regulam iam dictã.& hoc ſequitur.d.Chaſsa. in.17.concluſio.in fi.conſuet.Burg.gloſ.& doct.in.l.illud.C.de ſacr.ſanc.eccle.vbi de iure antiquo licebat donare certam quantitatem laico ſine inſinuatione, & duplũ eccleſiæ,& nunc lex noua auget donationem quæ fit laico, & ſtatuit vſque ad quingentos ſolidos poſse donari ſine inſinuatione. ſic etiam ampliabitur ſumma quæ donari poteſt eccleſiæ.hoc ſequitur Ioannes Crotus in repe.l.omnes.in interpreta. exten.cõ clu.13.ff.de iuſti.& iur.Barb.in cle.1.col.52. verſi.22.de electio.

¶ Præterea quando lex prouidet aliquibus in plus, vt nobilibus: & aliis in minus, vt ignobilibus per nomina reſpectiua,tunc eo ipſo quod augetur vel minuitur in perſona vnius,fiet etiam augmentum vel diminutio in perſona alterius.l.ſi ita.in princ.ff.de liber.& poſth.l.clemens de hæred. inſtituẽ. Bar.in.d.l.ſi.& quia etiã ſtudium legale perficitur quinquennio, in procẽ.ff.§. duabus. glo.in.c.cum ex eo.de elec.in.6.

¶ Nec obſtant in cõtrarium adducta, quia conditores exprimendo vnum gradum, ſatis expreſserunt alium per ſupradicta,& diſpoſitio ad conſecutiua neceſsaria extenditur.gloſ.ſing.in capi.quia in tantum.de præben.& glo.in.c.non poteſt.illo tit.glo.in.c. ſi quis in clero.7.q.1.nec repetetur qualitas in alio,ſed in eodem,vt patet,quod non eſt prohibitum,imo priuilegium licet ſit ſtricte intelligendum,tamen quando vnum venit conſecutiue ad alterum,& eſt connexũ, tunc immutatio in vno,etiam ex iure ſtricto ad aliud extenditur. Verba ſunt Imo. in dicta clemen.fina.da æta.colum.3.nume.9. qui allegat.capi.tranſlato.& ibi not.de conſtitu.& prouidendo de primo gradu, tacite videtur prouidiſſe de aliis.c.cum noſtris.& ibi Panor.1.not.iuncto.c.nulla.de conceſs. præbend.

Source : BIU Cujas

12 Abbreuiatio tẽporis data nobilibus, an ꝓcedat in aliis facultatibus.

¶ Quarto, an hæc tẽporis abbreuiatio procedat in aliis facultatibus? Videtur quod sic, saltem in theologia, quæ alias scientias excedit, vt infra dicam, & est nobilior, ideo magis debet esse priuilegiata.

¶ Contrarium teneo, quia in d. §. tempus. sic dicitur, in quibus baccalaureis iuris canonici. aut ciuilis, si ex vtroque parente nobiles fuerint, trienniũ esse decernimus. ergo quod tẽpus tantũ abbreuiatur in iure canonico & ciuili. secus in aliis facultatibus quia lex suũ aliis denegauit auxilium, vt dicit in simili glo. in l. siue apud. C. de trãsactio. & in l. 1. si aduersus vendi. Et ideo licet in aliquibus sit magis priuilegiata theologia, non tamen in hoc casu, quia hic non exprimitur, & priuilegia non debent extendi, vt not. in c. causam. de rescript. & l. fi. ff. de constitu. principum.

13 Nobilitas tẽ probare oportet.

¶ Aduertendum est tamen, quia aliquis nõ debet admitti vt nobilis, nisi probet se talem. l. non ignorat. C. qui accusa. non possunt. & vbicunque aliqua priuilegia cõcedũtur actui vel personæ, oportet primo constare illum actum factum fuisse, vel illam personam esse. l. diuus. ff. de testa. milit. vbi testamentis militum concessa sunt priuilegia, tamen constare debet a milite factum esse. §. plane. instit. de testa. milita. Vnde dicit ibi Platea & moder. quòd si causa mercantiæ debeat tractari summarie, debet prius constare eam esse talem, & causa proui sionalis debet mitti executioni non obstantibus oppositionibus vel appellationibus, vt est cernere in ordina. regius. rub. des sentences executiores. & ibi dixi. debet tamen prius constare esse prouisionalem. Et si quæstio inter consanguineos est compromittenda, debet constare eos esse consanguineos. Bald. consil. 362. multum. in. 2. volu. Iaſ. in l. non solum. §. sciendum. ff. de operis no. nuncia. & in l. si quando. C. vnde vi. Vnde alleganti se nobilem, incumbit onus probandi. §. si miles. & ibi Cardi. de pace tenen. arg. l. verius. ff. de proba. l. actor. C. illo titulo. Bonus de Curtil. in tracta. nobilitatis. in. 6. parte. in princip. Et hoc voluit Bal. in cap. 1. §. si rusticus. de pace tenen. & eius viol. Et vsurpans sibi indebitum honorem & dignitatem, sacrilegii pœnam incurrit. Bar. in l. 1. C. vt digni. ord. seruet. libro. 12. asserens se doctorem, cum non sit, pœna falsi coercetur. Barto. in l. eos. §. finali. ff. ad legem corneliam de fal. Pet. Ancha. in cap. vt apostolicæ. de priuileg. in. 6. & infamis efficitur. Rebuf. in l. vna. columna. 1. C. de profess. qui in vrb. Constan. comit. merue. libr. 12. mentiens se clericum, cum non sit, punitur pœna extraordinaria officio iudicis relinquenda. Bal. in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccle. tamen si fecerit actus clericales, falsi pœna punitur, vt notat Bonus de Curtili vbi supra. quod est notandum contra asserentes se nobiles, vt pœna falsi puniri possint, si aliquos actus nobilium fecerint, alioqui arbitrio iudicis. Felin. in cap. tertio loco. colum. 1. de probatio. vide glos. in cap. nullus præsbyter de consecratio. distinctio. 1.

14 Mẽtiens se clericũ vel doctorem quo modo puniri debeat.

15

¶ Primo videndum est quot testes requirantur ad probationem nobilitatis? Respõ. quatuor. §. cum vero. de collat. in concord. licet in ordina. regiis. Ludouici. 12. publicato anno. 1512. sufficerẽt tres. Et quales testes, dic vt supra dixi in probatiõe temporis studii, & in dict. ordina. dicitur, personnes dignes de foy.

16 In iudicio deponũt testes de nobilitate.

¶ Secundo requiritur vt testes deponẽtes de nobilitate in iudicio deponant, in d. §. cũ vero. quia propter calorem iudicii omnis dispositio fortificatur. tex. singu. & ibi Bar. in l. rura. C. de omni agro desert. libr. 11. secundum Corser. in singu. incipien. confessio. in. §. vbi si rem meam confiteor in iudicio esse tuam, mihi præiudico. Sic cõfessio in iudicio facta valet, etiam sine causa, quæ extra iudicium non valeret. glo. solennis in l. 1. §. fina. ff. de interroga. actio. gl. in l. sicut.

17 No. quãtũ prosit aliquid apud acta fieri.

Source : BIU Cujas

C.de repudiand.hæred facit.l.cum oſtendimus.§. final. ff.de fideiuſſor.minor. Hippoly.in rubrica.C.de probatio. fol.12.colũ.4. verſicu. intellige etiam prædicta. vbi dicit, quòd ſi actus requirat ſubſcriptionem duorum notariorum, vt hic Pariſiis, ſufficiet ſi ille actus in iudicio fiat,& cõſcribatur apud acta.quod eſt notandum. Decius cap.ſicut. & ibi addidi.colum.5.de probatio. & cõtra mandatum factum apud acta,non poteſt aliquid opponi. Angel.in.§.ſinautem. colum. 2.inſtitu.de ſatiſdat.per tex.in.l.1. C.de ſatiſdan.Ideo conſulit quod facias procuratorem tuum coram iudice ſedente pro tribunali,& præſente aduerſario tuo,quia poſtea nil poterit opponi. Septem effectus iudicii tradit Iaſ.in.l.pacta nouiſſima,in.4.notab. C.de pact.& Guido papæ in ſing.342.pactũ nudum.

18 ¶ Ex quo infertur quòd ſiue fiat hæc probatio in iudicio plenario,ſiue ſummario,quod valebit,cum text.tantum requirat vt fiat in iudicio.& de his iudiciis vide Alexã.& Iaſ. in rub.C.de iudiciis.moder.in decreta.inex ordio eiuſdem tituli.

¶ Secũdo,infertur quòd nõ valeret hæc probatio nobilitatis,ſi fieret extra iudicium domi, vel alibi,ſicut renunciatio iuris de futuro extra iudicium facta, non valet.l.qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hæred.&.l.ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub conditione,de lega.2.Tamen in iudicio valet.gloſ.in.l.1.ff.de curat.bonis dando.gloſ.vlt.in.l.in plurium.ff.de acquiren.hæred.Bart.& alii in.l.1.&.l. poſtquam C.de pact.Iaſ.in d.l.ſiue apud acta.ſequitur Benedict.in repet.c.Raynutius. in verbo ſi abſque.2.de fideicommiſſ.ſubſtitut.nu.116. de teſta.vide text.in.l. eum pro quo.ff.de in ius vocan.

¶ Tertio,infertur q̃ valet hæc probatio,ſiue fiat parte vocata,ſiue non,dũ tamen modo in iudicio fiat,vt patet in tex.d.§. cũ vero.ibi,etiam in partis abſentia.

¶ Quarto,infertur quòd illis diebus quibus iudicia non exercentur,vtpote diebus feſtis non poſſet fieri hæc examinatio,quia prohibito iudicio, cenſetur prohibitũ quod in eo fit.not.in.l.2.ff.de iuriſdict.omniũ iudi.per illum tex.

19 Corã iudice ordinario probatur nobilitas.

¶ Tertio, requiritur quòd fiat corã iudice ordinario loci in quo natus eſt ille de cuius nobilitate conſtare debet.d.§. cum vero.de colla.in concord.

Corã iudice eccleſiaſtico nõ poteſt probari nobilitas.

¶ Primo quæro,coram quo iudice? Videtur quod corã iudice eccleſiaſtico,cũ ſit loci ordinarius.c.quã q̃.ibi,ordinario loci.de vſur. in 6.c.ordinarii locorũ.de off.ordin.ibid.c. poſt ceſſionẽ.de probatio.c.1. de religio.domi.lib.6.cum aliis ſimilibus.

¶ Contrarium arbitror verius,videlicet vt fieri debeat coram iudice ſeculari ordinario illius loci in quo natus eſt ille de cuius nobilitate tractatur.& hoc declaratur in ordinatio.Reg.Lud.12.iam citatis,articu.10. ibi, Deuant noz iuges ordinaires. Eccleſiaſtici non ſunt ordinarii iudices regis,ergo coram illis non debet fieri hæc probatio nobilitatis, tum quod inſinuationes teſtamentorum coram ſeculari fieri debent.l. repetita.C.de epiſcop.& cleric.l.conſulta dualia.de teſtamen. Aufrerius in tract. de poteſt.ſeculari ſuper eccle.& perſo.in.2.regula.Benedict.in repe.ca.Raynutius in verbo & vxorem numero.420.& ſequẽt.de teſta. tum etiam quia Romanus pontifex conſtituit protectorem,defenſorẽ, ac executorẽ, regem Franciæ, vt licet videre in rubric.de protectio.concord.ergo ſuis iudicibus videtur etiam commiſiſſe, cum hæc potius concernant ſeculares quam eccleſiam. Et quia dominus loci dicitur princeps ſecularis,nõ epiſcopus,vt dicit Helias Raynier i.ca. cũ epiſcopus.de offic.ordina.lib.6. dicens epiſcopos male vocari dominos talis loci,ſed bene epiſcopos illius loci: licet in contrariũ inualuerit cõſuetudo,cuius meminit Egid. de bella mera conſl.3.circa.col.2. Et quando verbum ordinarius profertur à papa,in-

20 Epiſcopi nõ debẽt vocari domini locorum

Source : BIU Cujas

telligitur de episcop.& ita intelligitur rub. de offic.ordina.quando à rege,de ordinario regis. Socinus in c.nullus. de foro cõpe.colũ.2.vbi dicit appellatione iudicũ venire seculares,per illum text.maxime quando materia subiecta patitur,vt hic,quia ecclesiastici potius dicuntur prælati vel officiales,q̃ iudices,& hoc ex cõmuni vsu, qui attendi debet,vt habetur in proœmio decreta.

21 Quando sunt duo vel plures iudices,elegit scholaris

Secũdo,quæritur,quid si sint duo iudices ordinarii vel plures , coram quo debet fieri ista probatio nobilitatis? Respon.scholaris poterit eligere quem velit,arg.authen.habita.C.ne filius pro patre, ibi quando quis habet plures iudices,potest eligere.glo.in.l.fina. C. vbi in rẽ actio exerceri debeat. quod est verum,quando erant duo iudices , inter quos erat locus præuentioni.l.si quis postea ff.de iudic.secus si vnus post alterum deberet adiri, quia tunc coram primo fieri deberet.no.in c.Romana.§.contrahentes.de foro competen.in.6.arg.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verbo.sig.& ca.non potest de præbend.in 6.

22 Ordinarius causã delegat.

Tertio quid si vnus est tantum ordinarius.qui vult delegare causam alicui,an possit? Videtur quòd sic,tum quia hæc nõ sunt indelegabilia,ideo poterunt cõmitti.authẽ. apud eloquentissimum.C. de fide instru.tũ qui mãdatam iurisdictionem suscepit,nihil proprium habet,sed eius qui mandauit, iurisdictione vtitur.l.1.§.fina.ff,de offi.eius.& quia in locum iudicis ordinarii subrogatur, videtur fieri potestate ordinaria.arg.l.filia. §.1.ff.de condi. & demon.Bal.in.l.apertissimi.C.de iud.d.lo.Saynxon in ordina.turo. articu.10.in fine.

Nec refragatur §. cum vero. dum dicit coram ordinario loci fieri debere. nam licet fiat coram delegato ordinarii , cum delegatus nil proprium habeat, vt dixi, non minus dicetur fieri ab ordinario, & ita in hoc resideo.

¶ Idem putarem si fieret hæc probatio in iudicio corã aduocato antiquiore,qui in Francia solet sedere pro iudice ordinario, vt vidi sæpius in Castelleto.

23 Corã cõmissario nõ fit probatio nobilitatis.

¶ Quarto,an valeat probatio nobilitatis facta coram loci cõmissario deputato ad recipiendos testes? Respon.non, quia cõmissarius nõ est loci ordinarius, quod requiritur in d.§. cum vero. & quia non potest fieri in iudicio,per commissarium,vt requirit concordatum: sed oportet quòd fiat corã iudice ordinario,& commissarius non est ordinarius,nec iudex:ideo corã eo facta attestatio nobilitatis, nõ valet quo ad hoc,nec facta corã duobus notariis,aut alias quàm hic sit expressum.

24 Corã arbitro nõ fit probatio nobilitatis

¶ Quinto quæro, an valeat coram arbitro? Videtur quòd sic, quia quãdoq; vocatur iudex arbiter.l.si ab arbitro.ff.qui satisda.cogan.cum multis similibus.

¶ Mihi videtur non valere, quia non censetur, facta in iudicio , prout requiritur , & hoc dicit Petrus & Cynus in.l.vna.quæsti. quint. C. de confes. & in.l. prima.de arbitris.vbi dicunt q̃ licet cõfessio facta in iudicio valeat,etiam sine causa. glosa.singul.in .lege.1.§.fin. ff.de interrogat. actio & supra dixi.tamen quando fit coram arbitro, non valet , quia non censetur esse facta in iudicio,sed extra iudicium.sic consuluit Alexã. consil.13.ex his quæ in themate. column.3. in primo volu.& consil.19. in his.colũ.3.in 4.volu.

¶ Item non dicitur ordinarius loci arbiter, & probatio nobilitatis debet fieri coram ordinario loci,vt d.§.cum vero.ergo &c.

☞ Quæro.quid si pater scholaris, vel frater est iudex ordinarius loci , vel dominus, & habet suum iudicem, an poterit fieri coram isto? videtur quòd non,per.l.qui iurisdictioni.ff.de iurisdict.omnium iudi.&. C.ne quis in sua causa iudicet, contrarium videtur verius , quia ista est iurisdictio quasi voluntaria,quæ etiam inter suos potest exerceri,vt ibidem dicitur,& in.l.si consul, & se-

Source : BIU Cujas

quen.ff.de adoptio.& etiã propter calorem iudicii,vt dixi ſupra,& quia publice fit, non præſumitur fraus.l.nõ exiſtimo.ff.de adminiſtra.tutor.

¶Sexto quæro, an rege mortuo poſſit ſene ſchalus vel alius regis iudex ante confirmationem hanc probationem nobilitatis admittere? Videtur quòd non, quia mandatum videtur expiraſſe morte mandãtis.l. mandatum. C.manda. Ego teneo contrarium, per ea quæ nota.in.l. hactenus .ff.de cõſti.pecu.&.l.ſi quis.§.ſiipubes. de inſtito. & ita tenet expreſſe Iaco.de Bello viſu in ſua pract.rubri.de ſententia criminali.in fin. vbi dicit hæc ſcripſiſſe cum erat iudex Arelaten. Item ſicut ſedes apoſtolica non moritur,in capi.ſi gratioſe.de reſcript.in.6 ita nec ſedes regalis Franciæ, & etiam quia officia à rege habita ſunt perpetua ad vitã recipientis Benedict.in repet.cap.Raynutius.in verbo duas habens filias. nume. 38. & ſequenti.de teſtat. vbi dicit quòd nouus rex ſemper cõſueuit confirmare officia habentibus ea, niſi fuiſſet cauſa legitima deſtituendi: & tũc ante nouam inſtitutionem exercere poſſunt, & continuare priſtinam iuriſdictionem, donec nouiter creati aduenerint, & in prouincia habitauerint,inſtar proconſulis.l.meminiſſe.ff.de offic. procõſul.Item quia decet à principe conceſſum beneficium eſſe manſurum. regula, decet. de regu.iur.in. 6. Et nedum illa quæ à rege vel regina emanant officia ſunt perpetua, ſed etiam ex conſuetudine illa quæ dantur ab his,qui ſunt de ſanguine regio,& ita ſeruatur, & poſſet petere ſe manu teneri ſi deſtitueretur,vt ſæpius ſeruatũ extitit in hoc regno.

¶ Septimo quæro, quomodo debeant teſtes deponere ſuper iſta nobilitate? Bart.& alii in.l.1. C.de de dignita.libr.12. circa finẽ multa dicit. Ego vero paucis expedio ſic, primo, quòd ille teſtis qui deponit de nobilitate, debet deponere, quod ille ſcholaris eſt nobilis, & pro ratione debet dicere, ſe cognouiſſe patrem,auum, & maiores eius omnes nobiles,& nobiliter viuẽtes, qui pro talibus ſe tenebant, & reputabant, nobilium actus, mores, ſtatus, & conditiones facientes,gerentes,& exercentes,& pro talibus ſunt habiti & reputati inter omnes de eiſdem cognitionem habentes,& hoc probatur ex his quæ not.Inno. & alii in cap.de multa.de præben. vbi dicit illam dici dignitatem, quæ pro dignitate in illa eccleſia reputatur,vel in illo loco.not.in ca.1. de conſuetu.libr.6.c.cum acceſſiſſent.de cõſtit.& habetur.1.ad Corinth.4.cap. Vos nobiles, non autem ignobiles vſque ad hanc horam Io.Raynaud.in conprehenſo.feud.in tract. nobilitat.q.8.

¶Poteſt etiam teſtis addere, quod non extat memoria in contrarium, quod tales parentes & eius maiores ſunt habiti & reputati nobiles,& hoc propter ordina.Lud.12. primo pubica.artic.5. quæ dicit requiri nobilitatem ex antiquo genere. Et quia illud tempus de cuius initio memoria non extat, obtinet vim priuilegii.ca.ſuper quibuſdam. §.præterea.de verbo.ſignifi.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æſti.Et vicẽ legis obtinet vetuſtas.l.1.§.fi.ff.de aqua pluuia arcend.

¶Item poteſt teſtis dicere,ꝙ ille ſcholaris eſt natus de tali domo de Claromonte, ergo eſt nobilis,& etiam eſt pro nobili habitus, & reputatus, & adhuc habetur.Socin. conſi.246.eleganter.col.1.in.2.volu.vbi dicit nõ ſufficere ſi dicat de tali nobili domo eſſe natum,niſi addat, & pro nobili reputatur,quia poteſt eſſe à nobili natus,& tamen non eſt tanquã nobilis à populo acceptus.facit quod no.Bar.in.l.1.C.de teſta.Bonus de Curtili in tract.nobilita.in.6.parte.vbi vide latius.

Præterea ad probandum quẽ eſſe in poſſeſſione officii,non ſufficit probare ꝙ ſe gerat pro tali, quia forte non reputatur talis,

Source : BIU Cujas

nec est re vera. ideo oportet probare quòd se gessit & gerit pro tali, & ab aliis tenetur & reputatur, per ea quæ not. Inno. in cap. fi. de eo qui furtiue ordines recepit. Imol. in c. in nostra. col. 1. de procura.

29 Pro consuetudine vt natꝰ ex matre nobili sit nobilis.

¶ Octauo quæro, stante tali consuetudine, quòd natꝰ ex matre nobili sit nobilis, testes deponunt coram ordinario loci talem N. scholarem nobilem, & pro ratione dicunt, cognouisse patrem & matrem istius nobiles, & nobiliter viuentes. Insuper dicũt cognouisse auiam, hoc est matrem patris nobilem. & sic ex consuetudine partus erat nobilis. & etiam dicunt cognouisse patrem matris nobilem, & nobiliter viuentem, ac pro tali reputatum, & se tenentem, & gerentem pro nobili. an valeat hæc attestatio? Videtur quòd non, quia probatio quæ non necessario concludit, non valet. l. neque nates. & l. ad probationem. C. de proba. in ca. i præsentia illo titul. sed deponẽdo cognouisse patrem matris nobilem, nõ concludit matrẽ fui isse nobilẽ, cum consuetudo faciat nobilẽ ex parte matris, quia semper certa est l. quia. ff. de in ius vocan.

¶ In contrariũ videtur attestatos recte fuisse de nobilitate, cũ dicant patrẽ & matrem nobiles, & in hoc conueniant, ergo scholaris ex eis natus est nobilis. arg. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

Nec obstat quod deponant de patre, qui nil ex consuetudine facit ad nobilitatem, quia esto sane, tamen satis probata est nobilitas, postquam probatur patrem & matrem nobiles. & concordatum non adstringit probare nobilitatem ex antiquo genere ergo hæc sufficiet. si tamẽ requireretur probatio antiquæ nobilitatis, tunc crederẽ non sufficere has dispositiones. Alia scribam, si operepræcium fuerit. nam ista quæstio mihi fuit in palatio petita, & ex tempore ista scripsi.

30 Item requiritur quod depositiones illorum testium registrentur seu describantur per iudices, seu scribam illorum, quos Galli dicunt graferios. sic dicitur in dict. ordina. ibi. Et dicelle affirmation sera faict registre par nosdictz iuges ordinaires, ou leurs greffiers.

31 Monachus tanquam nobilis nobilitationes impetrat.

Vltimo, quidam religiosus vult tãquam nobilis impetrare nominationes, opponitur contra eum quod non est nobilis, tum quia nobilitas perditur per ingressum religionis. glo. vltim. in capit. 1. de purga. cano. & capi. vltim. de stat. monacho. quas sequitur Roma. sing. 37. vtrum nobilis. glo. in c. scripsit. 27. q. 2. dicit, primo quoque tempore quod quis efficitur monachus, desinit esse rex vel imperator vel episcopus. per cap. hoc nequaquam. 7. quæst 10. 1. glo. in verbo. comite. 20. quæstio. tert. tum quia censetur mortuus, capitu. placuit. 2. in. 16. quæstio. 1. not. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. Felin. in cap. inter dilectos. column. 2. de fi. e instru.

Contrarium teneo, quia ius sanguinis est immutabile. l. ius agnationis. ff. de pact. l. iura sanguinis. de reg. iur. & sic fuit decisum per Rotam, vt refert Roma. singu. 37. ideo ipsi religiosi ferũt testimõia. c. nuper. de testi. iurado ad pectus de cõsuetudine, teste Guido. decisio. 615. religiosi.

Item possunt religiosi obtinere beneficia regularia, vt nemini non patet. cle. ne in agro. §. cæterum. cum aliis similibus. de statu monacho. c. cũ singula. de præbend. in 6. Et si quis impetret beneficia illorum per annũ possessa, debet exprimere eorũ nobilitatem. quod nõ fieret si eã perdidissent, alioqui nõ valet impetratio. regula cancella. 32. ☞ Si tamen nobilis impetret rescriptũ apostolicum, non solet dici nobilis, nec nobilitas generis pro eo exprimitur, sed in prosecutiõe ponitur, q (vt asseris) de nobili genere & c. procreatus existis, Prouinciale fol. 62. versi. nullus.

Nec obstant supra adducta: quia intelliguntur quo ad deum. Hiero. in epistola ad

Source : BIU Cujas

Cellantiã. Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas, nec obſcuriores quaſque & humiliore loco natas te inferiores putes. Neſcit religio noſtra perſonas accipere, nec cõditiones hominum, ſed animas reſpicit ſingulorum, ſequitur Corſet. in tractatu de poteſtate regia. quæſt. 29. col. vlt. & in repeti. ca. grandi. nume. 21. de ſupplen. negli. prælat. lib. 6. Benedict. in repet. ca. Raynutius. in verb. & vxorem. nume. 210. & ſequẽ. de teſtamen.

¶ Facit quod in ſimili dicit Felin. in. c. cum deputati. colum. 1. de iudi. vbi dicit per ingreſsum religionis perdi irregularitatem quo ad actus ſpirituales, ſecus in temporalibus. per glo. ibi. ergo etiam quo ad actus ſpirituales nobilitas perdetur. quia repugnaret ſtatui monachorum perfectorum, nec eſset ſecũdum Lucam quòd vnus alio diceretur nobilior in monaſterio, & quo ad diuinum ſeruitium nobilis diceret miſsam maiorem & õẽs alios præcederet. hæc ſuſtulit Chriſtus, dum dicit Marc. 10 capi. & Luc. 22. ca. Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor: & qui præceſsor eſt, ſicut miniſtrator &c. ergo ſi loquamur in aliis actibus, nobiles per ingreſsum religionis conſequuntur priuilegia quæ citat Felin. in d. cap. cum deputati & alia priuilegia aliorum nobilium. alioqui ſi nobiles ingredientes religionem nõ poſſent obtinere nominationes, eſsent deterioris conditionis quàm alii non nobiles: quod non eſt dicendum. Imo. §. volumus. de collat. in concord. dicens, Regularia regularibus, intelligitur etiam de religioſis, nobilibus nominatis. Vide nouẽ ex quibus cauſatur nobilitas, per Lucã. de penna in. l. mulieres. col. 1. & ſequent. C. de dignit. libr. 12. vbi late proſequitur.

¶ Poſtremo quidam nobilis ſtuduit triennio in artibus, vel in theologia, aut medicina. an poſsit ſuas nominationes habere? Videtur quod ſic, quia triennium in nobilibus ſufficit. Contrarium eſt verum. nam triennium eſt præſtitutum tantum baccalaureis iuris canonici & ciuilis. ſecus i aliis. vt. §. præterea. ibi, in quibus baccalaureis in ris canonici aut ciuilis triennium eſse decernimus. de colla. in concord. ſecus in aliis facultatibus.

¶ Idem dicerem ſi ſtuduerit biennium in artibus, & annum in altero iure, vt non poſſit obtinere nominationes, quia poſtquam dicit triennium, intelligitur completum in iure canonico vel ciuili. glo. in regula cancella. Iulii ſecundi. in. 4. parte. 33

¶ Quid in legitimato, an his gaudeat prærogatiuis? videtur quòd ſic, quia nihil a legitimis differt. §. & quoniam. & §. illud. in authent. quib. mod. nãtu. efficiun. ſui. colla. 7. & §. oportet, ibidem. & hoc expreſse in prærogatiua regulæ cancellæ. tenuit Petrus de Vbald. in tractatu de ſucceſsio. ab inteſta. in vltimo modo legitimandi. facit quod not. Bald. in. l. fin. C. de his qui veniam æta. impe. & ibi Angel. & l. 2. C. de iure aureo. annulo. Contrarium tamen videtur, quia non ſunt nobiles. capi. ſi gens Anglorum. 56. diſtinctio. l. vna. C. de mulier. quæ propriis ſeruis ſe iunxerunt. Item legitimatus non habet ius primogenituræ, vt plene tradit egregius ſenator Do. Io. le Cirier in ſuo tracta. de iure primogenitu. lib. 1. q. 13. doct. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu. Dec. conſilio. 258. in caſu. Curti. in conſi. 74. ſuper memorata. colum. 2. & pleniſsime Albert. Brun. in tracta. de ſtatu. excludentib. fœminas. q. 4. articu. 12. per quos poteris decidere hanc quæſtionem, ſi ea indigeas, eos videto. 34

¶ DECIMATERTIA QVAESTI. PRINCIPALIS.

¶ DECIMOTERTIO pricipaliter quæritur, an illi quibus diriguntur nominationes, ſint vocandi, quando conceduntur vel quando audiuntur teſtes tam pro tempo- 1 Collatores an ſint vocandi qñ nominationes cõcedũt.

Source : BIU Cujas

re ſtudii, quàm nobilitatis? Videtur quod ſic, quia omnis cuius intereſt, vel intereſſe poteſt, eſt vocandus antequam actus fiat, alioqui actus nõ valebit. l. nam ita. ff. de adoptio. l. de vnoquoq;. de re iudi. Sed collatores poſsunt lædi, quia perdunt fructũ collationis liberæ, quam collationem liberam habent. gloſ. in capi. relatum. de præben. & c. quanuis. illo titu. lib. 6. & dicitur fructus illa collatio, per gloſ. in. c. cum olim de maior. & obedien.

2 Collatores nominatos non lunt videre.

¶ Imo audeo dicere, quod collatores gratius intuerentur fulgura extra illos cadentia, quàm nominatũ, niſi aliquos ſuos propitios habeant, qui polliceantur eiſdem reddere beneficia illis collata, ſicut de auaris dicit text. in capi. ſicut hi. 47. diſtinctio. & quidam epiſcopus mihi retulit nominatum nunquã habuiſse beneficium ab eo, nec a prædeceſſore. Crede mihi, res eſt iniurioſa ſibi. Tu tamen nobilis ac doctiſsime præſul eis prouides, foues, & diligis, ignaroſque profligas.

¶ Secundo facit. c. licet epiſcopus. de præben. lib. 6. c. inter quatuor. de maiori.

¶ Tertio quando producuntur teſtes contra aliquem, debet is citari, alioqui non valet productio. l. ſi quando. C. de teſtib. cap. 2. illo titu.

¶ Contrarium deciditur. nam quando papa concedit beneficia eccleſiaſtica, vel ſcribit vt alicui conferantur, nullus citatur. ca. cum ſecundum apoſtolũ. de præbend. not. in. c. dudum. de præſump. & c. cum olim. de re iud. Alber. in. d. l. nam ita. col. vltima. Sic ergo eſt dicendum quando cõceduntur nominationes ab vniuerſitatibus, vt nulli collatores ſint vocandi.

3 ¶ Item quando fit examinatio ſuper idoneitate nominati, vel alterius, poteſt fieri in abſentia. Innocen. ſingu. in cap. fina. in fine de tranſlat. epiſcopi, vbi dicit, ſi mandatur alicui vt prouideat Petro, ſi eſt idoneus: executor non debet vocare aliquem ad oppo-

nendum, ſi velit eum dicere non idoneum, ſed examinabit an ſit idoneus, vel non, antequam prouideat, abſente eo cui dirigitur mandatum. idem tenuit gloſ. ſingu. in cle. 1. de offic. deleg. & ibi Card. colum. 3. & conſil. 132. archipreſbyter. col. vlt. ſufficit enim in his extraiudicialibus probationem concludere ſoli examinatori, videlicet vniuerſitati. not. Bald. in. l. neque natales. in fin. C. de prob. & in. l. fina. columna. 2. vnde legiti. Alexand. conſi. 218. viſis verbis. col. 2. in. 2. volumine. quod eſt repetitum conſi. 45. viſis verbis. in. 6. volu. Panor. & alii in. c. 2. de teſtib. Feli. in. c. fi. col. 6. de præſumpt. Rota. deciſio. 297. purificatio & deciſio. 443. fuit dubitatũ. in nouis. & deciſio. 134. not. quod vbi. in antiquis. Vitalis in tractat. clauſula. in clauſula, ſi ita tibi conſtiterit, fol. 15. cum ſequent. Hippoly. in. l. de vno. 4. fallen. ff. de re iudica.

¶ Etiam probatur ſi ſcholaris aut alius acceperit equũ locatum, & is fortuitu moriatur, poterit facere examinari teſtes de caſu illo, & illæ atteſtationes etiam parte abſente factæ, facient fidem coram iudice cõpetente. Bar. & patruus meus Iacobus Rebuffus in. l. 2. C. de naufrag. li. 11. per illum tex. & l. ſcire. §. ſufficit. ff. de excuſa. tutor. Corſet. in ſing. incipien. teſtis in loco. quod eſt ſing. notandum.

4 No. tu ſcholaris

¶ Inſuper quo ad nobilitatem deciſum eſt in dict. §. cum vero. ibi, etiam in partis abſentia probari poſſit. Sed in alio nobilis gratur, vt quatuor teſtes debeat adhibere, etſi in aliis actibus communius ſufficiant duo. l. vbi. ff. de teſtib.

5 Sine citatione impetrãtur reſcripta, ac beneficia conferuntur.

¶ Item in impetratione reſcriptorum, priuilegiorum, indulgentiarum, & aliarum cõceſſionum, non eſt neceſse citari aliquem quando cõceduntur, vt late explicant Panor. Feli. & alii in cap. cum olim. de re iudi. & c. cauſam. de reſcript.

6 ¶ Poterit etiam ordinarius collator conferre beneficium vacans nõ facta alicuius vo-

Source : BIU Cujas

catione.c.de multa.de præben.cap.cum eccleſia.de electio.not.gloſ.in capitulo finali de electione in.6.ita in propriis terminis tenuit Anto. Nicellus in concordantia.52. fallen.85. vbi fuſius tradit.ibi videre licet.

¶ Supereſt inſinuationũ materiam explicare, vt ſequitur.

¶ DECIMAQVARTA QVAESTI. PRINCIPALIS.

¶ DECIMOQVARTO principaliter quæritur de inſinuationibus nominationum.

Et primo, quid ſit inſinuatio, dicitur infra numero primo.

Secundo, cur inſinuationes inuentæ ſint numero.2.

Tertio, quo tempore nominationes inſinuentur.nu.5.

Quarto, intra quod tempus debeant inſinuari.nu.20.

Quinto, quo in loco debeant inſinuari. numero.24.

Sexto, quæ debent inſinuari, nu.31.

Septimo, quomodo debent nominationes inſinuari, & gradus, ac aliæ literæ. numero.48.

Octauo, quibus præſentibus inſinuandũ ſit, numero.56.

Nono, quibus nominationes inſinuentur.numero.58.

Decimo, per quos fiat inſinuatio.numero.92.

Vndecimo, quoties inſinuentur. numero.115.

Duodecimo, an collatoribus ſcientibus inſinuentur.nu.117.

Decimotertio, an inſinuans debeat literas, quas inſinuat, aperire.numero.120.

Vltimo, quomodo puniantur non inſinuantes.nu.124.

Et ſuper qualibet quæſtione tangentur obiter aliæ illi conuenientes.

PRIMAE quæſtioni, quid ſit inſinuatio, reſpondet Lucas de penna in.l.2.in fin. C.de petitis bono. ſubla.lib.10. ſic, quòd inſinuatio eſt alicuius ſcripturæ editio. hæc tamen eſt nimis generalis quo ad materiã noſtram, ideo Anton.de Cana.in tractat.de inſinuatio.q.1. ſic diffinit, Inſinuatio eſt donationis præexiſtentis in ſcripturam redactæ, eodem tempore, vel diuerſo apud competentem iudicem facta publicatio. ſed non deſeruit propoſito noſtro, cum tantum donationis inſinuationem diffinire velit, de qua in.l.ſancimus, C.de donatio. Ego vero quantum ad præſentem materiam attinet ſic definio, Inſinuatio eſt literarum gradus nominationis, certificationis temporis ſtudii, ac atteſtationis nobilitatis, ſeu nominis & cognominis, vel alterius rei neceſſariæ, ordinariis collatoribus, vel patronis eccleſiaſticis, ſeu eorũ vicariis, legitime per graduatos, vel nominatos, & qualificatos facta exhibitio. & probatur in §. præfati. in.2. & §. teneantur. de collatio. in cõcord. inſinuare demonſtrare eſt.l.iubemus. iuncta gloſ. C.de emancipa. libero. hæc definitio declarabitur ſatis ſuperq; per totã hanc quæſtionem infra. ideo venio ad ſecundam quæſtionem.

1 Quid ſit Inſinuatio

Authoris noua deffinitio de inſinuatione, de qua hic.

SECVNDO quæro, cur inſinuationes iſtæ inuentæ ſint? Reſpon. quia gradus & nominationes abſentibus collatoribus cõferũtur, vt ſupra dixi, quorum ignorantiam poſſent collatores prætendere, ſi non exhiberentur. Nam omnis actus factus in abſentia partis, debet ei inſinuari. c. ſi tibi abſenti. & ibi Peruſ. de præbẽ. lib.6. vnde quãdo actus poteſt fieri in abſentia partis ſine citatione, eo perfecto debet parti intimari. Bald. in.l.eos §. Apoſtolos. col.2. numero.6. C.de appella. per glo. in cle. 1. de appel. vbi quando termini aſſignatio facta parte non citata poteſt aliquem ledere, debet ei terminus ſolenniter notificari. Et ideo ſi arbitri ex poteſtate eiſdem data poſsint proroga-

2 Inſinuationes cur ſint Inhibitę.

3 Actus factus in partis abſentia debet eidẽ intimari

Source : BIU Cujas

re compromiſsum abſentibus partibus, tamen niſi poſt prorogationem notificetur partibus, videntur arbitri doloſe proceſſiſſe, nec talis prorogatio adſtringit litigatores: quia ita demum valet, ſi inſinuetur. ſic conſuluit Bald. conſi. 101. lex compromiſſi. & conſi. ſeq. in. 3. volu. Idem tenuit in. l. 1. colum. penul. C. de ſenten. ex libello recitan. authen. ei qui colum. 2. C. de tempo. appella. Alexan. conſi. 34. viſo themate. colū. penulti. in. 1. volu. & conſi. 63. in cauſa & lite. col. vlti. in. 3. lib. & conſi. 87. viſo thema te. col. vlti. vol. 5. Roma. conſilio. 336. circa propoſitam. in fi. Decius conſi. 39. iuridicā. colum. 1. & conſi. 632. quod ſupra colum. 2. Feli. in. c. cum olim. colum. 8. verſic. no. tertio quòd vbi actus. de re iudi. & in. c. 1. nume. 52. de conſtitu. Iaſ. in. l. nec quicquam. §. vbi decretum colum. 9. nume. 56. cum ſequen. ff. de offic. proconſul. Georg. Nathan in repet. clemen. ſape. in princ. colum. 53. de verbo. ſigni. Hippoly. in. l. de vnoquoq; nu. numero. 63. & ſequen. de re iudi. dixi in practica mea in rub. de adiornamen. arti. 1. glo. & ladiornement. verſi. quarto locus. facit tex. vltra docto. in. l. ſi quis per. ibi, intimare debet. C. de aquæ ductu. libro. 11. & l. penulti. in. §. nullo ibi, poſtquam fuerint ei intimata. de reb. cred, Lanfran. in verbo dilatiões. colum. 2. c. quoniam. de proba. Curtius conſilio. 31. Factum tale. & ſequen. quod limitat Decius conſilio. 169. & diligēter. colum. 2. verſic. tertio non obſtat quando actus non poteſt abſenti præiudicium inferre.

4 Inſinuatio nominis curſiat.

¶ Item exhibitio nominum & cognominū fit, vt collator ordinarius cognoſcat diligēter, & qui nō diuerterūt ad matrimonium, vel ad alios actus per quos poſsint nominationes amitti, vt dicam infra quaſtio. vlti. ideo eidem fieri debet.

5 Quo tempore debēt fieri inſinuationes.

¶ TERTIO quæritur, quo tempore literæ gradus & aliæ inſinuentur? Reſpon. tex. in concord. in. §. teneantur. de colla. quod tēpore quadrageſimæ. Idem diſponitur in ordina. reg. Ludo. xii. 1. publica. arti. 8. quæ eſt in rub. des graduez ſimples. artic. co. cui ſtā dum eſt. nam multa vno tempore licent, quæ alio prohibentur. l. furem. ff. ad legem Corneliam de ſica. c. capellanus. de feriis. c. ſi peccauerit. 2. qu. 1. c. decreuit. 22. q. 5. c. ad honorem de auctor. & vſu palli. tamen ille. §. teneantur. ſecundum quoſdam loquitur de nomine & cognomine quæ debent in quadrageſima inſinuari. ſecus in literis, vt in dicto §. præfatiq; graduati. & hoc tenuit gloſ. in. §. qui de prædictis. in verbo facere. de colla. in prag. & in. d. ordina. dicitur arti. 9. in quadrageſima, vel extta. ſed dico d. §. teneantur. etiam debere intelligi de literis gradus & aliis neceſsariis, ne diuerſo iure cenſeantur. l. eum qui. ff. de vſuca. & quā do vna determinatio reſpicit plura determinabilia, ea debet vniformiter determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & ibi Iaſ. & alii & clauſula poſita in. d. §. teneantur. etiā refertur ad literas gradus & alias, per. c. inquiſitioni. & c. ſecundo requiris. de appel. dixi in repe. l. vnicæ. in gloſ. in verbo, & nō ex quibuſdam. C. de ſentē. quæ pro eo quod intereſt. etiam de conſuetudine & literæ & nomina & cognomina tempore quadrageſimæ inſinuantur. Et ſic conſuetudo interpretatur inſinuationem fieri debere tempore quadrageſimæ, quæ eſt optima legum interpres. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. & etiam aſſignari poteſt ratio, quia quādo tempus eſt in lege vel ſtatuto expreſsum, prout eſt in concordatis, tunc cenſeri debet appoſitum pro forma. tex. in authē. quæ ſupplicatio. ibi, ſub hac forma. C. de præcib. impera. offe. & ideo neceſse eſt cuſtodire conſtitutum tempus. dicit text. in. l. ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excu. tut. late Alber. Brunus in tract. de forma & ſolēnita. actus. rub. quando aliquid cenſeatur eſſe tradi. pro forma. fo. 43. col. 3. in. 16. conclu. & qui non obſeruat tēpora, non dicitur ſeruare formam. & per cōſequens actus eſt

6 Tempus expreſſū in lege inducit formam.

Source : BIU Cujas

nullus.Bal.& Sali.in.d.authē. quæ ſupplica tio.Pau.in.l.ſi in lege.in prin.ff,loca. Iaſ.in .l.qui Romæ.§.callimachus.col.4.de verb. oblig.& cōſi.53.circa.col.1.volu.3.& cōſil. 132.ſtatuto.in prin.volu.4.& qui recedit à tempore,recedit à forma actus. Bal.in.l.ob ſeruare.§.fi.q.3.de off.procōſul. &.l.liberti. colū.5.C.de operis libert.alibi dicit Bald.in .l.ordo circa mediū.C.de exec.rei iu.quōd ſi ſtatuta diſponunt aliquid in tēpore,quōd ſunt ſeruanda ad vnguem : & ſi contra fieret,eſſet irritū ipſo iure. Iaſ.conſi.166. videretur.col.4.verſic.7.ibi, confirmatur. in.2. volu.& idem dicit in conſi.ſeq.colum.vlti. & conſil.191.placet.colum.2.in.2. volu.Sic etiam collatio ſacrorum ordinum facta extra tempora à canonibus præfixa, licet tempus non ſit de ſubſtantia, caret debito effectu.cap.1.&.2&.cap.penult.de tempo.ordinand.Feli. in capitulo cum dilecta. columna.8. verſicu.octauum ſignum. de reſcript. & ideo quando ſtatutum requirit tempus, & tu require tempus. Bald. in.l. omnes populi.colū.penulti.verſi.item nota.ff.de inſti ti.& iure.

¶ Si quæratur, cur ſtatutū eſt vt fiant inſinuationes tempore quadrageſimæ ? Reſpō. forte quia neceſſario id temporis quis tenetur cōfiteri, & omnia peccata ſacerdoti exhibere.c.omnis.de pœni .&remiſ.ſic illo tēpore exhibitio notionū,gradus &aliarū literarū debet fieri. Vel poteſt dici, qa ſic voluerunt cōditores,nam hæc ſunt iuris poſitiui,in quibus voluntas pro ratione ſufficit. §.furtiuæ.inſtitu. de vſuca. clement.fin.de ſenten.excommunic. & non omnium quæ à maioribus noſtris ſtatuta ſunt, ratio reddi poteſt.l.non omnium. ff.de legi. nota.in cap.ſi quando.de reſcript. literas tamen duplicatas collatori dare poterit quocūq; tempore,cū in textu tantū teneantur dare literas duplicatas, & ſufficit collatori eas habere antevacationē,tutius eſt tamen in prima inſinuatiōe literas duplicatas dare,& ſic obſeruatur.

¶ Primo quæro,de qua quadrageſima loquatur?cum triplex ſit.capi.1.22.q.5. Prima eſt ante paſcha.Secunda ante feſtum ſancti Ioannis Baptiſtæ. Tertia ante feſtum Natiuitatis domini.& quando tex.in ca.accuſaſti. de accuſa. dicit per tres quadrageſimas debet pœnitere,intelligitur de his tribus quadrageſimis, & non de quadrageſima trium annorum,ſecundum Archid. poſt gloſ.1.in d.c.1.& ſequitur Corſetus in verbo quadrageſima,in ſingu. Reſpon.intelligi de ea quæ eſt ante Paſcha,quia illa proprie dicitur quadrageſima.ca.quadrageſima de cōſecra.diſ. 5.& etiam appellatur illa quadrageſima ſecundum cōmunem vſum loquendiqui, debet attēdi.l.Labeo.ff.de ſupel.leg. c.ex literis.de ſponſa.& in.l.1.ff.de operis no. nuncia.per doct.gloſ.in verbo quadrageſima in §.ſtatuit.de colla.in pragma.gloſ.tamen in extra.1.in extra.cōibus.de pœnitē. & remiſ. tradit duplicem tantum,vnam deletiuā mali, vtpote illam quæ eſt ante Paſcha : alteram, quæ operatiua boni, quæ eſt poſt Paſcha.vide ibi.

8 Triplex eſt quadrageſima.

¶ Secundo quæro , an negans inſinuationem eſſe factam tempore quadrageſimæ teneatur probare, vel nominatus ? Videtur quod negans,quia actus in dubio præſumitur iure factus,argum.l.ſciendum.ff.de verbo.obliga,

9 Quis teneatur probare inſinuationē tpe quadrageſimę factā

¶ Item actus in dubio præſumitur celebratus tempore habili.glo.ſingu.in verbo creatum.in clement.fin.de reſcript. vbi ille qui negat beneficium creatum fuiſſe tempore datæ reſcripti,debet probare, quia illa negatiua habet reſolutam affirmatiuā , quæ probari poteſt.conſuluit Iaſ.conſil.178. in cauſa.in.2.volu.

10 Actus præſumitur tpe habili factus.

¶ Tertio,facit q̄ ſi per ſtatutū prohibitum ſit nobilibus intrare palatium niſi tempore conſilii,& accuſatur nobilis intraſſe in mēſe Maio, ipſe probauit eo mēſe eſſe factum conſiliū,debet abſolui, quia in dubio debe-

Source : BIU Cujas

mus intelligere factum esse tempore quo licuit. arg. l. merito. ff. pro socio. Bar. in. l. non solum. §. sed vt probari. ff. de operis no. nuncia. Panor. & Feli. in c. auditis. de præscript. Soci. consil. 67. in causa. col. 3. vol. 3. & quãdo vnus insurgit contra alium ratione temporis, ibi oportet probare tempus. Bal. in. l. de rebus. C. de dona. ante nup.

11 Qui se fãdat ĩ tpe ꝓbare debet tẽpus

¶ Contrarium videtur verius, quia vbi certum & limitatum tempus, vel certa pars loci, vel alia qualitas est fundamentum intentiõis siue actoris, siue rei, oportet quòd illud tempus & illa qualitas probetur per eũ qui se fundat in illa. Bart. in d. §. sed vt probari. vbi dicit, quòd si vsq; ad medium mensem Martii licebat tenere bestias in pratis, post nõ, & aliquis accusatur quòd in mẽse Martii suc animalia pascebant in pratis, non debet sequi condẽnatio, nisi probetur illa pars temporis quo erat prohibitum. Sic nominatus & graduatus fundat se in tempore, ergo debet probare. tex. in. l. matrẽ. C. de proba. l. eum actum. ff. de nego. gest. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. Hippoly. consi. 7. summi cæli. num. 60. & seq. l. 2. C. de pet. hæred. Barb. in consil. 29. illud. col. 14. volu. 1. & in repet. rub. C. qui admit. col. 2. vbi dicit quòd si opponatur cõtra testẽ quod erat infamis,

12 Tẽpꝰ de positiõis ꝓbetur.

debet probari quod tempore depositionis, aliàs non repellitur. hoc probat Calca. consil. 79. licet dubia. num. 12. Ias. consi. 178. in causa. volu. 2.

13 Furiosus tempore cõtractꝰ ꝓbari debet.

¶ Item probans quem furiosum, non obtinet, nisi probet quod tempore contractus erat furiosus. Cardina. consili. 56. casus & doct. in. lege. furiosum. C. qui testat. facere possunt.

14 ¶ Præterea si probetur cõtra electum quòd est notorius fornicator, tamẽ nõ obtinebit excipiens & probans, nisi probet quod tempore electionis erat. Oldra. cõsi. 286. in electionis negocio. sequitur Fel. in d. c. auditis col. vlt. de præscrip.

15 Ad hæc non sufficit probare quem esse filium sacerdotis, nisi probetur quod tempore sacerdotii eũ genuerit. Io. And. in addi. ad spec. in rub. de filiis pres. Panor. & alii in c. inter cæteras. de rescrip.

¶ Insuper si quis dicat se excommunicatũ post appellationem. habet hoc probare. glo. in c. venerabilibus. in glo. penult. de senten. excom. quam sing. not. Fel. in c. cum tu. col. 3. de testi. & ca. apostolicæ. colũ. 8. in versi. adde etiam. de except. & in ca. in præsentia. col. 6. de probat. Præpo. in c. super eo. 2. col. 1. de appella. 16

¶ Nec obstant in cõtrarium adducta, quia intelliguntur quando quis non fundat se in tempore, vel quando est præsumptio pro eo qui se fundat in tempore, tunc non opus est quòd is qui habet præsumptionẽ, probet, vt in delictis probat Bar. in d. §. sed vt probari. vbi dicit de nobili qui nõ poterat intrare palatium, & istud late examinat Decius in. d. c. in præsentia. notab. 12. de proba. & ibi Parisius. sed pro nominato vel graduato nulla est præsumptio ꝙ tempore quadragesimæ insinuauerit, ergo is ipse debet prabare insinuationem tempore quadragesimæ factam, & hoc probatur ostendendo instrumẽtum insinuationis, quod cantat tali die Martii facta fuisse, & illo die erat quadragesima. & ita vidi fieri. nec vitiatur instrumentũ, licet in eo non dicatur tempore quadragesimæ, dũmodo contineat tempus quadragesimæ, quia paria sunt aliquid exprimere per se, vel per relationẽ ad aliud. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. Leui etiam probatio insinuationum admitti solet, vt fuit concluſum, & (vt fertur) in mente curiæ retẽtum anno. 1513. die vltima aprilis. 17

18 Dieb⁹ festis an nuatio eri po

¶ Tertio quæro, an possit intimatitio fieri etiã diebus festis quadragesimæ, sicut dieb⁹ profestis? Respon. sic, tũ quòd sit actus iurisdictionis voluntariæ, qui quolibet tempore fieri potest. l. actus. C. de feriis, & supra dixi in. 7. q. princi. tum quod non exigat causæ cognitionem, ideo quolibet tempore ex

pediri poteſt.l.2.§.dies.ff.quis ordo in bono. poſſeſ.ſeruet. & idem in inſinuatione donationis,quod etiã diebus feſtis poſſit fieri, tenuit Alber.in.l.illud.col.3.verſi.circa teſtium.C.de ſacroſan.eccle.Oldra.conſil.253. factum tale.in.3.quæſt.

¶Item ea quæ iudicii indaginem nõ requirũt,poſſunt omni tempore expediri,vt collationes,diſpenſationes,tranſactiones,& ſimilia.vnde curia Roma.facit ſolennes proceſſus vt plurimũ diebus ſolennibus .cle.1. de iudi,& executores gratiarũ omni tempore ſuos faciũt proceſſus generales ſententiam latam continentes,&contrafaciẽs incidit in ſententiam.Feder.conſil.11. quæritur.colum.vlt.

¶Item nunciatio omnibus diebus fieri põt etiã feriatis,tex.iuncta.glo.in.l.1.§.item nũciatio.ff.de operis nou.nuncia.

¶Præterea libellus quolibet tempore offerri poteſt.l.miles.§.ſexaginta,ff.de adult.Speculin titu.de libello.cõceptio.§.nunc videamus.& ibi loã.And.in additio.ad eum.Bal. in Margar.in verb.libellus.q.7.Sic & inſinuationes iſtæ.¶Item viſitatio per epiſcopum diebus fieri poteſt,cum ad correctionẽ pertineat & ad elemoſinam ſpiritualem, & plerunque fiat pro pace & concordia inter clericos & religioſos ac etiam laicos inducenda per ca.fi.de feriis Socin.in tractat.de viſita.libr.7.¶Et hæc opinio cõſuetudine recepta eſt,licet melius eſſet quando inueniretur in ſingulos dies epiſcopũ vel collatorẽ, diebus profeſtis intimare, tamen in contrarium factum tenet.

19 uarQto quæro, an de nocte facta inſinuatio valeat? Breui reſpon.quòd ſic, quia omnia poſſunt noctu fieri,quæ ſpecialiter non ſunt prohibita.l.non minorẽ.C.de trãſact. Decius in c.conſuluit.col.4.de offi.delega. & quia non inuenitur prohibita, cenſetur permiſſa. argu.l.præcepimus. C.de appella. doct.in.l.non ſolũ.§.morte.ff. de operis nouncia. Item ſicut beneficii collatio poteſt fieri de nocte.c.vno.vt eccleſiaſti.benefi.licet cõtra talem collationẽ præſumatur.Hoſtien.in.§.fina.de cõceſſ.præben.in ſua ſumma.ergo & fortius inſinuatio valebit. Non tenebitur tamen collator de lecto ſurgere, & relinquere ſuam,vt huic inſinuationi ſui copiam faciat.arg.l.1.§.dies.ff.quãdo appel. ſit Iacob.in.l.more.ff.de feriis.attamen inſtrumentum inſinuationis de nocte confectum,eſt ſuſpectum,licet valeat.Bal.in cap. 1.colum.2.de fide inſtru.Feli. in cap.ego.de iureiuran.

20 Notationes ītra quod tẽpus inſinuare debeãt.

¶Quarto quæro, intra quod tempus nominationes debeant inſinuari? Videtur quod intra decem annos,alioqui amittuntur quia priuilegium perditur decẽ annis non vtẽdo .l.1.ff.de nundinis.

¶Secundo, res intra decem annos præſcribuntur inter præſẽtes.§.primo inſtitut. de vſuca.

Tertio,facit.l.ſancimus. C.de teſta.vbi ſi quis condiderit teſtamentum perfectum, & poſtea declarauerit nolle illud teſtamentum ſtare, & decenniũ elapſum fuerit,tolli tur prius teſtamentũ iure perfectum: ſic & nominationes debẽt tolli per decem annos quia non inſinuans, eas videtur habere pro derelicto,facit quod not.Guido.papæ in de cif.Delphi.q.200.Eymardus &c.

¶Contrarium tenetur, quia priuilegiũ de ſui natura debet eſſe perpetuũ.ca. decet.de reg.iur.in.6.ſicut.ſcriptum.l. falſo. C.de precib.imperato.offeren. Archi.in cap.priuilegia.25.quæſt.2.facit tex.in.l. ſeruus. C. de pœnis. etiam priuilegium non faciendi. Alexan.conſil.33.ponderatis.col. ſecunda. in 5.volumine.

¶Secundo,probatur in.§.teneantur.ibi, & eo anno quo præfatam inſinuationem omiſerint,beneficium in vim gradus aut nominationis huiuſmodi petere non poſſint. facit ordina.Regia Lud.12.rub.Des graduez ſimples.arti.11.ibi,ilz ſeront ſeullemẽt priuez de pouuoir requerir ou accepter les be

Source : BIU Cujas

nefices qui vacquerõt esdictes annees, qlz nauront insinue, sans aultrement perdre les priuileges & priorites de leursdictz degres & nominations. ecce tex. clarum quo probatur nominatum vel graduatum, licet non insinuauerit per viginti annos, non perdere gradus, nec nominationes. nam dictio seulement, significat tantum, & est dictio taxatiua, & idem est dicere quod solum siue solummodo. l. idem Pompo. ff. de recept. arbi. l. 2. de vsu & habitatio. l. cum notissimi & ibi glos. & doct. C. de præscrip. trigit. vel 40. anno. natura dictionis taxatiuæ est restingere. Bal. in. l. 1. C. de bono. posses. cõtra tab. & ibi Ias. & alii Bart. in. l. 1. in princ. ff. si quis ius dicent. non obtempe. & l. 3. §. cũ Titio. de adimend. leg. ergo tãtum restringet vt puniatur quis eo anno quo nõ insinuauit & non vltra.

¶ Item non debet quis duplici pœna puniri ex vno & eodem actu. c. ac si clerici. in fine. & ibi glo. alleg. plena. de iud. Sed si quis perderet nominationes per nõ insinuationem, puniretur duplici pœna, ergo &c. nec priuatur quis nisi in casibus à iure expressis. glos. sing. in. c. fi. de iure patron. hic casus non est expressus, ergo &c.

21 ¶ Nec refragãtur in contrariũ adducta. Et l. 1. ff. de nundinis. loquitur in priuilegio de faciendo, quod per decẽ annos non vtendo amittitur, quando eo vti potuit. secus si non potuit vti, quia occasio se nõ obtulit, tũc nõ perditur priuilegiũ, etiam per centũ annos. l. & Attilicinus. ff. de seruit. rusti. prædio. gl. in. c. abbate sancti syluani. in glo. vlt. de verbo. signifi. probatur per Bar. in. l. in filiis. C. de decurio. lib. 10. vbi si ciuitas tenetur facere exercitũ quando princeps fecit: si princeps non fecerit per centũ annos, quia non fuit necesse, per hoc nõ perdit princeps ius suum. Bar. in. l. cum scimus. C. de agrico. & censit. libro. 11. Feli. & alii. in dict. cap. cũ accessissent. & Ias. in. l. beneficium. circa fin. ff. de constitu. princip. & in. l. falso C. de diuers. rescrip. vbi cõfirmat per quinque similia, quia qui nequit vti, nõ est in mora, nec culpa: & vbi non est petitio, ibi non est mora. l. lecta. ff. si certum peta. sed nominatus simul atq; est nominatus, non potest vti suo gradu vel nominatione acceptando beneficiũ, quia alii sunt eo antiquiores, quibus primo oportet prouidere. ergo illis nõ debet (si non insinuauerint) imputari. Ioan. Franciscus tracta. de præscript. in. 4. parte quintæ partis principalis. q. 4.

¶ Item dum incertum est quando casus eueniet, vt quis possit vti suo priuilegio, tunc priuilegium non perditur per decem annos glos. in capi. vt priuilegia de priuileg. quam sic intelligit Claud. de Seycello in. l. fina. columna. penulti. ff. de consti. princi. sed quando nominatus habet suas nominationes, incertum est quando veniet casus vacationis beneficii, & quando erit antiquior ergo si non insinuauerit per viginti annos, non eis priuatur. 22 Nominationes nõ dicuntur priuilegia, sed rescripta gratiosa.

Præterea nominationes non dicuntur priuilegia ad aliquid faciendum, quæ bene tolluntur per decem annos, sed dicuntur rescripta gratiosa, quæ perpetua sunt. cap. si super gratia. de offic. deleg. in. sexto. Iaso. in dict. l. falso. C. de diuers. rescrip. Et literæ beneficiales difficilius expirant quam aliæ. Ioannes Andre. & alii in capit. capitulum, de rescript. quia maius est præiudicium eas perdere, quam rescripta ad lites, secundum Felin. ibi columna tertia. Item donationis insinuatio omni tempore fieri potest, sicut donatio. ita & insinuatio nominationum. Anto. de Cana. in tracta. de insinuatio. quæstio. 3.

¶ Item postquam non est præstitutum tempus ad insinuandum, residet in facultate nominati, vt statim possit insinuare, si velit, vel quando voluerit, & sic facultati nunquam præscribitur. l. viam. ff. de via pub. debet tamen intra triginta annos insinuare, alioqui forte nominationes amitterentur,

Source : BIU Cujas

quia actiones per id tempus expirant.l.omnes.C.de præscripti.30. vel.40.anno. nam si negligendo, videtur illis renũciare. arg. l.licet.C.de iur.deli.notatur in cap.tibi qui. de rescri.in.6. Late Feli.in capi.capitulum. illo titu. ☞Si tamen postea insinuaret cessaret illa præsumptio,& obliuio.& aliud est amittere possessionem,& aliud proprietatem: quia possessio facilius perditur. Bar.& alii in.l.naturaliter.§.nihil.ff.de acquir.possessio.☜

23 ¶Fallit quãdo nominatus quis esset ad tres episcopatus in eisdem nominatiõibus, quia tunc insinuando in vno nunquam perduntur nominationes in aliis, quia tunc appareret insinuando vni, quod non vult renunciare dictis nominationibus, donec fuerit eidem prouisum ad summam taxatam in §.volumus.in cõcord.hoc etiam probatur per text.in.l.is qui vsumfructum. ff. quib. mod.vsusfruct.amitta.vbi per vsum partis us in totum conseruatur.tex.in.l. voluntariæ.C.de excusa.tut.vbi qui non vtitur priuilegio in vno actu,non perdit in aliis. Idẽ in priuilegio dato toti populo Parisien.quia si aliqui contraueniant priuilegio, non per hoc alii perdunt priuilegium, argu. eorum quæ not.Innocen.in cap. accedentibus. de priuilegi.vbi quis potest renunciare iuri & fauori quatenus tangit personam suam, nõ alterius.sic consuluit Panor.in consilio.61. factum super quo.volu.2.& Decius cõsilio 271. superiori anno. numero. 17. nam si in aliis diocesibus perderet suas nominatiões ob non insinuationem ibi factam, perderentur pro parte,& pro parte non.item nõ posset eidem prouideri vsque ad summam taxatam,& sic esset dispositio illusoria, contra.l.si prætor.ff.de iudi.nam si habuerit beneficium ab vno valoris centum aureorũ, accedet ad alium episcopum, qui adhuc eidem prouidebit vsque ad summam ducentorum aureorum, quod non posset facere si perderentur nominationes per non insinuationem. Item est introductum in fauorem nominatorum, & retorqueretur in eorum, odium, contra.l. quod fauore. C.de legib. nam forte ob paupertatem non potuerunt in singulis episcopatibus insinuare per viginti annos. ideo eis succurri debet.argu. c.cum Romana.de appella. Nec obstant alia iura in cõtrarium adducta, quia in diuersis casibus loquuntur, vt patet si bene intelligantur.

24 Insinuatio quo ẽ loco fieri debeat

¶QVINTO quæro, quo in loco insinuatio nominationum & gradus fieri debeat? Respon. sicut insinuatio donationis potest vbiq; fieri, in loco tamen honesto.l.voluit. in fine.& ibi not.ff.de interroga.actio.& de manumissis vindicta.l.non est. Alberi.in.l. illud.colum.2.C.de sacrosanct. eccle. quia iurisdictio voluntaria non circunscribitur loco. Bald.in.l.emancipari.ff.de adopt. Anto.de Cana.in tract.insinuatio.q.6. Item extra territorium exerceri potest.l.2.ff.de offic.proconsul.

25

¶Ex quo infertur, quod hæ insinuationes nominationum, ac nominum & cognominum, possunt fieri collatoribus seu eorum vicariis etiam extra diocesim. glo.in.§.item voluit.in verbo, vicario.de collatio.in pragma. Brunel.in tract.de dignita. leg.conclu.20.in fin.hoc in propriis terminis con cludit.

26 Legatus existens extra legationem põt conferre bñficia vacantia in sua prouĩtia.

¶Sicut legatus existẽs extra terminos suæ legationis, potest beneficia cõferre quæ vacauerunt in prouincia sibi cõmissa. Alber. in.d.l.emancipari.ff.de adop.

¶Et episcopus extra diocesim.glos.& docto.in cap.nouit.de offi.leg. Io.de Selua.in tract.de beneficio.in.3.parte.quæsti. 40.& 63. Sic & vicarius generalis.c.fi.de offi.vica.& ibi Perus.& alii de Rota. decisio.vlti. de offi.vica.

27

28

¶Immo etiam possunt beneficia conferri in curia Romana, dũmodo non vacent ibi. Ioan.Frãciscus in tract.de offi.& potestate cap.sede vacant.in.1.q.2.partis. col.3.tamẽ

Source : BIU Cujas

communiter episcopi vadunt extra vrbem ad conferendum, ad hoc vt dicatur in aliena dioceſi. & ſic practicatur Romæ, vt habetur in Prouinciali omnium eccle. folio 56. verſicu. an epiſcopus. Fallit quando collatio competeret de iure ſpeciali. tex. ſingu. in. c. ſtatutum. in fi. de præb. libro. 6. ſecundum Rom. ſingu. 48. tu habes. Domi. & Philip. Peruſi. in. d. c. fina. glo. & docto. in. c. nouit. de offi. leg.

29 Epiſcopo tõſurã ſuis ſubditis in alieno territorio cõcedere poteſt.

¶ Sic epiſcopus tonſuram ſuis ſubditis in alieno territorio cõcedit. Alber. in d. l. emãcipari. multo fortius inſinuatio fiet vbique, quod eſt vtile pro reſidẽtibus Pariſiis, quia multi epiſcopi ſolẽt ibi tempore quadrageſimæ reſidere, vt vidi.

30 Inſinuationes in eccleſia poſſũt fieri.

¶ Secundo infertur quòd poteſt fieri in eccleſia. c. decet. de immuni. eccle. Anto. in. d. q. 6. tracta. de inſinuatio. multo fortius in domo epiſcopali, & loco priuato, etiã dum epiſcopus audiret miſſam, dum tamen non diceret. arg. l. 2. ff. de in ius vocan. debet tamen nominatus expectare opportunitatẽ, & in miſſa non moleſtare collatorem. alioqui poſſet collator præcipere vt expectaret poſt miſſam, & ipſe tunc reſpondebit. Imo dicit Matthæus de afflictis in tracta. de iure proto. §. vt infra. col. 5. quòd conſanguineus habens retractum ex cõſuetudine poteſt denunciare ſe velle retrahere vbicunque inuenerit emptorem, etiam ſi inueniret eum in popina, vel lupanari. l. ſi cum dies §. fi. ff. de arbit. ſumendo argu. à contrario. nã in iudiciis & arbitriis eſt prohibitum, ergo in aliis eſt permiſſum. Sic ergo inſinuationes poterunt vbiq; fieri, cum collatores eas nõ gratanter videant. Et audiui per ſenatũ Tholoſanum abbatem quendam cõdemnatum ad magnam ſummã pecuniæ, eo quod virga percuſſerat nominatum inſinuãtem, ac ſi vellet eum vindicta manumittere, qui iamiam erat liber. quod perbelle factum extitit, ne tanta temeritas inuadat collatores.

31 Quæ debeant inſinuari.

¶ SEXTO videndũ eſt, quæ ſint illa quæ debent inſinuari. tex. in §. præfatique gradu- ti. de colla. ſupra, tenet literas gradus, certificationis temporis ſtudii, & literas nominationum per nominatum exhibendas: & ſi fuerit nobilis, præter hæc literas atteſtationis nobilitatis. Idẽ dicitur in ordina. regis Lud. 12. primo publ. art. 8. & in rub. Des graduez ſimples. ſi fuerit graduatus non nominatus, debebit exhibere literas gradus, & certificationis temporis ſtudii, & ſic declaratur definitio ſupra poſita in. 1. q. quid ſit inſinuatio.

¶ Item debet in ſingulos annos exhibere nomen & cognomen tempore eodem, ſcilicet quadrageſimæ, vt in. d. §. præfati. & legitime, quia quotiens vitioſe facta eſt inſinuatio, pro non facta habenda eſt. l. quotiens. ff. qui ſatiſda. cogan.

32

¶ Nec ſufficeret probare collatori gradum per vnum teſtem, licet alias ſufficiat. Iaſ. in l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de lega. 1. nec per duos, quia in cõcord. requiruntur literæ dari duplicatæ, quæ alias non poſſent dari, vt in concord. dicitur.

¶ Item clericatus poteſt probari per vnum teſtem, quia talis actus de ſe & ſui natura in ſpecta qualitate nemini aut parum præiudicat. Bal. & Feli. in c. licet vniuerſis. in fine. de teſtibus. Guid. papæ in deciſio. Delphina. q. 474. Iaſ. in repeti. l. admonendi. colum. 71. nume. 198. ff. de iureiurand. & conſi. 120. iuridicã. colũ. 2. volu. 4. Matthæus de afflictis in conſtitu. neapol. Rub. de apoſta. fo. 27. quod verum eſſe intelligerem quando nemini preiudicaret & extraiudicium, ſecus in iudicio quando litigatur ſuper aliquo beneficio tunc ſaltem per duos teſtes probatio fiet, qui regulariter in quolibet actu neceſſarii ſunt. c. in omni. de teſti.

Clericatus p vnũ teſtẽ probat.

33 Nomen quõ inſinuatur.

¶ Quomodo debeat inſinuari nomen & cognomen: Reſpon. ſic vidi inſinuari, Vobis reuerendo patri. d. epiſcopo Pariſien. inſinuo & exhibeo nomen meum, & cognomẽ, quod eſt Petrus Rebuffus, requirens mihi

prouideri de beneficio, vt in mea prima requisitione cõtinetur. & extense debet suum nomen scribere, & cognomen, non per literas sic, Pe. Re. vt supra dixi.

¶ An sufficiat exhibere per æquipollens, videlicet alicui est impositum aliquod nomẽ ab euentu, per quod melius dignoscitur, quam suo nomine & cognomine, videlicet aliquis fuit per ciuitatẽ sub nomine Male bouche, nunc semper vocatur eo nomine: vel repetit in carnis priuio solita & inhonesta, apud omnes vocatur Repetẽs, seu Nasardus apud Bituriges, is exhibet sic, vobis insinuo nomẽ & cognomen quod est repetens, vel Male bouche, vel Nasardus, quæro an sufficiat? Videtur quòd sic, per tex. in l. hac cõsultissima. C. qui testa. facere possunt. vbi cæcus tenetur exprimere nomen hæredis.

¶ Tamen ibi glo. cõmuniter approbata tenet quod sufficit exprimere æquipollens, vt Gallopressum, & sic nomẽ notoriũ. nã nomina sunt inuẽta ad recognoscẽdos homines. l. ad recognoscẽdos. C. de ingenuis & manumiss. c. 2. & ibi gl. de rescrip. in. 6.

¶ Secundo probatur, rei demonstratæ frustra adiicitur demonstratio. l. 1. in fine. ff. de dote prælegi. & notoria expressione non indigent. l. emptorem. in princi. ff. de actio. empti.

¶ Tertio sufficit mandatum per æquipollens impleri. l. fi. in fi. ff. mand.

¶ Quarto quando habemus certitudinem personæ, non curamus de modo. l. quid sit nominatim. ff. de libe. & posthu. in. l. 2. in verbo vocabula. C. de constitu. pecu.

¶ Quinto hoc expresse tenuit glo. in §. statuit. in verbo nomina. de colla. in prag. vbi tex. dicit nominatos & graduatos teneri ad exhibendum nomina, glos. dicit, & cognomina, vel æquipollentia demonstrationi, taliter quod cognoscãtur a collatoribus, arg. l. certum. ff. si cert. pet. l. si in rem. in fi. de rei vendi. c. significante. de rescript.

In contrarium me mouent sequẽtia, Primo quod quãdo lex, vel statutũ, vel alia dispositio requirit nomen & cognomen pro forma, tunc non sufficeret nomen elegans & notorium sine cognomine. Alexand. & alii in. l. hac consultissima. per illum tex. C. qui testa. facere possunt. & doct. in. l. 1. ff. de liber. & posthu. Sed exprimere nomẽ & cognomen est de forma, ergo non valet expressio per æquipollẽs. Et quod sint de forma, patet, quia concordatũ procedit vltra annullando, vt est videre in. d. tit. de colla. & in rub. de firma & irreuocabili concord. stabilit. versi. necnon irritum & inane quicquid secus super his, vel eorũ aliquo a quoquam quauis autoritate cõtigerit attentari. & quando actus in contrariũ factus annullatur, tunc dicitur de forma, vt in propriis terminis tenet Feli. in. c. cum dilecta. col. 13. amplia. 10. de rescrip. & sic insinuare nomina & cognomina, est de forma, quæ dat esse rei, & eam conseruat in esse. l. Iulia. §. si quis. ff. ad exhibend. & non est nostrum mutare formam. l. cõstitutionibus. in fine. ff. ad municipa. Bald. in. l. 1. ff. de liber. & posthu. Vnde si statutũ requireret quod in instrumẽto debeat apponi nomẽ propriũ & cognomen, item nomẽ patris, alias contractus sit nullus, tunc etsi nomen singulare apponatur, non sufficeret, postquam pro forma statutum ita requirit. Ange. & Imola in. l. quotiens. §. si quis nomen. ff. de hæredi. institu. Alexand. & Ias. in dict. l. hac consultissima. Alber. Brunus post Bal. in tracta. statuto. in verbo instrumentum. q. 15. Alexand. consi. 98. viso & considerato. col. penult. in. 4. volu. & consi. 27. viso themate. col. 1. in. 6. volu. omisso formæ vitiat actum. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. ergo supradicta insinuatio, in qua est omissum cognomen vel nomen, seu vtrunque, & est adiectũ nomen notorium, non valebit. ita tenet Feli. in cap. cum accessissent. colum. 4. nume. 8. de constitu. Non obstat d. l. hac cõsultissima. quia

Source : BIU Cujas

ibi assignatur ratio, ne sola nominum commemoratio quicquam ambiguitatis pariat. sed quando fit per æquipollens, non parit ambiguitatē. ergo illi legi satisfactum est. quod secus est in nominationibus, & in insinuationibus illarum quæ fiunt ad alium effectum, vt supra dixi. & ita respon. ad Iaso. in. d. l. hac consultissima. in fi. & etiam nomen & cognomen insinuatur, nedū vt collator sciat illum esse nominatum, sed & vt illi prouideat. Non refragatur secundum & quartum, quia respondetur, nisi lex pro forma requireret denunciationem, & insinuationem, vt concordatū facit. Vel respō. vt. d. glo. vlti. dicit in. d. l. 1. & Soci. consi. 2. in princi. in. 4. vol.

36 Mādatū pōt per æqui pollēs impleri.

Nec obest quod mandatum possit per æquipollens adimpleri, quia fateor, eo quòd non est de forma substantiali, sed sufficit seruare mandatum in effectu, licet non in forma substantiali. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. & ibi Bald. ff. de acquiren. hæred. & ita intelligitur. d. l. fin. quam Bal. nota. in. c. cum venissent. colū. 3. de iud. c. 1. in fine, vt lite non contesta. Et is dicitur fines mandati obseruare, qui facit aliquid ꝙ non multum differt a mandato. glo. in cap. innocēs. in verbo clemētior. 22. q. 4. Imo dicitur seruare mādatum, qui facit illud quod est proximum mandato. l. iam tamen. §. in hac. ff. iudica. solui. ibi, quasi iuxta mandatum, etsi non mandatum fuerit. glos. in cap. cum olim. in verbo protinus. de offic. delega. Iaso. consilio. 202. magnificus. columna penultima in. 2. volumi. per quæ patet glos. in dicto §. statuit. procedere secundum text. quem declarat, non secundum concordatum, quia in prag. nomina tantum expressit, hic & cognomina & annullantur in cōtrarium facta.

37 Insinuatio nominis & cognominis de quibus nominatiōnū cōstat nō valet.

Et per prædicta patet nō valere insinuationem, si quispiam diceret, exhibeo & insinuo me ipsum, vel nomen meū & cognomen, quod non ignoras, tunc non esset satisfactum tex. volenti nomina & cognomina exhiberi. Idem si diceret, exhibeo nomē meum & cognomen, de quibus in literis nominationum constat, & prout in illis continetur. & hoc sic probatur, quia sicut in appellatione ab interlocutoria requiritur pro forma quòd causa appellationis nominatim exprimatur. cap. 1. de appellatio. in. 6. & non sufficit quod exprimatur per relationē ad acta. vt allego omnes causas de quibus in actis. Alexand. & alii in. l. 1. ff. de liber. & posthu. Alexand. in. l. vbi. §. illud. ff. de verb. obliga. & consil. 80. viso. col. 4. lib. 1. Ioan. Maria. dictus Riminal. in. l. hac consultissima. C. qui testa. facere pos. & quanuis de monstratio facta per relationem ad aliud tantum valeat, quantum expressio nominis proprii quo ad demonstrationem. l. certum. ff. si cert. pet. non tamen in insinuationibus nominationum siue nominum & cognominum. & ratio supra sæpius fuit dicta, ratione formæ, nisi diceret, insinuo nomen meū & cognomen, quod est Petrus Rebuffus. de quibus latius continetur in prima insinuatione, tunc valeret, & hæc crederem ex stricto iure procedere.

Secundo infertur, non valere etiam insinuationem, si quisquam dicat, ego insinuo nomen & cognomen istius, ostendendo eū digito, quia pro forma, vt dixi, requiritur expressio, licet demonstratio facta ad digitū faciat rem certam, & maior videatur certitudo, quæ ad oculum demonstratur. §. fina. ibi, oculata fide. insti. de gradi. Azo in summa, C. ad legem aquiliam. Ioan. And. in declaratione arbor. consanguinit. ideo error nominis appellatiui non vitiat, quando res digito demonstratur. glo. singu. in. l. quæ extrinsecus. ff. de verbo. obliga. docto. in. l. stichum qui. de leg. 1. tamen quando forma data est, hoc non procedit, vt hic. 38

Tertio infertur non valere insinuationē si quispiam exprimeret nomen & agnomen omisso cognomine, quia requiritur nomen 39

Source : BIU Cujas

& cognomen,in d.§.teneantur.Et idē ſi exprimeret alterū,& non vtrunq; quia forma non eſſet ſeruata.nam adveritatē copulatiuæ vtrunq; requiritur.l.ſi hæredi.ff.de condit.inſti.c.2.& .c.inter.de reſcript.Ex iuris rigore ſupradicta procedunt.

Primo, non procedit quando iamdudum conſanguinei mutaſſent cognomē, vtpote propter ſucceſſionē relictam, ſi deferat nomen & arma domus, vel propter turpe nomen:quod eſt licitū, dummodo non in fraudem, vt patet in.l.vna.C.de muta.nomi.Benedict.late in repe.c. Raynutius.in prin.de teſta.tunc ſi illud cognomen inſinuaretur, valeret quando vulgo ſic vocaretur.

Secūdo,fallit ſi haberet duo nomina, vel cognomina,tūc ſufficeret ſi inſinuaret vnū. arg.l.forma in prin.ff.de cenſib.

Nec obſtat quod in d.§.teneantur,dicatur quòd nomina & cognomina exprimere tenetur,quia verum eſt in pluribus nominatis,vt ibi dicitur, teneātur nominati nomina & cognomina exhibere,hoc eſt dicere.quilibet nominatus & graduatus teneatur exhibere nomen & cognomen, ſingula ſingulis referendo.ca.cum ſingula. de præbend.in 6.

Secundo, ex honeſtate inſinuātur literæ matriculæ,vt inſtruātur collatores quòd is non eſt per ſaltum promotus, & quia non matriculatus nō gaudet priuilegiis, vt dixi ſupra quæſtio.11.in fi.Ideo conſulerē ſcholaribus, vt primo quoque tempore quo ingrediuntur ſtudia, faciant ſe in matricula deſcribi, & proderit eiſdē, vt dico in priui legiis ſchola.& an ſimul debeant inſinuari, vide in.§.teneantur,in glo.tempore.rub.de colla.ſupra.

Tertio, bonum eſt inſinuare literas tonſuræ, quia non tonſurato non debent conferri beneficia.cap.cum adeo.de reſcrip.ca. ex literis.de tranſact.& quia eſt qualitas extrinſeca, quæ non præſumitur niſi probetur.gloſ.in cap.ſi forte.de elect.libr.6.doct. in.l.ſciendum.ff.de verbo.oblig.Item ſi fuerit ei prima ſua tonſura collata à nō ſuo epiſcopo ſine literis dimiſſoriis, illa ordinatio eſt nulla ſi alienus epiſcopus eum tonſurat tanquam ſuum,quia nititur eum vſurpare à plebe aliena.cap.primatus.71. diſ.& ibi Ioan.de turre cremat. quod cognoſcitur ex literis tonſuræ, ſi dicant, Petrum Rebuffum noſtræ diœceſis orandum charactere clericali inſigniuimus.nec talis gaudet priuilegio clericali,prout vidit iudicari.D. Chaſſaneus in conſuet.Burgun.in rub.des iuſtices.gloſ.ſōt creux.i.fin.alioqui contra.cap. nullus.& ibi in addi.ad de monte Laudu.de tempo.ordina.libr.6.Nec obſtat quòd non inuenitur canon qui annullet,vt dicit Guido papæ in deciſio. Delphin.q.449. laicus. quia quando lex vel canon prohibet actum fieri,licet non annullet, tamen ſi actus fiat eſt nullus tanquam factus contra canonem & legem per.l.non dubiū.C.de legib.& ibi doct.ſed d.c.primatus.prohibet.& cap.primum.& per totum de tempor. ordina. ergo &c.quod eſt notandum.nam multū inſtruitur collator ex hac inſinuatione tonſuræ.§.

☞ An prothocollū notarii mortui probet clericatū?quod non concludit Egid. de bella mera conſil.10.factum.colū. 2. quia prothocollū non habet omnia ſubſtantialia neceſſaria in inſtrumento,& maxime quando caret ſubſcriptione notarii,& quia prothocollo notarii mortui nō creditur, donec de mandato iudicis per alium notarium publicum,cui cōmiſerit prothocollū notarii, redactum fuerit in formā publicam ſecundū eum,per nota.in.l.contractus. C.de fide inſtru.& in authē.de tabel.colla.4.

43 Diſpenſatio an indebeat.

¶ Quarto,ſi nominatus habeat beneficium curatū, vel diguitatē incōpatibilem cū ſecūdo beneficio,bonūeſſet,quòd oſtēderet diſpenſationē ad aliud incōpatibile, aliqui ordinarius cōferre eidē aliud beneficium non tenetur.c.ordinarii.§.in cōferēdis.de off.ordi.lib.6.dixi in §.ſtatuimus.i.glo.antiquio-

Source : BIU Cujas

rem de colla. ſupr. tamē hæc tria poterūt in ſinuari quolibet tempore, cū in eis non aſſignetur tēpus, nec concordatū adſtringit ad hæc inſinuandum. Ideo ſi non eſſet iſtorum facta inſinuatio, non ob hoc irritaretur alia facta de requiſitis ex neceſſitate.

44 ¶ Nec obſtat tex. in cōcordato. in d §. præfati. ibi, ſeu nominationis. volens innuere quod literas nominationis alternatiue, non coniunctiue debeat nominatus inſinuare. Quia reſpon. quòd non ſtat diſiunctiue, ſed ampliatiue, vt in ſimili ponitur in cap. ego Ludouicus. 63. diſtinct. glo. in §. videlicet. in verbo ſeu. de colla. in prag. text. in. l. ſi quis ita. de auro & arg. legat. Peruſ. in cap. licet. de offi. vicar. libr. 6. Sic conſuluit Ial. conſi. 64. facti contingentia. col. 3. volu. 1. Iacob. in. l. plerunque. in fine. ff. de iure dot. quia ſæpe compertum eſt, vt coniuncta pro diſiunctis. diſiuncta pro coniunctis, ſoluta pro ſeparatis ponantur. l. ſæpe. ff. de verbo, ſignifi. & ibi dixi, & in forma manda. apoſto. in gloſ. ſeu.

45 Oēs literę certificatoriæ an debeant inſinuari. ¶ Quinto quæro, quid ſi ſtuduit in pluribus vniuerſitatibus, & habet certificatorias tēporis ſtudii ex qualibet vniuerſitate, an debeat oēs illas certificatorias exhibere collatoribus? quod videtur, quia indefinita æquipollet vniuerſali. cap. vt circa. de electioni. libr. 6. & indefinite loquitur concordatū in d §. teneantur. ergo. &c.

¶ Contrarium arbitror, ſufficit enim exhibere literas illas ex quibus conſtat graduatum & nominatum eſſe habilem ad illum gradum, quemadmodum quando plura remedia ſeu exceptiones peremptoriæ competunt, ſufficit proponere vnam quæ ſufficit ad victoriam cauſæ, licet plures non prohibeatur proponere. regula, nullus. de regu. iur. in ſext. ſi ergo nominatus ſtuduerit per quinquennium Tholoſę, & habeat literas certificationis tēporis ſtudii, ſi poſtea apud Caturcum ſtuduerit per duos annos, licet non inſinuet literas vniuerſitatis Caturcē, non minus valebit, cum primæ literæ ſufficiant, & reddant eum habilem ad gradum baccalaureatus. ſecus ſi tanquā doctor vellet admitti, vt infra dicam: vel ſi non ſtuduerit niſi Tholoſæ per tres annos, & apud Montempeſſulanum per duos annos, tunc oportet vtrunque inſinuare, quia vtrunque requiritur antequam ſit habilis. dixi in §. præfatique graduati. in gloſ. vniuerſitatis. de colla.

¶ Sexto quæro, quid ſi eſt doctor? an ſufficiat præſentare literas tantū doctoratus cū certificatoriis temporis ſtudii? Reſpon. credere quòd ſic, per ea quæ not. Panormita. in cap. 1. colū. 2. in fi. de cler. pereg. vbi dicit ſufficere ſacerdotio oſtēdere literas ordinum ſuperiorum, etiam ſi non oſtendat alias literas de inferioribus ordinibus, quando ille qui ordinauit, eſt tantæ diſcretionis, quòd non ſit præſumendum illum ordinatū fuiſſe preſbyterum, niſi conſtitiſſet ordinanti de aliis prioribus ordinibus, quia tūc omnia præſumuntur ſolenniter acta. cap. nobiliſſimus. 96. diſt. c. in noſtra. de procurat. l. ſcien dum. ff. de verbo. oblig. Sic eſt dicendum in vniuerſitatibus Galliæ. nam non eſt præſumendum quod promoueat ad doctoratum ſine inferioribus gradibus per ſaltum, cum ſint maximæ diſcretionis, & quia venirent contra §. monemus. de colla. in concor. Ego fui in tribus vniuerſitatibus regens, & nunquam vidi aliquem admitti per ſaltū, & hoc maxime habent exoſum vniuerſitatites Frā ciæ, ergo ſufficit exhibere literas doctoratus cū literis certificatoriis, vt dixi in gloſ. de literis §. præfatique graduati. de colla.

46 Literas doctoratꝰ an graduato ſufficiat exhibere.

47 Literę olim graduum an ſint inſinuandę.

¶ Septimo quæro, quid ſi habeat omnes gradus, an literas omniū graduum inſinuare debeat? Et breui reſpō. quòd nō, ſed ſufficit exhibere literas gradus illius quo vult ſe iuuare ſi ſit doctor iurium, ſufficit exhibere literas baccalaureatus, vel licentiæ ſeu doctoratus, cum literis certificatoriis temporis ſufficientis illius gradus. vnde ſi tan-

Source : BIU Cujas

quam baccalaureus velit obtinere benefi=cium, ſufficit ſibi exhibere literas gradus baccalaureatus cum certificatoriis, licet nō exhibeat literas doctoratus, quia non quaſi doctor hoc facit, ſed quaſi baccalaureus, vt in ſimili dicit tex. in. l. item eorum. in princ. ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomi. & quando quis venit vt baccalaureus, debet ſe probare baccalaureum. arg. l. non ignorat. C. qui accuſa. nō poſſunt. & ſe ſtudiuiſſe quinquennium, vel aliud tempus competens, vt ſupra dictum extitit.

¶ Septimo ſupra quaſito, videlicet quomodo inſinuari debeant notationes & gradus? Reſpon. receptis nominationibus & aliis literis neceſſariis debet nominatus & graduatus adire epiſcopū humiliter, non ſuperbe. deus enim ſuperbis reſiſtit. 1. Petri. c. vlti. & Salomon, Humilis ſermo, & humilis hō triumphant in domo. Specu. in tit. de aduoca. §. hic dicendū. quia nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi domine, ſed humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Iu dic. 9. cap.

Et primo ingreſſu, vt ineat gratiā ab epiſcopo, ſalutare eū debet. l. publia §. fin. ff. de poſi. l. Neſennius. de negoc. geſt. ſæpe enim quidam prælati ſalutationes quærunt in foro, ac Rabbi vocari. Matth. 23. ca. l. 1. C. de ſentē. paſſis. l. 1. de vete. numiſma. poteſtate lib. 12. & pileo depoſitio. reuerentiam & honorem eidem impendere debet, tū propter dignitatem, & ratione excellentiæ, ob quā conſtitutis in dignitate honor debetur, vt declarat beatus Thomas in ſecunda ſecundæ. q. 81. diſt. 4. &. q. 102. diſt. 1. & text. in. l. fin. C. de off. diuerſo. iudic. tum quia minores debent præbere honorem maioribus. c. ſtatuimus. de maiorita. & obedienti. & ibi glo ſ. vltim. & in. l. potioris. C. de offi. recto. prouinciæ. gloſ. in. l. 1. §. ſicut. in verbo ſeruitutem. ff. de aqua pluuia. arcen. gloſ. in. l. ciues. C. de incolis. lib. 10. maxime ſi epiſcopus ſit in ſua diœceſi, quia tunc etiā dignior impendere honorē inferiori debet. glo. in. l. apud. ff. de manumiſſio. l. nihil. C. de palat. ſacra. largi. lib. 12. quas glo. not. Gaſpar Portugallen. in repet. l. imperium. col. 2. ff. de iuriſ. omnium iudi. D. Chaſſaneus in catalogo gloriæ mundi. in. 11. parte, conſideratione. 13. Etiam ſi eſſent canonici exempti, ad huc ſuo archiepiſcopo vel epiſcopo honorem & reuerentiam præſtare debent. c. conquerente. de offi. ordina. Bal. in. l. liberti col. 3. verſic. honorificentia. C. de operis libert. & in. l. fina. in fin. de bonis libe. Ro. ſin. 480 epiſcopus. Feli. in cap. cūm non liceat. colū. 1. de præſcr. Decius. in ca. vltimo. in 3. nota. de cōfirma. vti. Ioan. Franciſcus in tract. de præſcrip. in. 5. parte principali. quæſti. 12. in fin. Henric. Boteus in tracta. de ſynodo epiſcopi. in 3. parte. in princip. numer. 54. cum ſequenti. 50

Honor quatuor modis exhibet.

Qui honor exhiberi poteſt quatuor modis. Primo verbo, vt dixi: & iſte multū prodeſt ei cui infertur, licet parum grauet honorantem. Nam dicitur communi adagio, Honeur de bouche, vault aſſez & peu touche. Secundo exhibetur honor edicto, & dicitur honor edictalis, ſiue decretalis, & eſt quando quis dedicat alicui opus ſuum, vel eum nominat in opere ſuo, tunc ille honor eſt perennis propter famā, quia poſtea arbitrabitur fuiſſe talis, qualem ſcripta declarant. arg. l. cum precibus. C. de proba. l. fina. de re iudic.

Tertio, exhibetur honor literis, vtpote quando mittitur epiſtola. ſed hic honor nō eſt ita perennis ſicut præcedens. not. in clemen. fina. de ſentent. excommunicationis. facit authen. qui ſemel. C. quomod. & quando iudex. Alius eſt honor realis, ſiue actualis, & iſte eſt qinguior puam verbalis, in=quantum plus æſtimantur facta, quam verba, iuxta illud, vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt. l. Iulianus §. offerri. ff. de actio. empt. Bonifa, in dict. clemē. fina. columna. 3. expreſſe declarat. 51

Source : BIU Cujas

51 Cōmēdādus est collator de fide & aliis.

¶ Postea debet insinuans habere modicam orationem, in qua commendet collatorem. primo de fide, sine qua non potest superædificari. cap. cum Paulus. 1. quæsti. 1. & nihil est quod in præsule magis præfulgeat, quàm recta fides epistola, inter claras. C. de summa trinitá.

¶ Item debet commendare collatorem de timore dei Psalm. 217. Beatus vir qui timet dominū. & alibi, Initiū sapientiæ timor domini. Ecclesiasti. 25. c. Timor dei per omnia te superposuit. & ibidem. c. 25. Nihil melius est, quàm timor dei.

¶ Præterea de sapientia & prudentia. sapiens enim nunquam inanis est, sed semper in se habet amictum prudentiæ. cap. sapiēs. de pœnitent. distin. 2. Ecclesiasti. 24. ca. Sapientia laudabit animam suā, & in deo honorabitur, & in medio populi sui gloriabitur. & c. sequenti. Quam magnus dominus qui inuenit sapientiam, & scientiam. & Sapien. 7. ca. Omnibus nobilibus nobilior est sapientia.

¶ De scientia etiam cōmendari debet, quæ episcopis & collatoribus est valde necessaria. c. cum in cunctis. in prin. de elect. Vilissimus cōputandus est, qui alios honore præcedit, nisi præcellat scientia, moribus, & sanctitate. c. Vilissimus. 1. q. 1.

¶ Ad hæc, quòd sibi similes, videlicet literis præditos, diligit, eos fouet, illisque prouidet (prout tenetur) ca. ad decorem. de institut. indignos & ignaros profligat. In aliis etiā virtutibus, quibus collator insignitus est, breui eum commendare poterit, dicens se non posse alias virtutes (quibus est honestatus) lingua nuncupare. Caueat tamen à superfluitate. l. fina. §. in refutatoris. C. de appellat. Breuitas enim locutionis gratiam parit, & molestias, sinistramque suspitionē fugat, immensitas contra, arg. c. diffinimus. 18 quæst. 2. l. 1. ff. quod met. cau. Specu. in titu. de aduoca. §. nunc de exordiis. Si vera sint, dicat superiora: alioqui auribus collatorum seruire erubescat. Tristitiam enim pariunt quando ea apud nos non inueniuntur, quæ de nobis iactantur. c. interverba. 11. quæstione. 3. Famæ etiam detrahitur alicuius, dùm plus quā expediat commendatur. cap. ecce. 99. distict.

52 Armis & lapidibus nominatus vti potest.

¶ Debet ergo nominatus prius vti verbis. capit. 1. de iud. hærbis deinde, postea lapidibus: & vbi nō sufficit virtutis ingenium, ibi valeat armorum præsidiū. Bal. singulariter in ca. olim. in fine de rescrip.

¶ Primò ergo verbis vtatur in prima insinuatione, de quibus supra. Secundo hærbis nam sicut herbæ sunt virides, ita in singulos annos nominatus debebet insinuare nomē & cognomen. Tertio lapidibus, nam sicut lapides mittūtur in alterum, ita nominatus debet mittere literas duplicatas ad episcopum. & vbi ingeniū nominati ista facientis non sufficit erga collatorē, tunc valeat armorū præsidium. nā arma sunt actiones. §. 1. insti. de except. Et sic nominatus producet arma & actiones cōtra prouisum per ordinarium. sic potest intelligi dictū Bald. quo ad hanc materiā no. quia in verbis, hærbis, & lapidibus, est virtus. tex. & ibi expresse Archid. in c. non liceat. 26. q. 5.

53 Forma insinuationis.

¶ Insuper literas collatori præsentare debet, sic dicēs: Alma Parisien. vniuersitas tuam R. dignitatem salutat, & has nominationis literas, gradus, & alias mittit, supplicatq;, & egoipse, vt digneris mihi prouidere de beneficio tempore præstituto in concordatis vacaturo, protestans in casum cōtradictionis & negligentiæ (quod absit) de pœnis tā in concordatis, quā in ordinatio. regiis cōtra inobediētes statutis. & tūc ostēdat ei literas gradus, & alias, quas tenetur eidē exhibere. de quibus supra dictū extitit. vide specu. in tit. de rescri. præsenta. in princip. petatq; instrumentū nominatus de hac insinuatione a notario, quē debet secum ducere, vt postea possit probare fecisse insinuationem. ca. quoniam de probatio.

Source : BIU Cujas

Demum epiſcopus, vel alius collator huiuſmodi militer ſalutare debet, pileo etiam parum leuato, quia nihil in epiſcopali ceruice ſplẽdidius fulgeat oportet, quam ipſa humilitas capi. contra morem. 100. diſtin. ☞ Debet enim prelatus ſeruare præcepta Philo. ſic inquientis, cunctis eſto benignus, cunctis familiaris, omnibus æquus, ad iram tardus, ad miſericordiam pronus, in aduerſis firmus, in proſperis cautus, omnibus prodeſſe debet, nulli nocere. hæc Archi. in. c. hoc habet. colum. 2. diſtin. 46. ☜ Et dicitur ad Roma. 13. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem. nam imperator Anto. ſalutatus a præfectis, aliquantulum proceſſit, & eis mutuam ſalutationem dedit. l. prima. C. de ſenten. paſſ. etiam maior minori ſalutem porrigit. cap. primo. de feud. cognitio. & adagio dicitur, par pari referto, & gratia gratiam parit. Hiero. ad Nepotia. Epiſcopi honorent clericos quaſi clericos, vt ipſis epiſcopis a clericis quaſi epiſcopis honor deferatur. Cur ergo (inquit) te habeam vt principem, cum tu me non habeas vt ſenatorem? & ſi prælatus non ſeruet reuerentiam ſubdito, nec ſubditus ſeruare eidẽ tenetur. ca. cum beatus. 45. diſtinctio. c. ſignificaſti. de electio. cap. ad decorem. de inſtitutio. & ſi mariti ab vxoribus honorari velint, eas tanquam vxores reuereri non grauentur. Hoc eleginter & pulchre more ſuo tradit ſupra quam dici queat doctiſſimus Do. Andr. Tiraquel. in. 13. lege connubiali. fo. 144. verſi. igitur.

Item reuerenter eas recipere debet, & quod mandatur, exequi. cap. ſi quando. de rescript. cum ſint emanatæ tam authoritate apoſtolica, quam regia, ſaltem mediate, vt patet in concord. & eſt text. in. l. item eorũ. §. primo. ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomi. cuius verba ſunt, ſi decuriones decreuerũt actionem. per eum mouendam, quem duumuiri eligerẽt, is videtur ab ordine electus, & ideo experiri poteſt. parui enim refert, an ipſe ordo elegerit, an is cui ordo negocium dedit. Et illas literas ſic oblatas poterit collator inſpicere, ſi velit, & legere, petens literas duplicatas, promitens ſe facturum prout eidem præcipitur, & quod iuris fuerit. & nõ debet excandeſcere in nominatum, quia nil eſt laudis turpia verba loqui. Si tamen nil dixerit nominato inſinuanti, non minus valebit intimatio, quia verba epiſcopi in inſinuatione non ſunt de ſubſtantia, ſicut ſunt in matrimoniis, in valentibus loqui. gloſ. in l. fin. C. de præſcriptio. 30. vel. 40. anno. & cap. tuæ. de ſponſal.

55 Inſtrm. inſinuationis debet nominatus retinere.

¶ Aduertat nominatus, vt inſtrumentum inſinuationis a notario recipiat, & penes ſe retineat, quia forte, ſi poſtea eo indigeret, inuenire non poſſet, vt not. in. c. ſignificauit. de teſtib. d. Boerius in addit. ad Mandago. in vltima parte. in forma. 4. qualiter appellans denunciare habet appellationem. & in illo inſtrumento faciat inſcribere inſinuationem factam tempore quadrageſimæ, quia quando tempus (vt ſupra dixi) in aliquo actu requiritur, non ſufficit probare actum factum. niſi probetur quod illo tempore fuit factus. l. eum actum. ff. de neg. geſtis. Feli. in cap. quod ad conſultationem. colũ. antepe. in. 2. cõclu. de re iudi. vbi dicit nõ ſufficere probare appellaſſe, niſi probetur appellatum intra decem dies. & ſi in inſinuatione fiat mentio de literis gradus, non creditur quo ad gradum rite datum, niſi ad verbum literæ fuerint deſcriptæ. Roma. conſi. 336. circa.

56 Quib⁹ ſit inſinuãdũ prælatis?

¶ OCTAVO quæritur, quibus præſentibus ſit inſinuandum? Reſpon. notario præſente, & duobus teſtibus. nam notario ſine teſtibus non crederetur. c. quoniam cõtra. de probat. vel præſentibus duobus notariis in illis regionibus vbi de conſuetudine requiruntur, vt hic. & valet illa conſuetudo, de qua Decius in capitulo. 2. columna. 5. de probat. Et plus creditur notariis quam aliis

Source : BIU Cujas

teſtibus, gloſ.in verb.tabellaris.in.§.ſi vero abſunt.in authenti.de hæredi. & falcid. collatio.1.

57 Inſinuatio corã notariis apoſtol. cis an valeat.

¶ Nec diſtinguo quo ad hoc, ſiue ſint notarii regii, ſiue apoſtolici, licet in aliquibus materiis diſtinguatur, vt dixi in articulo primo.rubrica.de executio.in practica mea.

☞ Vide Bal.in proœmio decreta. Gregorius nume.20.& an valeat ſi fuerit notarius imperialis,tradit Egid.bella mera in conſi. 42.dominus.colum.1.quod reprobo. in dicto arti.primo per ordina.Regiam hoc expreſſe prohibentem,quam infero in dicto articulo primo.☜

58 Inſinuationes quibus fiant

¶ Nono quæro quibus fiant inſinuationes de quibus loquimur? Reſpõ. his ad quos beneficiorum collatio ſpectat, ſeu præſentatio,ſiue conferant aut eligant,aut de beneficiis alio modo prouideant,ſiue ſint cardinales,archiepiſcopi,epiſcopi,abbates capitula eccleſiarũ,vel quiuis alii eccleſiaſtici collatores.tex.in.§.teneantur.de colla.in cõcor. & in ordi.regius iam citatis arti.10.&artic. 8.& ſeq.ſiue ius cõferendi ſpectet ad aliquẽ de iure,ſiue de conſuetudine,ſeu ex præſcriptione,quod poteſt eſſe,vt tradit Panor. in c.cum contingat.de foro compet. Feli.in.c. auditis.de præſcrip. Ioan.de Selua.quæſt.8. partis ſecundæ.idem in mandatis arbitror. c.tibi.& cap.duobus.de reſcrip.in cap.ſi capitulo.de conceſſ.præben.eo.lib.

59 Inſinuatio an vicariis fiat.

Primo quæro, abſentibus collatoribus an hæc inſinuatio poſſit fieri eorũ vicariis? Reſpondet tex.in.d.§.teneantur. quod ſic, in abſentia collatorum, & hoc declaratur in ordina.reg.& in prag.in.§.ſtatuit.in verbo vicariis. vbi dicit epiſcopos teneri ad cõſtituẽdum vicarios generales, vt in eorum abſentia poſsint nominationes inſinuari,& alia fieri coram eis.c.quoniam.de offic.ordina.c.quia in quibuſdam.80.diſt.c.in nona.16.quæſt.7. Nam domino abſente procuratori poteſt fieri litis motæ denunciatio.l.ſi dictum.§.ſi præſente.& ibi gl.in verbo procuratori.ff.de euictio. facit.l.procuratoris.de tributo.actio.tex.in.c.ſi ſoli.ibi, ordinario ipſi factam.de conceſſ. præbend. in.6.& ibi Io. Andre.dicit nõ ſufficere quãdo præſentia epiſcopi haberi poſſet,per.l. item.§.petitam.ff.de petitio. hæred.l.mora, ff.de vſur. Et in abſentia vicariorum poterit fieri officialibus,vel aſſeſſoribus vel prioribus clauſtralibus, aut ſubprioribus,ordi. reg.art.11.rubr.Dez graduez ſimples. facit gl.& quod ibi not.doct.in cle.vna in verb. diœceſanis de foro competen.

Et talis exhibitio facta vicario ligat epiſcopum,in tantũ quod ſi poſtea epiſcopus conferat alteri, non valebit licet dicat ſe ignorare inſinuationem vicario factam, alioqui nil operaretur. De rota deciſio.432. nota vtrum.in antiq.gloſ. in.§.item voluit in verbo vicario.de collat.in prag.plus dicens ſufficere etiam mandatum vicario inſinuare in epiſcopi abſentia. capi.eam te.de reſcrip.& ibi docto.gloſ.in.§.qui de prædictis.in verbo,collatori.de collatio.in prag. facit quod notat Archid.in capi.Reatina. 63.diſtin. vbi dicit fuiſſe obtentum, quod quando requitur conſenſus regis vel epiſcopi,ſi ſint abſentes extra prouinciam ſufficit conſenſus eorum vicariorum,qui alias non ſufficeret.ſequitur Bald.in cap.cumvenerabilis.de conſuetudine.per cap.cum nullus.ibi,epiſcopo autem in remotis agente. de tempo.ordinan.libro ſexto.Licet cõtrarium teneat Romanus conſilio.693.ex lon gæua.Primam tenet Iaſ.in.l.in prouincia li.§.ſi ego.columna.penulti.ff.de operis noui nuncia. Præſenti ergo epiſcopo, vel alii collatori eſt inſinuandum.Barb.plene in capi.volentes.numero.12.cum ſequent.de offic.legat.

60 Inſinuatio vicario facta an liget epm.

61 Epus extra ciuitatẽ nõ eſt quærẽdꝰ

Et dicitur præſens,qui eſt in ciuitate,vel in cõtinentibus ædificiis,quia illi qui in cõtinentibus ædificiis ſunt,in ciuitate eſſe intelliguntur.l.qui in continentibus.ff.de ver

Source : BIU Cujas

bo.fig.non tamen tenetur nominatus collatorem adire vel quærere extra ciuitatem. argumento illius qui tenetur adhibere medicum alicui.vt non teneatur extra ciuitatem quærere.no.in.l.si ab hostibus.ff.solu. matrimo. Alexan.consi. 91.numero.5.in.7. volu.cum teneatur creare vicarios.& eos in ciuitate relinquere,si tamē episcopus sit in tali loco qui de facili possit adiri (quod boniviri arbitrio relinquitur)forte nó esset omittendus.gl.in.d.§.item voluit.in verbo absentia. de colla.in prag. Isto tamen iure non vtimur.si fiat vni,sufficiet.

Nec me mouet.d.§. teneantur,ibi,aut eorum vicariis,quia ibi dictio aut,est alternatiua ordinis,vt in.l,cū pater.§. penulti.ff.de legat.2.& ita ponitur in.d.§.statuimus.2.de collat.supra.licet regulariter nō sic accipiatur.glo.in.c.cum plures.de offic.deleg.in.6. & ibi Domi.& Philip.Perus.

Secundo quæro, quid si sint plures vicarii,an sufficiat vni insinuare? Videtur quòd non,per.l.fina.ff.in ius voca.vt eant.&.l.sed & si.qui satisd.cog. vbi si quis promiserit duos sistere,non liberatur si alterum sistat.

Item quia sunt ordinarii.Ioā.And.& alii in cap.tua.de offi.vicarii.& cap.2.eod. titu. lib.6.& habent iurisdictionem insolidū,& quilibet potest separatim procedere, nisi aliter fuerit in constitutione expressum.ar.l. 1.ff.de offi. consul.l.imperatores.ad municip.glo.in cap.2.de arbi.lib.6.& ibi Panor. & Bar.in.l.si vni.ff.de re iud. Ex quo tamē causa est coram vno inchoata,alter non potest se immiscere,nisi primus sit impeditus, per.d.l.si vni. igitur cum vnus sine altero possit procedere, omnibus est intimatio faciendā,ad hoc vt omnium impediatur collatio, instar procuratorum. capi.si duo. de procur.li.6.

Contrarium est verum,quia omnes vicarii.etiam si essent quinque vel sex (vt apud Bituriges)repræsentant vnam personā,videlicet constituentis,a quo est eorum potestas.ca.2.de consuetudi. vnde sicut insinuatio facta vicario ligat dominum,multo magis debet ligare alterum vicarium.

Nec me mouet.d.l.fi.nec.l.sed & si. quia est casus diuersus, & loquitur in debitore qui duo debet copulatiue:hic cōtra, quia in solidum constituti sunt regulariter.

Nec refragatur aliud,quia loquitur quādo plures habent potestatem conferendi in solidum,nec vnius potestas depēdet ab alio. nec repræsentant personam vnius,hic contra.glo.in.d.§. tem voluit.in verbo vicario.

Tertio quæro, quid si vicarius conferat inhabili,an potestas deuoluatur ad constituentem, vel ad superiorem episcopi, videlicet ad archiepiscopū? Videtur quod ad constituentem,per.§.si quis vero. in verbo immediatum superiorem deuoluantur.de colli. in prag.vbi deuolutio fit ad immediatum superiorem, sed immediatus superior vicarii est episcopus,ergo ad eum fiet deuolutio. 63 Deuolutio fit de vicario ad archiepiscopū

Contrarium verius arbitror, tum quia nō fieret deuolutio ad immediatum superiorem,sed ad eundem.c.2.de consuet.in.6.Et concordatum vult vt ad immediatum superiorem episcoporum,vel archiepiscoporū, & id genus collatorum deuoluatur potestas,ergo sic fiet.Item quando delegatus in totum delegat,ad primum delegantem appellatur.c.super quæstionum.de offi. deleg. c.duo ex tribus.&.c.si is cui.illo tit. in.6.& episcopus de se queri debet,qui talem vicarium sibi elegit.§.si.insti.pro socio.

Quarto quæro, cui istorum vicariorum intimatio fieri debet? Respō.poterit nominatus eligere vnū ex istis,cui exhibebit nominationes,& alia requisita,arg.authen. habita.C.ne filius pro patre. vbi quando quis habet plures iudices,habet optionem. glos. in.l.fina.C.vbi in rem actio.sic & hic videtur.Itē in alternatiuis est electio debitoris. l.3.ff.de eo quod cert.loco.l.plerunque. de iure dotium.regula, in alternatiuis.de reg. iur.in.6.Sic & in pluribus quibus est faciē- 64 Qñ sunt plures vicarij cui sit insinuandum.

Source : BIU Cujas

da insinuatio.si tamen fieret collatio ab episcopo & vicario eodem die,nec de priorita te appareret,valebit collatio facta per episcopum propter eius maiorem prærogatiuam.cap.dudum.& capi.si à sede.de præbē. lib.6.dico plene in tract.de pacifi.possesso. in.17.limita.

65 Insinuatio facta vicario extra diœcesim valet

¶Quinto quæritur,an valeat insinuatio facta vicario extra diœcesim? Videtur quòd non cap.statutū.de præb.libr.6.extra enim territorium ius dicenti non paretur impune.c.fi.de constitu.lib.6.l.fi.ff.de iurisdict. omnium iudicum.

¶Contrarium videtur verius,quia ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis,possunt etiā extra territorium exerceri.l.2.ff.de offi. proconsul.posset vicarius extra diœcesim conferre,sicut episcopus.cap.nouit.de offic. lega.& ibi nota.& de Rota decisio.vltim.de offic.vicar.cap.post electionem.de concessione præbend. Item sacerdos parochianum suum extra parochiam vbicunque cōfiteri & absoluere potest, cum sit voluntariæ iurisdictionis.Hostien.in summa de pœnitent.& remissio.§.cui confitendum.versicu. & nunquid extra territorium. Potest etiam episcopus extra territorium conferre suis subditis ordines. Barba.d.capit.nouit.dicens episcopum Asten.multis scholaribus sua memoria contulisse Bononiæ, vt dixi supra nume.29.

¶Nec obstat.d.capi.statutum, quia loquitur in beneficiis vacantibus in curia,in quibus est speciale,& d.capi.finale loquitur in actibus iurisdictionis contentiosæ,hic voluntariæ.

66 De insinuatione facta epo q dam est alterius epi vicarius.

¶Sexto quæro,quidam episcopus est vicarius archiepiscopi,vel alterius episcopi.Iqui dam eidem insinuauit, quæro an censeatur illi insinuasse & vt episcopo,& vt vicario? Videtur quòd sic,si nominationes dirigebantur vtrique episcopo,vt res valeat.l.quotiens.2.ff.de reb.dub.c. inter.§.cæterum.de fidei instrumen.

¶Contrarium arbitror verius, vt tantum censeatur eidem facta insinuatio tanquam episcopo,& non tanquam vicario, nisi dixerit,etiam tibi tanquam vicario insinuo. per text.in.l.de pupillo.§.nunciationem.ff. de operis noui nuncia.ibi,& generaliter ei nunciari nouum opus potest,qui in re præsenti fuerit domini operisve nomine. Ecce ergo quod requiritur vt nomen vicarii exprimatur,alioqui in dubio censetur insinuatio facta eidem tanquam episcopo, vt omne analogum in sua famosiori stet significatione.§.sed ius quidem ciuile.institu.de iure natura.

67

¶Item in mandatis apostolicis si collatio spectet ad Archidiaconum separatim, non sufficeret insinuatio facta publice, sed oportet quòd illi separatim fiat.capitu.finali.de præbend. in.6.quod est verum, si ratione suæ dignitatis conferat:secus si tāquam vicegerens capitūli conferret, vtpote quia est in turno suæ hebdomadæ, vt supra dictum est,& sequitur D.Ruseus in tract.de mand. Apostolicis.3.parte.

68 Insinuatio facta capitulo nō ligat vicarium episcopi

¶Ideo si insinuatio fuerit facta capitulo,& vnus canonicus erat vicarius episcopi, per hanc insinuationem capitulo factam nō ligatur episcopus, nisi illi canonico intimatum fuerit tanquam vicario episcopi.

69 Duæ lfa duplica tæ an d ri debeā

¶Et an teneatur dare duas duplicatas literas, videlicet vnas tanquam vicario alterius episcopi,alteras tanquam episcopo? & crederem quòd sic, quando hoc requireret,alioqui si tantū literas duplicatas daret, non vitiaretur insinuatio facta sub duplici qualitate vni personæ,quia per eas solas literas ita certus est,ac si duas haberet. quod sufficit,& videtur satisfactum concordato. fusius aliquando dicam.

70 Insinuati ones fa ctę vica rio reuo cato qui do valeāt

¶Septimo quæro,episcopus reuocauit tēpore quadragesimæ vicarium,vt deciperet nominatos.quæro an insinuationes eidem vicario post ea factæ,viribus subsistant? Respō.subsistere,si nominati & vicarius igno

Source : BIU Cujas

rant istam reuocationem. nam gesta per vicarium valent, si ignorat reuocationē text. sing. in l. si forte. ff. de offi. præsid. cuius verba infero, Si forte præses prouinciæ manumiserit, vel tutorem dederit priusquam cognouerit successorē aduenisse, erunt & hæc rata. & per illum tex. sing. dicit Roma. sing. 57. fuit quæstio Romæ.

¶ Quod vallet collatio beneficii facta per vicarium reuocatum, antequam sciat, quia sicut antequam sciat, non dicitur habere iurisdictionem: ita etiam non censetur reuocata antequam sciuerit. Inno. in cap. ex conquestione. de restitu. spoliat. Peruf. in ca. super eo. 2. vltimo nota. de appella. Et sententia lata à primis iudicibus reuocatis, ante notitiam reuocationis valet, cap. audita. de resti. spolia. Panor, & alii in capi. cæterum. de rescript. consuluit Decius consilio. 395. in causa istorum. col. 2. Debet etiā quis habere salarium quādiu ignorat successorem aduenisse. Roma. in l. diem functo. ff. de assesso. Et priuilegium tandiu durat alicui, quādiu sciuerit successorem aduenisse. tex. & ibi glo. prima in l. tribunus. ff. de testa. milit. quam laso. not. in l. more maiorum. numero. 8. ff. de iurisdict. omnium iud. & Roma. singu. 566. quod l. si forte. & facta post reuocationem non sunt nulla, antequam is à quo reuocatur, sciuerit reuocationē, & ei fuerit intimata. cap. ecclesia. in. 2. vt lite pendē. dixi in repet. l. quod iussit. nota. 2. numero. 88. cum sequent. ff. de re iud. vbi vltra alios tractaui materiam vtilem reuocationis. Vnde etiam fit, vt non valeat reuocatio procuratoris ante intimationē. cle. vna de renuncia. c. ex parte Decani. de rescript. Imo etiā si vicarius sciuerit, & dolo tacuerit, valebit insinuatio, nevia pateat malitiis. l. in fundo. ff. de rei vendica.

¶ Octauo quæro, an conductori fructuū episcopatus possit fieri insinuatio? Videtur q̄ sic, quia conductor omnes fructus habere debet, si sic conuentum est, & collatio est fructus. glo. in. c. cum olim. de maior. & obedien. ergo illi debet fieri insinuatio ad hoc vt teneatur conferre.

¶ Item ius præsentandi transit cū vniuersitate ad locatorem. c. ex literis. de iure patro. ergo postq̄ potest præsentare ad beneficia, illi debet fieri insinuatio.

¶ Contrarium est verum, quia in conductorem, etiam si conduceret spiritualia & temporalia, non transit ius conferendi, nisi specialiter sit ei concessum. c. fina. de off. vica. in 6. ita tenet Ioan. de Selua. in tract. de beneficio. in. 2. parte. q. 11. ergo insinuatiōes illi fieri non debent, cum potestatē conferē di non habeat.

¶ Nec obstant in cōtrarium adducta, quia esto quòd fructus temporales transeant in conductorem, non tamen collatio, quæ est ius spirituale, licet sit in fructu. & si præsentatio transeat cum vniuersitate bonorum, tamē nō collatio. not. in c. quanto. de iudi. c. querelam. de simo. nec præsentatio trāsit in conductorē ad modicum tempus. Panor. in d. ca. ex literis. & Feli. in. c. cū Bertoldus. colū. penul. de re iud.

¶ Nono an sufficiat insinuare coadiutori dato episcopo, vel episcopo sit facienda insinuatio? Et breui respon. quòd coadiutori potest fieri quando habet collationem beneficiorū. glo. in. §. item voluit. in verbo. vicario. de colla. in prag. & tunc habet collationem beneficiorum, quando datus est illi qui perpetuo impedimento est detentus, vtpote mentis alienatione vel intellectus, quia episcopus est demens vel furiosus. alio qui ecclesiæ diutius vacarent, si expectaremus quod moreretur vel resipisceret. l. ambiguitatem. C. de vsufruct. alias coadiutori non potest fieri, vt dixi supra in. 8. quæstio. princip. ibi, quæst, 10. & glos. in titu. de collat. in verbo iurisdictio. in pragmatica. nisi episcopus esset lepræ morbo percussus, tūc etiam putarem quod coadiutori insinuatio esset facienda propter periculum commu-

73 Coadiutori an sufficiat insinuare.

Source : BIU Cujas

nionis.c.de rectoribus.& cap.sequen.de cleri.ægro.c.1.de coniugio seruo. Idem si peste esset infectus, contra quam non valent medici, nec medicinæ. Paul.in.l.si ab hostibus. ff.solu.ma. Deripa in tracta.de peste.plene tradit.ibi videre licet multa ad hanc rem facientia.& mortuo episcopo succedit capitulum,& finitur potestas coadiutoris. Bald.in .quæsitum.ff.de tute.

74 De insinuatione facienda capitulo

¶ Decimo, quando diriguntur nominationes capitulo, tunc debet insinuari capitulo congregatis canonicis vel monachis, non autē valeret insinuatio, si separatim in domo cuilibet literæ præsentarentur, arg.c.in Genesi.de elect. glos.& doct, in cap.si capitulo.de concess.præbend.in 6.nam quando dispositio tangit plures in vniuerso, tunc requiritur quod congregati illum actum faciant, alias actus non valebit. cap. pisanis.de resti. spolia.l.2.C.de decu.lib.10. etiā quando maior pars præiudicat minori, debet fieri in vniuerso, non sigillatim. Istud tradit Bar.in.l.omnes populi.in.3. q. secundæ qu. princip.ff.de iusti.& iur. facit etiā quod no. idem Bart.in.l. aut facta.§. fin. ff. de pœnis. text.in.l.semper.§. si in sepulchro. quod vi aut clam.

¶ Et sic etiam debet mandatum præsentari. si tamen duobus competeret ius cōferendi qui non facerent collegium vel capitulum, tunc sigillatim potest illis fieri exhibitio. Panor.in capit.3.de iur.patro. Et quid si canonici non sint congregati? debet expectare nominatus vel mandatarius diem quo solent congregari, cum bis in hebdomada soleant de consuetudine congregari: vel debet requirere illum qui habet potestatē congregandi, vt congreget: quod si recusat cōgregare, vel canonici nolint quod mandatarius seu nominatus ingrediatur: tunc facta illa diligentia habebitur ac si præsentatio facta fuisset capitulo: Feder.consil.190. & doct.in d.ca. si capitulo.& sufficit facere tunc insinuationem in loco vbi capitulum consueuit congregari, Decano, Archidiacono, vel Præposito, seu maiori parti illorū canonicorum qui ibidem inueniuntur: nec oportet ꝙ nominatus probet quòd maior pars interuenerit teste Collecta.in ca.dilectus.2.col.vlti.de præbend. per no.in c.bonæ.1.de electio. ☞ Et si decanus nolit cōuocare capitulum, vel conuocet ad tempus longum, poterunt canonici, vel maior pars illorum conuocare, & decano nolente capitulum ad breuius tēpus congregare,& possunt terminū mutare, vel abbreuiare, vt cō suluit. Egid.bella mera consil.7.factum colum.penult. ☜

75 Mādatū quō insinuādum sit capitulo.

76 Sequestro an possint insinuationes fieri

¶ Vndecimo, an sequestro sit insinuatio facienda? Videtur ꝙ non, quia sequester, maxime necessarius, id est auctoritate iudicis positus, non possidet.l.interesse.ff. de acqui. ri possess.l.vna.C.de sequestra.possess.& fruct. Anto.& Panor.in cap.examinata.de iud.& ibi Henri. dicit ꝙ manus regis apposita rei contentiosæ, non priuat aliquē possessione sua,& talis sequester colligit fructus nomine alieno, quos habet restituere victori.ca.2. de sequest.posse.& fruct.sic non potest præsentare nec conferre, ergo nec illi insinuare debebit, cum non sit collator vel patronus, quibus tantum insinuari oportet.

¶ Contrarium tenet Innocen.in d. ca.examinata.vbi dicit sequestrum posse præsentare & conferre. Idem tenet Felin.in c.cum Bertoldus.in fi.de re iud.quem sequitur D. Ruseus in tract.iuris regalio.in 10.priuilegio, quia fructus colligere potest, inter quos est præsentatio & collatio.glos.in cap. cum olim. de maio. & obe. & pro hac opinione latum fuit arrestum. vt eidem insinuari possit, vt citat glo.in.§.item voluit.in verbo vicario.circa finē.de collat.in prag. Quod est intelligendum, quando sequester esset voluntarius, id est de consensu partiū electus, vel voluntarius & necessarius, id est datus per iudicem de partium consensu, vt comunius fit; & ille poterit & conferre, & præ

Source : BIU Cujas

sentare. R och. de curt. in tracta. de iure patro. in verbo ipse vel is. quæstio. 36. Ioan. de selua in tract. de benefi. in. 2. parte. quæst. 9. egovidi sequestrum voluntatem cui cõferẽdum esset requirentem amborum litigantium: & si conueniebant in vnum, illi conferebatur à sequestro. si disconueniebant, idoneior eligebatur ex duobus nominatis per litigantes, & istud est tutius.

77 pen e cui nsinu lum. ¶ Duodecimo dubitatur, lite pendente cui contendentium possit insinuatio fieri? Breui dicerem quòd si alter esset in possessione illi posset fieri, quia conferre potest. not. in cap. cum ecclesia sutrina. de causa possess. & cap. consultationibus. de iure patro. Ioann. de selua in tract. de benefic. in. secun. parte. quæstio. septim. & ibi declarat quando dicatur esse in possessione post Calderi. in cõsi 12. in rubri. de iur. patrona. Si neuter possideat, vel vterque dicit se possidere, tunc ante sequestrum factum ego insinuarẽ vtriq; propter dubium, per not. in. l. de pupillo §. si plurium dominorum. per illum text. ff. de operis no. nuncia.

¶ Quando electio vel præsentatio fieri possit lite pendente, vide per glos. & doct. in cap. 2. de in integ. restitutio. ca. ex literis. de iud. patro.

8 co. ior cui finu um. ¶ Decimotertio, cui fiet insinuatio episcopo mortuo? Respon. capitulo, cum ad illud deuoluatur collatio quæ fit ex necessitate, secus ex volũtate. c. illa. ne sede vacãte. & collatori debet fieri insinuatio, ideo capitulo fiet. & hoc probatur in c. eam te. de rescrip.

9 tulũ fi. mẽ gra orũ. ¶ Et potest fieri collatio per capitulum, sive beneficia vacent in mensibus nominatorum, siue graduatorum, quia dicuntur de necessitate conferri, licet sit quædam liberalitas in cui conferendo, videlicet gratificando. glo. in cap. relatum. de præbend. non tamen est mera liberalitas, sed quædam necessitas, vt ibidem dicitur in §. præfatique. 1. ibi conferre teneantur. probat. tex. in c. penul. in. fi. ibi. alterum quem voluerint eligere teneantur. vbi gratificatio est necessaria, ita hic alioqui dispendiosa cõtingeret vacatio c. quã sit de elect. in 6. ☞ facit text. in. l. vnũ ex familia §. 1. ff. de legat. 2. ibi non enim facultas necessariæ electiõis, propriæ liberalitatis beneficiũ est &c. ☜ Item ista collatio nominatorũ & graduatorum non debet diuerso iure censeri. l. eum qui. ff. de vsucap. & quia habet conferre graduatis, dicitur esse necessitatis, sicut illa quæ habet cõferre nominatis. nã licet antiquiori debeatur nominato, poterit esse quod non erit idoneus, & sic alterum nominatum gratificare poterit sic graduatum, quia non videtur differentia inter eos, vel admodum parua.

¶ Item quando collatio spectat ad episcopum & capitulum simul, episcopo mortuo collatio spectat ad capitulum. ca. vno ne se de vacante. in 6. & tunc recte fit insinuatio eidem capitulo. concludere videtur Franciscus in tract. de off. & potestate. ca. sede vacante. in secunda parte. q. 1. insuper collatio quæ graduatis fieri debet, non minus dicitur necessaria etsi gratificari vnus ex graduatis possit, vt no. in. l. legato generaliter. ff. de legat. 1. vbi si relinquatur optio seruorum, non minus dicitur necessarium legatũ. l. seruo. ibi, teneri. ff. de optio. lega. paria sũt deberi vni Titio, vel vni ex pluribus. no. in l. si ita. ff. illo titu. quia totum necessariũ est. sic & collatio facienda graduatis, & illa optio etiam trãsit ad hæredes. lege. illud. ff. de optio. lega. quod est notandum, quia vidi dubitari in palatio.

80 Quando collatio ad duos spectat, an sufficiat vni insinuare.

¶ Decimoquarto, quid si collatio vel præsentatio spectat ad duos simul, videlicet ad episcopum & capitulum, an sufficiat vni illorum insinuare? Respon. sic, argu. l. de pupillo §. si plurium. ff. de operis no. nuncia. qui sic dicit, si plurium res sit in qua opus nouum fiat, & vni nuncietur, recte facta nunciatio est, omnibusque dominis nunciatum videtur. nam quoties potestas vni admittur sine quo collatio facta non valet, alii etiam

Source : BIU Cujas

adempta videtur, cum collatio ab altero facta non valeat, vt concludit Feder. consil. 1. & consil. 232. casus. in fine. sic ipse consului & Ioan. de selua in tracta. de beneficio in. 3. parte. q. 7. Sic in mandatis apostolicis tradunt doct. in cap. si capitulo. de conces. præbend. in. 6.

81 ¶ Item si fiat interpellatio vni ex duobus reis debendi, nocebit alteri. l. penulti. ff. de duo. reis. l. fin. C. illo titul. & si vnus ex pluribus iudicibus vel arbitris impediatur, alii non possunt procedere. l. si in tres. & sequē. ff. de arbit. l. duo ex tribus. ff. de re iudic cap. vno delegatorum. de offi. deleg. Idem in procuratoribus. c. si duo. de procura. lib. 6. facit l. ædiles. 2. §. si forte. ff. de ædilitio edic. quod intellige quando coniunctim ad eos spectabat collatio, & vnus sine altero non poterat conferre.

¶ Si vero collatio spectaret ad duos insolidum, qui conferebant alternis vicibus, tūc insinuatio alteri facta alterum non impediret quo minus cōferret, & valeret collatio, per ea quæ not. Ioan. And. in cle. vna de renun. & expresse gl. in. §. statuit. in verbo spectat. de colla. in prag. Sed quid si ille cui est facta insinuatio, sit valetudine aduersa detētus, & permittit alteri cui nō fuit exhibitio facta, vt conferat, an valeat facta nō gradua tovel eo mortuo alter cōferat vide i. c. vno. ne sede vacan. lib. 6. Hæc quæstio in palatio fuit à me petita. ego cū operæpreciū fuerit, decidā. interim cogita.

82 Successori an fit I sinuatio faciēda.

¶ Decimoquinto quæro, insinuatio rite facta est vni collatori de omnibus literis, etiā datis duplicatis. eo mortuo, an suo successori sit iterum facienda? Respon. non est dubium quin in singulos annos sit exhibitio nominis & cognominis facienda, vt disponitur in concordato. in. d §. teneantur. Sed quid de literis iam insinuatis? Et videtur ꝙ sic, quia fit exhibitio, ne collatores ignorantiam prætendere possint. clement. causam. §. verum. de elect. & vt videāt an literæ gradus & nominationis valeant, & an graduatus sit per saltum promotus: quod non posset successor cognoscere, nisi per literarum exhibitionem, ergo est facienda. nec posset successor diuinare insinuationem suo prædecessori factam, cum successor habeat iustam ignorantiæ causam. l. 1. in fin. & l. 2. ff. depos. l. qui in alterius. de regu. iur. & istud esse æquius testatur glos. in verbo. spectat. in §. & similiter. de colla. in pragm. Et Brunellus in tractat. de dignitat. legati. conclu. 19. in fine.

¶ In contrarium facit quod concordatum non ligat nominatum ad insinuandum successori. ergo nec ego, vt habetur in dict. §. teneantur. & §. si tamen. vbi loquitur in singulari, videlicet in insinuatione faciēda, & semel tantum.

¶ Item iuramentū fidelitatis præstitū prælato, transit ad successorē. c. veritatis. de iureiur. sic & insinuatio semel facta vni ad successorē transibit, qui censetur vna persona cum defuncto. in authen. de iureiuran. à morien. præstito. §. 1. colla. 4.

¶ Idem in delegatione facta sub nomine dignitatis, vt ad successorem transeat, probat text. in cap. quoniam abbas. de offic. delega. ca. si gratioſe. de rescrip. in sext. Et in concordatis est decretum irritans, quod etiam ignorantes ligat. capit. dudum. de præbend. lib. 6. & pro hac parte dicit glo. in d. verbo spectat. interuenisse arrestum parisiis. Ego dicerē quòd si vacante beneficio nominati peterent illud beneficiū sibi conferri, quòd ille successor posset ab eis petere instrumentum insinuationis sibi exhiberi, cum iustam ignorantiam prætendere possit, vt supra dixi. si tamen non peteret, non teneretur nominatus hoc iterum insinuare. nam iterum ex causa edere prætor iubet. l. si quis ex argentariis. §. fina. cum. l. sequen. ff. de edendo. illa tamen editio peti debet, vt ibi.

¶ Item quando beneficium est affectum, ordinarius collator dicitur ligatus, etiam

Source : BIU Cujas

ignorans.c.ſi eo tempore.de elect.lib.6.c.ſi poſtquam.de præb.eod.lib. Sed ſimul atque fuit præſentatio facta collatori, affectũ fuit beneficium vacans tempore in concordatis præſtituto, ergo non requiretur alia inſinuatio. Cardi.& Imol. in cap.eam te.in fine.de reſcri.

¶ Decimoſexto quæro, quid ſi collator nolit oſtium aperire nominato volenti inſinuare? Reſpond. dolo facit. l.1.ff. de eo per quem factũ erit. Imo ſi collator latitet, vel alias impediat ne fiat eidem exhibitio, perinde eſt atque ſi facta fuiſſet, quia pro citato habetur, qui ſe occultat, vel impedit ne poſsit citari. cap. quoniam.§.porro. vt lite non conteſta.clemen.1.de iud.gloſ.in.cap. capitulum.de reſcrip.l.fulcinius.ff.ex quib. cau.in poſſeſ.eatur. & hoc eſt intelligẽdum quando loco & tempore cõgruis vellet nominatus inſinuare, vt ſupra dictum extitit, alioqui contra.

¶ Hoc tamen caſu facienda erit exhibitio ſecundum formam cle. cauſam. de electio. glo.in §.ſtatuit.in verbo ſpectat.de colla.in prag. Seruatur etiã dicta clementi.cauſam, in inſinuatione mandati. Sunt tamen ſex caſus in quibus mandata afficiunt immediate beneficia, adeo quod collatio aliis facta nõ tenet, quos tradit Do. Ruſeus in tracta. de mand.apoſt.in.3.parte circa finem. ☞ Qui non ſeruantur in hoc regno, nam ante mentem poſt præſentationem non eſt affectum beneficium mandatario, vt ſupra in forma mandati patet, & ibi dixi in gloſ.poſt mentem, & ſequen. ☜

¶ Et ſi collator ſtatim atque nominatus vel graduatus vult inſinuare, diſceſſerit, vt quãdoque vidi: quia non eſt quod imputetur nominato, valebit talis inſinuatio per illam regulam, quod per me non ſtat, mihi non eſt imputandum, regula, in iure ciuili. ff. de regulis iuris.l.i executione.§. finali de verborum obligationi. vbi traditur vna limitatio ſolennis per gloſ. facit quod dicit Barba. poſt Cardina. in dict. clementi. cauſam. vbi dicit, quod ſi dum appellans parat ſe ad legendum appellationem, & dum appellatus hoc cognoſcit, ſtatim diſcedit, quod habetur ac ſi totum legiſſet in præſentia, cum non poſsit appellanti imputari quin legerit. l. ſi fundus.§. fina. ff. de.l. commiſſo. Idem ergo erit in nominato, alioqui quotidie fieret fraus per collatores ſic diſcedendo, & nominatos relinquendo, cui eſt obuiandum. cap. ſedes. de reſcrip. 86

Si nominatus nolit dare exẽplum nominationis quõ collatori ſuc curratur.

¶ Item tenetur nominatus & graduatus ſimplex dare collatori literas duplicatas, id eſt, exemplum ſiue copiam literarũ quas inſinuat. dict. §. teneantur. & ſi noluerit dare: non tenebitur collator ſibi prouidere, nec quod in nominationibus ſibi mandatur, exequi. diſt. clemen. cauſam. inſtar eius cui non exhibetur ſecundum reſcriptum. ideo non tenetur exequi. capi. cum contingat. de reſcript. Et ſi citato non detur copia citationis, nõ tenebitur comparere. Nico. Milius in reper. in verbo, copia. in vltima. quæſtio. & hæc copia debet eſse manu alicuius notarii ſubſcripta, vt faciat fidem. Bonifa. in dicto. clementi. cauſam. in fine princip. licet ſecus ſit in appellatione. diſt. cap. appellatio. de appella. in. 6. & hoc ſi ordinarius petat, alioqui dicam inſinuationes non vitiari, quia textus concord. nil dicit de ſubſcriptiõe dupli, ſiue exempli, ideo nõ hoc addam. 87

Exẽplũ nominationũ ex pẽſis nominati dãdũ eſt.

¶ Et hanc copiam facere tenetur ſuis ſcilicet nominati expenſis. capi. cum perſonæ, de priuileg. in. 6. gloſ. & Barba. in dict. clementi. Cauſam. Geminia. & Philip. in capitulo. 2. de litis conteſtat. in. 6. & dico in gl. dare. 88

Copia peti debet, & alia hic poſita.

¶ Fallit ſi collator nollet, vel non requireret, quia ſua cauſa dicitur introductũ, ideo poteſt ei renunciare. l. penul. C. de pact. vt expreſse dicitur in ordinat. regiis rubr. des priuileges des eſcolliers. ibi, ſeront tenuz leur laiſser les dobles, ſi leſdictz collateurs

Source : BIU Cujas

le requierent.articul.5.quod non video cor rectum per concordatum,ergo debet ſtare & ſeruari,argu.l.præcipimus.C.de appellatio.Probatur etiam per text.in.l.2.&ibi Iaſon in.5.notabi.C.de iure emphy.vbi emphyteota priuati non ſoluens cenſum intra triennium,priuatur re emphyteoticaria,ita demum,ſi dominus hoc voluerit. capi.potuit.de locat.gloſ.in.l.2.ff.ſi ager vectigal. & ſponſalia de futuro etiam iurata diſſoluuntur per adulterium, volente & petente ſponſo,non alias.Panor. in capit. quemadmodum.de iureiurand. Contractus etiam dolo initus eſt nullus, ſi contrahens petierit.gloſ.in.l.& eleganter.in verbo,nullam. ff.de dolo.nota.Panormita.& de burgos,in capitu.cum dilecta.de emptio. & venditio. l.2.ibi,ſi venditor eum inemptum eſſe velit, quia id venditoris cauſa cauetur.ff.de l.commiſſo.Et ſic eſt prima limitatio,quod inſinuatio non ſit facienda ſucceſſori.

89 Nominat⁹ contra alīū non opponit exceptiū nō eſſe datum.

¶Et ſic non poterit nominatus contra alium nominatum,vel graduatus cōtra aliū opponere,quod is qui inſinuauit,non dedit literas duplicatas,ſiue copiā,vt dicunt,quia forte collator noluit.ſicut dicitur de canone non ſoluto,vt tertius nō poſſit opponere antequam dominus declarauerit ſe velle. Alexan.conſi.82.in cauſa. col.2.volumine. 7.Barba.plene.in capi. mandatum.colū.16. de reſcrip.

¶Item quando aliquis ex eligentibus fuerit contemptus,hoc non poteſt tertius allegare,quia forte contemptus nō vult.ſic cōſuluit Federic.conſilio.227.ſi potero.& quādo fit ipſo iure priuatio, & non cum effectu,tertius non poteſt opponere. vt in bonis ipſo iure in fiſcum trāſlatis,que nō vult acceptare fiſcus,& ſic cum effectu non inducitur priuatio.l.his conſequenter.§.1.ff. familiæ herciſcū.Soci.cōſi.78. Viſis actis. in.4.volu.Sed hic fit priuatio ipſo iure, nō cum effectu,ſi collator nolit, ergo tertius non poterit opponere.quod eſt bene notandum,quia vidi doctos in hoc errare,& contrarium tenere.

¶Nec obſtat decretum irritans appoſitum in.d.concord. quia ita demum operatur,ſi impetrans vti velit.Ioan. Monach.in capi. ſtatutum.de præbē.in.6. Alexan.conſi.173. viſo themate. circa finem. in.2.volumine. Bald. & moder.in.l.finali.C.de reuocand. donat. Bened.in repet. capi. Raynutius. in verbo,in eodem teſtamento. in.1.numero. 87.cum ſequenti.de teſta.dicens ſe in caſu mirabili aliàs conſuluiſſe, vt ibi per eum, videſi lubet.

90 Patrono nō vero inſtituenti exemplū dari debet.

¶Tertio fallit quando primo dediſſet exēplum patrono,poſtea epiſcopo habenti inſtitutionem: non tenetur aliud exemplum dare, cum ſufficiat dare habenti collationē liberā, vel patrono alternatiue.d.§.teneantur.de cuius natura ſufficit alterū.l.ſi hæredi plures.ff.de condit.inſtitu.c.inter,de reſcript.& cum exprimat patrono eſſe inſinuandum, videtur negare de inſtituente. argu.l.cum prætor.ff.de iud. cap.qualis.25. diſt,gl.in.§.& ſimiliter.in verb. diſpoſitio. de colla.in prag.& ſufficit ſemel dare literas duplicatas,vt infra dicam,arg.l.boues. §.hoc ſermone.ff.de verborum ſignificatio.ergo non tenebitur dare patrono & inſtituenti.

¶Quarto,non procedit in eo qui iure deuoluto confert,cui inſinuatio fieri non debet ratione illius qualitatis, quia ad eum deuoluitur collatio qualificatæ.§.ſi quis vero de colla.in concord.cle. vna.de ſupplen. neglig.Prælat.& ſupra dixi.

92 Perquos debeat inſinuatio fieri.

¶DECIMO quæro,per quos fiat inſinuatio? Reſpon. per nominatos vel graduatos, vel per procuratores eorum.tex.in dicto.§. teneantur.ibi,per ſe, vel per procuratorem facit tex.in.l.1.§.1.ibi,per ſe, vel per procuratorem poſcere.C.de bonis mater. Nam intimatio in cauſa appellationis per procu-

Source : BIU Cujas

ratorem poteſt fieri. gloſ.in verb. ſpecialiter in clementi.cauſam.de electio.& ibi late docto. ſic & iſta. Quid ſi aliquis ſit procurator,& tamen non receperit adhuc mãdatum,ſed affectione ductus inſinuat antequam ſciat ſe procuratorem, an valeat talis inſinuatio; vide Franciſquinum Curtiũ in conſilio.63.præſupponitur.columna penulti,& ſequen.Quod facit ad quæſtionem epiſcopi habentis indultum, an ante receptionem ſui indulti alius conferre beneficia ad ſuam collationem ſpectantia poſsit non decido, vt partes conſilia quærant.

¶Quæro, cuius ſit optio? collator vult vt nominatus per ſe exhibeat, nominatus vel graduatus vult per procuratorẽ inſinuare an poſsit? Reſpõ.ſic,quia in alternatiuis electio eſt debitoris.l.3.ff.de eo quod certo loco.l.plerunque.de iure dotium.

¶Item hoc beneficium ei a iure conceditur, videlicet vt per ſe,vel per procuratorẽ inſinuet.d.§.teneantur.ergo ei non poterit auferri per collatorem.regula,indultum.de regu.iur.lib.6.Et ſic inuito collatore nominatus inſinuabit per procuratorem,& graduatus.quod eſt notandum.

¶Secundo quæro an requiratur procurator ſpecialiter ad illum actum deputatus, vel ſufficiat generalis? Reſpondeo ſufficere generalem, cũ tex.loquatur generaliter de procuratore,ergo generaliter debet intelligi.l.1.§.generaliter.ff.de lega. præſtand. & indefinite loquitur,quæ indefinita æquipollet vniuerſali c.vt circa. & ibi gloſ.notab. de elect.in.6.Item nomen habet,ergo & effectum habere.debet.l.a nullo.C.de fer.ad hæc procurator generalis omnia poteſt facere, quæ diligens paterfamilias faceret.l. procurator cui.ff.de procuta. facit.l. vero. de ſolutio bar.in.l.ſi procurator.de cõdict. indeb.Procurator generalis poteſt denunciare gloſ.& Bart.in.l.1.§.1.ff.de lib. agnoſcend.Et hæc inſinuatio non eſt de caſibus requirentibus ſpeciale mandatum, de quibus in.c.qui ad agendũ.de procurato.in.6. Bald.in.§.1.inſti.de his per quos agere poſſum.Barb.in.d.clemẽ.cauſam.col.3.tamen non poterit acceptare ſine ſpeciali mandato.§.ſtatuit.in verbo procuratorem.de colla.in prag.Licet contrarium teneat Card. in cle.vna.§.quem etiam.q.3.de cõceſ.præbẽ.& Peruſ.in c.ſi tibi abſenti.de præbẽ.in 6.& ſufficit quod ſit cõſtitutus ad acceptandum quecunq; beneficia, licet non ſit expreſſum beneficium acceptandum. Antho. Imol.& alii in.c.accedens.de præben.

95 Procurator laic? an poſsit inſinuare.

¶Tertio dubitatur,an debeat conſtitui laicus, vel clericus? Videtur quod debeat eſſe clericus, quia per laicos cauſæ eccleſiaſticæ non debent tractari.c. decernimus. de iud,Secundo facit,quod capitulum non poteſt compromittere in laicum, vt eligat prælatum nomine capituli.Panor.in c.cauſam. q.1.de elect.Tertio laicus non poteſt conſtitui procurator ad eligendum,quia deducere negocium ſpirituale de non eſse ad eſſe,non poteſt laicus.Domi.in.c.1.de procurat.lib.6.

96

¶Contrarium dicerem verius, nam laicus poteſt conſtitui ad reſignandum, glo.not. in cle.vna,in verbo procuratorem.de renũciatio.Barb.in.c.olim.nume.13.cũ ſequen. de reſcrip.

¶Item poteſt conſtitui laicus procurator ad acceptãdum beneficium certum, vel incertum.Panor.& alii in.c.accedẽs. de præbend.quia talis procurator in illo actu acceptationis ſe habet vt nudus miniſter, & vt pica, declarando voluntatem domini. Ideo cenſetur factum ab ipſo conſtituente, vt not.in.l.multum.C.ſi quis alteri vel ſibi. gloſ.in.§.ſtatuit.in.verbo procuratorem de collatio.in pragm.Feli.in.c.apoſtolicæ.colum.3.de exceptio. plene Cardi. conſi.primo.rub.de præben.

Poteſt etiam laicus cõſtitui ſyndicus.c vno.de ſyndi.& ibi not.doct.

Nec obſtat quòd non poſsit cauſas ec

Source : BIU Cujas

cleſiaſticas tractare.hoc verum ſuo nomine,ſed nomine clerici nō prohibetur : ſicut filiusfamilias nō poteſt eſse in iudicio ſuo nomine contra patrem.l.lis nulla.ff.de iudic. tamen nomine alieno,& ſic procuratorio poteſt.Idem in liberto contra patronum.l.quæſitum.ff.de in ius vocand.Ioannes Andr.plene in regula,quod alicui.de regu.iur.in.6.

¶ Nec alia obſtant,quia ſi laicus habet nudum miniſterium exhibere,nec habet reducere ius ſpirituale ad aliquod eſse, & tunc poterit eſse procurator.ratio eſt,quia ſpiritualia tranſeunt per manus laici, tanquam aqua per canale lapideum.capitu.ſi iuſtus.1. quæſtio.1.alias contra.not.in dicto capitu. decernimus.per moder. Tutius tamē eſset conſtituere clericum ſecundum Io. Andr. in.d.capi.accedens.& ibi Cardi. quæſtio.3. & ſequen.

97 Lſe p̄ curatori an ſint exhibende.

¶ Quarto,an ille qui inſinuat tanquam procurator, debeat oſtendere literas procuratorias? Videtur quod cautio de rato ſufficiat l.1.C.de procura.& ſic quod non teneatur exhibere.

¶ Contrarium dicerem,nam qui aliquid facit nomine procuratorio, debet oſtendere procuratorium.argumen.l.hæres.ff.ad trebel.l.ſi fundum.vbi Bald.3.oppo. C.de rei vend. Bart.in.l.ſi quis inficiatus.ff.de poſ.

98 ¶ Vbi dicit quod quādo tu proteſtaris mihi tanquam procurator,vel tanquam hæres, vt ego ſoluam tibi, debes mihi facere fidem per inſtrumentum, quod ſis procurator, vel hæres, alioqui ego non conſtituor in mora. & hoc ſequitur Alexand. conſilio 78.viſo & diligenter. colum.3.in.5. volumi.Feli.in.c.cum cōtingat.6. concluſio.de reſcript.D.Boer.in addit.ad Mandagot. in tracta.de electio.vlti.parte in forma ſexta, qualiter per procuratorem appellatio ignorantibus denuncietur,quia reus nō tenetur excipere dē mandato in extraiudicialibus, ſed actor tenetur oſtendere.Bal.in rubr.C. depoſi.& in deciſio. Neapolit.quæſtio.316. Galiotus &c.col.1.

¶ Item procurator promittens indemnitatem, tenetur oſtendere ſe eſse procuratorem.Barto.in.l.pater.ff.de dot.præleg. Socinus conſilio.29.viſis puncto. columna.2. in.3.volumi.quia qui dicit ſe talem,tenetur hoc probare.l.non ignorat. C.qui accuſa. non poſsunt.& ibi addidi alia ad hanc rem pertinentia, & ſic non ſufficeret ratihabitio,quia quando requiritur conſenſus certo & determinato tēpore pro forma actus, ratihabitio poſtea ſuperueniens non ratificat actum.capi.auditis.de elect.ſed hic requiritur mandatum ab initio, ergo poſtea approbatio non valebit, & quia hic debet eſse procurator vere,non ficte,de quo plene Felin.in cap.nonnulli.5.fina. columna.3. verſicu. amplia tertio.cum ſequen. de reſcript.vbi etiam videbis in verſicu.amplia. quarto, an ſufficiat ſi in inſtrumento inſinuationis dicatur,talis N.procurator inſinuauit literas nominationum & alias pro tali &c. vide ibi. ☞ Et per hoc patet, quòd quando procurator requirit beneficium,ſaltem intra ſex menſes debet oſtendere literas ſui mandati, alias non valebit requiſitio,ſicut nō valet præſentatio facta per procuratorem, qui non oſtendit literas intra tempus, quo poterat præſentare. ſic in propriis terminis ſcribit Lappus.allegat.22.an ſufficiat.☜

Ratihabitio an ſufficiat in inſinuationibus.

99 Preſente nominato poteſt per aliū fieri inſinuatio.

¶ Quinto quæro,quidam inſinuat nominationes præſente nominato nihil dicente, an valeat inſinuatio? Videtur quòd non, quia per ſe oportet quòd faciat,vel per procuratorem,quod hic non facit,ergo non valebit.☞ Vnde dominus comparendo cum aliquo in iudicio,quem dicit eſse ſuum procuratorē,nō videtur eum cōſtituere procuratorem niſi expreſse eum conſtituat.Salice.in.l.non ideo minus.C.de procura. & Guido papæ in deciſio. delphina. quæſtio. 40.quæritur.☜

Source: BIU Cujas

¶ Contrarium est verum. nam præsentia personæ cum patientia inducit tacitũ mandatum.l.1.§.magistrum.ibi,cæterum si scit, & passus est eum in naue magisterio fungi, ipse eum imposuisse videtur.ff. de exercito. actio.l.prima.vbi Aret.de errore aduoca.gl. notab.& ibi Bal.in.l.1.in prin.de neg.gest. Inno.& alii in c.ex parte decani.de rescrip. decisio.Neapoli.308.Fráciscus.Bart.& alii in.l.sæpe.ff.de re iudi. Alexand.consil.157. viso.col.3.in.2.vol. licet tacitum mandatũ non sufficiat ad hoc. sed quia insinuatio fit eo præsente, dicitur ipse facere, etiam proprie,per tex.in.l.certe.§.1.ibi,proprie habere dicor.ff. de preca. & sic præsentia sufficiet,licet viderim multos dubitare.

¶ Prærerea licet tex.dicat per se,aut per procuratorem,tamẽ poterit fieri mixtim id est per se,& per procuratorẽ simul.glo.in.l.certi condictio.§.quoniam.ff.si cert.peta.& ibi plene docto.Bal.in consi.270.ad euidentiã. in primo volu.& alibi dixi.

¶ Idem si episcopus nihil dicat quando fit insinuatio.non enim minus valebit, instar eorũ quæ not.Bart.Bal.& alii in.l.omnium C.de testa.per illum tex.ibi,nihil de eadem voluntate responderunt.vbi dicit Bar.Nota tu Perusine,quòd sufficit vt testametũ p ducatur corã iudice causa insinuãdi,licet iudices nihil dicãt. & ita practicant aduocati Perusini.& ibidẽ dicit Bal. idẽ esse in omnibus, in quibus ex forma statuti sufficit sola productio,satis est facere quod dicit statutũ.statuta enim tantũ disponunt quantũ loquuntur,& non plus.Bal.in.l.testamentum non ideo.in fi.C.de testa.Iaso.consil.51.tota dubitatio.colũ.3.in.1.volumin.ideo sufficit facere quod dicit cõcordatum, videlicet insinuare,licet collator nil dicat.

¶ Sexto, an possit fieri insinuatio per nuncium? Videtur quòd,non, quia non est procurator, & per se vel procuratorem debet fieri insinuatio.Sed videtur quod sic, quia nuncius procurator dicitur.glos.singu.in.l. multum interest.C.si quis alteri vel sibi.secundum Bald.in Margari. in verbo procurator.55.q.quia actus factus à nuncio, postquã est in esse deductus, vere videtur à domino,& non per fictionem celebratus.l. pater.ff.de manu. vindict.Bart.& alii in.l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap. Bar.in rubri. C.de exercito. actio. col.3.

103 Procurator dr tripliciter.

¶ Vnde dicit Bal.in d.l.multum.colum.5. quod procurator dicitur tripliciter, large, vt contineat omnes administratores,prælatos,& syndicos.nil allegat.adduco tex.in c. 2.de donat.ibi, cum episcopus & quilibet prælatus ecclesiasticarum rerum sit procurator, & non dominus c.fina.12.q.1. Lucas de penna in.l.2.col.2.C. de præd.cural.fine decreto.non alienan.lib.10.

¶ Secundo,dicitur procurator stricte,vt cõtineat & procuratores & nuncios, vt d.l. multum.

Tertio,strictissime, vt contineat procuratores prout differunt à nunciis, nedum à prælatis & syndicis secundum eum.& quis dicatur nuncius,declarat glo. in d.l.multũ. & ibi doct.Iaso.in.l.qui Romæ §. Callimachus. colum. penult. ff. de ver. oblig. Imo fortius dico.in his quæ ad ius referuntur,gesta per nuncium dicuntur per dominũ vere & proprie fieri, non ficte.l.1.§.omnia.C. de vetur.iur. enucleand.l. pater. in fine,ibi, cæterũ ipse manumittit.ff.de manumissio. Item in his quæ per actus naturales acquiruntur,nil,vel admodum parum differt procurator à nuncio, quia acquisitio dominii & possessionis vere fit mediante procuratore.l. quod meo §.procurator.ff.de acqui. possessio.in his vero quæ acquirũtur per actum ciuilẽ,gesta per procuratorẽ, censentur esse gesta per dominũ ex quadã fictiõe.l. si pater.ff.quæ in fraudem credito.10.Crotus in repet.l.si is qui pro emptore.ff.de vsu cap col.49.& sequent.

104 Substitutus procuratoris

¶ Septimo quæro, an per substitutũ possit insinuatio fieri? videtur quòd nõ, qa tex.lo-

Source : BIU Cujas

an possit insinuare

quitur tantū de procuratore, & non de substituto. ergo substitutus nō poterit, qa hoc non dicit prætor. tex. ita loquitur in. l. si seruum. prætor. ff. de acquir. hæred.

¶ Contrariū teneo, quia substitut 9 à procuratore, censetur procurator. c. 1. §. 1. c. is qui. & cap. si duo. de procurat. lib. 6. & censetur à domino constitutus, quando procurator à domino habebat speciale mandatum substituendi, alioqui nō. de Rota decisio. 146. substitutus. in nouis, per text. in. l. Itē eorū. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vni nomi. & decis. 414. si aliquis in eisdem. & decisio. 454. fuit dubita tum. ibidē. Sic dicerem si procurator non haberet potestatē substituendi à domino, quod non valeret insinuatio facta ab isto substituto, cum non possit substituere ante litem cōtestatem d. c. 1. & etiam quia non esset procurator, vt requirit concordatum.

105 Qsi in habilis possit constitui ad substituendū habilem.

¶ Et an inhabilis possit constitui procurator ad substituendum habilem? Super hoc facio sex conclusiones, quarū prima est, Potest constitui nūcius inhabilis, vt cōstituat & substituat procuratorē habilem, quia tantum præbet nudum ministeriū, vt pica & organū. l. qui autem §. fina. ff. de constit. pecu. Bar. in. l. 1. §. item acquirimus. in fine. ff. de acqui. possess. & quis potest facere per alium quod potest facere per seipsum. regula, potest quis. de re. iu. in 6.

¶ Secunda conclusio, Quando quis constituit procuratorem inhabilem ad substituendum habilem, & in constitutione dicitur, ex nunc prout ex tunc dominus eligit substituēdum, tunc constitutio etiam ab inhabili valebit, quia inhabilis tantū præbet nudū ministerium. ita Io. Calder. in c. post cessionē. in fi. de probat. inferens q substitutio facta hoc casu per excōmunicatum, valebit, quia est nudus minister, & fungitur vice nūcu, & non procuratoris, quod nō est prohibitum. Moder. in d. l. si is qui. per c. iudex. de offi. de leg. lib. 6.

¶ Tertia cōclusio, Inhabilis procurator cōstitutus ad substituendum certum & habilem, potest illum substituere, & ille substitutus à procuratore, censetur à domino substitutus. l. vnum ex familia. §. si de falcidia. ff. de legat. 2. l. pater ex prouincia. in fine. ff. de manu vindic. no. in d. c. post cessionem. Domi. in ca. si gratiosæ. col. 3. de rescrip. libr. 6. nam licet in codicillis non possit hæres instituti, tamen si instituatur in testamento, is qui nominabitur in codicillis, valet institutio, quasi censeatur in testamento nominatus, & institutus. l. institutio. ff. de condi. instit. & vicarius creatus cum potestate substituendi, si substituat, substitutus censetur vicarius episcopi, non vicarii. Archi. & Ancha. in d. c. 1. & sic substitutus poterit cōferre beneficia substituenti, cum nullam ab eodem habeat potestatē, sed ab episcopo, per supra adducta, per c. non indiscrete. de procur. Auriol. in addi. ad montē Laudunum, in c. de offic. vicar. libr. 6. & cap. super eo. de præb eo. lib.

¶ Quarta conclusio, Procurator habilis cōstitutus cum potestate substituēdi, si postea fiat inhabilis, vtpote excommunicatus, poterit tamen alium substituere. Aret. in d. c. post cessionem. quia procuratoris constitutio est quidam actus extra iudicialis, qui excommunicato nō est interdictus. ca. si vere. de senten. excommuni. Innocen. & alii in c. veritatis. de dolo. Dixi in repet. ca. postulastis. in 1. notab. de cleric. excommunica. ministran. Ista etiam cōclusio procedit in alio inhabili. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2.

¶ Quinta conclusio, Quando quis constituit procuratorem inhabilem ad substituendum alium in locum suum, tunc non valebit substitutio, si alius penitus erat inhabilis secus si habilis, licet per exceptionem posset inhabilitari. glos. in cle. religiosus. de procura. Bart. in d. l. 1. §. item acquirimus. ff. de acquir. possess. quia substitutio videtur

radicata in persona procuratoris. ideo cum non sit habilis, non potest habilem facere. d.clemen.religiosus.probatur per glos.in.l. eam quam. C.de fideicom. vbi in capax nõ potest hæres institui, vt restituat habili, ex quo institutus semper remaneret hæres.l.1. ff.ad trebel.

¶ Sexta conclusio, Procurator inhabilis cõstitutus simpliciter cum potestate substituẽdi alium, poterit substituere alium, & valebit substitutio. Anto.& Are.in d.c.post cessionem. Socin.in d.§.item acquirimus. quia electus ab isto, à domino cẽserur electus, & habere mandatum, non à substituẽte.l.item eorum §.1.ff.quod cuiusq; vniuer.nomi. gl. in c.1.de procura.in.6.

106 ¶ Octauo, an persona coniuncta possit intimare? Videtur quod sic, quia eas impetrare potest.glo.in cap.ad aures.& c.nonnulli de rescrip.glo.in.§. statuit.in verbo procuratorem.de colla.in pragmatic.& quia non inuenitur prohibitum, ergo permissum. argu.l. præcipimus. C. de appellatio. & coniunctus procuratori æquiparatur. l.exigendi. C.de procura. & summa est æquitas, vt hoc possit.

¶ Contrarium teneo, cum tex.in d.§.teneantur, & etiam ordina. regiæ supra allegatæ velint, vt per se vel per procuratorem insinuet, ergo excludit coniunctũ, quia lex non facit hunc procuratorem. imo sicut in nominatione est diuersitas, sic & diuersitatis effectus. Bald.in cap.ex parte decani.columna.3.de rescript.l.si codicilli. C.de codicil. & quia coniuncta persona non est procurator, nisi habeat mandatum, Bart.in.l.si quis apud.§.1.ff.iudi.solui. quia non vult lex eam coniunctam personam facere procuratorem, quoniam procurator à solo domino constituitur. Bald.in.l.1.colũna.2.C.quibus res iudi.nõ nocet, sed insinuatio debet fieri per procuratorẽ. ergo non poterit fieri per coniunctam personam. cum non sit procurator, & coniunctio sanguinis nõ supplet speciales defectus mandati.l.patri.ff.de minor. Innocen.& Panor.in ca.accedens. de præben.Feli.in c.nonnulli.§.fina.colum.2.&.12. de rescript.

¶ Item lex loquens in vna persona, nõ extẽditur ad aliam.glo.& ibi.doct.in.l.penult.ff. de in ius vocan.

¶ Præterea hoc dixissent conditores, si voluissent.c.ad audiẽtiam.de de cimis, & quia tantum expresserunt per se vel per procuratorem, ergo illi expressioni stabo. Fallit quãdo consuetudo vel statutum vellet & statueret, quod coniuncta persona esset procurator, tunc quia habet mãdatum à lege, posset Bald.in dict.l 1.quod dicit esse valde notandum. vide eũdem Bald.in c.insuper. notab. 2.de testi.

107 Amicus ꝑ amico nõ insinuat.

¶ Idem etiam in amico, etiã si maxima amicitia esset cum amico nominato iunctus, vt non possit insinuare quia non habet mandatum, nec est procurator, quod requiritur.in dict.§. teneantur, licet amicus multa possit facere sine mandato, quæ tradit Alexand. Iacob.& Iaso.& alii in d. l.exigendi.& in.l. cum alienam.C.de legat.Felin.in cap.corã. columna.2.de de offic.delega.etiam si diceret se insinuare tanquam procurator, quia per cautelam verborum non potest rerum natura immutari.Bal.in c.licet de vitanda. de elect.Ias.consil.136.præsupponitur. col. 3.in 4.volu.

108 Negociorũ gestor an insinuare possit

¶ Idem dicerem de negociorum gestore, quia non est procurator, qui negocia mandato domini administrat.l. 1. ff.de procurato.Feli.& alii in capit.cum M. de constitutio. negociorum gestor mandatum non habet, & licet in spiritualibus possit interuenire.glos.in verbo petere, in cap. quam sit. de electio.lib.6. & dominus poterit habere ratum suo nomine gestum intra tempus: intra quod actus poterat fieri.l. bonorum.ff. rem ratam haberi, Panormitan.in d.cap.accedens, de præbend. tamen hic non sufficit ratihabitio nominati vel graduati post insi

Source : BIU Cujas

nuationem per supradictas personas factã, quia vbi requiritur mandatum præcedere, ita quod hoc sit statutum pro forma actus, ibi ratificatio nihil operatur.l. si vero non remunerãdi.§.si vero post creditam.ff.manda.quia ẽ præposteratio quæ vitiat.l.si quis mihi bona.§.iussũ.ff. de acquirend.hærend. Bal.in cap. ex parte decani. col.3.de rescri. Item forma non procedit in casu ficto. ideo licet ratihabitio retrotrahatur, & mãdato comparetur. regula, ratihabitionem. de regu.iur.in sexto. non tamen est mandatum, quod requirit tam concordatum quã ordina. regiæ. & quando est aliquid pro forma introductum, vel quando sunt expressæ certæ personæ, non procedit casus fictus. Albert. Brunus in tractatu de forma & solennita.actus, rubric. ex quibus cõsistant forma & solennitas. quæstio. 45. licet de æquitate forte posset contraria opinio sustineri.

109 Hñs literas sine mandato nõ ĩsinuat.

Nono, ego tradidi literas gradus & nominationis alicui qui insinuat sine alio mandato, an valeat? Videtur quòd sic, quia traditio literarum habet vim taciti mandati.ideo qui habet literas gradus & nominationum, præsumitur habere mandatum. glos. singul.in.l. finali.C. de pacti.conuen. vbi maritus habens instrumentum bonorũ paraphernalium vxoris, præsumitur eius procurator: & qui habet instrumentum causæ penes se, præsumitur procurator. Bart.in.l.vulgo.per illum text. ff.de administr.tutor.Guido papæ.cõsilio.68. circa processum.columna prima.vbi concludit quod si quis dederit rescriptum regium alicui, videtur dedisse potestatem petendi interinationem illius,ac verificationẽ &executionẽ maxime quando probat instrumenta ab ipso domino tradita. nam illa probatio traditionis inducit probationẽ mandati. Roma. consilio.446. primus propositæ.in secunda quæstione.

¶ Contrarium teneo, quia non sufficit tacitum in insinuationibus istis mandatũ, sed requiritur expressum: & quia is qui habet tacitum mandatum, non est procurator, ergo non potest insinuare. & licet traditio instrumentorum præsumat tacitum mandatum, vt supra probatum extitit, tamen illud non sufficit.

100 Literas deferẽs sumitur is de quo loquitur

¶ Bene fateor quòd si procurator constitutus à nominato, deferret instrumentum procurationis, & obiiceretur eidem quod non esset is de quo instrumentum loquitur, certe præsumeretur esse ille de quo cantat instrumentum, postquam defert literas nominationis, & alias. argu.l. si qua per calumniam.& ibi Bald.in fin. C. de episco.& cleric, sicut quando nuncius literas iudicis portat, præsumitur nuncius illius. Socin.in tracta. de citationib.artic.24.quæst. 5.in fi. ad hoc vt non possit contra eum opponi quod non sit seruiens illius iudicis, vt dixi in practi. mea ad stylum Bitur. in articu.1. glos.& laddiournement.versi.8.rub.de adiourna.& ita loquitur glo prædictæ.l.finali.& doct. supra allega. Cepola consilio.11. casus.in.2.q.

111 Procurator an censeatur nomine procuratorio ĩsinuare.

¶ Decimo, an procurator insinuans videatur suo, aut procuratorio nomine insinuare? Respon.si semel ostenderit literas procurationis, censetur procuratorio nomine intimare, licet non dicat se facere nomine alterius. Idem si dicat, insinuo pro tali.l. post dotem.in verbo filiæ. voluntate.& ibi Imol.ff.solu.matrim.l.1.§.nunciatio. & ibi Bart.& alii.de operis noui nuncia.&.l.si ibi stipulatus.§. Grysogonus.de verbor. obliga.Soci.in cap.1.in.7.articu.quæst.7.de libelli. oblatio. Alberi.in.l.1.in fine. ff.de administra.tutor.Bald.in.l. si patruus.colum. 2.C.communia vtriusque iud.vbi concludunt docto. quòd quando actus potest intelligi gestus duplici nomine, tunc præsumitur gestus eo nomine secundum quod poterit valere, vt actus potius valeat, quam pereat.l.quotiens.secund.ff.de re.dub.Fel.in

Source : BIU Cujas

cap.cum ex officii.de præscrip.post Panor. in cap.nisi.de præben.& si possit valere pro vtroque in dubio inspiciemus literas duplicatas,vel nomen & cognomen quod dedit. si non appareret,nomine suo videtur insinuare. ☞Argu.l.de eo.ff.de iure fisci. Guido.pape singu.700.agendo,vbi dicit quod agendo simpliciter dicitur nomine suo agere. vide tex.singu.in.l.fi.ff.quando ex facto tutor.l.titium.§.præfectus.ff.de administr. tutor.vide Signorel consil.190. in nomine &c.☜ Instar legati, qui si conferat, in dubio vt legatus & legationis auctoritate videtur conferre.c.hi qui.& ibi Philip. Fran. de præben.in.6.& Item probata insinuatione facta per procuratorem, præsumitur facta expensis facientis.Bal.in.l.fi.§.in cōputatione.no.2.C.de iure delibera. Guido sin 12
gu.702.probato.☜

¶ Vndecimo nominatus constituit procuratorem ad præsentandum literas gradus & nominationis,& ad acceptandum & ad resignandum.postea collatum fuit isti nominato beneficium, an illud possit procurator ratione huius procuratorii resignare? Et breui respōdent domini de rota decisio.529.vtrum possit.in antiq.quod non, dicentes non valere procuratorium ad acceptandum,& postea permutandum, quia constituens nō erat dominus beneficii tempore constitutiónis.Ideo nō firmatur quod de iure ab initio non subsistit, regula, non firmatur,de regulis iuris.in.6.& non potest quis priuari beneficio quod non habet.l.tradit 10.ff.de acqui.rerum dominio.Bar.in.l.fi vniuersæ.C.de lega.priuatio præsupponit habitum.l.decem.ff.de verb.oblig.§.seruus. insti.de capit. diminutio. Et etiam quia ad renunciandum debet interuenire speciale mandatum certi beneficii,cle.vna de renūciatio.facit.l.si quis mihi bona.§.sed vtrum ff.de acqui.hæred.vbi iussus debet esse specialis de adeundo certam hæreditatem: sic in repudiādo ita in propriis terminis tenet Ioan.Dayma supra in proœmio concord.in verbo adiunctum.folio.104. columna.4.& fo.sequen.& ibi plus dicit,non valere constitutionem procuratoris,si est constitutus ad acceptandum vel præsentandum ad beneficium viuentis,ne captandæ mortis occasio præbeatur.capi.ne captandæ. de concess.præbend.in.6.nam sicut non valet repudiatio hæreditatis superstitis.l.qui super stitis.ff.de acqui.hæred.ita non valet constitutio procuratoris,vt quis repudiet quod non habet: & sic postea habito & acceptato beneficio, requiritur aliud speciale mandatum ad resignandum, vel permutandum. ☞Nam sicut non posset resignare de præsenti beneficium sibi acquirendum,ita non potest constituere procuratorem, vt resignet illud,quod non habet,nec potest fieri vere,nec per fictionem.quæ requirit duo extrema habilia. Barto.in.l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.& extremum a quo non est habile,ideo non potest fingi,& secundū hanc opinionem fuit iudicatum in magno consilio in præsentia domini cancellarii & plurium magistrorum libellorum relatore domino Molinerio cōsiliario Tholosæ anno.1536.die Ianuarii pro præbenda agenen. Item si procuratori cōferatur beneficium, & is petat sibi fieri instrumentum. non ob hoc videtur acceptare, quia contradicens potest petere sibi fieri instrumentum. Calder. consilio secundo de præben.nec probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. l.neque natales. C.de probatio. & pulchre tradit Dominus Bonetius. in repeti. illius legis.☜

¶ Vltimo quæritur, quidam asserit se habere mandatum præsentandi nominationes,& alias literas,cum nullum mandatum habeat,qua pœna veniat plectendus? Respon.pœna falsi.tex.& ibi docto.not.in.l.si autē.§.item si fundum.ff.de neg.gestis.hoc expresse decidit Roma.consi.446.primus. columna.1. 113

Asserens se habere mādatū quod nō habet fal. si tenetur

Source : BIU Cujas

114 ¶ Nota vnum ſingulare dictum, quod ſi ſtatutum dicat quod aliquis puniatur tãquam falſarius, tamen non debet puniri pœna legis Corneliæ de falſis, ſed alia pœna arbitrio iudicis. Bal. & Feli. in. c. nonnulli. §. ſunt & alii. de reſcrip. & Feli. in capitulo ſolitæ. columna ſecunda. de maiorita. & obedien. Refert & ſequitur Hippoly. ſing. 236. dictio tanquam. & ita intelligitur ordina. regia. rubri. des appella. articul. 29. ibi, comme de crime de faulx. & ibi plene dixi aſsignando rationem.

115 Semel in ſinuãdũ eſt. ¶ Vndecimo videndum eſt quotiens inſinuandum ſit. Reſpon. ſemel tantum literæ gradus, nominationum, certificatoriæ temporis ſtudii, & nobilitatis. text. in. §. præfati. 2. ibi, ſemel ante vacationem. de colla. in cõ cord. facit text. in. l. titia ſeio. §. vſuras. ibi, quam ſufficit ſemel interueniſſe. ff. de leg. 2. l. cum procurator. §. 1. ibi, nam & ipſi domino, cum ſemel nunciauit. nõ permittitur iterum nunciare. de operis no. nuncia. l. 3. §. illud ſciendum. ibi, ſed ſemel inter initia facta. quod vi aut clam. l. finali. §. & hæc quidem. in fine. ibi, ſemel enim & non ſæpius eam peti concedimus. C. de iure deliberan. & ſi hæc non ſufficiant, alia tradit Mathe. de afflictis in tracta. de iure prothomiſeos. §. vt infra triginta. col. 5. & Iaſ. in. l. ſi duobus. §. ſi ei qui. & l. qui per ſalutem. ff. de iureiuran. & l. prætor. §. deinde. de operis noui nũcia. omitto. l. boues. §. hoc ſermone de verb. ſignifi. & c. non poteſt. & quæ ibi vtrobique addidi de præbẽ. in. 6. & l. videamus. ff. quod met. cauſ. & quæ tradit Georg. Natam in repet. cle. ſæpe. in princip. col. 53. de verb. ſigni. & quæ dixi in. 1. notab. l. vnicæ. C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt. Et quod ſufficit ſemel profiteri in vna religione, nec tenetur iterum facere profeſsionem, ſi ad aliam religionem trãsferatur, vt concludit Feder. in conſil. 5. quidam monachus. quæſti. 1. quod eſt intelligendum quo ad hoc vt monachus fiat alterius monaſterii. ſecus quo ad ſubſtantiam regulæ. Dec. in ca. præterea. de præbend.

¶ Amplia quod niſi ſemel non eſt inſinuandum etiam ſucceſsori, in ordina. regiis rub. des priuileges des eſcolliers, artic. 9. & ſupra in proxima. q. dixi. & an ſi canonici qui elegerunt, moriantur antequam electus per eos confirmetur, an ſucceſsores teneantur electum confirmare, vide Rofred. in quæſtio. ſabbati. q. 5.

116 Caſus in quib⁹ vltra ſemel inſinuandum eſt.

¶ Primo fallit, quando prima inſinuatio nõ eſset rite facta, vtpote extra tempus quadrageſimæ, tunc iterum debet rite fieri, quia quod nullum eſt, habetur ac ſi factum non eſſet. l. quotiens. ff. qui ſatiſd. cogan. & quando teſtes non ſunt rite examinati, poteſt peti iterum eos examinari, licet ſint publicati. tex. ſing. in. l. veluti. ff. de edẽdo. ſecũdũ bal. in Margarita, in verb. teſtis. in. 8. q. & aditio non rite facta, habetur pro non facta. Iaſ. cõſil. 127. dubitatur. in. 4. volu. multa dixi in. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica.

¶ Secundo fallit ex cauſa. nam edi iterum iubet prætor ex cauſa, vt poteſi dicat perdidiſse literas duplicatas. l. ſi quis ex argentariis. §. fina. cum. l. ſequen. ff. de eden. l. fina. de bonis aucto. iud. poſsi. & ibi Barto. Dec. in ca. 1. col. 30. de prob. verſi. circa prædicta duo no.

¶ Tertio limitatur, quando plures impetrarent nominationes, vt pote in ſingulos annos, vt fit in hac patria conſuetudinaria, tunc etiam in ſingulos annos poſt impetrationem tenetur eas exhibere collatoribus, etiam ſemel tantum: & hoc probatur in. d. §. teneantur.

¶ Quarto nõ procedit in nomine & cognomine, quod in ſingulos annos debeat inſinuari d. §. teneantur. vt collator videat diligentes, & illos qui nõ renunciauerunt ſuis nominationibus, vt ſunt multi tam per matrimonium, quã per alia. de quibus in vlti. q. infra dicetur.

117 Collatoribus ſcientibus an. inſinuandum ſit.

¶ DVODECIMO an collatoribus ſcien

tibus insinuentur nominationis gradus, & aliæ literæ? Videtur quod non, quia certus nõ debet certiorari. l. 1. in fi. ff. de acti. emp. Regula, eum qui certus. de regu. iur. in. 6.

¶ Contrarium est verius, quia quando insinuatio est de forma, non sufficit scientia d. regula, eum qui. Barto. in. l. denunciasse. ff. de adult. sed ista insinuatio est de forma: quia vbicunque decretum annullatiuum est positum, ibi est data forma. Bal. & alii in. l. 1. ff. de liber. & posthu. Ancha. in regula, ea quæ fiunt. de reg. iur. in. 6. sed decretum annullatiuum est positum in d. §. teneantur, in fine, videlicet vt nominatus non possit acceptare beneficium illo anno quo insinuationem omisit, & si acceptauerit, acceptatio nullius est momenti: & ideo consensus partium nihil operaretur. glos. in verbo cõmittatur cap. statutum. de rescript. libro. 6. Felin. in c. cum dilecta. colum. 7. in. 5. signo illo titu.

¶ Nec obstat quod denunciatio in dubio nõ præsumitur esse de substãtia, sed de scientia, quia denunciationes & insinuationes fiunt ad certiorandũ. l. item veniunt. §. petitam. ff. de peti. hæredi. l. aut qui aliter. §. & si forte. quod vi aut clam. & ideo in dubio sola scientia sufficit. Dy. in. d. regula eum qui certus est. Cyn. in. l. emptor. C. de euict. hoc tamen non procedit, quando lex requirens denunciationem procederet vltra, dicens actum factum aliter non valere, vt in concord. quia tunc denunciatio erit de substantia. & non sufficiet scientia. Bal. in. l. 1. ff. de liber. & posthu. & in. c. 1. colũ. 2. si de feudo vasallus ab aliquo interpella. fuerit. vt refert Alex. consilio. 27. viso themate. colũ. 1. in. 6. volu. vbi dicit quod quando lex exigit denunciationẽ, nõ sufficit sola scientia, quia tunc est de forma. secus si requirat tantum scientiam, quia tunc scienti non est denunciãdum. vide plenius consilio. 138. viso puncto. in. 7. volu. Colle. in capi. dilectus. 2. col. 2. de præbendis. quia vbicunque denunciatio fit non ad certiorandum modo, sed vt aliquid fiat. vel non fiat, tunc debet etiam fieri scienti. Bar. & alii in. l. non solũ. §. morte. ff. de operis noui nuncia. Panor. & alii in cap. cum M. de constitu. Feli. in cap. cũ contingat. col. 5. conclu. 4. cum sequent. de rescrip. Sed ista intimatio fit non solũ vt collator sciat nominationes, sed vt in tempore conferat. ergo debet fieri etiam sciẽti. hoc tradit expresse glo. in verbo exhibere. in. §. statuit, de colla. in prag. Domi. & Franc. in c. fi capitulo. & sequen. de concess. præbend. libr. 6. vbi requiritur quod fiat præsentatio ei cui mandatum dirigitur, etiam si sciat.

¶ Et quãdo præsbyter scit peccata sui parochiani, vtpote quia vidit committi, tamẽ adhuc requiritur confessio, not. beat. Thomas in. 4. senten. dist. 17. quæsti. 3. articul. 2. ante medium, per ca. si sacerdos. de officio ordina. dixi in cap. omnis vtriusque sexus. de pœniten. & remissio. Sic dicitur de iudice, quando scit vt priuatus, adhuc est eidem probatio facienda. c. 1. de offic. ordina. in. c. 1. de re iudi. in. 6. Alex. consil. 27. viso. in. 6. volu. & sic licet collator apponeretur testis in gradu, vel nominationibus, adhuc esset eidem facienda insinuatio, per prædicta. facit glo. in. l. nomen. C. quæ res pigno. obli. possunt. vbi dicit debitori esse denunciandum, etiam si esset certus.

119 Presbytero est cõfitendũ etiam si is viderit peccata cõmitti.

¶ DECIMO TERTIO, an insinuans debeat literas gradus & alias aperire & legere coram collatore, dum eas illi insinuat? Videtur quod sic, vt patet in dict. §. præfati. ibi, per patentes literas. de collatio. in concord. & glos. videtur innuere in. §. statuit, in verbo exhibere, de colla. in pragmat. vbi dicit exhibere, id est præsentare, vt legant & videant. & tex. in clem. causam. de electio. ibi, vel perlecto.

120 Literę nominatorũ an coram collatore sit legendæ

¶ Contrarium videtur verius, & sic tenendum. argu. text. in capi. appellatio. de appellat. lib. 6. vbi sic dicitur. Appellatio, quam in scriptis iudici a quo appellare volebas, te

Source : BIU Cujas

porrexisse proponis, non potest ex eo quod coram ipso, lecta non fuerit, rationabiliter impugnari. & text. in. d. clemen. causam. ibi in princi. porrecto, vel perlecto, de electio. vbi glo. in verbo perlecto, dicit, per hoc patet, quod primo casu cum porrigitur, nō est legi necesse, per illam alternatiuam vel, in tex. positam, sic nec in hoc casu.

121 Idem crederem in mandato de prouidēdo, cum iisdem fere regulis determinetur. nam sufficit quod detur exemplum mandati, vel quod legatur. & quando non traditur exemplum, tunc debet legi, vel non debet stare per mandatarium quominus legat, quod probat Socin. in tract. fallen. regula. 79. vbi dicit quòd cessionarius exhibens instrumentum debitori, debet illud legere, not. docto. in. l. non solum. §. morte. ff. de operis noui nuncia.

Declaratur paragraphus prę ati. Nec obstat d. §. præfati. 2. ibi, per patentes literas, quia debet exponi, id est publicas. nam quod publicum est, omnibus patet. §. consequens. instit. de suspec. tuto. literæ publicæ & authenticæ. licet sint clausæ, faciunt tamen fidem, quando sigillum non est fractum, vel remotum. Io. And. post Hostien. in. c. patētibus literis. de priuileg. Cardi. in clemen. vna. §. nos itaque. 6. not. de iureiurand. & patentes literæ principis probant. clemen. vna. §. porro. & ibi Imol. colū. 2. de iureiuran. sic & patentes literæ episcopi. cap. 1. de tempo. ordina. in. 6. ad hæc canonicorum patentibus literis creditur. c. si canonici. de offi. ordina. in. 6. sic & patentibus literis vniuersitatis stabitur.

122 Et per hoc dicerem non valere insinuationem de exemplo, siue transumpto nominationum & aliarum literarum, cum non sint literæ patentes, nisi originale insinuetur. l. sancimus. vt authētica ipsa, atque originalia rescripta, non exempla eorum insinuentur. C. de diuers. rescript. & illa lex est canonizata in cap. dicenti. §. sancimus. 25. qu. 2. sequit urpatruus meus Rebuffus & Platea in. l. probatorias. C. de diuers. offi. li. 12. Alex. consil. 95. visis processibus. colum. penult. in. 2. volu. versi. supereſt. nam vbicū que aliquid intimatur præcessisse alicui, propter quod tenetur ad alicuius actus explicationem, tunc semper ei cui fit intimatio, debet fieri per originale, & authenticū instrumentum, alioqui insinuatio censetur illegitima. ista est regula tradita in. d. §. morte. per docto. & expresse per Roma. consi. 336. circa. in fine. Præterea fidem nominati & graduati collatoribus de suis literis facere tenentur. d. §. teneantur. quam non facerent per transumptum, siue exemplum. l. 2. ff. de fide instru. quia intelligitur, fidem, scilicet plenam. text. iuncta glo. in clemen. constitutionē. de elect. Alexand. consi. 147. visis in. 6. volu. Decius & alii in rub. de probatio. in decreta.

Nō valet īsīnuatio de exemplo facta

Vel potest exponi patentes id est apparentes, quia si nominatus eas insinuaret, non debet eas operire, sicut nec monachus suum habitum: alioqui dicitur apostata. gl. fing. in clement. 2. in verbo extrinseci, devita & honest. cleric.

Ex hoc infertur, parum valere insinuationem factam per nominatum vel graduatum sic, insinuo literas gradus, nominationis, & alias, prout in hoc sacco continētur, nisi eas postea ostenderit collatori. & hoc per doctrinam Barto. in. l. cum seruus. ff. de condi. & demonstrationi. vbi dicit non valere oblationē pecuniæ factam clauso marsupio. Bald. & alii in. l. acceptam. C. de vsur. Barb. consi. 8. scribitur. colum. penulti. in. 1. volu. vbi dicit non valere productionem a parte factam, si saccum scripturarum producat. & hoc verum si pars opponat. & si pars confiteatur positionem prout in tali instrumento continetur, si in illo instrumē to non sic continetur, illa confessio non valebit. Text. in. l. 2. C. de errore aduoc. & ibi Bal. sic pulchre consuluit Alex. consi. 8. visis. col. 4 nu. 13 in. 3. volu.

123 Insinuatio literarū prout i sacco continetur, nō valet.

Source : BIU Cujas

¶Item si quispiam habeat terminū ad exci piendum,& producendū iura sua, & postea ea producat,prout in sacco continentur,in illis punctis quæ pro eo faciunt, non valet. Ioan. And.in addit.ad specu.in tit.de instrumen.editio.§.videndum restat.vers.itē non exhibeas. Antho.& alii in c. imputari.de fide instrumen. Iaſ.in.l.titiæ textores.colū.2. ff.de lega.1.sic nec insinuatio nominationū vel gradus, quod est notandum.igitur non sic insinues.

24 ¶Vltimo, quomō puniantur non insinuantes? Breui respon.text. in dict.§. teneantur, quod eo anno quo præfatam insinuationem facere omiserint,beneficium in vim gradus aut nominationis petere nō possunt. & idē dicitur in ordina. regiis iam citatis articul. octauo.& articu.11.quod ob insinuationem omissam in vno anno,non perditur priori tas,vel alia priuilegia, si sequentibus annis insinuet. nā sicut si statuto dictante insinuatio donationis debeat fieri infra mēsem, & non fiat,donatio caret effectu.l.si C.de dona.ante nuptias. Bal.in.l. vniuersa.de precibus imperato.offerend. Anto.de cana.in tracta.de insinuatio.q.28. sic & gradus & nominationum insinuatio si non fiat tempore quadragesimæ,illo anno quo non est facta, caret effectu,quia non satisfit iuri requirēti insinuationem, & concordatis factis inter papam & regem.

5 ¶Idem si insinuauerit, sed nō tempore quadragesimæ, quia sicut agri sator obseruare anni tempora debet,alias perdit semen suū, & ager non fructificat, verba sunt not. Bal. in c.1.colum. penulti. de postu.præla. Sic & nominatus: alioqui nominationes eidē non afferunt fructum. Item sicut medicus obseruat tēpora,sic & iurisperitus. Bal.in.l.vna. in princip.in.2.colum.C.de caduc.tollend. Et quando lex vel dispositio apponit tempus,qui non obseruat tēpus,non seruat formam.Bal.in authent.quæ supplicatio, circa finem. C.de precib.imperat.offer.per text. in.l.scire.§.consequens.ff.de excusat.tutor. ibi non aliter audiri, si non fuerit conseruatum constitutum tempus.Felinus in cap.cū contingat.column.8.de rescript.Paul.in.l. si in lege.in fine princ.ff.locati Albert.Bru. in tractat.de forma & solennit.actus rubri. ex quibus consistant forma & solennitas. versi.27.

¶Quæro an idē sit in graduatis vel his qui volunt obtinere villam muratam,seu beneficia in villa murata? & glos.in.§.statuit, in verbo hoc,decollatio.in pragm.tenet quod sic, alioqui quomodo sciret collator aliquē graduatum esse,nisi eidem insiuaretur? vide quæ dico infra.q.16.& in.§.statuimus.2.de colla.in concord. 126 Provillis muratis habēdis an fit insinuandū. 127

Quæro, beneficium vacauit in mense Iulio, is nominatus qui insinuauerat,non requisiuit intra sex menses,quare per ordinarium cuidam graduato, qui non insinuauerat, fuit facta collatio, an valeat? Breui respondeo q̄ sic,quia paria sunt non esse insinuatum,& non apparere.l.duo sunt Titii. ff.de testa.tutel,sed is qui insinuauit,non apparet,cum non veniat intra sex menses.ergo collatio alteri facta valebit.

Nec obstat quod quandiu est aliquis qui insinuauit,non debet alii non insinuanti beneficium conferri, quia hoc fateor, quando alius qui insinuauit, requisiuisset, alias secus.nam sicut post sex menses potest conferri beneficium vacans in mensibus præstitutis nominatis nō nominato, sic & multo fortius in hoc casu.

¶DECIMAQVINTA QVAESTIO PRINCIPALIS.

I ¶DECIMOQVINTO, principaliter quæritur,quæ beneficia in nominationibus comprehendantur,& quæ non? quia cognito vno cōtrariorum, cognoscetur & reliquum.l.1.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.& insti.illo titulo.in princip.docto.in Quæ bēficia i nominationibus cō prehēdātur.

Source : BIU Cujas

rubri.ff.de acquirend.poſſeſ.Barb.conſilio. 23.ſcripſit.q.3.volu.1.

Ideo videamus quæ beneficia non afficiã tur nominatis,nec graduatis,vigore nominationum,vel gradus.&c.

2 Beneficia patroni laici non debentur nominatis nec graduatis.

Primo dico non comprehendi beneficium ſpectans ad præſentationem patroni laici, quia text.in d.§.præfati.1.de collat.in concord.loquitur tantum de patrono eccleſiaſtico. ideo laicum patronũ videtur excludere,arg.c.nonne.de præſumptio. Ita tenet glo.in.§.itẽ quod ad dictas. in verbo eccleſiaſtico.&in.§.ſtatuit.in verbo præſentatio. de colla. in prag. Facit quod notant doct.in ca.2.de præben.in 6.vbi beneficia ſpectantia ad patronos laicos in curia non dicũtur vacare.Panor.in ca.dilecta.de maior.&obedien.Barb.in c.dilectus. de officio leg.quia laici retraherentur à fundationibus eccleſiarũ. Archi.in c.2.de præben. in 6. Imo ex conſuetudine Franciæ receptũ eſt,vt etiam papa hæc beneficia non cõferat, per rationem ſupradictam.

3 ¶ Idem in mandato apoſtolico, vt non cõprehendat hæc beneficia.not. in c.cũ dilectus.de iure patron.d. Ruſeus in tractat.de mand.Apoſt.in 2.parte. vide quæ dixi ſupr. q.8.nu.22.

4 Mandatarius nominato præfertur.

¶ Secundo,non cõprehenditur beneficium affectum mandatario.nam vacante beneficio etiam in menſibus nominatis præſtitutis,debetur mandatario excluſo nominato. in titu.de mandat.apoſtoli.in concord.vbi fuit inter ſanctiſſimum papam & regem noſtrum Chriſtianiſſimum cõcordatum,quia hi qui auctoritate apoſtolica veniũt,vt ſunt mandatarii, omnibus aliis ſunt præferendi. cap.eum cui.& capi. hi qui. de præbẽ.in.6. Item certa forma in hoc Franciæ regno cõſtituta fuit ad mandata impetranda,quia de iure plures ſunt formæ,vt dixi in cap. mandatum de reſcrip.

5 Mãdatũ omiſſa forma eſt nullum.

¶ Ideo ſi quis impetrauerit mandatum non ſeruata forma,cõcordati,mandatũ erit nullum.ita affixi concluſionem, & ſuſtinui: de qua dico in forma manda.apoſt.ſupra.

6 Beneficiũ ſub patronatu laici non cõprehenditur.

¶ Tertio,non comprehenduntur beneficia quorum præſentatio ſpectat ad clericum & laicum ſimul,ſicut nec in mandatis apoſtolicis,quia clericus habens præſentationem cum laico,gaudebit priuilegio laici, argu.l. ſi communem.ff.quemadmodũ ſeruit.amitta. vbi non præſcribitur maiori propter minorem.facit gloſ.cap.1.in fin.de iure patro. lib.6.vbi ſi laicus habeat ius patronatus cũ clerico,habebit ſex menſes ad præſentandũ ratione clerici.Panor.in cap.tranſmiſſæ.& in capi.eam te.de iure patro. Roch.curt.in tract.de iur.patr.in verb.ius.in 7.quæſt.D. Sainſon in conſue. Turonen.in rub de ſucceſſiõs des roturiers,artic.5.facit c.per tuas de arbitris.Bauer.in.§.teſtes.col.6.inſti.de teſta.& ſicut vniuerſitates non poſſunt grauare beneficia ſpectantia ad præſentationẽ laici tantum,ſic nec quãdo ſpectant ad clericum & laicum ſimul, quia non debet fieri deterior conditio laici propter clericũ.c.ſacris.de ſepult.

7 ¶ Sic nec legatus poterit illud conferre.ca. cum dilectus.de iure patro.Panor. & Barb. in cap.dilectus.de offic.leg.Et hoc tenet ex preſſe Maleret.in tract.de elect.fo.16.verſ. quarto amplia.& quia nominationes reſpectu collatorum ſunt odioſæ,ſicut gratiæ expectatiuæ,& ſic reſtringendæ.regula, odia. de reg.iur.lib.6.gloſ.in.§.item quod ad dictas.in verbo eccleſiaſtico.& in.§.itẽ quod omnia in verbo faciendæ.de collat.in prag. ita expreſſe tenet Brunellus in tracta.de dignita.lega.in conclu.23.in 3.decla.ratio eſt vltra eum,quia præiudicaretur præſentationi laici & clerici ſimul.ſed mixtum & compoſitum aſſumit naturam illius ſpeciei, ſecũdum quam iuri minus derogatur.Panormitanus.in cap.ſuper quæſtionum.§.ſi vero vltim.notab.de offi.deleg.ergo iſta aſſumetur, videlicet vt non cõprehendantur beneficia ad præſentationẽ laici & clerici ſimul

Source : BIU Cujas

spectantia.

¶ Quarto, non comprehenduntur beneficia iure regali collata uel conferenda. glos. in §. item quod ad dictas. in verbo ecclesiastico. de colla. in prag. & in §. item quod dicta. in verbo regaliæ. de annat. ibidem, quia regi tanquam laico competit collatio. in ca. generali. not. de elect. lib. 6. & supra dixi beneficia laicorum in nominationibus nō cōprehendi. facit quod habetur per Ioan. Gallum in quæstio. per arresta. quæstio. 113. per arrestum &c.

¶ Vbi beneficia quæ cadunt sub iure regaliorum, non potest conferre papa, etiam si vacent in curia. Ioan. de Selua tracta. de beneficio in 2. parte. q. 23. Maleret. in tract. de elect. fol. 23. versi. 3. infertur. & istam delarationem habuit rex anno. 1339. vt citat Do. Ruseus in tract. de iure regalio. in 9. priuilegio. nec in mandatis apostolicis comprehēduntur, vt in dict. cap. 2. de præbend. & propter regis prærogatiuam, qui est ecclesiarū regni protector, teste Ioanne. Feral. in tract. de iuribus & priuilegiis regis Franciæ, in. 8. priuilegio.

¶ Et quando fuerit concessum istud ius regaliorum, vide per Gagui. in vita Philipp. pulchri. fol. 123. & sequen. versi. eodem tempore. Benedict. in repe. c. Raimutius. in verbo & vxorem. nu. 370. cum sequen. de testa. Aufre. in repet. clemē. 1. de offi. ordin. No. tamen quod quāuis laicus habeat ius conferendi beneficia ecclesiastica ex priuilegio papæ, iuxta. c. Adrianus. 63. distin. tamē conferendo beneficiū, non tribuit aliquod ius spirituale, quia ipse non habet, sed inuestitus consequitur ius spirituale a cōfirmatore, vel ab alio ministro ecclesiastico, q̄ est not. pro rege Franciæ secundum Bonifa. in clemen. vna. colūna penul. de concess. præben. Ioan. And. in. c. accedēs. colū. 1. de præben. an quādo ep̄s promouetur i Cardinalem, vacent sua priora beneficia in regalia. tradit Collecta, in. c. fina. colum. 1. de concessi. prebend. quod sic. & idem quando eligitur ad summum pontificatum vt dicit euenisse tempore Clementis. 6. quod est notandum.

¶ Quinto non comprænditur officium vel beneficium quod cadit in laicū. de quo per glos. in c. cum. M. in verbo receperunt. de consti. vel si per laicum est regi consuetum, quia postquam scribitur pro clerico, præsumitur mandari de beneficio ecclesiastico in §. insuper in verbo beneficia ecclestica. de coll. in cōcord. Feli. in c. in nostra. correla. 22. de rescrip. Barb. in clemen. causam. colum. 51. de elec. vbi declarat quando dicatur beneficiū ecclesiasticum. & dico in tract. de paci. posse. in limita. decima. nam hæc non cōprehenduntur in alis gratiis. Ioā. And. & alii in dict. c. quia sæpe. de præben. lib. 6. de Rota. decisio. 320. nota quod vbi in antiq. glos. in verbo officiū. de pacific. posse. in prag. nam exprimuntur beneficia ecclesiastica. ergo alia non comprahenduntur, nec officia. tex. in §. præfati. & in §. si qs vero. in verbo beneficiis ecclesiasticis de col. in cōcord. tex. in c. si quis episcopus ibi, aliqua officia ecclesiastica. 1. q. 3. ca. saluator. ibidē. glo. in §. in dignitatibus. in verbo. officiis. de colla. in prag.

11 Beneficium laico debitum, non comprehendūt nomi nationes

12 Hospitalia nomi tis nō bentur

¶ Sexto nō comprehēduntur hospitalia. cle. per literas. de præbē. quia non sunt beneficia ecclesiastica. licet sint relgiosa. clemē. quia. de religio. domi. & ibi Bonif. notab. 17. nam hospitalarius dicitur habere officium, non beneficiū, instar tutoris. l. orphanotrophos. C. de episco. & cle. glos. in verb. beneficiis. in cle. dispediosam de iudic. Bal. in. l. beneficiū. colū. vlti. ff. de constitu. prin. & quia bona eorum sunt deputata pauperibus, & sic ad alium vsum nō debet transferri. l. 1. ff. de adminis, rerum. & laicis debent committi. d. cle. quia. ergo nō sunt ad ministrationes ecclesiasticæ, cap. bene quidem. 96. distin. c. decernimus. de iud. Calderi. consi. vno de supplen. neglig. præla. hoc

Source : BIU Cujas

expreſſe tenuit glo.in §.ſi autem illi.in verbo,beneficiorum.de colla.in prag.ſequitur Ioã.de ſelua in tract.de beneficio.in. 3. parte.q.57.Do.And.Tiraquel.in tracta.de legib.cõnubia.in verbo expreſſ.limita.8.Brunel.in tract.de digni.leg.conclu.19.in 4.de claratio.Feli.in c.de quarta.de præſcrip.etiã ſi in eis eſſet clauſula non obſtantibus.Decius conſil.165.viſo tenore.etiã ſi eſſet clauſula motus proprii glo.& ibi docto.in dict. clemen.2.de præb.dicentes,idem in mandato apoſtolico, & literis datis in forma pauperum ſecundum prædictos. Vide Barb.in cap.nulli.colum.2.de reb.eccle. non alienã. & Franciſqui.Curtium conſilio.20.præſupponitur.in fine.

¶ Primo fallit quando concederentur in titulum quia tunc vt beneficia regũtur,& beneficia ſunt.Ioã.Franciſcus in tract.de offi. & poteſtate cap.ſede vacan.in.1.q.2.partis. & tex.in dict.clemen.quia.§.vt autẽ.tamen vt melius prouideatur iſtis locis,ſtatutũ eſt ex ſpeciali prouiſione, vt non comprehendantur per literas generales dict.clemen.2. & ita tenet Bonifa.ibi columna.2.poſt Paulum & alios.intellige vt not.gl. in d.verbo beneficium.

14 An præſumatur hoſpitale

¶ Secundo,fallit quando eccleſiæ eſſet vnitum.arg.c.ſuper eo.de præbẽ.in 6. Ioan. de ſelua in tracta.de beneficio in.1. parte.q.4. nu.9.& Ioan.de pauinis in.d.quæſt.1.ſecundæ partis.col.3.vbi dicit q̃.quando nõ appareret an ſit hoſpitale, vel beneficiũ præſumi debet hoſpitale.glo.in clem.en.ſi de beneficio.de præb. vel attendetur vltimus ſtatus. argu.c.cõſultationibus.de iure patro.ca.cũ de beneficio.de præben.lib.6. Limita.quando eſſent vnita eccleſiæ iure principalitatis hoc eſt quod vtrunque eſſet principale, & vnũ nõ accederet alteri.argu.l.generaliter. ſt.de fideiuſſo.not.Bonifa.in d.clemẽ.2.col. 2. & ibi dicit impetrantem teneri ad probãdum eſſe vnitum iure acceſſionis. Vide Feder.conſil.111.quæſtio talis eſt,an diœceſanus.& conſil.28c.caſus talis &c.Barb. in c. ex literis colum.3.cum ſequẽ.de conſuet. & quæ addidi in d.clement.per literas. multas quæſtiones tradit Archiepiſcopus.florẽ.3. parte ſummæ.tit.11.c.2. Ioan.de ſelua in.11. quæſt.3.partis in 11.qualita.& q.57.

15 Leproſariasnominationon acceptãt

¶ Septimo, non comprehenduntur leproſariæ nec eleemoſynariæ, quæ ad hoc fundatæ ſunt, vt pauperes lepra infecti ibidem recipiantur,& de prouentibus alantur. tex.in clemen.quia contingit. de religio. domi.& quia nomine beneficii nõ veniunt.De rota. deciſio.265.nota quodvbi.& deciſ.584.quidam.in antiq.nota.in clement. fin.de decimis.Sed inſtar tutoris & curatoris ſunt gubernatores illorum locorum.d. clemẽ. quia §.1.nec faciunt fructus ſuos, ſed tenẽtur de eis reddere rationem. Cardina.in dict.clemen.per literas.column.2.& ſer.pſi in dict. clemen.quia contingit. hodie multi viuunt ex lepra pauperũ,& eos fame perire patiuntur, vt vidi in multis ciuitatibus,quibus lepra Naamã adhærebit, & ſemini eorum in æternum.

Fallit quando eſſet vnitum officio vel beneficio eccleſiæ cathedralis,aut alteri beneficio eccleſiaſtico,vt proxime dixi. & tenet Egidius de bella mera in deciſio.387.ſi contra petentem.

¶ Secũdo limitatur quãdo eſſent conſueta cõferri religioſis in titulũ,vel aliis, tũc etiã nominatis deberi poſſent. Rota deciſio.265 nota quod vbi. ſequitur Ioann. de ſelua in tracta.de benefi.in.1.parte quæſt.4.nu.9.& in 3.parte quæſt.57.per c.cum de beneficio. de præb.in 6.& dict.cle.quia.§.vt autem.

16 Præceptorig.ſancti Ioãnis nominatis nõ debentur

Octauo,non veniunt in nominationibus Præceptoriæ ſancti Ioannis Hieroſolymitani,licet dicãtur beneficia eccleſiaſtica. Barba.in clemẽ.cauſam col.51.de elect. vide eũ in.c.in noſtra.de reſcrip.num.80.& in iſtis militibus nõ habet locũ.c.auaritiæ de elect. in 6. quia priores electi in adminiſtrationibus ſine confirmatione adminiſtrant, teſte

Source : BIU Cujas

Domi.consilio.15.reuerende.colum.3.&.6. Doct.in cap.trāsmissam.de elect.nec præceptoriæ sancti spiritus, vt audiui sæpius a multis,licet parum iure fundetur, si essent fratres illius ordinis, alioqui non, quia regularibus sunt conferenda.§. volumus. de colla.in concor.facit cle.quia contingit.§. præmissa.de religio.domi.vbi ista excipiuntur ab aliis.

17 aria gata non entur

¶Nono, non comprehēduntur altaria seu capellaniæ nō spiritualizatæ,vt dicunt nostri.Ioan.de selua in tracta.de beneficio in dict.3.parte.quæst.57.clemen.2.de iud.clemen.vlt.de decimis.nec beneficia propriæ dicuntur ecclesiastica, sed legata pia ante approbationē episcopi.Feli.in capi.ex parte.S.colū.1.de rescript.vide tradita per Petrum Subertum in tracta. de cultu vineæ domini.4.parte.articulo.12. Anto.de Butrio consilio.3.& consilio. 51.suppositā. & doct.in clemen.fina.de decimis. vide Feli. in.c.cum venerabilis. colum.11.& sequen. de excep.Nico. de milis in repert.in verbo beneficium.§.49.& plene Paul.de Citadinis in tracta.de iure patr.in.3.parte.quæsti. 32.dicentem idem in oratorio. Bonifa. in clemē.fina.columna.1.de rescript.&quando capellania possit conferri in titulum, vide per Decium consilio. 135. ad iustificationem.

era nō hē vi

¶Decimo non venit operaria. in quibusdam enim ecclesiis præficitur vnus qui vocatur magister operariæ, & hoc officium non est nominationibus subiectum, quia in hac eadem ratio est, sicut in hospitali,& in eleemosynaria: & quia ad nutum traditur,beneficia sunt perpetua.cap.præcepta. 55.distinct.& mens pontificis summi & regis fuit prouidendi graduatis & nominatis de beneficiis quæ perpetuo durent. Ioā. Andr.& Perus.in capit.quia sæpe.de præben.in.6.

¶Item operarius tenetur reddere rationem instar tutoris & curatoris.glos.in clemen.2.de iudi.nec datur operaria nomine beneficii,sed diligēs paterfa.eligitur. Card. in dict.cle.2.col.penul.& potest esse quod nominatus vel graduatus nō esset eiusdem qualitatis, & sic eisdem non debebitur, per ea quæ infra dicam & not.in cap.ei cui. de præben.in.6.

19 Laicꝰ potest esse ecclesiæ operariꝰ.

¶Item laicus potest esse operarius ecclesiæ.Decius in ca.decernimus.nume.11.versicu. secundo quæritur. de iudi. & si consuetum fuerit in ecclesia per quinquaginta annos vt laicus sit operarius vnius ecclesiæ, an clericus possit eligi,quōd sic,no. Calde. consi.1.rub.de consuetu.& consi.19.rub.de concessio.præben.

20 Loca collegialia nominatis nō sūt affecta.

¶Vndecimo nō comprehenduntur in nominationibus loca collegialia, quæ ad tempus scholaribus dātur ratione studii, vt audiant iura,sicut fit in Mōtepessulano, Tholosæ, Auenione,& Caturci, & hic Parisiis vt studeāt grammaticam.& in scientiis primitiuis,quia nō sunt perpetua, sicut beneficia ecclesiastica. capi. præcepta.55.distin. cap.primo de appel.mona.libro.6.& mens conditorum fuit, vt supra dixi, prouidendi graduatis & nominatis de perpetuo beneficio, postquam amore scientiæ exhauserunt totum suum patrimonium tam in victu quam in libris,& aliis expensis.de quibus dico in priuilegiis scholarium. Item quia non dicuntur beneficia ecclesiastica de quibus loquitur concordatum, vt proxime dixi.

¶Fallit in locis collegialibus, quæ dantur in titulum,quæ sunt perpetua. vt in ecclesia sancti Saluatoris in suburbiis Montispessulani sita,& in ecclesia sanctæ Trinitatis Maguelone, & aliis similibus. quia non est quod repugnet,si nominatus qualitates habeat requisitas, quin comprehendantur, argument.l.si quæramus. ff. de testamentis.

Source : BIU Cujas

21 Beneficia regularia non cōprehendunt in nomīationibus secularium

¶ Decimo non comprehendi beneficia regularia in nominatioibus clerici secularis, etiā prætextu dispensationis papalis: receptū est, quia regularia regularibus sunt cōferenda. §. volumus. de colla. in concord. facit cap. cum de beneficio. de præb. in. 6. plene. Feli. in. c. in nostra. correla. vlt. de rescri. Io. de selua in tract. de beneficio. 3. parte. q. 58. & idem cōtra, vt in regula cancella. 41. glo. in propriis terminis in. §. visum. in verbo legatorum, de colla. in prag. Idem in mādato aposto. d. c. cum de beneficio. & tradit D. Ruseus in tract. de mand. apost. in. 2. parte. nu. 29. nec etiā in. d. §. volumus, prohibetur, quia vnus nō potest a contractu inuito altero discedere. l. 1. & per totū. C. quando liceat ab emptio. discede. & per hoc respondi cuidam qui habuerat nominationem a rege cuiusdam abbatiæ regularis in cōmendā vsque ad annum, & intra annū debebat sumere habitū, & postea abbatiam habebat in titulum, nō valere dispēsationem a solo papa, vt nō teneatur sumere habitū. alia multa dixi, quæ cū operæpreciū fuerit tradam. si tamen tēpore nominatiōis erat secularis, & tempore vacationis regularis, vide glos. in. §. illi vero, in verbo religiosis de colla. in prag. & in. c. ei cui. de præben. in. 6.

22 De beneficio consuetoregi per seculares.

¶ Decimotertio non compræhenditur beneficium cōsuetū regi per seculares in nominationibus regularium, vel contra. c. cū de beneficio. de præbend. in. 6. vbi in mandato de prouidendo concesso secularibus, non veniunt beneficia cōsueta regi per regulares, vel contra.

33 Quæ bñficia dicātur regularia

Et dicuntur beneficia regularia illa, in quibus in fundatione dictum est ac statutū quòd regantur per religiosos, vel sunt consueta regi per religiosos, per quadraginta ānos. dict. capit. cum de beneficio. glos. in. §. & idē ordo. in verbo regularibus. de colla. in prag. Fallit si idonei non reperirentur. c. interquatuor. de religio. do. Panor. in c. relatum. ne cleri. l. vt gradatim. ff. de mune. & hono.

24 De bñficiis causa permutationis vacantibus.

Decimoquarto non comprehenduntur beneficia causa permutationis vacantia. §. volumus. de colla. in concor. quia aliis extra permutantes conferri non debent. cap. vno, de rerum permuta. lib. 6. glos. in. §. item quod omnia. in verbo permutatiōis. de colla. in pragm. vbi limitat si permutatio esset fraudulenta. c. fina. de renuncia. in. 6. & ca. vno, de rerum permuta. eod. lib. vide Ioan. de selua in tract. de beneficio in. 3. parte. q. 54. vide clausulam quæ solet in permutationibus apponi, in regula cancella. 38. sicut nec possunt optari. Federic. consi. 62, verius. quod declara vt per Imol. in capi. fina. numero. 40. versicu. secundo quæritur. de rerum permuta. & si collator præsumat vacare simpliciter, & conferat nominato, nō valebit collatio. Feder. consil. 164. licet semper. quia sunt affecta permutantibus. d. cap. vno, de rerum permuta. in. 6.

25 Beneficia electiua non debētur nominatis.

☞ Nec requiritur quod permutans habeat titulum illius qui secum permutauit. sed sufficit de permutatione fidem facere, cum sit canonicus titulus. c. 1. de rerum permuta. in 6. in cle. vna. illo tit. Calde. consi. 10. an sufficiat Rub. de rerum permuta. ☜

Decimoquinto non cōprehenduntur beneficia vere electiua. §. monasteriis. de regia ad prælaturas nominatio. facienda. in concordat. facit. c. cum in illis. §. cum autē. de præben. li. 6. clem. 1. illo tit. glo. in. §. in dignitatibus. in verbo dictarum. de colla. in prag. dicens expresse non cadere sub nominatiōibus, vel sub gradu, quia de beneficiis collatiuis intelligitur concordatum velle prouideri, & non de illis ecclesiis in quibus electiones canonicæ, & seruata forma. cap. quia propter de electio. fieri debēt. Fel. in. c. in nostra. correla. 32. de rescrip. Tamen ad præbēdas quibus prouidetur etiam per electionem, absq; confirmatione nominatio-

Source : BIU Cujas

nes ac mandata bene referuntur, per quarum vacationem ecclesia non dicitur viduata, quia potius collatiuæ quam electiuæ dicende sunt. glo. in clemen. quia contingit, in verbo electionem. de religio. domi. glo. in dict. §. in dignitatibus. in verbo dignitatibus. de colla. in pragma. Oldra. consilio. 146, factum tale. columna secunda. vnde glos. in dict. clemen. quia contingt, in §. vt autem. de religio. domi. quam sequitur de Ripa in lib. 2. Respon. de rescrip. cap. 34. dicit quod beneficia dicuntur proprie electiua, quando proceditur in eis per electionem, quæ requirit cõfirmationẽ superioris, per glos. in dict. clementi. quia contingit. & illa non comprehenduntur in nominationibus. Alia beneficia dantur per viam electionis, non tamen requiritur confirmatio, & tunc dicuntur collatiua. & in nominationibus comprehenduntur & gradu. Rota decis. 124. no. quod vocetur. inantiq. Ioan. Dayma in procem. concord. in verb. electiua fol. 78. & ibi egoipse etiam scripsi. hæc declarat Feli. in d.c. in nostra. correla. 31. de rescrip.

6 Idem in mandatis. vt non comprehendant beneficia electiua per supradicta, quia in electiuis contrahitur matrimonium. cap. inter. de trãsla. episcopi. & sicut rex rescripto principis nõ fit matrimoniũ carnale. l. 1. C. si nuptiæ ex rescripto petantur: ita nec spirituale. ne inuitæ detur spõsus. c. nullus. 61. d. ne deterius inde contingat. c. 2. de sponsa.

Decimosexto nõ veniũt in nominationibus beneficia vacãtia in curia, quia illa solus Roma. pontifex confert. c. 2 de præben. lib. 6. propter reseruationem factam ibidẽ. & si reseruationes regulariter in Francia sunt sublatæ, vt in cõcord. in titu. de reseruatio. Tamen illa reseruatio cap. 2. non est sublata, & ideo nominatis beneficium non est affectum sic vacans, sed libere papa confert, etiam non graduatis, etiam si esset villa murata, vt dico in titu. de manda. apostolo. vbi videre licet. ☜ Et tunc censentur vacare in curia, siue ibi moriatur is, qui obtinet beneficium, siue nõ moriatur, sed remanens in dicta curia non est promotus intra annum. Collecta. in c. fina. in fi de sortileg. Imo si decesserit is cui absenti facta est collatio, anteq̃ veniat ad suam notitiam, beneficium, adhuc dicetur in curia vacare, quia non prouidit cum effectu. Collecta. vbi supra. col. 3. ☜

¶ Fallit quando ordinarius post mensem 28
conferret beneficiũ quod tempore præstituto nominatis vel graduatis vacasset, quia tunc illis esset cõferẽdũ. c. statutũ. de præb. in. 6. iuncta cle. 1. de sup. negli. præla. quia is qui confert iure deuoluto, tenetur cõferre cum illis qualitatibus quæ illi beneficio inhærebant, per d. cle. & §. si quis vero cuiuscunque. glo. in §. item quod omnia. in verbo scilicet. de colla. in prag.

Item quia in d. § præfati. & dict. §. si quis vero. omnia beneficia spectantia ad collationem ordinariorum collatorum, sunt affecta illis, si vacent tẽpore præstituto eisdẽ.

Secũdo fallit in c. ĩ apostolica. de præb. in. 6. vbi ordinarius potest conferre beneficia vacantia in curia sede vacante. etsi non fuerit promissum ante pontificis obitum. sed illa decretalis debet intelligi vt conferre teneatur qualificatis, si vacent in mensibus præstitutis, quia non est nouum vt priores leges ad posteriores trahantur. l. non est nouum. ff. de legib. & quia hic casus non est exceptus in concordatis, imo omnia beneficia tẽpore præstituto vacãtia, eisdẽ nominatis & graduatis fũt cõferenda p. §. prefati primum, & §. si quis vero cuiuscũque. de colla. in concord. & etiam si vacarent alio tẽpore, & hoc si erat ecclesia parochialis sita in villa murata, vt in d. §. statuimus

☜ Tertio fallit, quando in curia vacarent in fraudem, quia tunc etiam ordinarius potest conferre, vt concludit Oldra. consilio 324. factum. col. 4. verfic. nec obstat quod

Source : BIU Cujas

324.factum.col.4.versicu.nec obstat quod dicitur.dicens d.c.2.debere intelligi quando vacat in curia sine fraude.arg.l.res quæ §.lites.ff.de iur.fisci.nec calumniæ facultatem ex principali maiestate capi oportet. l.penult.ff.de hæredi.instit.pulcher.tex.in.l. idem.§.fi.de excusa.tutor.

29 Annexa nominati nō possūt accepare.

¶ Decimoseptimo non veniunt beneficia qualitatibus annexa, vel ex statuto, vel ex consuetudine, vel alio quouis modo, quia habenti tantum illam qualitatem debētur. capi.cum in ecclesia.de præbend.in.6.nam non intendit concordatum huic priuilegio vel cōsuetudini seu statuto derogare.§.per præmissa.de reg.ad præla.nomina facienda.in.d.cōcord.vbi non intendit derogare statutis & cōsuetudinibus ecclesiarū quo ad ius eligēdi sec9 tamē est ī aliis vt ī Ru. de firma & irreuoca. concord.stabili.

30 Nominatus non nobilis an beneficia nobilibus debita acceptare possit.

¶ Ideo si ex statuto ecclesiarum præbendæ, seu alia beneficia debeantur nobilibus, non debentur nominato ignobili, non habenti illam qualitatem,per supradicta:nec potest episcopus dispensare cōtra institutionem. fallit quando nominatus esset doctor, quia doctor iudicatur nobilis.bar.in.l.iudices.de dignita.C.lib.12.Bonus de Curtili in tract. nobili.in.3.parte.numero. 97.facit.l.proui dendum.C.de postula. glos.in.l.societas.ff. pro socio.& quæ ibi addidi. dixi in priuilegiis scholarium.Et ista sunt notanda, quia sæpius vidi dubitari in palatio.

¶ Idem si sacerdotalis præbenda vacet, & nominatus non sit sacerdos.si tamen hoc ex fundatione requiritur,tunc non debebitur nisi sacerdoti.c.cui de non sacerdotali. de præbend.in.6.

¶ Idem puto in mandato apostolico,intelligendo vt no.Fel.in.c.nonnulli.colum.26. versi.nona conclusio.de rescripr.quia propter officium datur beneficium.capi. finali. de rescript.libro.6.& iste non potest exercere officium presbyteri, ergo non dabitur ei beneficium,nec posset episcopus contra institutionem beneficii dispensare,vel eam mmutare,vt tradit Felin.post Cald. in ca. cum accessissent. columna.7.numero.17. de constitu.

31 Vnita mē sę nominatis nō debentur

¶ Decimooctauo non comprehenduntur beneficia vnita mēsæ episcopali, vel capituli,quia mortuo vicario non vacant clem. vna,versic.quidam etiam.de excessib. prælato.Idem si alio modo vnita sint,quia debentur ei qui beneficium obtinet, cui sunt vnita de iure,vel de consuetudine: nec dicuntur vacare,ideo acceptari non possunt, vel requiri per nominatum.capi.cum accessissent.de constitutio.glo.in verbo vacauerint.in.§.item quod omnia.de colla.in pragma.Fede.consilio.187.casus talis est, dominus. & consilio.200. quod permutatio. nam vbi beneficium est vnitum alteri, perdit nomē beneficii,& exemptionis,si vniatur non exempto.Domi.in cap.cum personæ.§.finali. colum. vlti.de priuileg.in.6.sequitur Felin.in capi.in nostra. correl.33.de rescript.Si tamen fieret vnio de beneficio quod vacauit in mensibus præstitutis nominatis,adhuc posset nominatus vti suo iure, per glo.in.d.verbo vacauerint,quia ius iam erat nominato acquisitum,saltem affectum erat illi beneficium,ideo non poterat vniri per episcopum. Idem si non erat legitime vnitum.Vide tamen quæ dixi in capi. sicut vnire.de excessib.præla.& Petrū de Perus. in tract.de vnio.beneficio.Item quando vacaret beneficium per mortē rectoris in cuius fauorem est facta vnio in mensibus nominatorum,posset nominatus illud requirere,& veniret vtrunque.glos.sing.in c.gratia.in verbo de iure.de rescript.in.6.glo.in regula cancella.11.& etiam vicaria perpetua posset acceptari,vt supra dixi.

32 Post nominationū datā creata nō sūt nominatis affecta.

¶ Decimonono nō debētur beneficia post datam nominationum creata.clemen. fin. de rescript.quia non erat intentio mandatoris,dicit tex.in cap.mandatū.de rescript. cap.quia sæpe.& capi.cum in illis.de præb.

Source : BIU Cujas

in.6. Nam forſitan fundatores ab illis creā dis retraherentur, ſi ſimul atque creata eſſent, deberentur, vt dicit glo. in d. cle. fin. & quia non erāt in rerum natura tempore nominationū. l. ſi a colono. in fine. ff. de verbo. oblig. l. Aurelius. §. teſtamento. ff. de libera. lega. nec erant beneficia tempore datæ nominationum. Ideo non entis nullæ ſūt qualitates, & qualitas iuncta verdo debet intelligi ſecundum tempus verbi. l. in delictis. §. 1. ff. de noxa. Imo etiam ſi tempore nominationum erat ordinatum per teſtatorem vel alium, & nondum confirmatū & approbatum per epiſcopū, adhuc non deberetur nominato vel graduato ante confirmationem ita expreſſe tenent D. de Rota deciſ. 545. quidam patronus. in antiq. arg. l. cum ſyllanianum. C. ad ſylla. quia ante confirmationem epiſcopi non poteſt dici beneficiū eccleſiaſticum. c. nemo. 1. de conſecra. diſ. 1. c. ad hæc. de religioſ. do. Felin. in. c. cum adeo. col. 3. de reſcri. de Rota deciſ. 17. quidā patronus. rub. de præb. Præterea reſcriptū nō extenditur ad lites futuras. c. fin. de reſcrip. nec alia reſcripta ad beneficia futura, ſicut nec priuilegiū conceſſū monaſterio vel eccleſiis extenditur ad eccleſias poſtmodū acquiſitas. c. cū capella. de priuile, Alex. conſil. 178. in occurrēti. in 2. col. volu. 2. & ſi papa cōcedat alicui, vt conferat primū beneficiū vacaturū non poterit conferre beneficium de nouo creatum. Collecta. in c. in noſtra. col. 1. de reſcript. Nec in donatione omnium bonorum veniunt futura. Bar. & alii in. l. ſtipulatio hoc modo, ff. de verbo. oblig & l. fina. C. de pact. facit. l. nam & Seruius. §. ſi viuo. ff. de neg. geſt. cle. 1. in fi. de cenſi. Geminia. conſi. 69. Dominus noſter.

¶ Tamen nominationes bene comprehendunt beneficia quæ vacauerant i menſibus ſtatis graduatis & nominatis, ſi erant vacantia tēpore quo nominationes conceſsæ fuerunt. glo. in. §. ſi autē. in verbo inane. de col. la. in prag. Brunel. vbi ſupra declarat. vlt. cō cluſio. 19. Alex. & Iaſ. in. l. Titius §. Lucius. nu. 11. ff. de liber. & poſthu. Soci. in. l. ſi iā facta. ff. de conditio. & demonſtra. tum quia non definit vacatio, & ſic verificatur verbū vacātia, vel vacatura, ſeu dum vacabit, quia verbum futuri temporis includit præſēs & præteritum. l. verbum oportebit. ff. de ver ſignifica. quia vacans nunc, etiam vacabit de futuro, niſi conferatur. tum etiam quia gratia facta de beneficio vacaturo, compræhendit etiam beneficium id temporis vacans, quod facilius papa conceſsiſſet, q̄ ius daret ad vacatura gloſ. notab. in. c. ſi poſtq̄ de præb. in. 6. & ibi. Peruſ. eam notat. & glo in. c. ſi capitulo. in verbo capitulo. de cōceſ. præben. eo. lib. glo. eſt alia in cle. vna. in verbo notitia, de conceſ. Præb.

34 Diſpēſatio an poſſit in iam obtentis.

¶ Imo ſi habens beneficium curatum obtineat aliud ſimile, & poſtea a papa impetrauerit diſpenſationem vt duo curata poſsit tenere, talis diſpenſatio proderit etiam in beneficiis obtentis ante datam diſpenſationis. Paul. in propriis terminis in. l. & militibus. C. de teſt. milit. per. l. ſi quis filio. §. irritum. ff. de inioſto rupt. teſta. de quo plene ſpecula. in titu. de lapſis. §. dicendum. verſi. ſed pone. de quo Iaſ. dubitat, licet plures de ciſiones tradat in. l. quominus. in. 21. queſt. Barto. ff. de flu. Ego ſic conciliarem quod diſpenſatio ſimplex non facta mentione illorum beneficiorum quæ habet, non extenderetur ad illa beneficia iam obtenta, per nota. per Panorm. & alios in cap. ad aures. colum. penult. & per Felin. in cap. poſtulaſti circa finē. de reſcrip. nā legitimatio ſobolis non firmat electionem illegitime electi alias nati, nec purgatur vitium eligentium quia non trahitur retro. Baldus in Marga. in verbo legitimatio. q. 15. probatur in ca. ſi gratioſe in verbo retinere de reſcrip. in. 6.

¶ Si vero verba diſpenſationis etiam habēt mētionem de obtentis, & non obſtante quod illa habeas, tecū diſpenſatur, tunc diſpenſatio etiā prodeſſet ſuper obtētis, & ita

Source : BIU Cujas

intelligitur opinio Paul.castren.& l.si iam. ff.de condit. & demonstra. Ancha. In cap. non potest, de preb.in vi. & sic respondendum erit secundum verba dispēsationis & illis visis, quia si de futuris tantum intelligantur, vt pote quia in dispensatione dicitur quod deinceps vel postea possit duo recipere beneficia, & ea retinere tunc ad obtenta non extenderetur alias secus si mens ponti ficis possit elici, vt etiam super obtentis dispensauerit quod est notādum. Intelligo tamen quando nullus alius erat graduatus vel nominatus: alioqui alteri qui insinuauit, debebitur.per.§.prætatiq; ordinarii .& ibi dixi in glo. ante vacationē. de col.in cōcord.

35 Et quid si beneficium tempore datæ nominationum erat supre.sum, & postea fuit reparatū: an debeatur nominato? vide arba.in ca.cum accessissent nume.89.vers.circa istud.de constitu.& Bonifa.in d.cle.fina. colum.3.concludentes q̄ sic per d.c. cū accessissent.quia reficere non est de nouo facere.le.1.ff. de riuis.l.3.§.reficere. de itinere actuque priua. intellige prout notat Bar. & alii in.l.1.§.si quis ædificiū.ff. de noui operis nuncia.& Feli. post alios in c.consuluit. de ludæis. Ias.in d.l.quominus.in fine. Allego glo.in ca.de monachis.18.q.2. dicentem in reparatione ecclesiæ non requiri cōsensum episcopi, sicut si de nouo construatur.faciūt nota.per Soci.in d.l. si iam facta. colū. vlti. & quod tradit.d.Ruseus in tracta.regalio. in.8.priuilegio, vbi concludit sufficere tempore vacationis beneficium esse, ad hoc vt sub iure regaliorum comprehendatur.

36 Vigesimo non comprehenduntur beneficia quæ possunt obtari per antiquiorem vigore consuetudinis vel statuti.c.vlti.de cōsuet.lib.6. quia in nominationibus nō tollūtur cōsuetudines aut statuta ecclesiarū, nec in eis dicitur, non obstātibus statutis vel cōsuetudinibus, sicut in mandatis, in quibus etiam non comprehenduntur, vt ibi, & in cap.cum in ecclesia. de præbēd. in.6. Rota tamen decisio.300.si mandetur.in nouis, dicit peer clausulas derogatorias tolli cōsuetudinem optandi. Vltima tamen non optata remanebit affecta nominato vel graduato.glo.in.§.Item quod omnia. in verbo vacauerunt.de colla.in prag. sicut est in māda to de prouidendo, vt in d.c.fi. de consuetu. Sic est dicēdum in resignatione simplici, vt non impediat optionem.cap.fi.de præbend. in.6. ibi cum dicit tex.dum vacant.sed vacare dicuntur etiam per resignationem.tex. expressus in cap.susceptum.de rescrip.in.6. glo,in cap.si propter. ibidem, etiam si fuerit admissa per legatum, quia non potuit derogare statutis ecclesiarum à papa confirmatis.glo.& doct.in ca pro illorum. de præbē. quia inferior nō tollit legem superioris.clene Romani.de elect. nam quādo fit resignatio causa permutationis ad vtilitatem partium, adhuc optio procedit teste Perus.in d. cap.fina.post Imol.in ca.fi.nu.40.de rerum permuta.secus si ad vtilitatem ecclesiæ, vt ibi, si tamen duo beneficia conformia nihil differentia in illa ecclesia in qua est ius optā di vacarent, non poterit tunc antiquior optare. Rom.sing.487.legat testator. vbi dicit se lucratum fuisse plusquā sexaginta ducatos, & hoc per tex.mirabilem & sing.in.l. cum aurū.§.sed si argenti. & ibi glo.& Bart. ff.de auro & argento.leg.multa addidi in d. cap.fina.ibi videre licebit, vbi istud non passim approbo.

¶ Vigesimoprimo non comprehenditur beneficium quod vnus canonicus confert ratione suæ præbendæ speciatim, nisi nomine capituli conferret, vel nisi in nominationibus apponatur, R. decano & capitulo Parisien.singulisque canonicis & personis ecclesiæ, tam coniunctim quàm diuisim. sicut in mandatis apostō.dicit tex.in cap. mandatū. de præbend.lib.6. glo.in.§. statuit. in verbo spectat.de colla.in prag. Bal.consilio.242.factum.in.3.volu. vbi si mandetur prouideri de beneficio spectante ad collationem capi

37 Bñficium quod confert vnus canonicus nō cōprehenditur

Bñficia q̄ optari possūt vigore cōsuetudinis, nominatis minime sūt affecta.

Source : BIU Cujas

tuli,non comprehenditur is qui iure ſpecia li confert:quia quæ ſunt vniuerſitatis, non ſunt ſingulorum.l.in tantum.§. vniuerſitatis.ff.de rerum diuiſio.l.2.&.l.ſicut.quod cuiuſque vniuerſita.no.

¶ Vigeſimoſecundo nõ comprehenduntur dignitates eccleſiarum cathedralium, quia ex conſuetudine huius regni debentur tantum canonicis illarum eccleſiarũ. gloſ.in.§. quod ſi quis cuiuſcunque inverbo ſimiliter. & in.§.item cenſuit.in verbo requireret. de col.in prag.Ioannes de ſelua in tract.de beneficio.in.3,parte.q.49. Benedict. in repet. ca Raynutius .i verb.ſi abſque.2.nume.10. in ſubſtitutio. fideicommiſſa.de teſt.Extra tamen conſuetudinem vel ſtatutum à papa confirmatum deberẽtur graduatis & nominatis, ſi vacarẽt in tempore illis præſtituto: vt tenet glo.in.§.item placuit.in verbo parochialibus.de colla.in prag.

¶ Fallit quãdo eſſet creatus canonicus,à papa ad illum effectum,ſcilicet obtinẽdi dignitates.& iſtud fit à cautis nominatis,vt poſſint dignitates conſequi.& hoc ſibi retinuit Rom.pontifex,vt patet in concord.in rub. de reſeruatio §.in cathedralibus. & ibi dixi quid facere poſsit ille canonicus. ſic papa etiam de iure poteſt,in c.duobus.de reſcrip. lib.6.& cap.eum cui. & cap. hi qui. de præbend.illo lib. Etiam poteſt creare canonicũ in eccleſiis vbi rex iure regali confert, quia ita concordatum eſt in.d.§.fina. de reſerua. & quia hoc tendit potius in commodum regis,quàm in præiudicium, vt plures habiles & idoneos habeat,quibus conferat. ad hæc licet papa non intendat illa conferre, tamẽ ad illa habilitare poteſt. & magna differentia eſt inter hæc, vt dico in ſimili in repet.l. quod iuſsit.in.6. quæſt.Bar.ff. de re iudi. & poſtquam hic erit canonicus ad effectũ creatus à papa,rex non tenebitur ob hoc eidem prouidere.ſed ſi velit,pluriũ habebit optionem.ſic dicunt doct.in cap.1.de filiis preſb. lib.6.quod papa poſsit legitimare naturalẽ tantum,vt poſſit habere beneficia etiam ſpectantia ad præſentationem laici quia laicus non ob hoc tenebitur illum ſic legitimatũ præſentare,& ſic erit potius commodũ patroni quam præiudicium.Benedict. in repe. cap.raimutius in verbo & vxorẽ.nume.198. de teſta.quod eſt notandum.

40 Valet cõ ſuetudo vt tãtum canonicis cõferãtur dignitates.

¶ Et valet illa conſuetudo, vt canonicis tãtum conferantur dignitates in eccleſiis cathedralibus.Peruſ.in c.ſi is cui. per illũ tex. in vlti.nota.de præbend.in.6.Barb.In.c.cũ conſuetudinis.in princi.de conſuet. imo ſi ſimpliciter mandetur prouideri in eccleſia cathedrali, non comprehenduntur canonicatus,ſi alia ſint beneficia,& non ſit in literis expreſſum de canonicatibus,& hoc propter honorem illius.cap.quãuis.de præbendis.in.6.Feli.in cap.1.colum.4.& ſeq.de reſcript.Ioã.de ſelua.quæſt.3.1. partis ſui tra. de beneficio. & ſic in mandatis apoſtolicis conceſsis ſecularibus ad beneficia ſecularia & dignitates,ſolet creari à papa mãdatarius canonicus ad effectum, vt patet in forma manda.apoſtolic.alioqui idem eſſet, vt ſupra dixi,nec valeret ibi impetratio dignitatis,niſi illius ſtatuti vel conſuetudinis effectum exprimeret. Ioan.colo.in c.ſi is cui. de præben.in.6.quod eſt notandum.

41 Habens vnicũ bẽficium in ſua collatione nõ poteſt grauari nominationibus.

¶ Vigeſimotertio non comprehẽditur vnicum beneficium,quando tantum quis illius ſolius habet collationem .§. præfati.1. de colla. in concord. vbi dicitur quod tertia pars beneficiorũ debetur nominatis & graduatis,& in vno non dicitur tertia pars,ergo vnum non debetur.

¶ Item non eſt veriſimile conditores voluiſſe priuare illum qui tantum vnius beneficii habet collationem, ſeu præſentationẽ, quia forte in vita ſemel tantum vacabit gl. in.§.item quod parochialis. in verbo triennium.de colla. in prag. Domi. cõſ.36.caſus talis. Nicola. Milius in verbo gratia. q.48. Feli.in.ca.1.nu.9.&in ca.in noſtra.correla.

Source : BIU Cujas

24. de reſcript. Archi. & alii in c. ſi pro clericis. de præben. in. 6. gloſ. in clemē. 1. in verbo in certa illo titu. & ibi Bonifa. dicit ſic fuiſſe iudicatū in audiētia ſua memoria, licet multa in cōtrariū allegata fuiſſēt: ne tenuis vitæ homines vnico lumine priuētur. l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de off. præſid. licet Catellia. Cotta in. 2. parte memoraliū i verb limē, dicat ibi legendū limine. Si tamen habenti tria beneficia directæ fuerint nominationes vel mādatum: licet poſtea vnū illorum ſit vnitum, tamen non nocebit inpetranti, quia tempus datæ debet inſpici. cap. ſi eo tempore de reſcript. in. 6. & factum legitime non debet retractari. regula, factū de regu. iur. in. 6. ſic concludit Imol. in clemen. 1. in ſi de præbend.

Si vnum habet in regno, & plura extra, an nominationibus poſſit grauari.

¶ Quid ſi vnum tantum habeat in regno, plura extra regnum, an nominationes poſſint dirigi ad illud? Videtur q̄ ſic, quia plura habet beneficia, nec curandū eſt vbicunque ſint. In cōtrariū tñ videtur, tū qa dupli ci onere grauaretur: qa i regno gruat ur nominationib9 & in beneficiis regni, & in illo quod eſt in regno, cēſetur monoculū: & ſi i illo grauaretur, duplici oneregrauaretur. Itē cumulatio ſummarum non fit quando agitur de excluſione iuriſdictionis, & ſic quando eſt odioſum. l. ſi idem. in princ. ff. de iuriſdict. omnium iud. ſed iſtud eſſet odioſū. ergo non fiet cumulatio. Hæc quæſtio fuit mihi petita in palatio, & ita reſpondi. dum erit operæ precium, decidam. Interim cogitandum eſt, quia ſicut grauamen videtur reſpicere totum patrimonium. l. ſi fideicommiſſum. §. 1. ff. de iudi. ſic & hoc grauamen beneficiorum reſpicit omnia beneficia, & ſic illud beneficium regni nō cēſebitur monoculum. Videtur contrarium tenere gloſ. in. §. placuit. in verbo tollerentur. de colla. in pragma. vbi dicit nominationes non poſſe concedi quando gratiæ expectatiuæ, nec contra, ne nimium grauentur ordinarii, & ſic requiritur quod collator habeat ſaltem beneficia in regno tria, vt ſit tertia pars, per §. præfatique ordinarii. de colla.

☞ Et per prædicta putarem nominationes poſſe dirigi abbati habenti collationes decem beneficiorum inter quæ ſunt duo regularia, & octo ſecularia, vt regularis nominatus dirigere poſsit illi nominationes. licet non habeat tria regularia, quia poſtquā habet vltra tria tam regularia quam ſecularia, poterit nominationibus grauari tam à regularibus quam à ſecularibus, vt dixi in mandatis, in verbo decem. in §. primo. de manda. apoſtol. cum tex. in. d. §. præfati, non diſtinguat & quia tertia pars quæcunque ſit aſſicitur tam nominatis quam graduatis, quando vacat in tempore illis præſtituto, ideo ſi illa regularia vacent in tempore eiſdem ſtato. illis conferri debebunt, quod eſt notandum. ☜

43 Beneficia per mortem vni⁹ ex collitigantibus vacantia, nominatis an debeantur.

¶ Vigeſimoquarto non comprehenduntur beneficia quæ per mortem vnius ex collitigātibus vacant: quia lite pēdēte cōferri nō poſſunt. c. ſi hi. vt lite pendē. in. 6. clemen. 1. illo tit. & ibi Bonifa. de Rota deciſio. 588 vtrum. c. ſi hi qui. in antiq.

¶ Hodie crederem deberi, cum lite pendēte conferri poſſint in Francia, nec ſeruantur illa iura, vt ſæpius vidi. & ideo ſi ille collitigans mortuus ſit in tempore graduatis præſtituto vel nominatis, & habebat ius in illo beneficio, debet nominato conferri ſi requirat, & euētus litis demōſtrabit, qui eſt dubius. l. quod debetur. ff. de peculio

☞ Vide quæ dixi in gloſ. cōprehenſa. §. declarātes. de māda. apoſt. ſupra, videlicet an beneficiū litigioſū ſit affectū mādatario. ☜

44 De beneficiis extra regnū ſitis.

¶ Vigeſimoquinto non comprehenduntur beneficia extra regnum ſita, cum cōcordata ad ea non extendantur, & nominationes ad ea nō poſſint dirigi, vt dixi ſupra. quæſt. 8. etiam ſi beneficia eis annexa eſſent in regno cum omnibus parochianis. nam poſtquam principale eſt extra regnum. non debetur nominatis nec graduatis in vim no-

Source : BIU Cujas

minationum vel gradus. hoc expreſse tradit Do. Caſſa. in cõſuet. Burg. rub. des cẽſes §. 1. gloſ. retenue. nu. 6. vide Roma. in conſilio. 361. in caſu. vbi concludit legatum Frãciæ poſſe conferre beneficia in Francia ſita, etiam ſi collatores eſſent in Hiſpania. Item quia bonum eſt argumentum de perſonis ad locum. l. 2. §. eadem. ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt. vi eximat. Iaſ. in. l. vinum. in. 1. notab. in. fi. ff. ſi cer. peta. & cõſil. 185. in iſta colum. 4. volu. 2. ſed perſona extera non poteſt habere beneficia in regno. ſic nominationes regni non cõprehẽdent beneficia extra regnum, & extra locum limitatum.

¶ Vigeſimoſexto non comprehẽduntur beneficia ſpectantia ad collationem duorum, ſi vni tantum nominationes directæ ſint. c. cum in illis. §. fina. de præben. in. 6. Rota deciſio. 271. nota. gloſ. in antiq. quia nominationes quando diriguntur epiſcopo Magalonẽſi. nolunt grauare alium epiſcopum. ideo ſi collatio ſpectet ad epiſcopum Magalionẽſi. cum alio, non comprehenditur illud beneficium. facit. l. legatis. ff. de leg. 2. vbi legatum factum vxori de his quæ parata erant ad ipſius vſum, non intelligitur de paratis ad communem vſum ipſius & viri. Idem in mandatis apoſtolicis per dict. §. finał. doct. ibi tenent. Tamen ſi mandetur prouidere de beneficio ſpectante ad collationem epiſcopi Pariſienſis, poterit prouideri de beneficio quod ipſe confert cum cõſenſu capituli. ꝓnot. in. cap. vno ne ſede vacante. in. 6.

¶ Vigeſimoſeptimo, non cõprehenduntur præbendæ quando in eccleſia non eſt certus numerus. Bald. conſil. 472. in cauſa. in 2. volumi. not. in. cap. cõſtitutus. de reſcrip. tex. in cap. ex parte. de conceſſ. præbẽd. Domi. in. c. ſi propter. colum. 3. verſic. ſed an habeat locum de præben. in. 6. quia in illis nõ datur vacatio. capitu. dilecto. de præbend. Item quando aliquid impetratur vel conceditur, quod in rerum natura non habet formam eſſe, nec ſperatur habere, diſpoſitio eſt pro non ſcripta, quia nõ habet ſubiectum in quo fundetur. l. non moriturum. C. de contrahend. & committend. ſtipula. & not. Bal. in dict. conſi. 472. At communius in regno præbendarum & canonicorum eſt certus numerus conſtitutus, alioqui fatuus eſſet nominatus tẽdere ſua retia in illa eccleſia, cum obtinere ibi præbendam non poſſit. vnde melius faceret, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexaret, cum obtinere ſpẽ non laboret. l. 1. ff. de inoffic. teſta.

47 De bñficio ad ad chiepiſcopum libere deuoluto.

¶ Vigeſimooctauo, non debentur nominatis beneficia per negligentiam ad epiſcopum deuoluta quæ in ſuis menſibus vacauerũt, & nunc libere ad eum deuoluuntur. nam libere cui vult poteſt conferre. gloſ. in §. item quod omnia. in verbo cõferenda. de colla. in prag. quia poſtquam nominati illa in ſuis vacantia menſibus non requiſiuerunt, perdiderunt ius quod habuerunt, & libera diſpoſitio deuoluta eſt ad ſuperiorẽ, acſi nullus eſſet nominatus. & non obſtat. §. ſi quis vero. quod fiat deuolutio ſimilis qualitatis, quia hoc verum eſt quando nominatus primum requiſiuit. ſed quando nõ requiſiuit, libere poterat primus collator cõferre, ſic & is ad quẽ deuoluta eſt poteſtas. An ſecundus nominatus habeat alios ſex menſes intra quos denuo poſſit petere, infra dicetur. q. 17. nume. 15.

48 Vicariæ tẽporales non ſubiiciuntur nominationibus.

¶ Vigeſimonono, non cõprehẽduntur vicariæ temporales, licet in perpetuis ſit ſecus. clemẽ. vna de off. vica. c. extirpãdæ. §. q vero de præben. temporales in titulum nõ dãtur c. G. perpetuus. de fide inſtru. Anto. de But. conſil. 3. in facto. alioqui duorum eſſet eccleſia. quod reprobat tex. in c. cũ nõ ignores de præbẽ. & de his vicariis vide in dict. cap. extirpandæ. §. qui vero de præben. Et quæ plene dicit. D. Aurioli in addit. ad Guil. lel. de montelaudu. in c. ſuper eo. illo tit. in. 6. vbi plene diſcutit ille miles Tholoſanus. & Egid. bella mera. conſil. 38,

Source : BIU Cujas

49 ¶ Trigesimo, nõ comprehẽdũtur pẽsiones quæ cũ persona habẽtis extinguntur. no. in c. ad audiẽtiam. 2. de rescrip. c. nisi. de præben. c. quãuis. illo tit. in 6. dixi in trac. de pacifi. possesso. in. 8. amplia.

Pẽsiones nõ possũt impetrari vigore nominationum.

50 ¶ Trigesimoprimo, nõ debentur beneficia vacãtia per simplicẽ resignationẽ, sed per ordinariũ libere cõferri possunt. §. volumus de colla. in cõcord. & in pragma. in §. item ꝙ oĩa. & hoc qa expressũ est nõ cõprehẽdi.

Per simplicem resignationẽ vacantia non comprehendunt nominationes.

Secus ergo in madato apostolico, vt etiã beneficiũ vacãs ꝑ resignationẽ simplicẽ debeatur mãdatario. c. dudũ. de præbẽ. in. 6. c. vno de rerũ ꝑmu. eo. lib. c. susceptũ. de rescrip. eo. li. Collec. in c. ex tenore. col. vl. de cõces. prebẽ. qđ est intelligẽdũ nisi tales resignatiões fierẽt ĩ fraudẽ. c. vl. de renũ. in. 6. & ibi declarat̃ quõ ꝓbet̃ illa fraus, vide quæ plene dixi in glo. vacãtia. §. volumus. de col. supra bonum esset tamẽ & æquum, ne etiã in mandatis comprehenderentur propter fraudes quas in dies faciũt ordinarii. ☞ Et ita declarauit Leo decimus ꝙ beneficia per obitum duntaxat & non alias vacantia mãdatariis affecta sint anno domini millesimo quingentesimo quarto decimotertio Kalẽ. Octobris pontificatus sui anno. 2. ☜

51

52 Trigesimosecundo. non veniunt beneficia curialium etiam extra curiam vacantia, cũ dicantur esse reseruata collationi pape, extrauag. ad regimen de preben. in cõibus. & regula. 5. Inn. 8. & regula. 1. Clemen. pape. moder. & regula. 62. & si desierint esse curiales, an comprehendantur, vide Philip. Peru. in c. statutum. col. 2. de preben. in. 6.

Beneficia curialiũ curialib⁹ reseruat̃.

53 ¶ Trigesimotertio, nõ debẽtur oratoria nominatis, ita ꝙ sint eis ꝑ cõcordata affecta, quia nõ dicuntur beneficia ecclesiastica. c. auctoritate. de priuileg. in. 6. siue sint publica, siue priuata. de quibus per Cardi. consil. 11. quædam societas. col. 2. dixi in tracta. de pacifi. possesso, decima limita. nu. 286.

¶ Trigesimoquarto nõ cõprehendũtur qñ vacassent in mẽse Iunio, vel alio libero, nã si collata fuerint absenti, q in mẽse Iulio recusauit nõ debebũtur nominatis cũ de nouo non vacent recusando acceptare, tex. & ibi docto. in c. si tibi absenti de preb. in vi. glo. in verbo comprehensa. §. declarantes de manda. aposto. in concord.

¶ Vltimo, non cõprehenduntur beneficia reseruata per extrauag. execrabilis, vel alia reseruatione. Roma. consi. 342. quo ad primũ. in primo dubio, vbi dicit beneficia vacãtia in curia, vel aliter reseruata nõ cõprehendi sub gratiis expectatiuis. Sic dicerem in nominationibus, & sub gradu etiã nõ cõprehẽdi. alia multa inuenies, quæ hic addere poteris, hæc tamẽ sunt vtilia & principalia,

54 Reseruata per extraua. execrabilis nominatis nõ afficiũtur.

¶ DECIMASEXTA QVAESTIO PRINCIPALIS.

¶ DECIMOSEXTO principaliter quæritur quo tẽpore beneficia vacantia nominatis vel graduatis affecta sint? Respon. breui, si vacent in mẽsibus Ianuarii & Iulii, nominatis debẽtur. si vero in mẽsibus Aprilis & Octobris, graduatis simplicib⁹. & hoc habetur in concor. rub. de regia faculta. &c. Dixi in repet. l. vnicæ, notab. vltimo. C. de sententiis quæ pro eo quod intẽrest. Et hæc est optima & clara prouisio quam optauit glos. prag. sanctio. in §. item placuit. in verbo ordo. in fin. de colla. nam turnus turbabat & collatores, & nominatos, hodie vero ista tertia pars temporis est clara.

1 Quo tpe vacantia graduatis & nominatis affecta sint.

¶ Et hoc tempus computatur a media nocte vltimi diei Decembris vsque ad mediã noctem vltimi diei Ianuarii. l. more Romano. ff. de feriis. & quod vacauit ad mediã noctem vltime diei Aprilis, debetur graduatis simplicibus. not. in cap. consuluit. de officio deleg. & Bal. in cap. 2. de feriis. & sic qui iurauit soluere die dominica, potest soluere vsque ad mediam noctem. Bald. & Felin. in cap. ego. N. de iureiurã. Vide Catellia. Cottami n. 2. parte memoralium. in verbo diẽ.

2 Quõ cõputetur tempus mensium nominatorum.

Source : BIU Cujas

Tamen ſolutionem de nocte poterit recuſare creditor, ſi da nnum aliquod prætenderet, & fuiſset paratus dilationem prorogare in diem craſtinum. glo. ſing. in d. l. more. ſecundum Bal. in Marga. in verbo oblatio. q. 2. & Iaſ. in. l. non ſolum. §. morte. num. 43. ff de noui operis nunciat.

¶ Fallit in præbenda theologali, quæ eſt cõferenda theologo, quocũque tẽpore vacet, cũ. §. primus. de colla. in concord. non præfigat tempus, ſed afficiat præbendam. ergo quocunque tempore vacet, quia eccleſia cathedralis debet habere theologum. c. ſuper ſpecula. de magiſt. quem non haberet ſi præbẽda libere poſſet per ordinarios conferri.

¶ Secundo fallit in eccleſiis parochialibus in ciuitatibus exiſtentibus, aut in villis muratis, per. §. ſtatuimus. 2. de colla. in concorda. qui non repetit qualitatem menſium. ergo quocunque tempore vacent, nominatis, ſeu graduatis, aut illis qui ſaltem per triennium in theologia, vel in altero, aut in vtroque iurium ſtuduerunt, vel magiſtris artiũ debentur. Item hæc deciſio. §. ſtatuimus, eſt negatiua, videlicet vt non conferantur niſi graduatis, & ſupra expreſsis, quæ totũ negat. gloſ. in. l. hoc genus. ff. de cõditio. & demonſtrat. nam quando lex vel ſtatutum loquitur vniuerſaliter negatiue, tunc omnia excludit, etiam actum pium, & aliàs fauorabilem. l. obligari. ibi, ex hoc autem quod pupillus nullam rem ſine tutoris auctoritate alienare poteſt, apparet nec manumittere eun. ſine tutoris auctoritate poſſe. ff. de auctoritate tuto. laſ. conſil. 182. in præſenti. colum. 1. volu. 2. ergo a contrario illis eſt conferendum, quocũq; etiã tẽpore vacent. Tertio ſubrogatũ debet ſapere naturã eius in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui in iuriarum. ff. ſi quis cautio. ſed concordatum eſt ſubrogatum in locum pragm. ſanctio. vt patet in proœmio concord. Franciſcus. ibi, ſaltem vice illius. & poſtea ibi, pragma. ſanctio. vicem. & in fine ibi, Ita vt ſanctiõis vicem, inſtarque plenum habeant. & in rub. de approbatione cõuentorũ, ibi, loco prag. ſanctio. & in aliis locis. ſed in prag. præbenda theologalis & eccleſia parochialis non faciebant turnũ, ſed vltra tertiã partẽ conferri debebãt graduatis. glo. in. §. inſuper. & in. §. item placuit. de colla. in prag. Sic vltra tertiam partem tẽporis in concord. graduatis præſtituti eis debẽt conferri hæc beneficia, & ſic quocunque tẽpore vacent. Tertio ratio d. §. ſtatuimus. eſt vt prouideatur literatis de hac eccleſia parochiali, & vt inſtruatur populus, qui eſt maior & idoneior in ciuitatibus & villis muratis, q̃ ruri. ideo debent eis præfici viri ſcientia & moribus prediti, qui poſsint eos inſtruere: & tales preſumuntur eſse huiuſmodi qualificati. & ſi non conferrentur quocunque tẽpore graduatis, ceſſaret ratio concordatorum. nam præfici poſſent ignari in illis eccleſiis, ergo &c. ita tenet glo. in. §. in eccleſiis. in verbo parochialibus. de colla. in prag.

¶ Ideo affixi concluſionem, & defendi ſic, beneficia quocunque tempore vacent, nominatis aut graduatis debentur. intelligo vt proxime dixi, videlicet ſita in villis muratis, & quando ſunt eccleſiæ parochiales, vel præbendæ theologales. 5 Cõcluſio. Bñficia quocũq; tpe vacẽt graduatis aut nominatis debentur.

¶ Item epiſcopi & alii collatores tenentur conferre beneficia idoneis. c. graue. de præben. & idoneus dicitur, qui eſt idoneus moribus, ſcientia, & ætate. cap. cum in cunctis. in princi. de elect. vt maxime ſunt graduati. ergo eis debentur beneficia de iure quocunque tempore vacent, non tamen ſunt illis affecta per concordata, niſi vacẽt in quatuor mẽſibus ſupra deſignatis. & ſic poteſt intelligi cõcluſio vide tex. iuncta glo. in c. 1. de depoſita. impuber.

¶ Regula ergo eſt, q̃ eccleſiæ parochiales in villis muratis ſeu ciuitatibus exiſtentes, debẽtur viris qualificatis, ſeu graduatis, aut ſaltem qui per tres annos in theologia, vel altero iurium ſtuduerint, vel magiſtris ar- 6 Regula de bñficio ? villis muratis.

Source : BIU Cujas

tuum.d.§.ſtatuimus. quocunque tẽpore vacent, quia ibidem commorantes ſunt maioris intellectus capaces ad inſtruendũ quam alii ruſticani, ideo habere debẽt peritiores, qui eos inſtruere poſsint.c.ſtatutum.in pri ci.de reſcrip.in.6.& ſupra dixi.

7 Quę dicatur eccleſia parochialis,& quõ cognoſcat.

¶ Sciendum eſt quod eccleſia parochialis dicitur, quæ habet parochiam ad eius curã deputatam.Panor.in cap.extirpandæ.§. qui vero.de præd.in repet. colum.3.verſicu.venio nunc ad aliquas. Vel parochiales dicuntur,id eſt curam habentes.Card.in.c. quia. col.2.q.3.de cleri.non reſiden. quod nõ eſt verum ſimpliciter,vt dico in d.§. ſtatuim9 .2.in glo. parochiales.

8 ¶ Et cognoſcitur, quando quis in ea tenetur miniſtrare vel recipere ſacramẽtla eccleſiaſtica, vt baptizare,cõfiteri,ſepeiri, & alia.Panorm.in cap.de multa.col.penul. de præb.per glo.in verbo impendant.in cle.dudum.de ſepult.Et vt parochiani diebus dominicis miſsam audiant.c.vt dominicis.de parochiis. & ex aliis quæ docto. traduntin rub.illius titu.& Roma.cõſil. 356. circa primum conſultationis.col.1.Et fuerũt diuiſæ per Dion yſium papam anno. 266.c.1.13. q. 1.cap. paſtoralis, de his quæ fiunt a prælat.

9 Ciuitas q dicatur, vel villa murata.

¶ Item dicitur ciuitas,quæ habet epiſcopũ. cap.epiſcopi.80.diſtinc.cap.1.de priuilegiis. & villa murata accipitur pro loco populoſo muris circundato,vt glo.tradit in d. §.in eccleſiis. in verb. villis.& ſic beneficia municipiorũ, & vt vulgo dicitur villagiorum, etiam muris circundatorum, non debentur graduatis.vt ibidem dicit gloſ.quia in eis ceſsat ratio tex.

10 Graduati extra regnum non poſſunt has parochiales eccleſias habere.

¶ Amplia . ſiue ſit graduatus in regno, ſiue extra,cum d.§.ſtatuimus,tantũ requirat gradum,ſtudium vel qualificationem,& lex generaliter loquens generaliter debet intelligi.l.1.§.generaliter.ff.de leg.præſtan.l.3.de offi. præſid.glo. in regula cancella.lulii ſecundi in.3 . parte. dummodo ſint promoti in vniuerſitatib9,ſecus ſi ſub bulla.Itẽ quia vna & eadẽ eſt ratio in illo,ergo & iuris deciſio procedet.l .illud.ff.ad.l.aquil.quod nõ eſt verũ, vt dico ſupra in.q.10. princi. vbi licet plenius videre.

11 In ſuburbiis exiſtẽtes graduatis debentur.

¶ Secundo extende ſiue dictæ eccleſiæ parochiales ſint intra ciuitates, ſiue extra in ſuburbiis, quia eſt eadem ratio,& quia appellatione vrbis & ſuburbia continẽtur.l. 2.ff.de verb. ſignifi.not.in cap.ſi ciuitas.de ſenten. excõmunica.in.6.glo.in.§.in eccleſiis.in verbo exiſtunt.de colla.in prag.dicit interueniſſe arreſtũ pro eccleſia ſancti Laurentii in ſuburbiis Pariſiorũ exiſtẽte. facit quod ſtatutũ ciuitatis ſimpliciter diſponẽs extenditur ad totũ comitatũ . ſic permulta cõſuluit Panor.cõſil.52.in quæſtione col.2. vo.2.qa eccleſiæ quæ ſũt in cõtinẽtib9 ciuitatis,i ciuitate eſſe videtur.l. edificia.ff. de verb.ſignifi.ſiue reſideãt vel maior pars intra ciuitatẽ ſiue extra,dum tamẽ iuxta ciuitatẽ in cõtinẽtibus ædificiis, quia rationes ſupra dictæ in iſtis habẽt locũ.nã ſunt capaces doctrinæ illi q reſident in ſuburbiis ciuitatis,ita,ſicut ciues. ſecus in ruſticis lõge diſtantibus a ciuitate , & ita reſpondiſsent conditores,ſi de hoc fuiſſẽt interrogati,inſequendo rationem legis , ita & nos debemus dicere.glo.in.l.tale pactum.§.fina.ff. de pact. & iſta etiam tendunt in commodum epiſcoporum, vt graduatis idoneis conferant. & animabus ſuis prouideant.

12 Qñ muri ſunt ob bellũ deſtructi.

¶ Tertio amplia , etiam ſi muri eſsent bello vel alia ex cauſa iniuſta deſtructi, quia tũc nõ ceſsat ratio, nec diſpoſitio legis ceſſabit:ſecus ſi authoritate ſuperioris fuerint deſtructi ob delictum. Lucas de penna in.l. fina.C.de quib.munerib.lib.10 vbi videbis 26. quæſtiones in materia murorum publicorum notabiles. Vide glo.hoc expreſſe decidentem in d.§. in eccleſiis. in verbo exiſtunt. vbi dicit quòd quando facto tyranni, vel hoſtium,muri ciuitatis deſtruuntur. nõ perdit priuilegia , ſecus ſi per delictum deſtruantur. Idem ſi muri ceciderunt, vel ma-

Source : BIU Cujas

ior pars ob vetuſtatem, vt Melgorii iuxta Montepeſsulanū, quia iſtud priu ilegiū non cōceditur propter muros, ſed ob frequētem populū ibidem inhabitantē: & dicitur quòd locus non facit villam muratā, ſed materia, arg.l.vrbana.2.ff.de verbo.ſignifi. & bonū eſſet quòd declararetur expreſſe de villa murata. quia ſæpius in lingua Occitana dubitatur propter municipia muris vallata.

¶ Quarto extende etiam in vicariis perpetuis eccleſiarum, cum regantur eodem iure quo parochiales, & illis æquiparentur. clemen.vna.de offic.vica.glo.in verbo.parochialibus.dict.§.in eccleſiis.facit quod not. Rota deciſio.273. fuit dubitatum in nouis, vbi dicit quòd ſicut epiſcopus non diſpenſat cum rectore ſuper ætate, ita nec cū perpetuo vicario.

¶ Tamen non requiritur, quòd ille qui habet prioratū, ſit graduatus. vel qualificatus, quia nō habet curam niſi habitu. Pano.in c. extirpādæ.in repet.§.qui vero col.4. verſic. quæro penes quem.de præb.& infra in.5. limita.dico eccleſiam habentem curam habitu, non comprehendi. vide tamen Feli.in capit.poſtulaſti.col.2.& ſequen.de reſcrip.

¶ Quinto amplia etiam in oppidis muris circundatis, cum ſit eadem ratio de quibus in l.pupillus.ff.de verb.ſignifi. Alex.in.l.1.§.ſiue autem.de noui operis nuncia, gloſ.in verbo Lombardiæ.in extrauag. qui ſint rebelles.& Feli.in c.Rodulphus.de reſcript.quia ex communi vſu loquendi etiam villa murata dicitur, qui debet attendi.l.librorū.§. quod tamen Caſsius.ff.de leg.3.l.labeo.de ſupel.leg.& d.§.ſtatuimus. loquitur de villa & de ciuitate. aliqui tenent non dici villam muratam, niſi ſint ibi nundinæ, aut mercatum. quod non firmo.

¶ Sexto amplia etiam in plebania. Feder.cōſil.80. factum eſt tale, legatus. vide eum cōſil.86. caſus talis eſt, prior. in fine allegat tex.in c.1.ne cleri.vel monach.in.6. vbi ſicut habens eccleſiam parochialem non poteſt audire iura ciuilia, ita nec plebanus. ca. ſuper ſpecula. nec cleri. vel monac. quod intellige quando illa plebania eſset intra ciuitatem, & eſset parochialis, & curata, vt plebania ſancti Firmini in Montepeſſulano. alioqui contra quia §. ſtatuimus. loquitur de parochialibus eccleſiis tantum. & plebania dicitur quæ ſub ſe habet capellas in quibus inſtituuntur clerici perpetui. tex.in c.1.in fine cleri. vel mona.in.6. plene Paul. de citad. in tracta. de iure patro.in.3. parte.q.32.in.1. cauſa acquirendi.

¶ Septimo procedit, ſiue ille qui ſtuduit triennium, ſit baccalaureus, ſiue non, cum d.§. ſtatuimus. hoc non exprimat, ergo nec ego debeo addere. nam primo dicit quod conferantur modo præmiſso qualificatis, ſcilicet graduatis vel nominatis, ſi ſint. ſi vero tales non reperiantur, ſaltē his qui ſtuduerit per triennium, & ſic dictio ſaltem [vt infra dicam] diminuit, & etiam quia nō repetit gradum. præterea quia ſupra ſtatuit quinquennium ad aſsumendum gradum. in §. præterea. & §. tempus competens. ergo hic non intelligit quod ſit graduatus ante tēpus quinquennii competens, quia nihil prodeſſet quo ad nominationes, nec quo ad beneficia habenda in vim gradus. Item hoc dixiſſet tex. ſi voluiſset. tamen contrarium tenet glo.in verbo qui ſi ſit. in §. in eccleſiis. de colla. in prag. quæ forte potuiſſet procedere per verba prag. ſecus per hæc verba cōcordatorū. Fallit in magiſtro artium, qui habere debet gradū. d.§. ſtatuimus. nec ſufficeret ſtuduiſſe etiam per quinq; annos ſine gradu.

¶ Primo limita quando vnus non inſinuaſſet, & alius ſic: tunc ille qui inſinuauit, præferri debet d.§. ſtatuimus. ibi, modo præmiſſo qualificatis. & ibi dixi in glo. & ſupra. q. 14. in fine. At ſi nulli eſſent qui inſinuauerint, tamen tempore vacationis vnus acceptat, illi dicerem tunc deberi propter illam alternatiuam, aut, & illam dictionem ſaltem in d.§. ſtatuimus poſitam, dum tamen proba-

17 Gradū an requiratur ſemper in villis muratis etiā his qui triēnium ſtuduerit

18 Inſinuatio an requiratur ad habenda beneficia in villa muratā

Source : BIU Cujas

ret se triennium studuisse, quia melius est vt his etiam non graduatis aut qualificatis conferantur, quàm alius ignaris. Et ista videtur mens concordatorū, vt literatis prouideatur. quod optime fiet, si procedatur vt dixi. & etiam quia in d. §. non repetit qualificationes, sed tantum studium.

19 Cōclusio Episcop' tenet cōferre bñficia nominatis etiā si nō eidē insinuauerint.

¶ Et sic affixi conclusionem. Quod episcopus & alius collator beneficia nominatis affecta, etiam si non eidem insinuauerint, conferre tenetur. intellige, vt dixi, vel quādo in sinuauit prædecessori, vt etiam supra dictū extitit, vel quādo cōfert iure deuoluto, quia beneficia deuoluuntur cum illa qualitate, vt graduatis & nominatis conferantur. §. si quis vero. de coll. in cōsord. cle. vna. de supplen. negl. prælato. vel intellige in præbēda theologali nullo theologo existente qui insinuauerit, licet regulariter insinuare debeant graduati, ac nominati, vt supra dixi.

20 Papa per mandatū vel prēuētionē cōfert non qualificato.

¶ Secundo fallit quando esset mandatarius, quia ille præfertur etiam in ecclesia parochiali in villa murata existente secūdum quosdā. rub. de mand. apost. §. 1. in concord. quia apostolicus alteri preferri debet. c. hi. de præb. in. 6. & hoc probatur ibi, quomodo cūque qualificata. quod ibidē reprobaui per multas rationes, quas ibidem vide, si lubet.

21 ¶ Tertio restringe quando papa præueniēdo confert non graduato vel non qualificato, quia hoc sibi retinuit, in d. titu. de mandat. apposto. §. declarātes. & ibi in glos. qual. ficata, reliqui cogitandū, quia videtur peruerti status ecclesiæ Gallicanæ, quem statū papa cum rege cōstituit ecclesiis parochialibus villarum muratarum. Ideo per alterū non potest immutari. non tamen firmo, sed istud videtur esse iustum.

22 Simplex beneficiū & prēbenda an qualificatis debeatur

¶ Quarto limita, qñ beneficiū simplex esset intra ciuitatē, aut aliqua capellania, tunc nō cōprehēderetur, quia vbi verba & mēs non cōueniūt, non cōuenit eius dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dāno infecto. itē quia text. in d. §. statuimus. loquitur de ecclesiis parochialibus, non de beneficiis simplicibus, in quibus cessat ratio. d §. statuimus. Idem in præbēdis in ciuitatibus existentibus, vel in villis muratis, vt non debeātur graduatis, quia textus in. d. §. statuimus, tantum loquitur in ecclesiis parochialibus, & sic non habet locum in præbendis. Fallit quando vna esset deputata curæ: tunc graduato esset conferenda, vt hic patet, cum ratio supra assignata in hoc casu procedat. quod est verum principaliter, secus si accessorie. c. super eo. de præb. lib. 6.

23 Parochialis actu debet esse antequā debeatur qualificato.

¶ Quinto fallit quando esset parochialis habitu, vtpote quia ibi nullus remansit parochianus. nam tunc cessat ratio dicti §. statuimus. ergo & dispositio cessabit. cap. cū cessante. de appellatio. glo. in d §. in ecclesiis. in verbo parochialibus. hoc in propriis terminis tenet, & communiter approbatur, quia deficientibus personis collegii desinit esse collegium. Sic deficiētibus parochianis, desinit esse parochialis ecclesia. nota. in. l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersita. nomi. Archid. & alii in cap. licet canon. de elect. in. 6 vbi concluditur, quod habens istam ecclesiam, non tenetur promoueri intra annum. glo. in extrauag. execrabilis. Ioa. 22. in principio. in verbo habentia. de præb. Panor. & Decius in cap. pastoralis. §. fina. de rescript. Barb. in consil. 17. præclare. col. 5. in. 1. volu. vbi dicit istam opinionem esse communē, per ea quæ notantur per illum tex. in clem. vna de offic. vicar. inquantum loquitur de ecclesiis curam animarum habentibus, quia illud dicitur haberi, quod cum effectu habetur. l. nomen filiarum §. habere. ff. de verbo. signific. Etiam dicitur quod verba accipi de bēt cū effectu. l. 1. §. 1. ff. quod quisque iuris. A Egidius de bella mera consil. 38. ſuppoſito. col. 3. versiculo, nec obstat quod benedicet &c. & pro hac opinione facit tex. in. l. vinaria. ibi, tandiu in ea causa esse, quandiu vinum haberēt. cum sine vino esse cœperint, desinerēt in eo numero esse. ff. de verb. sig.

Source : BIU Cujas

niſi eſset veriſimile quod parochiani breui eſsent reuerſuri. Colle. in ca. de multa. col. 1. de præb. arg. c. paſtoralis. 7. q. 1.

24 ¶ Sexto fallit quando eſset graduatus ſub bulla, quia textus in dicto §. ſtatuimus, dicit in vniuerſitate priuilegiata, ergo non poſſent habere illam eccleſiam hoc genus graduati, quia non ſunt in vniuerſitate promoti. Item quia non ſunt promoti in vniuerſitate famoſa, de qua tex. intelligitur, & quia non gaudent priuilegiis aliorum in hoc regno. vt infra dico. q. vlti. & ſupra dixi. q. de
25 cima plenius.

¶ Septimo fallit in licẽtiato in artibus, vel in illo qui ſtuduerit triennium in medicina, cum tantum exprimatur in d. §. ſtatuimus. ille qui ſtuduit in theologia, vel in altero iurium, & magiſter artium, ergo alii excludun
26 tur, argu. l. cum prætor. ff. de iudic.

ochia nexa ebet. ¶ Octauo non procedit quando eccleſia parochialis eſset acceſsorie annexa alteri nõ exiſtenti in villa murata, vel in ciuitate, tunc qui eſt capax principalis, erit etiam capax acceſsorii. nec conferri debet, vt hic. arg. text. in. c. ſuper eo. de præben. in. 6. hoc expreſse tenet gloſ. in d §. in eccleſiis. in verbo parochialibus. in fine. quia acceſsorium ſequi naturam principalis conuenit. l. cum principalis. ff. de reg. iur. & dicta reg. acceſſorium.

7 ¶ Facit quod ſi epiſcopus diſpenſaret cum illegitimo ad beneficium ſimplex, ſi illi eſſet annexum curatũ, erit diſpenſatus capax & annexi. Domi. & Peruſ. in cap. 1. de filiis preſby. quia vbi beneficium eſt vnitum alteri, illud annexum perdit nomen beneficii. Rota deciſ. 370. nota quod vbi. in antiquis. nec in eo tenetur rector reſidere, nec ad ſacerdotium intra annum promoueri c. extirpanda. §. qui vero. & ibi dixi de præb. Nicola. milius in verbo eccleſia parochialis. vlti.

8 ¶ Nono limitatur quando eſset eccleſia parochialis collegiata, tunc non procederet quod hic dicitur, per capit. ſtatutum. iunc. to. c. licet canon. de electio. in. 6. & ibi multa addidi. tum quia ſunt diuerſa, tum quia nominando minus, nõ comprehendit maius, ſiue dignius. cap. ſedes. de reſcrip. gloſ. in verbo parochialibus. in. fine. in dict. §. in eccleſiis.

¶ Decimo non procedit quando vacaret in 29
curia, quia tunc libere ſolus papa cõfert. c. 2. de præb. in. 6. limita vt dico ſupra. quæſt. 15. nume. 27. & ſequen.

Vndecimo fallit quãdo cõferretur ex cau 30
ſa permutationis nõ qualificato, dũ tamen modo ſit graduatus iure. nam tũc ſufficiet, quia vbi eſt eadem ratio, & idem ius eſt ſtatuẽdum. l. illud. ff. ad leg. aquil. ſed eadem ratio procedit in hoc caſu quando confertur graduatis. etiam qui non inſinuauerũt, quæ in aliis qui inſinuauerint. nam inſinuatio nil addit ad doctrinam. ergo ſufficiet conferre beneficium in villa murata ex cauſa permutationis rite graduatis. Secũdo beneficia vacantia cauſa permutationis ſunt excepta in §. volumus, ſupra de colla. ergo & in §. ſtatuimus, immediate ſeq. excipientur, videlicet vt conferri poſſint graduatis tãtum etiam non inſinuatis.

Tertio forte non maior fauor parochianorum erit habere non inſinuatum, quam eum qui inſinuauit, dũmodo vterque ſit graduatus. nam populum vno tenore vnus & alter inſtruere poterit.

Quarto beneficia non poſſunt conferri aliis quam permutantibus. c. vno, & clem. vna de rerum permuta. in c. inter. & ibi docto. de præben. ſi ergo quis permutet cum rite graduato, illi eſt conferenda eccleſia parochialis villæ muratæ.

Non obſtat quod nõ ſit præmiſſo modo qualificatus, quia per æquipollens poteſt dici modo præmiſſo qualificat 9 vt tradit gloſ. in §. in eccleſiis, in verbo qualificatæ. de colla. in prag. vbi exponit tex. vt ſupra qualificatæ, puta magiſtri, aut doctores, vel licentiati in theologia, in iure, vel medicina, &

Source : BIU Cujas

nil dicit de insinuatione. vel etiam potest dici q̃ illa qualificatio non requiritur in beneficio vacãte ex causa permutationis. idẽ dico in theologo vt possit permutare cum licentiato vel Baccalaureo formato etiam non insinuato, postquã permutat cum idoneo & capace, vt etiam notatur in §. 1. in glos. alteri de col.

31 ¶ Duodecimo fallit, si dicta parochialis ecclesia vacaret in mensibus ordinariorum: quia tunc poterit ordinarius conferre graduato, etiã nõ insinuato, per §. præfatique ordinarii, ibi, libere cõferantur. de colla. alioqui nõ diceretur ordinarius libere conferre, quod cõcedit eidem tex. Itẽ ibi dicit possint libere, ergo illa potestas omnino nõ videtur sublata. Secundo cõferendo graduatis etiã non insinuatis, satisfit rationi legis, satisfit & graduatis, & parochianis, & ordinariis, ergo iste intellectus conformis omnibus, debet teneri. Tertio per hæc concordata intendunt conditores grauare ordinarios minus quam possunt. arg. tex. in. l. vnũ ex familia §. si rem. ff. de lega. 2. Iason consilio. 109. in. 2. volumi. sed minus grauantur in hoc casu, quãdo in suis mensibus vacant vt libere conferant, graduato tamen, & eligere ex pluribus possunt vnum. Quinto in §. statuim 9, primo. de collatio. dicitur quod ordinarius poterit conferre his qui insinuauerint, quo ad beneficia in mensibus eis deputatis vacantia. ergo in mensibus ordinariorum poterunt conferre idoneo, & capaci, licet non insinuauerit, quia capax est istorum beneficiorum graduatus.

☞ Vltimo fallit quando non appareret beneficium vacasse tempore stato nominatis & qualificatis, paria enim sunt nõ esse & nõ apparere. l. duo. ff. de testa. tutel. & nominatus qui fundat se in tẽpore dicẽs beneficiũ suo tẽpore vacasse debet hoc probare. l. eũ actũ. ff. de neg. ge. & supra dixi in. 14. q. nu. 9. & seq. Ex quo infertur quod si negaretur beneficiũ vacasse in tempore nominatis & graduatis præstituto, tunc qualificatus hoc tenebitur probare, & sic cum in recredẽtia non admittantur probationes, sed ex titulis adiudicatur, nominatus non obtinebit recredentiam. quod est verum quando collationes facte fuerunt & requisitiones in tempore libero tunc præsumitur quod eo tempore vacauerit vt pote in mense maio vel alio non affecto qualificatis, secus quando nominatus requisiuit beneficium sibi conferri vacans in mense eis affecto, & collator responderit prouidisse, tunc qualificatus plures habet pro se præsumptiones quã non qualificatus, ideo probare non tenebitur quo ad recredentiam. Prima præsumptio qualificati est requisitio, non enim præsumitur delictum. l. merito. ff. pro socio, & sic non præsumitur quod nominatus deliquerit requirendo beneficium viuentis. Secunda est præsumptio scientiæ non est malum præsumendum in graduato, quis enim de facili crederet quod vir præditus scientia literarum propriæ salutis oblitus ad eam passionis ignominiam se conuerteret vt beneficium viuentis requireret. text. in c. penulti. de præsumptio. c. in nostra deprocurato. Tertia præsumptio est confessio episcopi quæ dicit prouidisse nõ debemus præsumere quod episcopus dixisset si non esset verum, cum viri sint prouidi & honesti. c. nisi essent de preben. licet contrarium soliti sint aliqui facere. Quarta præsumptio est quando collatio facta est in tempore affecto qualificatis non præsumetur quod episcopus contulerit beneficium viuentis, & non vacans, cum a iure sit prohibitum. c. 1. de concess. prebend. Nec ad recredentiam adiudicandam nominato vel graduato requiruntur omnes istæ præsumptiones sed sufficit vna, vel duæ pro arbitrio iudicis. arg. l. 1. ff. de iure delib. Alioqui si contrarium diceremus daretur materia delinquendi, quia prouisus ab ordinario semper negaret beneficium vacasse tempore affecto nominatis,

Recredẽtia an debeat adiudicari nominato tiam si non getur beneficium vacasse tempore eisdem affecto.

Source : BIU Cujas

& ſemper recredentiam haberet, ideo iudices ſuper hoc debent aduertere, & in dubio literatis fauere per ea quæ dico in glo. nominatis in verſi. 8. differunt ſupra de manda. apoſto. Imo acceptatio beneficii præſumitur facta intra tempus debitū, quia præſumptio eſt, quod quilibet velit ſibi acquirere. arg. l. ſi defunctus. C. arbitrium tutel. iuncta. l. cū de indebito. ff. de probatio. hoc expreſſim ſentit Roch. Curtius in tract. iuris patro. in verb. honorificum. q. 49.

¶XVII QVAESTIO PRINCIPALIS.

¶XVII principaliter quæritur, quid agere debeant nominati, vel graduati, dum beneficia vacāt in tempore eiſdem aſſignato? Reſpō. debēt requirere, & vt dicūt, ſumma re collatorem, vel eo abſente ſuum vicariū, vt eiſdem conferat tale beneficium vacās. §. teneātur, in fine, de coll. qui ſi cōferre recuſauerit, ad ſuperiorē immediatū debet accedere, & ab eodē collationē petere ſibi fieri iure deuoluto. hanc practicam tradit glo. nō ita plane tamen, in §. quod ſi quis cuiuſcunque. de colla. in verbo eo ipſo. in prag. Et ſi ille ſuperior recuſauerit cōferre, accedat gradatim ad aliū proximū ſuperiorem, & poſtea ad legatum, vel ad papam. hoc tradit tex. in §. ſi quis vero cuiuſcunque. de colla. in cōcord. Aduertendum eſt tamē, quod ſi nominatus requirat ſibi conferri iure deuoluto. licet non ſic vacaret, & archiepiſcopus confert nō valebit collatio, etiam ſi ex alio capite illā collationē facere potuiſſet. tex. not. & ibi Panor. & alii in c. ex parte. de conceſ. preb. Decius cōſi. 129. & pro tenui. colū. 3. vbi dicit quod quando epiſcopus facit actum ex iure ſibi deuoluto, & illud non ſit verum, ille actus eſt nullus, etiam ſi ex alio capite illum actum facere potuiſſet. vide tamen ibi, quia hodie in ſingulis collationib9 ſolet apponi clauſula, vel alias quociuiſmodo vacet. & ſic ceſſat dubium.

¶ Quæro, intra quod tempus nominatus vel graduatus debeat petere ſibi cōferri beneficium? Videtur quod ſimul atque ſcit vacare. arg. l. in omnib9 obligationibus in quibus dies non apponitur. preſenti die debetur. ff. de reg. iur. Et ſic ſtatim debet acceptare & requirere, ſaltem intra menſem. clemen. vna de conceſ. prehend.

¶ Item quia eccleſiarum vacatio diutina eſt diſpendioſa. c. quam ſit. de elect.

¶ Contrarium eſt verius, quod poſſit requirere & acceptare intra ſex menſes, intra quos ordinarius poteſt conferre, vel patronus præſentare. cap. vno de iure patro. in. 6. capi. 2. de conceſſ. præben. quia poſtquam in concordatis tempus requirendi non eſt ſtatutum, erit arbitrariū. arg. cap. ſi clericus. de præbend. in. 6. gloſ. in verb. ſcilicet §. itē quod omnia. de collatio. in prag. Et ita debet arbitrari, vt infra tempus quo poteſt per ordinarium conferri, requiratur. Brunel. in tractatu de dignita. leg. 19. concluſio. in. 6. declara. alioqui collatio ad ſuperiorem libere deuoluitur. Et ita communiter tenetur. nam ſicut bonorum poſſeſſio competens alicui, debet intra tempus a iure ſtatutum peti, alioqui repellitur is qui vult petere. l. penulti. ff. quis ordo in bono poſſeſ. ſeruet. & l. 2. C. qui admitti, ſic erit in requiſitione nominati & graduati, nec obſtat quod in contrarium allegatur, videlicet dicta. l. in omnibus quæ loquitur in contractu quando quis promiſit decem, vel aliam rem, videtur voluiſſe dare ſtatim, quia in poteſtate ſua erat exprimendi aliud tempus, ſi voluiſſet. l. veteribus. ff. de pact. nec obſtat. dict. clemen. vna. quia loquitur in expectante apoſtolico cum clauſula acceptandi. nam illi datur tantum menſis. hic de alio expectante, vt pote de nominato vel graduato. Nec obeſt quod vacatio ſit diſpendioſa, quia permittitur vſque ad ſex menſes, poſtquam illud tempus eſt

2 Intra q̄ tēpus nominatus] vel graduat9 debeat petere ſibi cōferri bñficium.

Source : BIU Cujas

præstitutum a iure ad conferendum.

¶ Quid in exẽptis? vide glo. in dict. §. quod si cuiuscunque. in verbo gradatim, in pragma. & in capitulo cupiẽtes. de electio & ibi not. plene dixi in §. si quis vero. in verbo, ad alium superiorem. de collatio. supra.

3 Collatio ab archiepiscopo facta non requisito pri⁹ episcopo nõ valet.

¶ Secundo quæro, pone quod nominatus iuit ad archiepiscopum, non facta requisitione primi conferentis, & facta ⁊ st eidem collatio, ordinarius contulit alteri, vtra collatio valeat? Videtur quod superioris. propter eius prærogatiuam. c. si a sede. de præben. in. 6. Item quia in collationibus attenditur tempus datæ. c. eam te. de rescrip. c. si eo tempore. illo titu. in. 6.

¶ In contrarium me trahit text. in dicto §. si quis vero cuiuscunque. vbi primo requirendus est primus conferens, quia non dicitur facta deuolutio ad superiorem antequã primus recuset, vel male conferat, vel tempus sex mensium sit elapsum. Sed non recusauit qui non fuit requisitus, nec male contulit, ergo non fuit intra sex menses facta deuolutio. quia ibi non est mora, vbi nec petitio. l. eius qui. ff. si certum peta. hic nõ erat mora per ordinarium primum, quia nõ fuit ab eo petitum. ergo non valet, quia non potest dici deuolutum. Facit quod dicit Bald. in lege prima. §. magistratibus. ff. de magistr. cõuenien. vbi dicit quòd si per statutũ in puniatur potestas non inquirens. excusatur tamen si nemo eidem denunciauerit. sequitur Ias. consil. 168. staturo. columna prima. in. 2. volumi. hoc etiam est introductum in fauorem ordinariorum, vt conferant antiquiori, & ei qui insinuauit, quod non perquirit is qui iure deuoluto confert, sed primo petenti regulariter confert, & sic anfractibus & expensis onerantur nominati, quòd ius reprobat in ca. dispendia. de rescrip. in. 6. imo etiam si notorie constet quod episcopus cõtulit alicui, adhuc debet requiri, vt tenet glosa in §. quod si quis cuiuscunque. in verbo, eo ipso. de colla. in pragma. dicens ita tenere de consuetudine, quæ est optima legũ interpres. l. si de interpretatione. ff. de legi. sequitur Brunel. in tracta. de dignitate legati. 19. conclu. in. 6. declara. quia si contulerit indigno, & non nominato, poterit nunc cõferre nominato secundum eos. Sed contrarium. infra dicam, ergo est requirendus. Nõ esset tamen os ponere in cælum, dicere, quãdo notorium esset collationem esse factam a primo collatore qualificato indigno, vel quando probatur fuisse factam ante archiepiscopi requisitionem, collationem archiepiscopi valere, & requisitionem primi non requiri, tum quia in notoriis non requiritur citatio, ergo minus requisitio. Decius in. l. fina. ff. de iurisdi. om. iudi. & ca. cum sit Romana. de appel. post Bal. in marga. in verbo citatio. q. 69. & Nicol. de Milis in reperto. in verbo citatio. q. 86. Barb. consil. 70. colum. 5. in. 4. volumi. tum etiã quia si primus collator conferret isti secundo nominato requirenti, ista collatio eidem non prodesset, ergo frustra requireret. ideo non esset malum in notoriis adire superiorem, etiam sine requisitione primi collatoris. nam concordatum non astringit nos ad hoc faciendum, sed requirit tantum quod primus dispositum erat, sufficit, quia deuoluta erat potestas ad superiorem, & sic potuit conferre iure. & hoc in his casibus in quibus non potest variare: alioqui contra, vt proxime sequitur. tutius est ante factum, ne processibus inuoluaris, vt primum requiras collatorem. post factum non annullarem collationem habitã sine requisitione, si iam erat facta collatio.

4 Ordinarius conferens nominato an possit variare.

¶ Tertio quæro, quid si episcopus beneficium vacans in tempore debito nominatis vel graduatis, conferat non nominato vel non graduato, an postea nominato requirẽti possit conferre, vel graduato? Videtur q̃ nõ. variatio enim est prohibita, maxime episcopis & personis ecclesiasticis. cle. vna. de renũcia. ergo non variabit alteri cõferẽdo.

Source : BIU Cujas

¶ Secundo facit, quia nemo potest mutare consiliū suum in alterius iniuriam.reg. nemo potest mutare.ff.de regu.iuris. sed per collationem est quæsitū ius illi cui est collatio facta etiam absenti.c.si tibi.de præbē. in.6.ergo in præiudicium illius non mutabi bitur collatio illi facta.

¶ Tertio collator cōferendo incapaci functus est officio suo, sicut iudex quando iudicat, siue bene siue male iudicet.ca.in literis de offi.de leg. dixi in repe.l. quod iussit. ff.de re iud.

¶ Quarto.prima collatio impedit secundā, donec prima sit irrita & annullata.c.post electionem.de concess.præben.ergo & hic.c. nosti.& c.cōsideraumus.de elect.

¶ Quinto,collatio facta post deuolutionem potestatis ad superiorē, vbi deuolutio fit ipso facto,vt in hoc casu,est nulla.c.licet. & c.fin.de supplen.negli.prælato.sed deuolutio fit ipso facto,per.§. si quis vero.de colla. in concor.igitur &c.

¶ Sexto,per collationem cōferrur ius ei cui cōferrur beneficiū.probatur per locū a speciali,in.c.si tibi absenti.de præb.in.6.c.gratia.de rescrip.eo.lib. vbi non acquiritur ius absenti, vt suum dicere possit ante acceptationē:ergo præsenti sic, sumendo argumentum a cotrario sensu,quod est validū.l.1.ff. de off.eius,sic qui cōtulit nō nominato,post ea nominato, conferre non poterit. alioqui quotidie sic variaret,& infinitas collatiōes faceret:& nominatos processibus inuolueret,quod maxime est vitandum.In cōtrariū videtur c.fi.de iure patro.vbi capitulū Eboracen.contulit ecclesiā eligendo, & quia ad eos spectabat tantū ius patronatus post appellationem factam, voluerunt præsentare, quod concedit ibi papa,sic etiā hic cōceden dum est, vt si collatio fuerit facta non qualificato,quōd fiat postea qualificato.

¶ Secundo facit, quōd melius est seipsum corrigere, q̄ ab alio corrigi spectare §.1. in authen.de nup.coll.4.& sapientis est in melius mutare consilium.glos.in.l.nonnūquā. ff.de coll.bono.ac magnæ sapientiæ est reuocare quod male egeris.c. magne.22.q.4. dixi plene in rationibus dubitandi in repet. l.quod iussit.ff.de re iudi.

¶ Item non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.reg.non præstat.de reg.iur.in.6. sed hæc prima collatio est nulla ratione decreti positi in concord. in.§.si quis vero.prosequente nominato. ergo non præstabit impedimentum ad secundam collationem faciendam. Probatur etiā in.§.fina.de colla.in concord. vbi astringit collatores ad conferendum nominatis vel graduatis sub pœna suspensionis,quādo ipsi requirent,vel quando cōstat aliquos esse nominatos.sed quando primus collator contulit,non apparebat eidem esse aliquem nominatum qui vellet beneficium. ergo quando constabit,poterit cōferre,quia de nouo peruenit ad notitiam suam esse aliquos nominatos,vel nominatum, & illa notitia multum prodest.c.vt circa. de elect.in.6.c. pastoralis.de excep.

¶ Insuper quando non est adiecta dies, potest mora purgari, vel quando est adiecta ante diei lapsum.l.celsus.ff. de arbit.l. & si post tres.si quis cautio.l.si insulam.de verb. oblig.ideo vt euitet pœnam collator,poterit rite conferre nunc,licet primo defecerit alteri conferendo, quia executor mandati apostolici si contulerit beneficium non debitum mihi, poterit iterum conferre etiam sine nouo mādato ei cui debebatur.Ita Car. in cap.capitulum.q.18.de rescript. sic & cōl lator in casu isto.

Idem puto dicendum si collator contulerit beneficium coram eo resignatum,quia si postea non vixerit resignans per.xx.dies poterit ordinarius illud beneficium alteri de nouo cōferre,cum alio iure vacet, videlicet per mortem: & quando sine culpa collatoris collatio irrita fit vel electio,tunc reuertitur ad eosdem.& possunt variare, & elige §

Source : BIU Cujas

re alium.tex.eſt expreſſus in cap.ſi compromiſſarius.de elec.in.6.ſed iſta collatio prius facta de beneficio corã eis reſignato,eſt nulla.per regulam cancel.diſponentem beneficium vacare per mortem, ſi reſignans ante. xx.dies moriatur.ergo &c.

¶ Præterea facit d.ca.non præſtat.de regu. iur.in. 6.& dicit Domi.in cap.ſi tibi abſenti.de præben.in.6.quod ſi ordinarius contulerit Bernardo beneficium, & is recuſauit, quod ordinarius poterit iterum alteri conferre.ſic & in hoc caſu dico,vt Io.de Selua in tracta.de beneficio in.3.parte quæſtio.33. refert.& ſic ordinarius qui in mẽſe Iulio cõtulit beneficiũ vacãs per reſignationem nõ nominato,ſi reſignans moriatur ante.xx. dies,in dicto menſe Iulio, poterit iterũ & debebit conferre nominato.ſi vero contulerit in menſe Auguſti beneficium vacans per reſignationem,& reſignãs moriatur ante.xx. dies,poterit idem ordinarius alteri coferre vel eidem beneficium illud quod nunc vacat per mortem,per prædicta.

An regula de.xx, dieb⁹ habeat locũ in ordinario.

¶ Nec refragatur conſilium Decii.224.in caſu.in fi.ſatis leuiter datum,vbi dicit illam regulam cancella.18.non habere locũ in ordinario,quia regulæ cancellariæ nõ ſunt leges generales, ſed tantum ligant reſignãtes coram papa. nam in pontifice eſt maior præſumptio ſubreptionis,quàm in ordinario. al legat clemen.1.de off. ordina.debet allegare clemen.vlt.ibidem.ergo in papa tantum habebit locum. Contrarium teneo, videlicet quod illa regula habet etiam locum in ordinario, quia regulæ cancellariæ extractæ ex rationibus iuris naturalis ciuilis vel canonici,a populo receptæ.habent vim legis,& ligant omnes,ſicut ratio legis,etiam ſi non eſſet regula: & ſunt ſeruandæ,præſertim viuente earum conditore,vbi nõ ſunt iuri cõtrariæ,nec decretis ſanctorum patrum. Ioan.And.in regula,nemo poteſt.de regu.iur. lib.6.in Mercuria.vt refert Aufre.in deciſio.capel.Tholoſa.quæſt.444.an regulæ.& ſapiunt naturam legis.Ioan.Franciſ.in præfa.ad extrauag.Ioan.22.& ligant omnes.ca. 1.de conſtitu.ne ordinarius ſit melioris cõditionis q̃ papa,etiã in ordinario procedet. d.regula.Ideo concludit de Ripa in ca.2. in fi.de reſcript. regulam de veriſimili notitia habere locum etiam in ordinario,quia extracta fuit de corpore iuris,videlicet de ca. deteſtanda.de conceſs.preben. dixi in glo.iure præuentionis in.§.declarantes de mandt. apoſto.Item hæc regula de.20.diebus eſt extracta a.c.1.de præb. ergo habebit locũ etiã in ordinario, ne in beneficiis fiat teſtamentum,&ne ſucceſſio detur in illis,nec aliquid facit ſurreptio,quia non agitur de ſurreptione in illa regula.

¶ Itẽ ſi regulæ cancellariæ loquãtur de actu expediendo in curia, non habebunt locum extra curiam:ſed quando loquuntur ſimpliciter.ſic Feli.in d.c.2.col.penul.ſed iſta regula loquitur ſimpliciter, ergo habebit locum tam in curia q̃ extra,& tam in papa, legato, quàm in ordinario.

Præterea eſt facta ad obuiandum malitiis & ſuaſionibus illorum,qui inducunt aliquos ſemimortuos ad reſignandum, & quodammodo ad faciendum teſtamẽtum de ſuo beneficio,quod ſecum moriendo ferre nõ poſſunt,vt tenet glo.in d.regula. & licet curiales dederint cauſam faciendi,tamen non minus habeat locum in aliis.l.i.ff. de poſtulã. & ſic recepta eſt a parlamentis.& ad euitandum iſtas opiniones papa modernus Paul.3. addidit dictæ regulæ,quauis auctoritate cõferatur.Et ſic hodie non eſt amplius dubitãdum,quin habeat etiam locum in ordinario & ita teneo,quanuis multi dubitent.

☞ Procedit etiam in collationibus factis a rege,vt fuit in ſenatu cõcluſum ãno. 1494. die prima Decembris in proceſſu ſuper poſſeſſorio pendente ſuper capella ſancti Laurentii in eccleſia Melden. vt a quodam fide digno accepi.☜ Non obſtant ſuprà allegata, videlicet quòd variatio ſit prohibita

Source : BIU Cujas

nam quando tendit ad bonum, non prohibe tur.d.c.magnæ.nec dicitur variare, qui a fa cto quod notorie non valet, recedit.d.c.cũ terra per.l.2.ff.de optio.lega.Panor. in cap. cauſam.de electio. nec dicitur collator va riare in iniuriam non nominati, quia eidem non poterat fieri collatio proſequẽte nomi nato.ideo quando apparebit nominatus, & proſequetur collatio erit irrita, ideo muta bit conſilium in commodum nominati, le ge hoc dictante.& maius eſſet incommodũ non qualificato, ſi proſequeretur collationẽ nullam.nam ſuperior etiam conferret ſi or dinarius primus recuſaret.

¶ Nec obſtat quòd prima collatio impedit ſecundam, quia verum eſt quãdo ambæ col lationes fierent ab eodem ordinario eodem iure.ſed prima fit iure ordinario, ſecunda fit coacte videlicet reſpectu nominationis vel gradus.ideo prima nulla non impediet ſecũ dam.gloſ.in d.c.conſiderauimus.de electio. & d,c.ſuper eo.vbi etiam collatio nulla non impedit quin ſecunda fiat etiam prima non annullata.Panor.in c.auditis.colũ.2.de ele. tex.in ca.dudum.& ibi Peruſ.in.4.nota. de præb.in.6.& idem quando collatio ſecunda fiebat a diuerſo collatore.& cenſetur etiam diuerſus, quando vnus diuerſo iure confert, quia prima non impedit ſecundã, c. quia di uerſitatem.de conceſſ. præbend. hoc firmat in propriis terminis gloſ.in.§. ꝙ ſi quis cu iuſcũque in verbo, eo ipſo.de colla.in prag: quam ad verbum tranſcribit Ioan.de Selua in trac.de beneficio in.3.parte.q.47.& in fra dicetur. Vel non obſtat quod nõ valeat ſecunda collatio vel electio, prima non caſ ſata. Reſpon. verum eſse quando non con ſtabat notorie primam viribus non ſubſiſte re.& ita intelliguntur iura prædicta. ſecus ſi conſtaret primam eſse nullam, quia tũc ele ctio ſecunda fieri poteſt, vel collatio, etiam non caſsata prima.c.cum terra.in fi.ibi, tan diu in electione &c.& c.auditis. de elect.c. illud,& ibi Ancha.1.no.de iure patro. Vnde quando collatum fuit ignoranter beneficiũ indigno, tunc quia notorie non conſtat de illa indignitate,& ignoranter cõferens nõ eſt priuatus poteſtate conferendi vel eligẽ di, ideo pendente illo dubio non poteſt ite rum conferre vel eligere,& ſic loquitur d. c.inter dilectos & ibi Panor.col.3.dicit iſtũ eſſe verum & clarum intellectũ. ſed in hoc caſu notorie conſtat collationem primam. vel electionem factam per reſignationem eſ ſe nullam ratione regulæ cancellariæ, quia ius eſt certum & notorium.l.ornamentorũ. ff.de au.& arg.leg.& etiam extrauagans re cepta.cap.paſtoralis.de fide inſtru.vbi nora. & idem in regula cancellariæ recepta quæ pro iure habetur, vt ſupra dictum eſt. Ideo ſi primo præſentatio fiat vicario non haben ti poteſtatem inſtituendi, ſecundo fit epiſco po, valebit ſecunda præſentatio, cum prima ſit notorie nulla.no. in c.1.de iure patro. Itẽ litis conteſtatio coram iudice incompeten di facta, pro non facta habetur.l.ſi pater. C. ne de ſtatu defuncto.& ibi gloſ.Barb.in ca. Raynaldus.col.35.de teſta. Item iudex ordi narius poſtq̃ ſententia eſt nulla, denuo co gnoſcit.l. ſi vt proponis.1.C. quomodo & quando iudex.l.ſi accuſatoribus.de accuſa. ☞ Quandoquidem contractus ſuper vna re initus eſt nullus, poteſt ſuper dicta re cõtra ctus vtilis & efficax celebrari.etiam in per ſona eiuſdem,& dicitur poſsidere ex ſecun da conceſsione.tex.in c. cõtinebatur & ibi Ancha.4.no.de his quæ fiunt a prælat. ☜ Et ſi prima collatio vel electio ſit ipſo iure nulla, valet ſecunda electio, non tanquã ſe cunda, ſed tanquam ſola: quia quod nullum eſt, nullius eſt autoritatis vel ordinis. Bald. in d.c.cõſiderauimus.in princi.& prima col latio non dicitur, ſed nulla.c.factus.7.quæ ſtio.i.ibi, iam nõ ſecundus ſed nullus eſt.di xi in gloſ.duobus.de manda.apoſto.§.1.

Nec obeſt quòd functus erat officio ſuo, quod eſt verum quando iure contulit, ſecus ſi nulliter, quia nõ præſtat &c. vt ſupra dixi.

Source : BIU Cujas

Item patronus clericus potest variare quando nulliter præsentauit, licet aliàs non possit. Cardi. & Imol. in cle. 1. de iure patro. quos refert & sequitur Roch. curtius in tra ct a. de iure patro. in verbo honorificũ, quæs. 9. vers. 3. Sic & ordinarius poterit conferre quando prior collatio est nulla.

¶ Vltimo respondetur in gl. dispoſuerit, & glo. dispositiones. de colla. supra.

6 Si cõtulit secundo, an eidem possit primo conferre.

¶ Quarto quæritur, si contulit secundo nominato, postea primus requirit, & facit fidẽ de prioritate, an possit conferre idem ordinarius isti antiquiori nominato? Et breui respon. videri quod nõ, quia hoc casu nõ confert diuerso iure, ergo nõ potest. vt in ca. postulastis. de concess. præben. ideo primo nõ debet conferre, nisi appareat de antiquitate & prioritate nominati. Et sic bonum est ꝙ collator videat omnes nominatos qui insinuauerunt illo anno, & collationem in aliquod tempus extrahat, vt postea iuxta antiquitatem eorum illis prouideat. & hoc modo faciũt cauti collatores. vide quæ dixi in d §. si quis vero. in verbo dispositiones. &c.

¶ Fallit etiam quãdo collator vellet cõferre iterum sine requisitione qualificati, quia tũc non posset, cum collationem suã non possit reuocare, nisi instigante nominato. probatur in c. 2. de preca. & ibi Barb. in fi. dicit per illum tex. quod contrahens cum ecclesia nõ potest petere rescindi contractũ inualidũ, si ecclesia hoc nolit, quia cum ecclesiæ beneficio sit nullus, non potest contrahens vti illo beneficio contra ecclesiã, per l. si iudex. ff. de minor. sic nec ordinarius collator poterit conferre alteri etiam qualificato, nõ petente nominato. quod est bene notandum. & facit. l. 2. ff. de lege cõmisso,

Electione facta variare non licet

¶ Quinto quæro, quid si in mensibus graduatorum semel elegit vnum, & gratificauit, ac illi contulit, an possit alium eligere, & conferre? Respon. nõ. arg. l. serui electione legata, semel optare possumus. ff. de leg. 1. quia ius est iã illi quæsitum ideo non poterit in illius præiudicium reuocari. Notãt docto. per illum tex. in. c. si compromissarius, de electio. in. 6.

¶ Item facit. capit. duobus. cum glos. de rescrip. in. 6. vbi si duo impetrant eodem exẽplo canonicatum in ecclesia Parisien. & cõcurrunt in præsentãdo, capitulum vel alius collator poterit eligere alterum, & semel facta electione non poterunt postea alterũ eligere. & hoc approbant ibi docto. & plene Ancha. consil. 214. Francis cus, & doct. in c. gratia. de rescript. in. 6. & qui semel elegit vnam actionem, non potest habere regressum ad aliam. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. actio.

¶ Sexto quæro, an sufficiat requirere vicarium generalẽ, & in refutationẽ illius ad superiorem accedere? Breui respond. quod non, quia is non debet requiri, qui non potest cõferre, quia frustra peteretur ab eo, cum non possit dare quod non habet. capit. quod autem. de iure patro. c. Daybertum. 1. q. 7. sed ipse vicarius etiam generalis non potest cõferre. c. fina. de offic. vica. ergo refutatio vicarii non habentis specialem potestatẽ conferendi, non deuoluet potestatem conferendi ad superiorem, quia contrariorum eadem est disciplina. l. 1, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & vbi nulla est petitio, ibi nulla est refutatio. l. si pupillus. ff. de verbo. obliga. l. nulla intelligitur, de regu. iur. priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. verbo. oblig. c. ad disoluendum. de desponsa. impub. ita tenuit glo. in. §. item voluit. in verbo vicario. de collatio. in prag.

7 Refutatio vicarii an sufficiat.

¶ Imo dicerem refutationem vicarii generalis etiam cum potestate conferendi, non valere, quando episcopus esset præsens, vel commode posset eius præsentia haberi, quia prius esset collator requirendus, quàm vicarius, quia potestas vicarii cessat præsente episcopo. Ideo non fiet per hanc requisitionem ad superiorem deuolutio. cum text. in. d §. si quis vero, loquatur de episcopis & a-

Source : BIU Cujas

liis collatoribus, ideo ad illos primo opus est accedere, quãdo commode haberi possunt, & in ciuitate. c. cum in ecclesiis. de præben. in. 6. Si tamen nominatus requisierit illum vicarium, & in requisitione ignorauerit defectum potestatis conferendi, & nil eidẽ fuerit dictum per vicarium, tunc dicerem collationem iure deuoluto factam nominato, posse sustineri, ne via detur fraudibus, & etiã illa ignorantia est probabilis. l. fi. ff. pro suo. si cõmuniter habebatur pro vicario habente potestatem conferendi.

¶ Septimo, quid si anti quior nominatus requisiuit abbatẽ, qui recusauit conferre, postea deuolutio fiebat ad episcopum, ipse adiuit archiepiscopum, & obtinuit ab eo collationem, an valeat? Videtur quòd sic, postquam primus collator fuit requisitus. Contrariũ est verius, quia gradatim debet fieri requisitio, sicut deuolutio. d. §. si quis vero. Ideo dũ abbas recusauit, ad episcopum immediatum superiorem erat facta deuolutio, & non ad archiepiscopum. quare archiepiscopus non potuit conferre, quia ad eum non erat potestas deuoluta. igitur collatio ab eo facta, est nulla, & quia non est seruata forma requisitionis, quæ facit actum corruere. le. cum hi §. si prætor. ff. de transact. dixi in glo. disposuerit. §. si quis. de colla. supra.

¶ Octauo, quidam requisiuit prima die Iulii beneficium sibi conferri ab episcopo ordinario, qui recusauit. postea hic nominatus permisit labi tempus octo mensium, vt videret an aliquis eo esset antiquior. vidẽs neminem, vadit ad archiepiscopum iure deuoluto, à quo obtinuit collationem. opponitur eidem, quod sunt lapsi octo menses à die requisitionis, & sic archiepiscopus non potuit conferre, sed erat iam deuolutum ius ad superiorem archiepiscopi. quid iuris? Breui respon. collationem esse validam, nec ista diligentia nominati tollit quin episcopus habeat sex menses ad conferendũ, quia indultum à iure beneficium, nemini est auferendum. regula, indultum. de regu. iur. in. 6. nisi conferat, quia tunc statim erit facta deuolutio ad archiepiscopum. si nominatus voluerit, & collationẽ ab eo impetrauerit. sed nõ impetrauit, nisi postquam sciebat ad eum de iure esse deuolutum ius, videlicet post sex menses, ergo valuit. Item poterat nominatus iterum requirere ordinarium eũdem, & ordinarius poterat variare, vt dixi supra. Ideo expectauit nominatus vt secundo requireret istum collatorem, & vt videret an mutasset propositum. sicut ergo episcopus potuit postea conferre intra tempus iuris. si nominatus non iuit ad superiorem, ita ergo nominatus potuit ad illum ire, & sic a die primæ requisitionis nominato nolente non est ius deuolutum, vt dico in §. si quis vero. de coll. supra. alioqui non posset episcopus variare, nec bis requiri. istud etiam in odiũ nominatorum & graduatorum retorqueretur, licet in fauorem eorum esset introductum, cõtra. leg. quod fauore. C. de leg. & diligentia nominati esset ei nociua, quanda requisiuit ante sex menses, primum ordinarium, quod non est dicendum. cogita tamen, quia multa obstant, nec aliàs decidam, quia quæstio pendet.

10 Non prosequente nominato an collatio altera facta valeat.

Nono, facta est collatio nõ nominato de beneficio vacante in mense Iulio nominatus non prosequitur, an illa collatio valeat? Videtur quod non, per. l. si seruo. ff. qui & a quib. manu. liber. non fiant. vbi si quis dedit libertatem seruo alieno, licet postea succedat domino serui: non cõfirmatur illa libertas. Sic collatio facta nõ nominato. non debet cõfirmari rẽpore quo debebat nominato cõferri. Secũdo nominationes cõcernũt præbendam nulli de iure debitam, sicut alia gratia. capi. si postquã. de præb. in. 6. interim ergo cum dubiũ est an nominatus velit acceptare, conferri non potuit non nominato quia nõ erat sibi debitũ beneficium, ex quo erat debitum qualificato.

Tertio facit. c. si tibi absenti, de præb. i. 6.

Source : BIU Cujas

vbi si collatio fiat absenti. ius quæritur ei, donec constet quod non vult acceptare,& tamen si collatio interim fiat alteri,nõ valet, vt ibidem dicitur,ergo nec hic.

¶ Quarto facit.c. quodam. illo titul.in.6. ibi, prima enim collatio post & contra decretum interpositum facta,licet ab ignorãtibus, etiam ignoranti, non obtinet firmitatem.

¶ Quinto, collatio est actus legitimus, qui in pendẽti non potest esse. regula, actus legitimi.de reg.iur.& ibi docto.cap.2.de electio.& ibi glos.nã ecclesia,quæ est sine macula,diu vota sua eludi non est passa.l.2. C. de sponsa.Ioan. Monach. in dicto capitulo secundo de electio. in.6. sed si fiat collatio non nominato,incertum est & dubium,videlicet an primus requiret necne,ergo &c.

¶ Vltimo est tex.in clemen.vna de concessio.præbẽdæ,& ibi docto. vbi dicitur quod collatio facta secundo intra mensem acceptandi non valet.

¶ Contrarium tenuit glos.in.§. quod si quis cuiuscunque.de colla. in pragma. in verbo eo ipso: & in verbo irritum. quam sequitur D. Auriolus in addit. ad Guillel. de monte Laudu. in.c,si tibi absenti.de præben. in.6. & idẽ Brunell.in tract.de dignita. leg.conclu.19.in.5.declara.

11 Collatio spreto patrono qñ valeat.

¶ Quia collatio facta spreto patrono, licet sit nulla. eo prosequente . capitulo decernimus. 16. quæstio.7. tamen si patronus non præsentet intra tempus a iure statutum,collatio est valida,vt tenet Feli. in capitulo cum Bertoldus.columna.5. de re iudi. Ioan. de Selua in tracta. de benefi. in. 1. parte.q.6.nume.10. late Do. Probus in addit.ad Ioan.Monachun. in.c. statutum. de præben. in.6. qui contrarium videntur tenere.& Do.Stepha.Bertrand.in consil. 38. in.3.volu.Aegidi.consilio. 10. in sexto dubio.Bertach.in tract.de episcopo.lib.4. parte.2.quæst.26.

12 ¶ Secundo si archiepiscopus contulerit beneficium vni antequam sit potestas ad eum deuoluta, facta deuolutione non potest alteri conferre, sed illa collatio conualidatur quando ad eum fuit deuoluta potestas. Panor.& Feli.in.c.cum ex officii. col. penultima de præscript.per.l.si rem alienam.2.ff.de pig. actio. hoc tamen non firmo, licet adducant ea quæ not. Bar. in.l.cum vir.ff. de vsuca.vbi si quispiam vendiderit rem alienam ecclesiæ, & venditor succedat domino,statim transit vtile dominium in ecclesiam:ratio,quia ibi non requiritur traditio. l.fina.C.de sacrosanc.ec cle.& intererat vẽditoris contractum confirmari.cum ex suo contractu obligatus esset &c.

Collatio ante deuolutionem an confirmetur.

¶ Tertio facit quod si pater legauerit seruũ qui erat in peculio castrensi filii, & postea filius moritur,& ei pater succedit, antequã filius contradixerit, valebit legatum patris l.seruum filii.1.respõ.ff. de leg.1.facit.l.proponebatur.§.idem.de castren. pecu. Item si sit optio seruorum legata alicui, & antequam legatarius optet, vnus seruus sit manumissus, si postea alius optatur, remanet ille liber.l.si cũ optio.ff. de optio. lega. not. in cap.fi.de consuet.in.6.

¶ Quarto facit quod notat Ioan. Monachus in capitulo secundo de præben. in. 6. vbi si ordinarius conferat beneficium intra mensem, quod fuit specialiter impetratum cum clausula decreti & inhibitionis, tenet collatio,si impetrans sua non vtatur gratia & si habens clausulam anteferri, ei renunciet, valebit collatio prius facta,quia eo repulso sublatum est impedimentum quo ad primum.Io.And.in cap.penulti. de concess. præb.in.6.glos.in verbo irritum.in.§. quod si quis cuiuscunque. de colla. in prag. Soci. consi.117.in facto.in.3. volumine.

13

¶ Quinto, processus iudicis a quo, non tenet, si appellans prosecutus fuerit appellationem:at si renũciauerit appellationi, tenet processus. cap. vt super. de appella.lib. 6.& emy hyteota priuati non solues cano-

Source : BIU Cujas

nem intra triennium. priuatur iure ſuo, ſi dominus voluerit.l.2. & ibi Iaſ.& omnes. C.de iure emphy. Etiam teſtamentum in quo filius eſt præteritus, eſt nullum,ſi filius hoc velit & proſequatur.l.filio præterito.ff. de iniuſto rupt.

Sexto ſi intra decendium fiat executio,licet fieri non deberet,ſi poſtea non appelletur, remanet valida. gloſ.in.c. venerabilibus.§.porro.de ſenten. excõmunicatio. lib. 6.quam ſequitur Feli.in cap. quod ad conſultationem conclu.5. de re iud.facit.l. obſeruare.§.fi.ff.de offic.proconſul.

Vltimo extat regula cancella. Bonifacii octaui facta anno quinto ſui pontificatus, vbi ordinauit, quod ſi ſint duo vel plures expectantes in eadem eccleſia, omnes poſſunt beneficium vacans intra menſem vigore gratiæ acceptare a die notitiæ vacationis beneficii:& ſibi de illo prouideri facere, ſaluo iure prioritatis, ſcilicet quod ille qui eſt in iure prior,ſi acceptauerit,& ſibi conferri fecerit, poſterioribus in aſſecutione beneficii præferetur. & hanc regulam non viderat Cardi.qui contrarium tenet,vt aſſerit in cap.dilectus.2.numero. 16. de præben,& vide reſpon.ad contraria in ſequenti quæſtio.

Decimo dubitatur, vacans beneficium. in tempore aſſignato nominatis, epiſcopus confert ſecundo nominato, & tamen debebat conferre primo,& antiquiori,an valeat?Si antiquior non requirat, videtur q̃ non, quia actus geſtus tempore incongruo tali incongruitate quæ reſiſtit ſubſtantiæ actus, eſt ipſo iure nullus, etiam ſi ſuperueniat temporis habilitas.l.1.§. finali.& .l. vnde.§. ſi quis. ff. deitinere actuque priuato. ſed collatio facta ſecundo,eſt facta tempore incongruo, vtpote intra tempus quo poterat antiquior requirere beneficiũ. & acceptare.ergo collatio eſt nulla:& ſic poſtquam eſt ab initio nulla, non poteſt tractu temporis conualeſcere. regula, non firmatur.de reg.iur.in.6.

Secundo, geſta pendente aliquo obſtaculo, quod poſtea tollitur,non ex hoc redduntur valida. vnde ſententia excommunicationis lata pendente apellatione valida, licet poſtea deſeratur non propterea redditur valida.c.licet de ſententia. excommunica.in.6.& tamen per deſertionem fingitur appellans retro nõ appellaſſe,adeo quod damnatus furti, ſi appellationem non proſequatur, retro notatur.infamia. l. furti. ff. de his qui notant.in famia. Sic collatio facta ſecundo nominato pendente obſtaculo primi, eſt nulla, nec validatur, licet ex poſtfacto appareat de non proſecutione antiquioris.

Tertio ſicut hæreditas non conceditur ad tempus.l. hæreditas ex die.ff. de hæred. inſti.ſic nec beneficia.cap. præcepta.55. diſtinct. cap. ſi gratioſe.de reſcript.in.6. ſed ſi antiquior nominatus intra ſex menſes acceptet illud beneficium. & petat ſibi conferri,collatio facta ſecũdo reuocabitur.poſt quam ergo tenuit medio tempore, ad tẽpus fuit illi iuniori datum beneficium, quod eſt prohibitum, vt ſupra dixi. ſequitur Card. conſi.105.ſuper præmiſſo caſu.

Contrarium tenetur.quia quotiens pluribus gradatim competit ius circa idem, altero non vtente valet, quod interim fit per alium.c. ſi qua.12. quæſt.2. c. Lugduñ. 9.quæſt.2.cle.ſæpe. de appella.l. proinde.ff. ſi cert.peta.igitur valebit collatio facta ſecundo, ſi primus non requirat, nec proſequatur,ſicut reuocantur attentata poſt ſententiam intra tempus appellandi, ſi aliquis appellet:ſecus ſi non appellet.c.non ſolum. de appellatio.in.6.

Secundo facit.c.ſi clericus. de præbend. in.6.& quod not.Io.And.in.c.penul. ibidẽ. vbi dicit quod ſi habens clauſulam ante ferri,non velit ea vti,primus habebit præbendam,etiam ſi primo derogaretur per illam clauſulam, vt ſupra dixi. facit.l. ſi iudex. ff.

Source : BIU Cujas

de minor. Ancha. in clemē. vna quæſt. 2. de conceſſio. præbend.

¶ Tertio facit quod dicit Roma. & alii in l. fin. C. qui admitti. vbi dicit quod ſi exiſtēs in ſecundo gradu properantius agnouerit bonorum poſſeſſionem intra tempus primi, ſi contingat primum repudiare, illa agnitio ſecundi valebit ac ſi eſſet ſuis curriculis facta, per tex. in. l. 1. §. quibus. ff. de ſucceſſ. edicto. nam quando primus repudiat, fingitur ac ſi ex eo numero non eſſet. ergo acceptatio ſecundi debet conualidari. & ita expreſſe tenet gloſ. in d. verbo irritum. de col. in prag. Et de mandatariis duobus loquuntur doct. in. d. l. fin. ſic conſuluit laſ. conſi. 104. circa quatuor. in. 1. volu. Card. conſil. 105. ſuper & Bertrand. conſilio. 38. in. 3. volu.

Quarto quando quis remouetur alicuius contemplatione, illi debet acquiri, cuius contemplatione remouetur. l. ſeruo legato §. ſi teſtator. ff. de leg. 1. l. poſt legatum §. amittere. ff. de his quib. vt indignis. l. 2. §. finali. de colla. bono. l. ſi legatarius. C. de lega. laſ. pulchre in conſil. 61. nobilis. col. penul. verſi. cōfirmatur. in. 3. volu. Sed hoc in caſu primus remouetur contemplatione ſechndi, qui proſecutus eſt ius ſuum, ergo illi acquiretur, ſi primus non fuerit proſecutus. laſ. d. conſil. 104. circa. in fi. volu. 1.

Nec obſtant iura in contrarium adducta, quia loquuntur in caſibus diſſimilibus. nam hæ qualificationes ſunt introductæ in fauorem nominatorum, ergo illi fauori poterunt renunciare. l. penult. C. de pact. c. ad apoſtolicam. de regularibus. nam clauſula decreti appoſita in dict. §. ſi quis vero. intelligitur ſi nominatus vti velit ſua nominatione. Innoc. in. cap. 1. de conceſſ. præbē. in. 6. gloſ. in d. verb. irritum. ſi ergo nō vtatur, habetur ac ſi non eſſet qualificatus, & ſic collatio ſecundo facta tenuit, quia ſublatum eſt impedimentum quo ad ordinarium, ergo valebit ſua collatio, nec requireretur noua collatio, poſtquam ſecundus eſt excluſus. Vnde dicit Benedic. in repet. c. Raynutius. in verbo, in eodem teſtamento. 1. numero. 89. & ſequen. de teſta. de epiſcopo cui papa dederat facultatem acceptandi & retinendi beneficia vacatura vſque ad certam ſummam in ſua dioceſi, & vt ea poſſet retinere tanquam vnita menſæ ſuæ epiſcopali propter reparationes quas fecerat ibidem. prouiſo tamen, quod intra ſex menſes a die acceptationis annatam ſoluat cameræ apoſtolicæ. alias tempore elapſo diſſoluta eſset dicta vnio, & pro non facta habeatur. contigit quod epiſcopus aliqua beneficia acceptauit, & eis pacifice gauiſus fuit, in vita tamen minime ſoluit annatam an beneficia vacent per mortem epiſcopi, vel per priuationem factam eo quod nō ſoluit annatam? & reſpondet per mortē vacare, cum papa non declarauerat pœnam priuationis, quæ erat in fauorem ſuum introducta, per ea quæ notantur in. l. final. C. de reuocand. donatio. Nec obſtat, quod beneficium datum erat ad tempus ſecundo, quia non eſt verum. nā illud cenſetur eſse perpetuū, quando poteſt eſſe perpetuū, licet dubitetur an erit temporale, an perpetuū. l. ſuffecit. ff. de condictio. indebi. glo. in dicto cap. ſi gratioſe. vide Ioannem de ſelua in tracta. de beneficio. in tertia parte, quæſtio. 9.

15 Omnes nominati an ſimul ſex menſes habere debeāt

¶ Vndecimo quæro, plures ſunt nominati, an omnes ad requirendum beneficium habeant ſimul ſex menſes, an vero primus nominatus ſex, ſecundus alios ſex menſes, & ſic deinceps? Reſponde quod tantum dantur ſex menſes omnibus nominatis, & non ſingulis. quod probatur in clement. vna de conceſsio. præben. vbi quando ſunt plures expectantes apoſtolici cum clauſula acceptandi, omnes habent vnū menſem tantū. quod ſequitur Ioannes And. in additio. ad Specula. rubrica de conceſ. præb. vbi plene diſputat, &c. ſi pluribus. de præb. in. 6.

¶ Item omnes mandatarii vnum tantum habent mēſem. Domini de Rota deciſ. 323.

Source : BIU Cujas

nota. Paulus. in antiquis. plene Ancha. in cle. vna. q. 3. de conceſſ. præb. Collecta. in cap. cum noſtris. in fine. de conceſsio. præb. quod non procedit in Francia.

¶ Item ad optandum dantur viginti dies, ſiue ſint plures optare volentes, ſiue vnus. c. fina. c. deconſuetudi. in. 6.

¶ Item conſanguineis omnibus ad retrahendum datur annus, vel tempus a conſuetudine taxatum, teſte domi. Boer. in. §. 2. de conſuetu. retract. in conſuetu. Biturig.

¶ Inſuper annus qui datur ad petendum tutorem pupillo, currit omnibus qui ad ſucceſsionem pupilli vocantur. l. ſciant. C. de legitimis hæredi. Lucas de penna in. l. 1. col. 2. de agent. in rebus. lib. 12. & multa addidi ad dictam. l. ſciant. Et hoc eſt ratione diutinæ vacationis, quæ eſset, ſi cuilibet darentur ſex menſes, & eſset valde periculoſa. c. quanuis. de electio. in. 6. Vide Cardin. conſi. 103. & ſequent. quia quilibet poteſt acceptare, ſi ſibi iure debeatur, ut notatur in cap. 2. de reſcript. in. 6.

6 tio non ſito. o to. va.

Duodecimo quæro, aliquis nominatus habuit collationem a legato, de beneficio vacãte in menſe Iulio, vel altero menſe de putato nominatis, nõ requiſito ordinario, qui ordinarius cõtulit nominato antiquiori vel forte alteri, vter præferri debeat? Reſpond. videtur quod prouiſus ab ordinario, quia poſtquam non apparebat de primo nominato, potuit ordinarius conferre ſecundo nominato, ac ſi nullum habuiſset qualificatum alium, quia de his quæ non ſunt, & nõ apparẽt, idem eſt iudicium. l. duo ſunt. ff. deteſta. tute. ideo collatio facta a legato cõtra qualificationes, non valuit: ergo collatio facta ab ordinario tenuit. argumen. l. Pomponius. §. ſed & his. ff. de procurato. etiam ſi ſecundo nominato facta fuerit. nam poteſtas conferendi non erat deuoluta ad legatum nulla facta requiſitione ordinarii. & legatus in hoc Franciæ regno non habet preuentionem in iſtis beneficiis qualificatis. nam ſolam præuentionem ſibi in his papa retinuit, vt patet in rubrica de mã dat. apoſtoli. Receptus eſt enim ſaluis modificationibus regni. ſed non eſsent ſaluæ, ſi ſic conferret, nam indies conferret non qualificatis. ergo &c.

¶ Item valde diminueretur poteſtas ordinariorum. nam qualificati ſemper adirẽt legatum neglectis ordinariis, & ſic confunderetur ordo, cum ſua iuriſdictio cuilibet nõ ſeruaretur, dicit cap. peruenit. 11. quæſt. 1. & nunquam antiquiori prouideretur per legatum, ſed primo venienti, & ſic eluſoriũ videretur concordatum.

¶ Item eodem tenore dubitari poteſt, an legatus poſſit in menſibus præſtitutis graduatis gratificare? videtur quod non, quia contra ordinem concordatorum, & ipſorum mentem venire non poteſt, vt ſupra dixi quæſt. 8, & §. ſi quis. de colla. ſed veniret contra ordinem poſitũ ſupra in §. ſi quis vero. erga &c. Legatus in menſib9 graduatorũ an poſſit gratificare.

Secundo requiſitio facienda eſt a primo anteq̃ fiat deuolutio. d. §. ſi quis. vero. & ante requiſitionem primi non fit deuolutio, ergo collatio fieri non poterit per legatum.

Tertio collatoribus ordinariis datur gratificatio §. ſtatuimus. 1. de collatio. ſed legatus non eſt collator ordinarius, ergo gratificare non poterit, quia eorum poteſtas licet ſit ordinaria, ca. 2. de off. legati. in. 6. tamen eſt extra ordinem inuenta. glo. in clemen. vltima, de offi. ordina. Multa ad hanc rem facientia tradit. d. Renal. Chandonius iuris vtriuſque egregius doctor in ſuo reſpon. de facultatibus legati.

Quarto ſi legatus poſset gratificare in his menſibus, ſemper prouideret ſuis, & pauperes graduati in ſuis ſtudiis exiſtentes nil haberent, & ſic concordatũ quo ad gradua tos redderetur illuſoriũ, quod nõ debet permittere ſenatus. argu. l. ſi prætor. ff. de iudic.

Quinto etiã ordinarii collatores priuarẽt iſta gratificatione, que eſt eis cõmodo, quia

Source : BIU Cujas

dicitur esse in fructu.glos.in capit.cū olim. de maior,& obedient.in quātū possunt prouidere suis graduatis idoneis: quod non facerent.In contrarium facit, quia legatus in regno Franciæ potest conferre beneficia regni saluis modificationibus, alioqui inanis fere & friuola esset sua potestas,sed quando confert graduatis debite insinuatis, & gratificat,cōfert saluis regni modificatiōibus, ergo collatio valere debet.

¶ Secundo legatus concurrit cum ordinario conferendo beneficia spectantia ad collationem ordinariorū. cap.si a sede. de præbend.in.6. ☞Intantum, quod dicit Panor. in c.fi.col.2.de confirma.vtili.legatum in legatione sua concurrere cūquolibet ordinario suæ legationis.siue ille collator sit archiepiscopus,siue episcopus,siue abbas,siue quicunque alius,ita quod quicquid isti possunt in iurisdictionibus,tam ex iure communi q̄ ex consuetudine,poterit & legatus. ☜ Ergo poterit concurrere conferendo qualificatis,& insequendo leges regni,quia nō derogatur legato, nisi in qualificatione, ergo eam insequendo poterit conferre.

¶ Tertio concordata ista,videlicet vt prouideatur graduatis, facta sunt in fauorem graduatorum & literatorum, vt dixi supra. sed iste est fauor graduatorum regni, quòd eis conferatur,ergo iis poterit coferri etiā per legatum.& etiam est in fauorem regni, ne pecuniæ a regno extrahantur, & ne res nummaria(quibus veluti neruis respublica subnixa est)exhauriatur, vt supra in prooemio patet.

¶ Quarto quod non mutatur,cur stare prohibetur?l.sancimus.C.de testa. sed nō mutatur in legato,nisi vt præuentiones non faciat non graduatis,ergo vt faciat graduatis & qualificatis vel nominatis antiquioribus, videtur æquū,& iuri conforme,ergo & antiquiori nominato,& graduato rite qualificato poterit conferre tam in mensibus nominatis præstitutis,quam graduatis, & etiā ecclesias parochiales in villis muratis sitas qualificatis conferre poterit per supradicta. Quæstiones has decidere,nisi quia pendent in senatu,& maxima cum deliberatione decidentur.ideo alia non dicam,sed do. senatorum, in quibus plenitudo scientiæ inest, decisionem expectabo. ☞Fuit decisum(vt fertur)in metuendo senatu Tolosano,legatum graduato non insinuato non potuisse in mensibus graduatorum conferre,quia regni qualificationes non potest tollere:si ergo insinuato & rite qualificato contulisset valuisset, & sic iudicauit senatus Parisien. anno.1537.die.7.Septembris in causa præbendæ sancte Radegūdis Pictanen.pro magistro Germano Cornuto cōtra Tristandum Fretart & quid in papa vide in.§.statuimus.1.in glos.gratificare. de colla. in concorda. ☞ Et an legatus facta requisitione primi collatoris possit omisso medio conferre?dixi in.§.si quis vero.in verbo ad aliū. de colla. supra.quodfic.

17 Episcop' quid age re debeat qñ duo nominat simul re quirunt.

¶ Decimotertio quæro,duo nominati requirunt simul episcopum,is ipse ignorat vter sit antiquior,quid agere debeat? Respon.faciat sibi exhiberi literas nominationum ab vtrisque.Cardin.in cap.mandatum. coll.5. quæst.9.de rescrip.vbi dicit,quòd si duo habent mandata de prouidendo eiusdem datæ,& petunt idem beneficium,tunc prouisores facta eis copia de iuribus vtriusque,consulent peritos,& conferent ius habenti,& si est dubium,parebunt mandatis vtriusque cum protestationibus.Imo possūt recipere ad præbendam vnum sine præiudicio alterius,& pro hoc facit cap.cū contingat.de rescript.sic episcopus facta sibi exhibitiōe nominationum conferet antiquiori,tamen cū episcopus habeat exemplum omnium nominationum,non potest iure prætendere ignorantiam prioritatis,vel posterioritatis:posset tamen supradicta facere.

18

¶ Decimoquarto vacauit beneficium tempore nominatis præstituto, secundo nomi-

Source : BIU Cujas

natus acceptauit,& requiſiuit ordinariũ,qui contulit non nominato,papa alteri,dem um archiepiſcopus iſti ſecundo nominato iure deuoluto. Primus nominatus requirit, & ei fit collatio per ſuperiorem, quis habeat ius in beneficio? Reſpon. primus nominatus beneficio requiſitionis ſecundi nominati poterit venire,ſicut filius emancipatus beneficio filii in poteſtate præteriti admittitur argu.l.filium.ff.de bono.poſſeſ. cõtra tabu. l.3.§.plane iuncta glo.ibidẽ. vide Auriol. in. cap.penul.de conceſsio.præben.in.6. & ita fuit prolatum(prout mihi fuit relatum)arreſtum Pariſiis,per.l.ſi mater.in fine.C.de in offic.teſtamẽ.Sic ergo in caſu iſto dicimus, quia poſt quam ſecundus nominatus requiſi uerat,non poterat papa(vt ſupra dixi)præuenire,ideo antiquior nominatus præfertur ſecundo nominato, & ſecundo nominatus apoſtolico,ergo & primus nominatus præferetur apoſtolico,per illam regulã,ſi vinco vincentem te,a fortiori vincam te.cap. penult.de conceſs.præbend.in.6.nam vincẽs, cui prima facta fuit collatio,ſuccedit in ius victi.glo.ſ.in.l.vſucapio.C.de pignor. Refert & ſequitur Soci.conſil.28.fuit quidam numero.4.in.4.volumine.

¶ Nec obſtat q̃ collatio prima eſt annullãda proſequente primo nominato,& ſic collatio papæ valere debet,nã illud non eſt verum,quia in fauorem antiquioris nominati eſt introductũ, vt nõ valeat prima collatio, & ſic non debet retorqueri in eius odium.l. quod fauore.C.de legibus.quod fieret ſi collatio papæ valeret. Idem dicerẽ ſi primus nominatus inhabilis requireret. & poſtea aliquis nominatus a papa impetraret, deinde nominatus ſecũdus habilis ab archiepiſcopo collationẽ obtineret, vt iſta collatio ſecũdo nominato facta valeat,per ſupradicta.

¶ Decimoquinto quæro,vacãs beneficium in menſe Ianuarii epiſcopus cõtulit non nominato,papa alteri,nominatus poſtea requirit,& obtinet iure deuoluto collationẽ quæ-

nam iſtarum valeat? Reſpondeo,collatio facta nominatô eſt preferenda, per illam regulam,ſi vinco vincentem te,a fortiori vincam te.in d.cap.penultι.de cõceſsio. præbẽ. in.6.gloſ.in authen.licet.C,de natura.libe. Nam nominatus vincit primum nõ graduatum,nec qualificatum,& primus vincit apoſtolicũ,quia licet papa poſsit præuenire, vt ſupra dixi,in rubri.de mand.apoſtoli.in glo. iure præuentionis,tamen hic non præuenit, quia collatio erat facta per ordinarium non nominato,ergo papa nõ potuit conferre iure præuentionis,quia locus erat repletus, & ipſe erat præuentus per ordinarium. Nam præuentio dicitur ſi fiat collatio ante papã, vel papa ante ordinarium, vt eſt hic,ſicut fit præuentio per citationẽ.in.l. ſi quis poſtea. ff,de iudi.cap.propoſuiſti. & ibi plene Soci. de foro competen.dico in rubri.de mandatis apoſtolicis, in verbo iure præuentionis. ☞ Item quia collatio facta per ordinarium erat valida reſpectu apoſtolici,ſed ratine nominati erat nulla, quod poteſt eſſe vt probatur in.l.vir & vxor.ff.ad velleia. ☜ Si tamẽ primus non graduatus obtineat collationẽ a papa,etiam prius habita collatione ab ordinario,nõ excludetur per graduatum, quia ius habet duplex, & duo vincula ſunt vno fortiora.capi.1.de treug.& pace.dummodo vtrãque collationem habuerit ante gradu ti,vel nominati collationem.

Qñ dicatur preuẽtio.

¶ Decimoſexto quæro, vacante beneficio in menſe graduatorum, tutor vult præſentare vnum,eo quòd omnes fructus bonorũ pupilli ex conſuetudine lucratur,pupillus alium,quid iuris? Duæ ſunt quæſtiones, prima,an tutor præſentare debeat,an pupillus. Secunda quæſtio eſt, an ſtante conſuetudine quod tutor lucretur fructus bonorũ pupilli durante tutela, poſsit idem tutor præſentare excluſo pupillo. Ad primam concludit Panormi.in capit.final.de conceſs.præbend.quòd tutor præſentabit, ſi pupillus ſit minor ſeptem annis. Idem tenet Ioa. And.

20 Pupillus vel tutor andebeat preſenta re.

Source : BIU Cujas

in cap.ex eo. de electio.in.6.Panorm.in c.1. de iure patronat.

¶ Si vero pupillus sit maior infante, poterit præsentare pupillus. & si tutor & pupillus præsentant diuersos, præfertur præsentatus a pupillo, per glo, in dict.capit.ex eo. Archi.in cap.decernimus.16.quæstione.7. tum quia pupillus potest facere conditionē suam meliorem sine tutore. institu. de auctoritate tutor.in princip.& quando est discordia inter tutorem & pupillum,quo ad illam non habetur pro tutore,quia sua res agitur,ideo datur curator.§.fina.insti.de auctoritate tutor,Feder.consil.102. nobilis.

¶ Imo etiam poterit hic pupillus maior infante præsentare sine tutoris auctoritate. Antho.de butrio consil.29. visis puncto.in fine. Tum quòd pupillus sit dominus illius iuris patronatus. Tum etiam quia ille pupillus potest contrahere sponsalia. ca.literas. & per totum de desponsa.impube.

¶ Item potest assumi ad beneficiū simplex sine tutore.cap.si eo tempore.de re scrip.in 6.capit.super inordinata.de præbend.& ibi nota. Hoc tenet Roch.Curtius in tract.de iure patro.in verbo competens. quæst.3.& sequent: vbi plene videre licet.

¶ Nec obstat capit. ex eo. de electio. in.6. vbi non potest eligere, quia licet sponsalia contrahere possit, non tamen matrimonium.instit.de nupt.in princip.sed per electionem contrahitur matrimonium spirituale. ca.inter corporalia.de trans.episcopi.quod est in præsentatione secus.ca. quod autem. in verbo inchoatum,de iure patro.Paul.de citad.in tracta. de iure patro.in sexta parte articu.3.q.40.

21 Stāte cōsuetudine quod tutor faciat fructꝰ suos,an possit præsētare.

¶ Quæro, stante consuetudine quod tutor faciat fructus suos durante tutela bonorū pupilli,vt in consuetudi.Biturig.in.§.11.de consuetud.iuris & status persona.An possit præsentare? Et videtur quod non: quia creditor non potest præsentare,capit, cum Bertholdus.de re iud. etiam si faceret fructus suos,vt ibi panorm.& in capi. contingit.col.5.de dolo.

¶ Secundo,quia tutor non est verus patronus, & qui ecclesias obtinent sine patrono, eas restituere debent.capit.ex insinuatione. de iure patro.

¶ Tertio malæ fidei posessor, qui habet rei alienæ conscientiam,non lucratur fructus. c.consultationibus. de iure patro. prout est in isto tutore, & nota.in.l.quemadmodum. C.de agricolis & censitis.lib.11.

¶ Quarto conductor ad modicum tempus non potest præsentare.capi.ex literis.de iure patro.multo magis hic tutor, qui nil iuris habet,nisi regimen tantum in bonis pupilli, & persona.

¶ In contrariū videtur,quia quādo quis lucratur fructus,sicut bonæ fidei possessor,vt in dict.capit.consultationibus.& capi. cum ecclesia.de caus.posse.tūc nō tenetur ad restitutionem, sicut in hoc tutore dicitur.§.si quis à non domino.insti.de rerum diuisio.c. grauis.de restitu.spolia. poterit præsentare, quia præsentare est fructus iuris patronatus d.c.consultationibus.& .d.c.cū Bertholdus &.c.ex literis,& præsentare dicitur fructus industrialis.quia requiritur industria hominis in eligendo idoneum.c.decernimus.16. q.7.& no.in d.c.cum Bertholdus.de re iudica.& intra præstitutum tempus.c.1.de iure patro.lib.6. Paul.de citad.in.d.tract.de iure patro. in.6.parte. q.38. articu.3.decisi, rotæ 268.collatio in nouis.

22 Vxor ctavsu ctuari an po prēsēt

¶ Item nil vel parum prodesset consuetudo volens vt omnes fructus lucraretur tutor, nisi &eos haberet, cum etiam & vxor relicta vsufructuaria hos habeat,& potest præsentare.notat Paul.Piccus in repet.l.titia.§. titia.q.39.ff.de lega.2. & Rochus vbi supra quæst.28.ergo & hic tutor,licet cōtrarium, teneat Io.Crotus in repet.l.frater.quæst.23. ff.de condictio.indebiti.

23 Maritu prēsēta potest ra tiōe bo

Item ad maritum spectat ius præsentādi, cum sit dominus rerum dotalium.l. doce an

quæ et ab te.

cillam.C.de rei vend.& quia percipit fructus rei dotalis capit.per veſtras.de donat. inter virũ & vxorem.c.ſalubriter.de vſur. Panorm.in d.capit.fina.de conceſs.præbẽ. lib.6. Feli.in cap.quoniam. in fin.de teſti. Rochus Curtius in verbo ipſe vel is. quæſtio.28.& Ioan. Lupus in repe.capit.per veſtras.fo.76.§.43.de dona.inter virũ & vxorem vide plene Paul.de leazariis in q.4.

Præterea tutor eſt dominus bonorũ pupilli. l.qui fundum.§.ſi tutor.ff. pro empto. & ex cõſuetudine lucratur fructus, ergo poterit præſentare,cum præſentatio in fructu conſiſtat, vt ſupra dici.

Nec obſtat quod ius patronatus ſit quidam honor, & non fructus proportionabilis, vel commoditas,quam habere debeat tutor,quia cum conſuetudo loquatur generaliter de omni fructu,de iſto etiam intelligi debet,cum tranſeat cum vniuerſitate bonorum.d.cap.ex literis. quam habet tutor, & dicitur verus poſſeſſor,ergo faciet fructus ſuos,ſicut maritus.

Nec obeſt de creditore,quia nõ facit fructus ſuos,ſed extenuant ſortem, & debent in ſortem computari.ca.1. & per totum de vſur.cap.illo vos.de pigno.ſed ratione conſuetudinis tutor facit fructus ſuos, ideo eos non tenetur reſtituere.

Nec refragatur quòd non ſit verus patronus, quia reſpõdeo eſſe verum quo ad hoc. nam inuenio poſſeſſorem bonorum poſſe præſentare, quando lucratur fructus. ſic & iſte tutor,vt d.cap. conſultationibus. & d. capit.ex literis.& cap.cum eccleſia ſutrina. de cauſa poſſeſ.

Præterea nil facit dum dicitur quod malæ fidei poſſeſſor non lucratur fructus,quia hic non poteſt dici malæ fidei, cum vigore conſuetudinis faciat fructus ſuos.

Nec eſt æquiparatio bona de conductore ad modicum tempus, ad iſtum tutorem: ſed ſicut ad longum tempus conductor præſentare poteſt,ita & hic tutor,vt in d.capi. ex literis. Ex his concluditur, ꝙ tutor qui vigore conſuetudinis, vt in nobilibus communiter eſt conſuetum, lucratur fructus, poterit præſentare, & nõ pupillus. quod eſt notandum, quia fuit a me petitum ſæpius in palatio, & ſic reſpondi. cogitandum tamen relinquo.

24 Decimoſeptimo quæro, vacante beneficio in menſe nominatorum epiſcopus confert non nominato, poſtea nominatus requirit, epiſcopus recuſat conferre, dicens ſe feciſſe quod in ſe erat.nominatus requirit vicarium exiſtentem in vrbe vbi erat epiſcopus, qui vicarius ignarus collationis factæ ab epiſcopo,cõfert nominato, poſtea aliquis impetrat à papa,quis iſtorum præferatur? Videtur quòd primus, quia in collationibus attenditur tempus datæ.cap. eam te.de reſcript.

Imo videtur quòd apoſtolicus, quia papa poteſt præuenire ordinarios, & conferre.ca.2.de præben.&,hic videtur præueniſſe,poſtquã collatio prima non valebat proſequente nominato.

Item non valebat ſecunda facta per vicarium,per.l.penult.ff.de offic. proconſul. vbi proconſul deputatus ad regẽdam prouinciam,ſimul atque vrbem ingreditur,deponit imperium,propter principis præſentiam & reuerentiam.facit capi.volentes.& ibi gloſ.de offi.lega.glo.in.§.viſum.in verbo abſentia.de collatio.in pragma.vbi propter præſentiam epiſcopi vicarius non poteſt conferre,nec alios actus iuriſdictionis facere.nam facta collatione per epiſcopum erat facta deuolutio ad ſuperiorem.§.ſi quis vero.de colla.in cõcordat.ergo non potuit vicarius conferre.

In contrarium tamen quod valeat collatio facta per vicarium,patet,quia vicarius autoritate concordatorum confert,& ſunt executores concordatorum.§. teneãtur.de colla. ſupra. ergo bene conferendo poterũt ſupplere moram domini epiſcopi. nam

Source : BIU Cujas

licet vicarius non possit expedire ea quæ sunt meræ gratiæ, potest tamen expedire ea quæ sunt iustitiæ, & necessitatis. Guillel. de monte Lauduno in clemen. vna de officio vica. & doct. in capi. fina. illo titul. in 6. sed ista collatio nominatis facienda est necessaria, ergo poterit per vicarium episcopi fieri. glos. in §. visum. in verbo vicario. de colla. in pragma. item quia episcopus poterat iterum conferre, vt supra dixi. sic & eius vicarius. Hæc quæstio in palatio fuit mihi petita & nil eius causa recepi, ideo eam cogitandam relinquo. Vide etiam de duplici acceptatiõe domini & procuratoris, vtra præsumatur præcessisse, per Roma. consi. 353.

26 quo ad primum. in prin.

Error in acceptatione an vitiet. ¶ Decimooctauo vidi dubitari, nominatus acceptauit beneficium, & requisiuit sibi cõferri, dicens vacare per obitum Petri, & tamen vacabat per mortem Ioannis, an valeat illa acceptatio. Videtur quod non, quia nõ valet impetratio si hoc modo fiat, videlicet, quidam impetrauit beneficium vacãs per mortem Ioannis, tamen vacabat per mortem Petri, etiam si apponeretur clausula, & quouis alio modo vacet, tamen non debetur impetranti, quando vacat per alteram personam, quã expressam. nam expresso vno modo vocandi, alius non venit. c. susceptũ. de rescript. in. 6. nec expresso vno loco venit alius, vt si dicatur in Montepessulano obiit. nec vna persona expressa venit alia, quia mors vnius, non est mors alterius: nec mors vno loco & tẽpore, est mors

29 alio loco & tempore.

De clausula quotismodo ¶ Ideo alia clausula, quouis modo, concerniuit omnes modos, & vacationes, sed non qualitates modorum. Rota decisio. 27. fuit dubitatum. in addit. & decisio. sequent. in nouis. quia sicut modus vacationis expressus, & locus, & tempus. referuntur ad personam expressam, argu. not. in cap. abbate sane. de re iud. in. 6. ita & illa clausula, quouis modo vacet, refertur ad personam expressam, & non ad extrinsecam. l. si ita stipulatus. §. Grysogonus. ff. de verbo. obliga. Aegid. de bella mera decisio. 610. licet palatium. argu. l. finali §. 2. ff. de tritico, vino, & oleo lega. Bonifa. in clemen. vlti. colũ. 2. de senten. excõmunica. Cardi. cõsi. 30. in hac. col. 2. & istud seruatur ex stylo cutiæ Romæ. vt patet in Prouinciali. fol. 54. Et ideo inuenta est practica in curia Roma. ad tollendũ istam dubitationem, videlicet vt in impetrationibus exprimatur, siue alio quouis modo vacet, vel ex alterius cuiuscũque persona. seu loco vel tẽpore, vel alio quocũque genere vacationis. Panor. & alii in cap. ex parte. colũ. 3. de concessio. præbend. Ita tradit Perus. in cap. susceptum. colum. 3. de rescrip. in. 6. glos. in §. visum. in verbo alias quouis modo. de causis in pragma. Nicola. Milius in repert. in verbo. gratia. §. secũdo. Rota decisio. 12. incipien. papa. de præbend. dixi in forma manda. apostol. in glos. aliam quamcunque dispositionem.

Practica curiæ Romanæ.

¶ Contrarium teneo, videlicet acceptationem nominati, vel graduati, quando constat de corpore beneficii, valere: quia falsa demonstratio, quando constat de corpore, non vitiat. l. demonstratio. ff. de conditio. & demonstrat. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. §. si quis in nomine. instit. de lega. nam quãlo in corpus quod traditur cõsentimus, in causis vero dissentimus, non animaduerto cur inefficax sit traditio. l. cum in corpus. ff. de acquiren. rerum domi. & Domi. consil. 119. punctus &c.

¶ Hanc opinionem tenuit glos. in §. Item quod ad dictas. in verbo nominatorum. de colla. in pragm. Rota in decisio. 133. error. in nouis. & decisio. 219. licet in nouis. & decisio. 407. si expectans. in eisdẽ. & decisio. 97. no. quod. c. susceptũ. in antiq. & decisio. 413. no. impetrãs. & decisio. 582. quidam. in eisdẽ. Feli. in. c. significãte. col. 1. de rescript. vbi licet videre limitationes. idẽ tenuit Nicol. Milius in verbo beneficium. §. 62.

Source : BIU Cujas

¶Non obstant supra allegata, quia loquuntur in prouisione, secus in acceptatione, quæ non est nisi quædam voluntatis declaratio, & tendit ad executionē gratiæ. Ideo non mirum si erretur in modo vacationis quod non impediatur acceptatio, dūmodo sequatur postea vera & effectualis prouisio, quæ dat ius. cap. si tibi. de præben. in. 6. dict. decisio. Rotæ. 219. licet impetrans. in nouis. præsertim quando nominatus acceptaret beneficium in certo loco constitutum, vtpote beneficium vacans in tali ciuitate, vel in tali loco, sic nuncupatum. tunc quia satis constat de corpore beneficii acceptati, cum nullum aliud ibidem vacauerit, dicitur certum. l. certum. ff. si certum peta. Ioā. monach. in. c. si tibi absenti. de præbē. in. 6. declara vt per Feli. in. d. cap. significāte. quid si in vno die fuerit erratum, vide Calder. consi. primo. rub. de fide instru.

¶Decimonono quæro an teneatur nominatus probare titulum sui prædecessoris. Respon. non, sed sufficit quod probet illum prædecessorem in possessione beneficii decessisse, & in vita reputabatur verus beneficiatus. Panor. & Feli. in cap. cum venerabilis. de exceptio. allego tex. vltra eos in clemen. 1. vt lite penden vbi Imol. no. quod ex possessione præsumitur titulus, nedum in fauorem possessoris, sed & tertii. possessor enim præsumitur dominus. l. fina. C. de rei vend. Feder. consil. 13. clericus. colum. 2. vbi pulchre tradit. illum video, & glos. in verbo inquirant. de pacific. possess. in prag. Lapus allega. 89. in dei nomine &c. colum. 7. vers. sed quicquid sit.

¶ Vigesimo quæro, quid si nominatus vel graduatus requirat collatorem, vt sibi conferat beneficium in præstitutis vacans mensibus, opponendo se ne alteri conferat, vel appellando, an non obstante oppositione possit collator alteri conferre? Respondeo quod sic, quia episcopus nō debet priuari sua possessione conferendi propter oppositionē nominati, vel graduati, sicut nec lite pendente. capitulo primo, vt lite pendēn. nec etiam appellatio extraiudicialis impedit potestatem ordinarii collatoris, vt tenet glosa in c. non solum. de appella. in. 6 doct. in c. bonæ. illo titu. Expresse Panor. in c. penul. colum. 2. in glos. 1. de causa possessio. vbi tenet quod si canonici appellarent ne episcopus conferret, non tenetur episcopus supersedere, quia appellatio non tollit effectum possessionis, vt not. in c. fina. de supplen. negli. prælato.

¶Et notandum est, quod licet in beneficiabus appellatio deuoluat ad superiorē potestatem cognoscendi, & retractandi grauamen, & irritandi attentata, tamē nunquam deuoluit potestatem eligendi, vel cōferendi, etam si pronunciar et appellationē legitimam. not. Ioan. And. in cap. cum. M. de cōstitu. Inno. in. c. dudum. 2. de. electio. prout refert eos Perusi. in. c. bonæ. nume. 32. cum sequenti. de appella. vbi licet videre fusius. 29

¶ Item curia Roma. non solet concedere literas facta collatione contra episcopum qui contulit, quia functus est officio suo, sed cōtra eum cui collatio facta est. sic not. Collecta. in capitulo pastoralis. in princi. de iure patro. Superest transire ad. 18. quæstionem. 30

¶DECIMA OCTAVA PRINCIPALIS QVAESTIO.

¶DECIMO OCTAVO principaliter quæritur, an collationes beneficiorū vacātiū temporibus nominatis & graduatis præstitutis facte aliis extra eosdem valeant? tex. in. 5. si quis vero cuiusc unque. de colla. in cōcord. dicit quod non valent ipso iure collationes, prouisiōes vel dispositiōes illorū, sed ad immediatum superiorē deuoluuntur, qui eisdem personis modo præmisso qualificatis prouidere tenetur, vt ibidē patet, & dixi supra. 8. q. princi. versi. septi- 1 Collationes beneficiorū vacantium tēporibus nōiatis & graduatis præstitutis factæ aliis extra eosdē an valeant.

Source : BIU Cujas

mo quæro. & si ille superior contrauenerit, ad alium superiorem fit deuolutio, donec ad sedem apostolicam fiat.

2 Apatrono ad instituentē fit devolutio.

¶ Et si patronus ecclesiasticus cui directæ sunt nominationes, præsentet non nominatum. ad instituentem deuoluitur ius instituendi, siue sit diæcesanus, siue alius, glos. sing. in clem. 1. in verbo dispositionem. de supplen. negli. prælat. quam sing. dicit Cardi. & Panor. ibi. & Panor. in. c. 1. numero. x. de electio. & c. 2. de concessio. præben. Roch. curtius in tract. de iure patro. in verbo honorificum. q. 33. glo. in regula cancella. 40. ratio est, quia quando lex vel statutum aliquid requirunt ad actum, & vlterius procedunt annullando, illud censetur esse traditum pro forma, adeo quod actus est nullus ex defectu eius quod requiritur ad actū. Bal. Imol. & Alex. in. l. 1. ff. de liber. & posthu. Bald. & Salice. per illum tex. in. l. statutis. C. de sententiis ex periculo recitand. Albert. Brunus in tract. de forma & solennitate act. rub. quid & quando aliquid censeatur esse traditum pro forma. in princi.

3 Deuolutio ad quē fiat ī exemptis

¶ Primo amplia siue fuerit collator exemptus, siue non, quia semper fiet deuolutio ad immediatum superiorē, & non valebit prouisio. d. §. si quis vero. & probatur in clem. vna de supplen. negli. præla. & collator immediatus exemptorum quis dicatur, vide quæ dixi in glss. vlti. §. si quis vero cuiuscūque. de colla. in concord.

4 Collatio facta alteri quā nominato etiam in tempore nō præstituto, non valet.

¶ Secundo amplia etiam si beneficium conferret in mense non deputato nominato, vel graduato, quia postquam beneficium vacauit in tēpore eisdem præstituto, aliis non potuit conferri, etiam tempore permisso. arg. l. quod spōsæ. C. de donatio. ante nupt. & quia res transit cum sua causa, & onere suo, vulgatis iuribus. l. alienatio. ff. de contrahen. emptio. c. cum non sit. de deci.

5 ¶ Fallit ī casib⁹ traditis supra in. 16. quæstio, quia postq̄ in nominationibus nō cōprehēduntur, ideo collatio alteri facta valet.

¶ Vlterius fallit, quando fieret collatio per papam. nam ipse sibi hoc retinuit, in titu. de mandat. aposto. ideo iure præuentionis in præstitutis mensibus vacantia confert etiā aliis quā nominatis, vel graduatis, glo. in §. item quod omnia. in verbo scilicet, de collat. in pragm. quæ idem dicit in legato. quā opinionem tandiu secutus sum, quādiu contrarium verius viderim. & si potuisset procedere rempore prag. non tamen hoc tempore, tū quia concordata ligarēt Rom. pontificē nec forte potuisset præuenire alios nisi sibi retinuisset, cum contractus vim habeant, vt patet in prooemio concord. & contractus ligāt etiam papam, & principes, imo deū ipsum, vt est tex. & ibi Barba. post alios in. c. 1. de proba. & dixi in præfa. ad rub. de colla. tum etiā quia legatus est receptus modificationibus regni saluis, vt patet in sua receptione. ergo legibus regni derogare nō potest, nec parlamenta admitterent vt concordatis derogaret: & sic nō potest iure præuentionis non qualificato conferre, saltem iure. restringe quando papa conferret beneficium post requisitionē nominati seu graduati, cum eidem censeatur affectum. 6 Papa iure præuentionis cōfert.

¶ Et papa iuri iam quæsito non videtur velle derogare. c. quanuis. & c. tibi. de rescript. in. 6. & etiam quia non dicitur præuenisse, & non confert nisi iure præuentionis. d. rub. de manda. aposto. Ita statutum inuenio in ordinat. regiis rub. des graduez simples, arti. 14. & sic debent iudicare iudices regni seculares. Idem de clausula, dummodo alteri non sit ius quæsitum, vt non tollat ius ex acceptatiōe prætensum, Rota. decisio. 244. in no. Feli. in c. in nostra. correl. 18. & cap. capitulum. de rescript. 7

¶ Intellige valere collationem papæ iure præuentionis, quando erat verisimile quod impetrans potuit à die mortis vel resignationis accessisse ad papam, alias non, vt regula cācel. 28. & dixi in §. declarantes. rub. de manda. apost. in verbo iure præuentio- 8 De clausula de uerisimili notitia.

Source : BIU Cujas

nis, nec admittitur derogatio illius regulæ etiam a papa in Francia, vt alias fuit conclusum, & in mente curiæ retentum, vt dicitur tempore legati de Ambasia. ☞ die vltim. Aprilis. anno. 1513. nisi in vim resignationis Romam iuisset, quia tunc sufficit tempus esse verisimile a die resignationis, regulæ derogando: secus si nulla sit resignatio, quia tunc a die mortis computabitur, & derogatio nil faciet quominus tempus debeat esse verissimile a die mortis ad collationem papæ, quod est not. ☜

9 ¶ Fallit quando nominatus nollet vti sua nominatione, vt pote quia beneficium est tenue, & contemnit illud acceptare, tunc collatio alteri, non nominato vel graduato facta tenet glos. in §. quod si quis cuiuscunque in verbo irritu. de collatio. in pragma. priuilegio enim in fauorem suum introducto potest renunciare. cap. si diligenti. de foro competen. l. penultim. C. de pact. intelligitur enim beneficium esse nominato affectum, si is ipse velit. §. finali. ibi, nominatis illa prosequentibus. de colla. in concorda. & ibi dixi. & in ordinatio. regiis rub. des graduez simples, articu. 14. glos. in §. ordinarii. in verbo alio. de colla. in pragma. do. Aurioli. in cap. si tibi absenti. de præben. libro. 6. inuito enim non datur beneficium. l. inuito. ff. de regu. iur. potest renunciare beneficio iam acquisito. cap. admonet. cap. quod in dubiis, de renunciatio. Fortius, & acquirendo. clem. gratiæ. de rescrip. Ioann. de selua in tracta. de beneficio. quæst. 48. partis tertiæ. sic valebit collatio beneficii facta primo, quando secundus habens clausulam anteferri, renunciauerit ante collationem factam primo. Ioan. Andre. in cap. statutũ. de præbend. in. 6. in nota. & in cap. penulti. de conces. præbend. eodem libro. glos. in §. cui rei. in verbo, antelationem. de colla. in prag.

10 ¶ Item si papa transtulerit episcopum absentem, & absoluat eundem a vinculo priori, tamen non vacat prior ecclesia, si translatus nolit, quia illa absolutio non est pura, sed cõditionalis, si translatus cõsenserit. Io. monac. in c. in. generali. col. penult. de elec. in. 6. vbi dicit semper intelligendam conditionem si placuerit, seu voluerit, per c. si tibi absenti. de præb. in. 6. facit. l. si ita legatũ. §. illi si volet. ff. de lega. 1. l. inuitum. C. de cõtrahen. emptio. l. nec emere. de regul. iur. sic expresse tenet Decius in ca. cum in cunctis. §. cum vero. col. 2. de electio.

¶ Vlterius fallit quando nominatus esset inhabilis, & indignus, de quibus satis super que dixi ĩ tract. de pacifi. posse. in. 4. limita. vbi enumeraui triginta personas inhabiles. 11

Fallit etiam quando non haberet qualitatẽ requisitam in beneficio, vt in c. ei cui. de præb. in. 6. & dixi supra. Et an cum nõ habente eam qualitatem possit fieri permutatio, vide glos. in verbo alio. §. ordinariis. de colla. in prag. Ioan. de Selua. in tract. de beneficio. in. 3. parte. q. 54. 12

Item fallit quando prouisio fieret vigore mandati de prouidendo, quia mandatarii præferũtur nominatis, ideo collatio eisdem facta, valet. rub. de manda. apost. §. 1. vbi dicitur procedere quando mandatarii prosequebantur sua mandata, alioqui contra. 13

Præterea limitatur quando nullus nominatorum eo anno insinuasset, tunc collatio alteri facta valet. §. teneantur. versi. & si collatoribus. de colla. in concorda. 14

DECIMANONA QVAESTIO PRINCIPALIS.

DECIMONONO principaliter quærit. Quomõ puniantur collatores alteri quã nominato vel graduato cõferẽtes bñficia tẽporib9 eisdẽ assignatis vacãtia? Resp. 1 Quibus pœnis collatores nominatis nõ conferentes afficiantur.

¶ Primo collatio est nulla, vt supra dixi. & quando annullatur actus in odium personæ faciẽtis cõtra præceptũ sibi factũ, dicitur pœna. c. si religiosus. de elec. in. 6. tex. iuncta

Source : BIU Cujas

glo.in.c.decet.de immunita.eccle. in. 6.gl. & ibi doct.in c.2.de constit.Bal.& alii in.l non dubium.C.de legib. Perus. & alii in c. fina.col.1.& sequen.de elect,in.6.Maleret. in tracta.de elect.fol.52.col.2.versi. vtrum nullitas actus.Ias,& alii in.l.non dubiũ.C. de legi.Soci.consil.112.quod collatio.in.3. volu.dixi in glo,nullitatis pœnam. in.§.mo nemus.de colla.in concorda.

2 Conferẽs euicto beneficio tenetur,pui dere ei a quo est euictum

¶ Secundo,quia remoto beneficio a nõ nominato,cui collatum erat in mensibus assignatis qualificatis,tenebitur is qui cõtulit, eidem prouidere de alio,per tex.singu.in c. inter cætera.in fine. de præb.Aufre. in decisio. Tholosa.quæst.71.si Titius.& Ias.in l.si domus.§.de euictione.col.3.ff.de lega.1. vbi dicit esse causam mirabilem,in quo donator tenetur de euictione, licet regulariter contra,vt in.l.Aristo.ff.de donatio. nã vulgo dicitur,equi donati dentes respicere noli.l.ad res donatas.ff.de ædilit.edict.glo. in cle.2.in verb.gratiose, de censib . Ias.in l.quoties.numero.13.C.de rei vend.

3 ¶ Intellige nisi episcopus ignorasset,vt pote quia insinuatio eidẽ facta non fuisset,sed prædecessori, vel vicario in episcopi absentia,quia tunc non teneretur episcopus prouidere illi cui contulerat.beneficio euicto. Panor. & Imol. in d.c.inter. glos.not.in.§. statuit.in verbo inane.de colla.in prag.quia cessaret fraus,quando esset ignorãs,& scientiam,& non ignorantiam volumus obligari.l.generali.C.de tabula.lib.10.& ignorans non delinquit.glo.not.in.l.ex maleficiis.ff.de actio.& obliga.in verb. ignorans. quam aurea not.Bal.in.l.1.C.qui accusa. non possunt.vt refert Ias.in l.si mora. col. 6.ff.solut.matri.& Decius in ca.2.de exceptio.Barba.consil.51.illud.col.2.in.3.volu. & consil.51.illud.col.1.in.4.volu.ac consil. 62. Paulus.col.7.ibidem.& consil.74.scripsit .col.7.& consil.seq.col.penul.& consil. 77.col.penult.ibidem.

Ignorans non delinquit.

4 ¶ Fallit quãdo ignorantia esset crassa,quia tũc paria sunt scire,vel scire debere.l. quod te.ff.si certum peta.& semper collatores allegarent ignorantiam hodie, quia tot sunt nominati, & vbique vt ignorare non possint se habere.nam vulgo dicitur:Gargara quot segetes,tot templum nominatos atq; indoctos doctis prætulit hic. similis. adhuc posset episcopus ignorare insinuationẽ factam,quæ etiam vix excusaret eum , & eaueat ab ignorantia affectata.c.2.de tempo. ordinan.in.6.

¶ Tertio tenetur collator alteri quàm nominato conferens beneficia eidem debita, prouidere in singulos annos illi de suis prouentibus.donec de beneficio nomino prouideat.c.dilectus filius.in.1.&.2.de præb.& hoc est iustũ & rationabile, vt puniatur in quo deliquit.c.postulastis.vbi dixi de clerico excõica.ministrãte.vide late Feder.consil.290.quia in parte.in fine.& doct. in d.c. delectus.i.2.q.8.+.& postq̃ maliciose idoneum recusauit admittere tex.in c.pastoralis. .in fi.de iure patro.& ibi glo.et docto. tradunt qñ præsumatur malitia in ẽpo recusãte nominatũ idoneũ.+ quod vix posset obtineri,cũ prosequẽte nominato collatio sit nulla.vt sup dixi & vide Siluestrum de prierio insua summa in verbo beneficium in secundo quæstio.8.

¶ Quarto priuatur potestate cõferendi per octo menses, quos liberos ad collationẽ habebat.§.fina.de colla.in concord.dixi fusius in.4.notab.in repet.d.cap.postulastis.& in dicto.§.fina.

¶ Quinto,qui sine causa noluit implere mãdatum papæ , in præiudicium impetrantis, crimine stellionatus tenetur.l.1.ff. de crimine stellio.&.l.1.de pignor.actio. & accusationem criminalem,vel denũciationem ciuillem prosequitur impetrans . Innocen.& alii in d.c.dilectus.2.in fi.quia pro hoc crimine non est expressa pœna in iure canonico,licet possit ampliari pœna.c.nulli.de rebus eccl.nõ alinand.l.iubemus.§.œconom.

Source : BIU Cujas

C.de sacrosan.eccle.ideo relinquetur arbitrio iudicis.l.1.ff.de effract.declaratur in cō cord.ru.de pœna temere venientium cōtra concord.

8 indignationē incurrit Sexto indignationē summi pontificis incurrit, vt patet in cōcord.ru.de cōclusio. latera cōcilii.in fine.& in aliis pluribus locis, & qui principis incurrit indignationē, debet feudo quod ab eo tenet, priuari.glos.in §.porro.ver.sed si delator.in verbo perdet. quæ fuit prima causa beneficii amittēdi. & ibi Bald.dicit,quōd qui incurrit indignationem papæ,meretur priuari beneficiis ecclesiasticis.quem sequitur ibidē Aluaro.Idē tenet Bal.ibi,& Io.Baptista in repet.l.cūctos populos.C.de summa trinita.Feli.in ca.veniens.col.1.de præscrip.Soci.consil.87.visis inuestitura.col.3.in.3.volu.text.in.§. itē qui dominū.quæ fuit prima causa beneficii amittendi.l.2.C.de petitis bono.sublat.lib. 10.clemen.final.de celebra.missa.Iacob. in tracta.de feud.in verbo dictique vasali. in 13.causa.do.Ioan.Sainson in cōsuetud.Turonē.rub.des amendes.artic.2.vbi extendit ad murmurantes contra indulgentias. ideo hic nō conferendo nominato vel graduato tempore eis præstituto, collator incurrit in dignationem tam papæ quam regis,ergo & beneficiis debet priuari, & feudo spectante ad regē,licet Bar.in extra.qui sint rebelles. in fine,dicat se huius clausulæ, indignationem se &c.nullum effectum inuenire . quē sequitur Ias.in.l.1.ff si quis ius dicen.nō obtempera.not.tamen quæ supra dixi est etiā excōmunicatus qui non seruat constitutiones papæ.c.generali.25.quæst.1.

Septimo sunt periuri.nam veniunt cōtra iuramentum quo seruare constitutiones & in præcepta Roma.pontificis promiserunt. c. ego.N.de iureiur.& ibi Feli.col.3. & periurus est infamis.l.si quis maior.C. de transa. glo.tamē distinguit in .l.Lucius. ff.de his q notant.infamia.Bal.in marga.in verb.infamis.q.11.Bar.& alii in.l.quotiens.C.de dignita.lib.12.Paul.in.l.iusiurandū quod.§.fi. ff.de iureiur. Domi.& alii in.c. generali. de elect,in.6.text.expressus in.c.infames.6.q. 1.qui sic loquitur,Infames esse eas personas dicimus,quæ pro aliqua culpa notantur infamia,id est omnes qui christianæ legis normam abiiciunt,& statuta ecclesiastica contemnunt.facit text.in cap. si autem.11.q.3. cuius verba sunt,si autē nobis episcopis nō obedierint omnes presbyteri,& reliqui clerici tam maioris ordinis,quàm minoris,atque reliqui populi,nō solū infames,sed etiā extorres a regno dei,& consortio fidelium, & a liminibus sanctæ dei ecclesiæ alieni erunt. Barb.in rub.de iureiur.in cle.col.5. & propter periuriū clericus saltem est suo priuandus beneficio. tex.in.c.2. de rescript.c. querelam.de iureiuran. sic & collatores qui beneficia nominatis & graduatis debita nō conferunt.dixi in tract.de pacific.posse.in. 4.limita-versicu.23.periurus &c.

10 Nō obtēperās mādatis papæ vel regis, quomodo puniatur.

¶ Octauo peccant mortaliter,quia non obtemperant mandatis papæ,nec regis, & dicitur ad Rom.13.capi.Qui autem resistunt ipsis,sibi dānationē acquirunt.c.qui resistit 11.q.3.c.qđ præcipitur. 14.quæst.1 .summa Angel.in verb.lex.§.3. & ibi Siluester.q. 8. Panor.& alii late in cap.nam concupiscentiam.de consti. Aften .in sua summa. titu. 20.rub.de partibus iustitiæ.arti vlti.glo. in cap.2.de constit.in.6.Panor.& alii in c. clerici officia.de vita & honestat.cleri.&.cap. nulli phas sit sine status sui periculo, vel diuinas cōstitutiones,vel apostolicæ sedis decreta temerare.25.quæst.1.& qui hoc facit, blasphemat in spiritum sanctum.cap.violatores.ibidem.Et quomodo puniatur contēptor mandati regis, vide per Bal. cons.159. super eo.col.penult.volu.3.

11 Hæretic⁹ est qui assentit clesiam non habere potestatē

¶ Nono qui cōtemneret seruare canones, & papæ præcepta ex malitia, dicens papam non habere,potestatem statuendi,nec ligādi,puniri deberet tanquā hæreticus.glo.singu.iu cap.generali.in verbo inhibemus.de

Source : BIU Cujas

electi.in.6. per text.in d.cap. nulli phas. 19. distinct. sequuntur docto.in cap.1.de constitu.glos. penulti.in extrauagan. execrabilis. Ioannis.22.Barb.in cap.quod quibusdã. de sideiuſso.clement.2.col.41. de electio.tex. in cap. ſunt quidã.25.quæſt.1.Chriſtopho. Caſtellio.in diſputa.incipiente, ſtatuto ciuitatis. laſ.in.l.1.col.1. ff. ſi quis ius dicen. non obtẽpe.& ille dicitur contemnere, qui contrauenit ſine cauſa.glo.in capit. Metropolitanam.3. quæſt,7. Feli.in d.cap.ego N. colum.2.Item infidelis eſt.Hieron. in ca. ſi apud.23.quæſtio.5.ibi,quomodo enim poteſt fidelis eſse in ſubſtantia dei,qui carnali domino fidem exhibere non potuit? cap. fina.25.quæſtio.1. & de dolo tenetur.l.1.in princi.ff.de dolo.

12 Decimo ſine ſpe veniæ eſt deponendus. ca.omnia.25.q.1.cuius verba inſero,omnia decreta prædeceſsorum noſtrorum conſtituta,quæ de eccleſiaſticis ordinibus & canonum ſunt promulgata diſciplinis, ita ab omnibus epiſcopis ac ſacerdotibus generaliter cuſtodiri debere mandamus,vt ſi quidem in illa commiſerint,veniam ſibi honoris deinceps nouerint denegari.

13 Non obedies mandatis principis morte plectit Vndecimo morte debent plecti. primo Reg.cap.17.Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio,ex decreto iudicis morietur homo ille.cap.abſit.11. quæſt. 3.& qui non obedierit principi. morte moriatur,cap.2.de maior. vbi dicunt doct.poſſe etiam excommunicari.cap.ſi quis omnẽ. i.quæſt.7. Ad quod aduertãt collatores ordinarii,& nominatis & graduatis,vt tenentur,promideant.etiam in hoc recuſantes cõſiliarii animaduertere debẽt,vt pœna vnius ſit metus multorum.l.1. C.ad.l. Iuliam repetund. vnde dicit Bald. conſil.271.quæritur.in.2. volumi.quod contemptor mandati regis eſt capitaliter puniendus, tanquam violator legis.l.fina.C.de veter.numiſmatis poteſtate, lib.11. Incurrit etiã ſacrilegii crimen.l.1.&.2.C. de crimine ſacrileg. & idem Bald.conſil.159.ſuper eo.col.penulti. in.3.volu.& conſil.367. venerabilis.col.2. in eo.volu.

14 Collatores ad expensas tenent qñ nõ prouident nominatis. ¶ Vltimo dico collatores teneri ad omnes expenſas, damna & intereſse quæ nominatus paſsus eſt, vẽl expoſuit, eo quia non eſt eidem facta collatio. probatur in 5.final.de colla.in concor. vbi dicitur nominatum teneri ad intereſse,damna & expenſas,ſi ordinarium moleſtauerit.Idem dici debet ſi collator moleſtauerit nominatũ, correlatiue, per.l.final. C. de indicta vidui.tollend. hoc etiam ſuadeo ex d.§.fin.ibi, eodem vinculo collatores &c.&.§.domino.ſi de feudo contẽn.ſit inter do.& agnat. vaſsal.&.§.dominus. de forma fideli. vbi ſi dominus delictũ commiſerit,propter quod vaſsallus,ſi in dominum commiſiſset,perderet feudum, debet feudo priuari ratione correlationis.d.l. fi.C de indicta vidui.tollẽd. & iſta deciſio eſt ſancta & iuſta. ſecundum Bal. & Aluaro.ibidem.Barb.conſil.62.illud in medium. col.13.in.1.volu.tex.& ibi glo.in ca. de forma.22.q.5, Iacobi. in tract.de feud. in verbo,qui quidẽ inueſtiti.col.4.verſi.ſed nunquid ecõtra.facit tex.in.l.fi.C.de fructi. & litium expenſis.vbi ſi quis habet priuilegiũ ſuper expenſis litis non ſoluendis,extenditur ad aduerſarium propter æqualitatem.facit tex.iuncta glo.in ca.2.in verbo reus.de confeſſ.in.6. vbi dicit Domi. quòd lex pœnalis lòquens in reo, extenditur ad actorẽ: & qui obtinet aduerſarium compelli ad iudiciũ venire perſonaliter,idem pariter tenetur.c.1.de iud.in.6. rota deciſio.2. de dolo. domi.in c.1.col.2.de dolo. lib.6.ca.2.& ibi Feli.late de mutuis petitio.l.1.& ibi doct.ff. quod quiſque iuris.

¶ Ergo ſicut nominatus ſi moleſtet ordinarium,punietur ad expenſas, damna & intereſse, ita & ordinarius moleſtans nominatum.& hãc opinionem tenet Ioan. And.& Imol.in cap.dilectus.2 de præb.arg.c.ſane. & capit.veniens.de renunciatio. vbi dicũt

Source : BIU Cujas

quod ille cui non eſt collatum beneficium ſibi debitum, poteſt agere contra conferentem ad omnes impenſas, & maxime in conſcientia, in qua damnum quod tua cauſa patior, teneris mihi ſarcire, Exodi.21.ca. & dico in præfa.ad.l.vnam.q.1.C. de ſentē.quæ pro eo quod intereſt proferuntur, ſi non potuero exigere ab eo cui collatum erat colligante. Et ſic aduertant ordinarii, vt graduatis & nominatis conferant temporibus eiſdem præſtitutis, & non ſuis inhabilibus. vide Card.in.c.mandatū.q.28.& ſequē. & q.33.de reſcript. alias pœnas impræſentiarum miſsas facio, ne irritem crabrones.

¶VIGESIMA QVAESTIO PRINCIPALIS.

¶VIGESIMO principaliter quæritur, intra quod tēpus debeat nominatus & graduatus petere beneficiū vacans ſibi conferri, & illud requirere, & acceptare? Reſpond.per glo.in.§.item quod omnia.in verbo ſcilicet.de colla.in prag.quod non inuenitur à iure tempus præſtitutum, ideo arbitrio boni viri relinquendum eſt, arg.l.1.ff. de iure deliberand.ca. ſi clericus. de præbē. in.6. Bonus autem iudex arbitraretur quod petere debeat intra ſex menſes, intra quot ordinarius poteſt conferre.ca.2.de conceſſio.præb.& patronus clericus habet ſex mēſes ad præſentandum, laicus quatuor.c.vno de iure patro.in.6. Igitur ſi nominatus non petat intra ſex mēſes, reputabitur negligēs quo ad illud beneficium, ideo non poterit illud poſtea petere, etiā à ſuperiore, ad quem eſt ius deuolutum, vt nota. in cap.tibi.qui. in fine.de reſcrip.in.6. Ioan.de Selua in tracta.de beneficio i.3.parte.q.64.& Brunel. in d.conclu.19.decla.6.& ita ſe habet conſuetudo ſecundum eos.

¶Fallit quando fuiſſet abſens, vel forte captus per ſex menſes, & procurator medio tempore.quem dimiſerat, mortuus fuerat: tunc cum non dicatur negligens, non perdit beneficium ſibi debitum, arg.ca. quia diuerſitatem.de conceſsio. præb. ita expreſse tenet gloſ.in dict.verſicul.ſcilicet, in fine. quæ eſt not.& gloſ. & doct.in capit. ſi clericus.de præbend.in.6.dixi ſupra.vltra non proſequor.

¶VIGESIMAPRIMA QVAESTIO PRINCIPALIS.

¶VIGESIMAPRIMA principalis quæſtio eſt, pluribus nominatis cōcurrē tibus quis præferatur? Regula eſt quod antiquior.§. ſtatuimus. de colla.in concordia. quia in reſcriptis tempus datæ attenditur. c.eam te.de reſcrip.& c. ſi eo tēpore.illo titu.in.6.facit.l.ſi permittēte.C.ad Macedo. & qui prior eſt tempore, in dignitate debet eſse potior, regula, qui prior.de regu.iur.in 6.l.qui balneū.in principi.& l.potior.ff. qui potiores in pigno.habean.vnde dicit Bald. in.l.ſi plures.col.1.C.de conditio.inſert.q̄ qui habet primum eſſe, habeat primū frui, & primum gaudere. refert laſ. conſil.192. exorta.col.4.verſic. tertio facit.in.2.volu. ☞Et pulchre Antho. Negusantius in tracta. de pigno.ethypothe.in ſecundo membro.quintæ partis.☜

1 Inter plures nominatos qs præferat.

¶Item valde abſurdum eſt, quod iuuenes antiquis præferatur.c.ſtatuimus.61. diſt.& penes antiquiorem debēt eſſe claues, & remanere.l.procurator. & ibi doct.C.de edē. 2

¶Item antiquior aduocatus præfertur iuniori.l.prouidendum.C.de poſtuland. quia dicitur melior in practica, licet ſit minoris ſcientiæ, ſecundum Alber. ibi dicentem cauendum eſse a medico iuuene, quia eſt peſtis in patria. 3

Si tamē iunior aduocatus fuerit doctor, debet præcedere antiquiorem aduocatum non doctorē.tex. in.l.vna verſi.ad iſtū. ibi, & vir illuſtris ex magiſterio, & iuris doctor in hac alma vrbe Theophilus, viri etiam

Aduocatus antiquus pcedit iuuenē. fallit vt hic.

Source : BIU Cujas

diſertiſſimi togati ampliſſimi fori tuæ ſubli mitatis Dioſcorus.&c.C.de Iuſtinia.Cod. confirman. vbi ſumendo argumentum ab ordine literæ, hoc probatur, quia ibi prius nominatur doctor,quàm aduocatus. & hoc expreſſe dicit Signorel. Homodeus conſil. 129. col.antepenulti. per illum tex. clamans contra aduocatos antiquos volentes præ cedere doctores.

Notandum eſt quod quando confertur antiquiori nominato, vel alteri, debet ex primi,tibi graduato & nominato cõferim 9. vel tibi tãquam nominato & graduato, aut aliud æquipollens. alias non valet collatio, quia voluntas & poteſtas nõ videntur cõ currere,vt ius requirit,in c.cum ſuper de of fic.deleg. ſed voluntas cõferendi graduato nominato nõ apparet, cũ quælibet collatio ſoleat fieri tibi tanquam idoneo, ergo non valebit. Item hoc eſt introductum partim in fauorem aliorum nominatorũ,ne eis per iſtas collationes fiat præiudiciũ:& vt ſi vi deant nõ ſic eſſe factam collationẽ, requi rant ſibi cõferri.partim etiã,vt iudices Re gii protectores cõcordatorũ ſciãt an ſit cõ cordatis ſatiſfactũ.nec admitteretur proba tio iſtius qualitatis per teſtes, ſi nõ eſſet in literis collationis expreſſum, argu. text. in cap.ſi motu proprio.de præbend.in.6. Alio qui in dies cogitaretur materia fabricandi falſum, & inueniendi teſtes hoc deponen tes.In menſibus tamẽ graduatorũ,quia epi ſcopus poteſt gratificare vnum ex gradua tis,ſufficit ſi epiſcopus cõferat tibi idoneo, quia alter graduatus non poteſt queri, licet nõ expreſſerit illam clauſulam, tibi tãquam graduato, ſi ille cui facta eſt collatio, erat graduatus,& rite qualificatus.Et idem ſi cõ feratur beneficiũ parochiale in villa mura ta exiſtens extra menſes nominatorum. ita areſto cõcluſum extitit ab hoc venerando ſenatu in cauſa magiſtri Guillelmi Eſclis ſon appellantis cõtra magiſtrum Leonardũ Marin. hoc anno. 1536. circa feſtum Pen tecoſtes. ideo iuribus non aliter probabo, quia mihi ſufficit tanta authoritas.

4 Antiquior quis catur.

¶ Et antiquior dicitur non ætate maior .§. ordinatione.in authen.de monach.colla.1. alioqui quilibet diceret ſe antiquiorem, & plures annos quam haberet. Nec gradu, vi delicet vt qui prius ſumpſit gradum, is præ feratur.ſed tempore, id eſt qui prius fuit no minatus.tex.in cap.fina.17.diſt.& ibi gloſ dicit generale eſſe, vt qui prius dignitatem receperunt, aliis præferantur. gloſ. in ver bo antiquiores.in.c.fin. de cõſuetu. in.6.c. epiſcoporũ.74.diſtinctio.l. primæ.&.l.pe nultim. C. de dignita. libro. 12.l. prima de præpo.ſacri cubicu.eodẽ lib.Brunel.in tra cta.de dignitate leg.in concluſ.22. quod eſt verum ſi omnes ſint præſentes,alioqui il le dicitur antiquior inter præſentes,q prius receptus eſt, licet alius abſens fuerit prius receptus,quã iſte præſens.& ſic fuit declara tum in hoc ſenatu,anno. 1537.die. 26. Iulii pro capitulo carnotẽſi. & inter doctores eiuſdem profeſſionis ille præferri debet,qui prius fuit effectus doctor. Bar. in.l. 1.ff. de obſequiis.&.d.l.1.C.de digni.&.l.fin.C.de tyro.lib.12.Et cõuocatio capituli ſpectat ad antiquiorem de collegio deficiẽte rectore, vel priore ſeu decano. Bar. in.l.prima.ff. de albo.ſcriben.per tex.in lege.2.C.de Decu rio.lib.x.laſ.in.l.cum quid.in.2.lectura.co lum.penul.& vltima.ff.ſi certũ peta.

5 Cõſiliari ãtiquio quis dic tur

¶ Et antiquior conſiliarius vel canonicus dicitur,qui primo receptus eſt,licet ſit æta te iunior. Bar.in.l.qui ad tempus.ff. de de cur.Decius cõſil.161.pro domino ꝓpoſito.

6

¶ Amplia etiã ſi vltimus nominatus eſſet doctor,primus vero eſſet tantum baccalau reus,vel artium magiſter, quia illa qualitas nil facit niſi in data concurrentibus, argu men.cap.ſi a ſede.de præben.in.6.glo. in.§. ita tamen.in verbo quibuſcunque. de colla. in pragma. etiam ſi eſſet doctor in Theolo gia,vel in vtroque,quia tex.tantum præfert antiquiorem, ergo quẽlibet,cum nõ diſtin-

Source : BIU Cujas

guat,arg.l. de præcio.ff. de public.in rē.act. gl. in ſexta parte regula Iulii ſecundi. Ideo ſuſtinui cōcluſionē,quæ eſt.22. meæ ſecundæ repetitiōis,que ſic dicit, Magiſter artiū theologis quo ad ſacerdotia preferri debēt. quæ cōcluſio debet intelligi, vt ſupra dixi, quando magiſter artium eſt antiquior.nam ex tempore ius eſt iſti acquiſitum,ideo non poteſt tolli per theologum poſtea venientem.ſecus dicerem quo ad honores, in quibus theologus præcedit artium magiſtrum, etiam ſi eſſet centum annorum. doct. in c. clerici.de iudi.in.l.cum quid.ff.ſi cert.peta. Idem in mādatis arbitror,vt antiquior præferatur.cap.duobus.de reſcrip. Idem ſi ſint eiuſdem datæ mandatorum, ſed artiū magiſter prius præſentauit.ibidē dicitur eſſe præferendū. & hæc cōcluſio mouit bilem quibuſdam theologis eam nō intelligentibus.

¶ Poſtea in concluſione ſequēti dicebatur, Imo his præferendos eſſe medicos iure cōſtat.quæ debet intelligi,quādo medicus inſinuaſſet illo anno, & theologus non, nec magiſter artiū, tunc medicus præferetur .5. teneantur.de colla.in concord.

¶ Idem etiam dicendum eſt quando medicus & theologus impetraſſent mandata eodem die: & eſſent æquales, tunc ſi medicus prius præſentauerit,erit præferendus theologo quo ad ſacerdotia.d.c.duobus.

¶ Idem ſi theologus erat inhabilis,quia paria ſunt nō eſſe,& inhabilem eſſe.l.quoties. ff.qui ſatiſda.cogā. glo.ſ.in.l. ſi plagii.C. ad l.flauiam de plagia.

¶ Secūdo extende etiā ſi vltimus prius præſentaſſet.c.eū cui.de præbē.in.6.c.tibi qui. de reſcript.eo lib.glo.in.5.ita tamē. i verbo præferri.de colla.in pragm.quia nō attendi tur præſentatio,vbi data eſt potior.

Tertio procedit etiā ſi vltimus eſſet receptus in canonicū ſub expectatione præbendæ.d.c.eum cui.& d.cap.tibi. Feli.in c. capitulum.col.3.de reſcript. Innoc.in c.ſtatuimus.de maior.& obedien.vbi dicit iniuſtū eſſe,ſi per ſecundos primi ius amitterent.c. duobus.de reſcrip.in.6. alias quotidie fieret fraus,& antiquiori nunquam prouideretur. Peruſ.& alii in c.quia ſæpe.de præb.in.6.

Quarto auge procedere etiam ſi poſterior eſſet nepos collatoris, filius gallinæ albæ, quod per ſe magnum eſt, vel filius Baronis, Comitis. aut alterius principis.text. & ibi Bald. in.l.ſi fundus.C. qui potior. in pignor.habean.quia tunc omnino excluderetur,quia licet data paritate nobilis præferatur ignobili.Panor.in c.venerabilis. de præbend.Bald.in.l.nemini.C.de aduoca. diuerſo iudic.Feli.in c.ſuper eo.col.3. de teſti.tamen non procedit quādo nō eſt paritas, vt ibi per eoſdem licet videre.glo.in regula Iulii ſecundi in vltima parte. 9 Nepos collatorisnō præfertur antiquiori nomiato. 10 Collatio facta poſteriori nō nocet antiquiori.

Quinto etiam ampliatur,ſi collatio eſſet facta intra ſex menſes poſteriori. quia primo proſequente annullabitur, quatenus de facto proceſsit, vt ſupra dixi. nec ius a primo ob illam obortiuam collationem auferetur.alioqui collatores quotidie illam fraudem exercerent.Peruſ.in c.executor. de cōceſsio.præbend. etiam ſi ille primus poſſediſset quatuor menſes. Bald.conſil. 182. ad euidentiam.in.2.volumi.

Sexto extende etiam ſi iunior eſset excellentis doctrinæ, quo caſu ſcholaris præcedit doctorē indoctū.gloſ.in.l.1.C.de anno. ciui.li. 11. Panor.& alii in c. clerici. de iud.Barb.in prœmio cle.in.2. lectura. col. 12.Feli.in c.paſtoralis.col.1.de offi.deleg.& in rub. de magiſt. col.vltim. Iaſ. in.l. cum quid.ff.ſi cert.pet.Bonus de curtili.in tract. nobilita.in.3.parte.numero.109. 11 12 Cōtra doctores indoctos.

Et talis doctor indoctus nō debet gaudere priuilegiis doctorū. Panor. & alii in d.c. clerici.& ille dicitur doctus, quē auditores doctum referunt.l. cum ſcriptum.ibi, Seruii auditores retulere.ff.de dote prælegat.l. quæſitum. in princi. de fund. inſtructo. late dico in repet.authen. habita.C. ne filius pro patre. Imo ſi doctor publice legens ſe-

Source : BIU Cujas

cum facit intrare famulos, vtpote quia nõ habet scholares, est infamis secundum Angel. in. l. vna. C. de stud. libera. vrb. Romæ lib. 11. refert Valac. in repet. l. imperiũ. col. 27. ff. de iurisdict. omni. iud. & tales inutiliter legentes scholaribus possunt reprobari l. grammaticos. C. de professo. & medic. libro. x. & vellet deus quod iterũ examinarẽtur, & reprobarentur si idonei nõ essent, vt vult Bar. in. l. sed & reprobari. ff. de excusa. tutor. hi enim sunt fontes sine aqua, & nebulæ, turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur. 2. Petri. 2. capite. & asinæ Balaam cõparantur. c. secuti. 2. quæst. 7. floren. in. 3. parte summæ in titu. 5. cap. 2. §. x. doloresque dicuntur, vel doctores inculina. tamen in his nominationibus antiquiores, quia præsumitur quod sint doctiores, præferũtur, etiam si nõ sit ita. glo. in regula cancella. 15. in. 2. prærogatiua. Barb. in. c. clerici. col. 4. de iud.

13 Iurãs cõferre primũ, non tenet cõferre nominatis debitum.

Septimo amplia etiam si episcopus aut alius collator iurasset conferre primum secundo nominato, quia tunc illud iuramentum non ligabit eum, quin teneatur conferre antiquiori, quia debet intelligi de primo libero, quod libere episcopus poterit conferre, videlicet in beneficio vacante extra menses nominatis deputatos. nam semper intelligitur excepta auctoritas superioris. cap. venientes. de iureiurand. glos. in. l. fina. ff. qui satisda. cogant. & auctoritas superioris est in concordatis, vt antiquiori cõferantur beneficia in mẽsibus nominatis deputatis vacãtia. ergo illa censentur excepta. alioqui istam fraudẽ cogitarẽt, ac forte collatores exercerẽt, quibus est obuiãdum.

14 Octauo, etiam si secundus esset nobilis, aut diues, etiam si diuitias Midæ vel Crœsi haberet, quid hoc casu nil vtilitatis afferũt diuitiæ, sed potius nocumento sunt, quia nõ beneficiatus præfertur beneficiato, & pauper diuiti. regula cancella. 15. & no. Domi. Fel. in. c. capitulum de rescrip. & doct. in. c. cum sedem. de præben. quod est verum de iure, sed hodie habenti & diuiti datur.

15 Sanctitas viri non derogat ãtiquitatem.

¶ Nono etiam procedit si secundus esset presbyter Andreas, & sanctus, quia propter sanctitatem vnius non debet alteri iniuria inferri, & vnum altare non debet euelli, vt alterũ cooperiatur. l. assiduis. C. qui potior. in pignor. hab. c. cum olim. & ibi Bald. de cõsuet. facit. c. ex parte. de foro competent. cap. cũ causam. de præbend. quanuis in multis casibus derogetur regulis iuris propter viri sanctitatẽ & honestatẽ. ca. nisi essent. & ibi dixi de præbẽ. multos casus congerit Hippol. cõsil. 1. circa finẽ. ibi cernere licet.

16 Vna vniuersitas non est quo ad nominationes magis priuilegiata quam alia.

¶ Decimo amplia, etiam si vltimus esset nominatus in vniuersitate Parisieñ. primus in alia vniuersitate non ita famosa, cum nulla sit sub cælo tam famosa, tamen cum omnes vniuersitates regni quo ad nominandũ sint æque priuilegiatæ, non fiet aliqua differentia glo. in. §. ita tamen. in verbo non teneantur de colla. in prag. sequitur domi. Chassa. in catalo. gloriæ mundi, in decima parte cõsidera. 32. istæ enim qualitates non tollunt temporis prærogatiuam. Innoc. in. c. statuimus. de maior. & obedien. Bar. in. l. 1. ff. de obseq. Decius in c. clerici. col. 5. de iud.

17 Promotus sub doctore famoso præsumit doctorem.

¶ Licet promotus in vniuersitate famosa, & sub doctore famoso, maiorem habeat primo aspectu scientiæ præsumptionem. Io. de Ana. in rubri. de tornea referunt moder. in proœmio. ff. & bonum est habere doctorem famosum, quem imiteris.

18 Filius doctoris nõ præcedit antiquiorẽ nominatum.

¶ Vndecimo extende, etiam si secundus nominatus esset filius doctoris, qui & si alios in data pares præcedere debeat. Bal. in. l. iubemus. per illum tex. C. de aduoca. diuerso. iudic. Alex. iu. l. 1. C. de dignita. lib. 12. Io. de platea in. l. in filiis. C. de decurio. libro. 10. Barb. in proœ. clemẽ. in verb. salutẽ. in. 2. lectura, colũ. 13. tamẽ hic nõ precederet antiquiorẽ. Purpu. in d. l. cũ quid. ff. si cert. peta.

19 Doctor factus a papa, alios præcedet.

¶ Duodecimo etiam procedit si vltimus esset factus doctor a papa, rege vel imperato-

Source : BIU Cujas

re, qui licet alios debeat præcedere, vt no. Alex.in.l.1.ff.de albo scriben. Roma.in repet.l.si vero.§. le viro. 49.fallen.ff.sol. mat. Feli.in c.per tuas.col.2. de maio. & obedië. Ias.in.l.2.§.prius.in.3.cõclusione.ff. de vulga.& in.l.si quis maior.col.fina.C.de transactio.Decius in c.clerici.de iud.tamen non præcedet hũc antiquiorẽ nominatũ quo ad beneficiũ, quia ei est iã ratione tẽporis ius quæsitũ,cui princeps non videtur velle derogare,argu.l.nec auus.C.de emãcipa.libero.l.ex facto.ff.de vulga. etiã si oës supradicti essent postea nominati,per supradicta.

¶ Primo fallit quãdo papa iure præuẽtionis nõ nominato vel nominato iuniori cõtulisset,quia postquam potest conferre non nominato, multo magis iuniori nominato, & secũdo nominato,vt not.Io.de selua in suo tractat. de beneficio in.3. parte.q.29.per.§. primum rub.de manda.apost.o.supra.

¶ Secundo limitatur quando primus esset a doctoribus,& ab vniuersitate,gradu & nominationibus,quod raro euenit,priuatus,& postea per principem fuisset restitutus, tũc nominatus medio tempore, videlicet ante restitutionem,præfertur isti,quia restitutio fit sine præiudicio tertii.c. quanuis. de rescrip.in.6. Vnde dicit Bart.in.l.2.in princi. ff.de decurio.per illum text.quod doctor de collegio expulsus,& postea restitutus, non recuperat locum quem habebat, nec primũ gradum, vt tanquam antiquior præferatur in dãdo primum suffragium, sed habebitur vt quidam de nouo veniens ad collegium. & dicit Bononiæ fuisse practicatum tempore Romei. de papul. & per hæc respondi canonicis Bituric.ecclesiæ, qui tempore infirmitatis resignauerant suas præbendas, quod si postea reconualuerint, & easdem præbendas obtinuerint per aliam resignationem, quod non possunt venire ad loca quæ primo habebant in ecclesia,sed tanquã venientes de nouo,vltimas sedes habebũt, & tenentur soluere pro ingressu sicut si de nouo venirent,quia vere de nouo veniunt. & quia hanc decisionem oculo torno respexerunt,male fuit mihi solutum,ideo missas feci allegationes alias. eas cum operæprecium fuerit,in mediũ adducam. interim vide Ioan.de Selua in tract.de beneficio in.3. parte.quæst.31. & tex.in c.quoniam. ibi de nouo mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis. de symo.

¶ Tertio fallit quando primus esset inhabilis, quia tunc idẽ est ac si nullus esset, ideo sequens nominatus admittetur.arg.c. suggestum.de iure patro.facit.l.quotiẽs.ff.q sa tisda.cogant.l.4.§.cõdẽnatum. ff. de re iud. & ibi ad hanc rẽ facientia addidi, vel quãdo primus esset repulsus a suis nominatoibus. 22

¶ Et dicitur repulsus,quando duxit vxorẽ. cap.1.de cleri.coniuga. vel habitum clericalem reiecit.l. professio.C. de munerib. patrimo.lib.10. vel iuri suo renunciauit.c.audita.de restitutio spolia. vel lata fuit sententia contra eum,cui acquieuit.glos.in cap.1. de conces.præb. vel factus est miles. argu. cap.1.& sequent. 51. dist. vel aliis modis de quibus per Card.in cap. mandatum. quæst. 1.de rescript.dico in tract.de pacific.possess.vbi trado quando quis dicatur inhabilis. de hac tamen inhabilitate non debet disputari, antequam beneficium acceptauerit.l. non oportet.ff.de leg.2. 23 Quibus excausis repulsus dicat̃ nominatus.

¶ Quarto fallit quando primus esset negligens.c.tibi.de rescrip.& quando sit, dixi in præceden. quæst. & in glos. prosequentes. de manda.apostol. 24

¶ Quinto non procedit in beneficiis vacãtibus eodem momento, vtpote ab vno qui duo vel plura possidebat, tunc ordinarius conferre poterit melius beneficium secũdo nominato,& beneficiũ tenue antiquiori,& valebit collatio,dũ tamẽ modo primo conferat antiquiori,& postea alteri,arg.c.si pluribus.de præb.in.6.glo. in.§. item quo addictas.in verbo nominatorũ.de colla.in prag. Do.in c.mandato. col.2. de præbend. in.6. 25 Optionẽ habet ordinarius qñ eodẽ momẽto vacãt beneficia.

Source : BIU Cujas

Brunel. conclu. 22. in vlti. declaratione in suo tracta. de dignita. leg. Et quia nominationes regulariter ad petitionem & nō motu proprio vniuersitatum conceduntur, vt notorie patet, licet etiam motu proprio cōcedi possint secundum eosdem. Sed nō est consuetum, & nunquam vidi concedi, licet in tribus Frāciæ vniuersitatibus fuerim doctor regens. & in aliis ferme iura interpretatus fuerim. vide Alber. in. l. fin. colum. 2. & seq. ff. de constitu. prin.

26 ¶ Sexto fallit, quādo primo iam fuisset prouisum vsque ad ducentos florenos auri de camera, etiam per aliam viam quàm nominationum. Card. in. c. mandatum. colū. 3. in 1. quæst. de rescript. nota. in cle. gratiæ. illo titul. §. volumus. de colla. in cōcord. vel quādo esset ei collatum beneficium curatum. cap. ordinarii. §. in conferendis. de offic. ordina. in. 6.

27 ¶ Septimo restringitur quando primus esset nominatus sub conditione, quæ nō esset purificata tempore vacationis beneficii, licet non fiat frequenter, tunc secundus nominatus præfertur. argu. cap. si pro te. de rescrip. in. 6. Feder. concil. 69. casus talis est. Bindus. &c. col. 2.

28 Iunior p̄fertur āti quiori, si non insinuauerit. ¶ Octauo etiam non procedit quando primus non insinuasset illo anno, tunc secundus qui insinuauit, est præferendus. §. teneantur. de colla. in concord. & supra late dixi. Sic dicitur de duobus mandatariis, quòd si secundus præsentauerit, & non primus, is præferatur primo, quia iniustum esset vt ante receptionem literarum ligarentur, ca. audita. de restitut. spoliato. Innocent. & Cardin. in capi. mandatum. de rescript. intellige tamen secundum tex. in ca. tibi qui. de rescript. in. 6.

29 Renūciatio primi nominati an prosit secundo. ¶ Nono fallit, quādo primus acceptaret beneficium, & postea statim renunciaret non nominato, quia videtur facere in fraudē secundi, ideo secūdus præfertur, arg. c. fin. de renuncia. in. 6. Sic fuit prolatum arestum Tholosæ in vtilitatem do. Ioānis Veyrier canonici Viuariē. & alias multa scripsi. nec valeret tunc facta permutatio fraudulosa, alias contra glo. in. §. quod si quis ex dictis. in verbo censeatur. de colla. in prag.

30 Nomi tiones nullæ lam p ritaten ducun ¶ Decimo non procedit, quando nominationes primi nominati essent nullæ, quia quod nullū est, nullū debet operari effectū. l. non dubium. C. de legib. Feli. in cap. ex tenore. de rescript. Ias. in. l. 2. §. quod si in patris. col. 5. ff. solu. matrimo. & l. causas. in fine. C. de transact. Dixi in repet. l. quod iussit. in. 2. notab. fallen. 4. ff. de re iud.

31 Antiq or nō h bens q litatē e cluditu ¶ Vndecimo non procedit, quando primus non haberet qualitatē requisitam, quia forte beneficium requirebat sacerdotē ex fundatione, & secundus erat sacerdos, primus non, nec in ætate. 25. annorum, & beneficium erat curatum, tunc præfertur secūdus. c. ei cui, de præb. in. 6. Feder. consil. 69. casus talis &c. Barb. in c. dilectus. nume. 19. de offic. lega. Idem si vacaret præbenda theologalis, & primus nominatus non estet theologus, tunc theologus etiam vltimo nominatus præferri debet. in. §. 1. de colla. in concord. vbi fusius dixi.

¶ Idem si secundus expressit dignitatē, primus non. c. quia sæpe, de præbend. in. 6. vel secundus erat canonicus creatus in illa ecclesia ad effectum obtinendi dignitatem, antiquior non, tunc præferetur secundus, per rub, de reserua. supra, & ibi dixi.

32 Ordinar us nō v detur g uatus v bis vni confera Duodecimo fallit quando primo nominato esset semel prouisum per eundem episcopū, licet non vsq3 ad illā summā ducentorum florenorum auri de camera, tamen quia non videtur bis grauatus vt vni conferat, præferetur secundus, quia omnis actus debet intelligi de primo, arg. l. boues. §. hoc sermōe. ff. de verb. signifi. facit quod nemo videtur bis grauare aliquem. c. mandatū. de rescrip. nec bona fides patitur vt bis ab eodem exigatur regula, bona fides. ff, de regulis iuris.

Source : BIU Cujas

Idem si collator modicũ dederit beneficium primo, vt renũciaret iuri suo in beneficio quod vacauerat in mensibus nominatorum, cui iuri renunciauit primus. Card. in c. mãdatum. col. 3. q. 1 de rescript. dicens idem in mandatario primo, qui compulsus miseria, & fatigatus laboribus cessit, vt secundus possit venire. argu. c. final. illo titu. intellige vt dicunt ibi, & dixi in glos. prosequentes. de manda. apost.

Decimotertio non procedit quando primus nominatus promisisset & iurasset non requirere nec acceptare beneficium primo vacaturum in præiudicium secundi, tunc illa conuentio valebit, & secundus præferetur primo. Rota decis. 123. nota quòd vbi primus. in antiquis. glo. & doct. in cap. cum inter. de renunciatio. quia iuramentum potest seruari sine detrimẽto salutis æternæ, ideo venit seruandum. cap. si vero. de iureiurand. & si semel renunciauit, etiam si fit adhuc intra sex menses, non poterit petere, sed secũdus sic. l. 1. §. qui semel. ff. de succes. so. edict. vbi sic dicitur, qui semel noluit bono. posse. petere, perdidit ius eius, & si tempora largiantur. vbi enim noluit, iam cœpit ad alios pertinere. ☞ Idem si primus consenserit vt conferatur secundo c. si tibi. ibi, nisi consenseris. de præbend. in. 6. quod raro euenit. ☜

Decimoquarto non procedit, quando antiquior nominatus primo impetrasset illud beneficium nunc vacans, & tamen tempore suæ impetrationis non vacabat, & sic viuentis beneficium impetrauerat. nam tunc est incapax ad illud, quanuis vacet in mensibus nominatorum, & sic iunior nominatus poterit illud beneficium habere. glos. in regula cancel. 20. Innocen. octaui, per capit. 1. & ibi nota. de concess. præbend. & ibi dixi hoc anno interpretando illum titulum. de hac impetratione beneficii viuentis tradit plene Ioannes Dayma in procœmio cõcorda. in glos. adiunctum.

Decimoquinto fallit, quando antiquior fuisset causa mortis illius per cuius obitum vult habere beneficium, quia non poterit: sed secundus veniet, argu. l. si ab hostibus. §. fina. ff. solut. matrimo. vbi maritus occidens vxorem non potest aliquid ex dote lucrari quod intellige, quando hic nominatus fuisset in causa & in culpa: alioquin contra Fel. in capit. in nostra. correla. 37. in fine. de rescript.

¶ Decimosexto præfertur secundus nominatus quãdo ordinarius eũ gratificasset cõferendo eidem ecclesiã parochialem sitam in ciuitatibus vel villis muratis, quæ vacauerat in mensibus ordinatoriũ, quia tunc ipsi libere possunt conferre idoneis tamen & qualificatis §. præfatique ordinarii. de collatio. supra. vbi dixi, & in §. statuimus. 2. 35 36

¶ Decimoseptimo limitatur quando gradus esset nullus, vtpote quia eo esset priuatus, vt tenet glos. in regula cancel. Iulii secũdi. in. 3. parte in fine. vel si esset quasi per saltum promotus, vt in procœmio. ff. habetur in §. & primo quidem. id est per saltum. in §. monemus. de collat. in concorda. capi. monachos. 16. q. 1.

¶ Et dicitur saltus locus dẽsus siluestris & inuius, vbi arbores in altũ saliunt. Lucas in rub. de fund. rei priua. C. lib. 11. l. ex duobus. ff. de nego. gest. & quidã sunt æstiui, quidã hyberni. l. qui saltum. ff. de lega. 3. Et custodes saltus dicũtur saltuarii. l. cum quæreretur. §. fina. ff. de lega. 3. l. instrumenta. in fin. de fundo instruct. Itẽ saltus dicuntur actus saliendi, a saliendo dicti. glos. in clemen. ne in agro. §. porro. de statu monacho. 37

¶ Et tunc dicitur per saltũ promotus, quando gradum licentiæ susceperit ante gradum baccalaureatus, vel doctoratum ante licentiam. nã bene saluit de baccalaureatu ad doctoratum, quia gradatim ascendendum est. l. vt gradatim. ff. de munerib. & honori. l. fina. C. de decurio. lib. 10. & l. 1. & per totum. C. vt dignitatũ ordo seruetur. lib. 12. Per saltũ promotus quis dicatur.

Source : BIU Cujas

cap.legimus.92.distinct.casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum.cap.sicut.48. distinctio.Sic dicitur per saltum promotus qui suscepit ordinem sacerdotii post quatuor minores,vel primum sacrum, vel post subdiaconatum,vt traditur in rubri. de clerico per saltū promoto.& ibi declarat Hostien.in summa. & Astē.in summa in rub. de collatio ordinum.lib.6.arti.3.

Item sententia dicitur lata per saltum, quando a litis contestatione saltauit ad sententiam omissis mediis. Bal.in.l.prolatam. colum.penulti. C. de sententiis & interlocutio.omnium iudic.& ista proprie dicūtur per saltum fieri.

Item dicitur large per saltum promotus, qui ante tempus quinquennii sumpsit gradum, vel triennii in nobilibus. licepostea studuerit.§.monemus.de collatio.intcōcor. & in.4.parte.regula cancella.Iulii secundi, facit tex.in.l.iubemus.versicul.pro sportulis.ibi, nec de cætero quenquam antequam per statuta tempora legum eruditionī noscatur inhæsisse, supradicto consortio sociari. C.de aduocat.diuers.iud. Auriolus in additio.ad Guillermum de monte Lauduno in cap.cum ex eo. de electio.in.6. & dixi in.§.præterea.in glos.studuerint.de colla.in concord.

vniuersitas an possit sup tēpore dispensare.

¶ Nec poterit facultas vel vniuersitas dispensare quod quis sumat gradū ante quinquenniū,vt expresse tenet glo.in verbo studuit.in.§.ordinat.de colla in prag.sanct.

¶ Nec proderit illa dispensatio quo ad nominationes,per ea quæ not.Innocen. & Panormi.in capit.2. de eo qui furtiue ordines recepit. Et quid si senatus decreto cautum sit,vt quis post biennium possit sumere gradum baccalaureatus,an possit sumere nominationes,& an iste gradus profit,ex supradictis poteris decidere, & ex aliis quæ poteris hic addere,& dixi in.§.præterea. in glos. studuerint.de collatio.

¶ Item etiam dicitur large per saltum promotus,quādo statuta vniuersitatis non fuerunt seruata in sua promotione. d.§.monemus.in cōcord. & vniuersitates tales sic nominantes puniri debent,quia ad tempus debent suspendi. & quomodo debeat intelligi,vide glo.in.l.vsuræ.C.de vsur.Barba.in cap.ex literis.col.12. de consti.numero.48. & in consil.19.col.3.in fine volu.1. & in ordin.regiis Ludo.12.primo publicatis.artic. 14.& dico in d.§.monemus. 38

¶ Si vero nominati sint in data pares,tunc doctores licentiatis, licētiati baccalaureis, demptis baccalaureis formatis in theologia,qui licentiatis in iure canonico, ciuili, aut medicina,præferūtur.si vero esset licētiatus in vtroque iure,non præferetur,cum in vno tantum loquatur tex.& nō de vtroque, vt baccalaureus formatus eidem præferatur.& in simplicibus nō venit regulariter mixtum.l.2.ff.de verb.oblig. & ibi glo. Iaf.& alii.vide in regula Cancel.Iulii secūdi in.4.parte. & in.6. parte.esset tamen in praxi difficile obtinere. baccalaurei iuris canonici vel ciuilis magistris artium præferūtur.§.statuimus.de colla.in concord. 39 Qui nominati sint in data pares, iqui beneficia habere beant.

¶ Concurrentibus pluribus doctoribus in diuersis facultatibus, doctor theologus est omnibus præferēdus aliis,etiam extra præbendam theologalem,quia ratione subiecti dignior reputatur, cum subiectum illius sit deus,vt iidem theologi asserūt in procemio quarti sententiarum. & Tho.in.1.parte sum mæ.q.1.artic.7.quia quæ ibi traduntur,tendunt ad notitiam dei, ideo dicitur quasi sermo de deo.Ioā.de turre crema.in procemio decreto.estque theologia, omnium artium & scientiarum suprema,teste Bal.in consilio.52.literis.col.1.in.5.volu. 40 Subiectū theologiæ.

¶ Doctor vero iuris canonici doctori iuris ciuilis præfertur,quia habet subiectum nobilius, quod est homo dirigibilis ad deū, & ad bonum publicum.Helias Raynier in regula possessor.de reg.iur.in.6.vel est bonū 41 Subiectū iuris pontificii

ciuilitatis Christianã. Ioã.de turre crema ta vbi supra. Vel bonũ humanũ ecclesiasti cum est subiectum canonicæ scientiæ,teste Card.in prooemio decreta.& finis huius iu ris est dirigere animas ad deum.glo.in cap. cum contingat.de iureiurã. Barb. consi.61. scripsit.col.penul.in.2.volu.cap.Raynald9. col.80.& col.113.de testa.Et nõ minus pro dest ecclesiæ,quàm theologia.Feli.in c.fin. de magist.Estque practica theologiæ, ideo est theologo necessaria. Floren.in.3 parte summæ tit".5.cap.2.§.2.glo.in.§.ordinat.in verbo.legere.de colla.in prag.& canonica scientia etiam vocatur diuina.ca.peruenit. iuncta glo.de censibus.plene Barba.in cap. 1.numero.32.cum seq.de iura.calum.

¶ Doctor iuris ciuilis doctori in medicina, cum etiam subiectum sit nobilius,nam sub iectum iuris ciuilis est homo dirigibilis ad bonum publicum.glo.in.§.videlicet. in ver bo medicina.de collatio.in prag. Subiectũ vero medicinæ est, non vt quidam dicunt, stercus & vrina,sed homo ægrotus.& quia legalis scientia bonum respicit publicũ,me dicina priuatum,ideo præfertur legalis,mul ta tradit do.Chassa.in catalog.gloriæ mũ di in.10.parte per totum.

¶ Idem in licentiatis & baccalaureis seruari debet,vt licentiati(quos Præsentatos di cunt in theologia)aliis cuiuslibet Facultatis præferantur licenciatis, & baccalaurei baccalaureis,vt supra dictũ est.

¶ Et si in eisdem gradu & facultate cõcurrant,præfertur antiquior graduatus.l.1. ibi antiquissimus quisque prior est. ff. de albo scriben.l.1.C.de consulib.lib.12.&.l.2.vt dignitat.ordo seruet.ibidem.& Ioan. de platea in.l.fin.de Tyro. lib.eodem.Dec.in ca. Nicolao.de appella.

¶ Fallit quando vnus esset doctor in vtroque,quia alteri doctori in vno tantum esset præferẽdus,etiam antiquiori in gradu,quia duo vincula sunt vno fortiora.c.1.de treuga & pace. & sic præfertur frater ex vtroque coniunctus aliis ex vno tantum ad succesionem.authen.itaque.C. communia de succesio.Decius late consil.161. pro domino præposito.& supra dixi.

Intellige quod doctor in vtroque præfertur doctori in altero iure, sed nõ præfertur doctori in theologia, nec doctor in medicina,& in artibus magister,debet præcedere doctorem legum,licet debeat præcedere doctorem in medicina qui non est artium magister.glo.in sexta parte regularum cancel. Iulii secũdi.Barb.in.c.clerici.col.3. de iud. Roma.consil.333.quo ad primum.in fi. 45

Limita quando consuetudo esset vt antiquior præferretur non habita ratione facultatis, vt apud Biturig. doctor antiquior siue sit doctor legum,siue decretorum, præfertur,quia in his prælationibus cõsuetudo attendi debet.Bal.in.l.obseruare §.antequã ff.de offic.proconsul.c.cum olim de cõsuet. Decius in d.c.clerici.ideo Bituris Augustineñ.alios fratres præcedunt,quia antiquior fuit eorum fundatio apud eosdem,etsi de iure fratres prædicatores omnibus aliis præferantur.tex.in c.quorundam.de elect.in.6.

Et si in omnibus concurrant,tunc collator eligere,& gratificare poterit.arg.c.duobus.de rescrip.in.6.glo.in.§.insuper.in verbo medicina.in fine.de colla.in prag.& idoneiorem,arg.l.2.ff.de popula.actio. 46 Gratificare quos debeat collator.

Item poterit gratificare in mẽsibus Aprilis & Octobris,vt dicitur in.§.statuimus.1. de colla.in concord.Non poterit tamẽ gratificare illum qui non insinuauit illo anno, vt est in ordina.regiis iã citatis.arti.13.nec graduatum per saltum,sed habilem & idoneum,quia actus debet intelligi de habili.l. 1.C.de sacrosan.eccle. dixi in tracta.de pacificis possess.in princip.de hac electione & gratificatione.ideo etiam non posset gratificare illum qui nuper est graduatus, & adhuc non insinuauit,prout etiã dixi in.§.præfatique graduati. in glo.ante vacationem.

Aduertendum est, quod quanuis præla- 47

Source : BIU Cujas

tus collator posit gratificare in mensibus graduatorū, debet tamē nō bñficiatū beneficiato, & minus beneficiatū, magis beneficiato præferre. glo. in §. itē quod vniuersitates. in verbo numerū. de colla. in prag. & in regula cancella. Iulii secundi in. 8. parte. & ibi in ordinationibus vide late qui sint præferē di. Hodie habenti datur, & ei qui nil habet, vel illud quod habet, auferetur, vt dicitur in euangelio Mar. 4. cap. facit. &. c. quantumlibet. 47. dis.

Item oriundum non oriundo præferre debet collator. glo. in d. reg. cancell. 15. &. 35. bonū & prouidum ac honestum peruerso, sicut Dauid prætulit bonitatem, disciplinam, & scientiam. not. in capitul. nisi. de præben.

Item doctum debet præferre ignaro, cum doctis beneficia sint conferenda. capit. cum ex eo. de elect. in. 6. ca. de multa in fine. de præbend. Et ab ignaris auferenda. c. fina. de æta. & quali. alioqui peccat, quia episcopus debet esse bonus paterfa. & dispensare bona ecclesiastica cuicunque prout opus est. & sic limitatur. capit. relatum. de præbend. vbi episcopus habet liberam facultatem in electione personarum. nam hoc procedit data paritate personarum secundum Panor. in c. tuis. in glo. 1. de præbend.

48 Legēsgratificād⁹, & is qui libros cō posuit.

Præterea debet præferre legentem non legenti. l. 2. C. vt dignit. ordo seruet. lib. 12. not. in. l. cum quid. ff. si cert. pet.

49 Debet etiam præferre eum qui librū cōposuit, quod vigiliarū plenū, sudorisque negotiū est. Lucas de penna in. l. mulieres. col. penult. C. de dignita. libr. 12. qui non solum sibi laborant, sed omnibus exquirētibus veritatem. Ecclesiastici. 24. in fine. Et fulgebunt quasi splendor firmamenti, qui ad iustitiam erudiunt multos, & quasi stellæ in perpetuas æternitates. Daniel c. 12. Suntque lumina ardentia super candelabrum in domo domini. c. 1. de reliq. & vener. sancto. in. 6. Et de his potest dici, Beati qui seminant super aquas. Esaiæ. 32. cap. in fine. & c. cum Marrha. §. verum. in fine. de celebratio. missar. Semen quippe in chartis satum perpetuo manet, & quilibet lector inde metēs potest sumere incrementa, sed quod verbo diffunditur, tanquam naturaliter fluidum, non sic de facili germinat, cum interdum supra petram, & secus viam, & inter spinas cadat, vt est in euangelio Lucæ octauo.

¶ Vnde respon. pro D. Arnaldo. contadis Narbonen. quod postquam compilauerat tracta. de bono. possessio. non debebat rigorosum examen subire, cum testimoniū haberet totius populi. c. nullus. 23. distin. Panor. in cap. constitutus. 2. de appella. & seruant Tholosates in extraordinariis & commissis, vt remittatur eis vnum examen, licet multi precibus pecuniis & non meritis admittantur. Item & si statutis vniuersitatum ferme cautum sit neminem munere regētiæ donari, nisi publice de iure respondērit, si tamen quis composuerit libros, potest admitti, etiam si non disputet, quia testimonium totius populi habet, vt dixi, & quia est satis probatus. & ita videtur tenere Vincent. Cigault in tracta. de aliena. iusti. Ego vero quanuis repet. in. l. diuus. ff. de senatusconsylla. & in. l. quod iussit. ff. de re iudi. ac l. vnam. C. de senten. quæ pro eo quod interest. & alia opera in apertum protulissem, iuraque in omnibus fere Galliæ vniuersitatibus tam canonica quam ciuilia diu interpretatus fuissem, hic tamē de more iuxta senatus decretum publice semel & iterum de iure respondere non sum grauatus.

51 Melior est prg rendu

¶ In omnibus tamen collator consideret vt meliorē secundū quid præferat. Siluester in sua summa in verbo restitutio. 3. q. 12. dist. 2. & dixi in repet. d. c. postulastis. in. 4. notab. Nā quanuis collator in mēsibus graduatis deputatis possit gratificare vnum ex pluribus graduatis, tamē meliorē, & ecclesiæ vtiliorem gratificare debet, alioqui damnationē sibi incurrit, vt dixi, qa magis deo quā proximo gratificare debet, dicit Bal. in

Source : BIU Cujas

l.2.col.6.numero.40. C.de ſeruit. & aqua. ¶ Nam bonus vir non vbique reperitur, & vix in quingenteſimo anno naſcitur, ſicut phœnix. Bal.in cap.quoniam abbas.colũ. 2. de offic. delega. ita expreſſe dicit, ſed ſalua pace Bal.quilibet naſcitur bonus, caſtus, pudicus, & ſobrius, & ideo hæc qualitas dicitur intrinſeca, quæ præſumitur. gloſ. in.l.ſi vero.§.fi.ff.qui ſatiſd.cogan.gloſ. ſing.in.c. ſi forte.de elect.in.6.docto.in.l. ſciendum. ff.de verbo. obliga. ☞ dicit etiam Bald. in cap.primo de renuncia. quod forma vnius boni viri eſt vmbra gratiſſima ſub qua multi quieſcunt, ego ipſe multifaria ſub tali vmbra quieſcere concupiui, ſed ſub vmbra alarum domini Ieſu ſatiabimur. ☞

¶ Nec obſtat verbum voluerint, poſitum in.§. Statuimus. de colla. in concord. quod importat liberam voluntatem.l. fideicommiſſaria libertas.ff de fideicõ.libertat. Bar. in extrauag.ad reprimendũ. in verbo videtur.quomodo in læſæ maieſta.crimi.proceda.doct.in.l.ſi ſic.ff.de leg.1.Reſpon. quod non ob id poterit inique agere nec cenſentur remiſſa ea quæ iuris ſunt diuini. Bar.& alii in.l.filius familias.ff.de donat. Georgius Nathan in repet.clemẽ. ſæpe.§.nõ ſic.colũ. 17.de verb.ſignifi.& hoc probatur in.§. beneficia.in dict.tracta.de colla. vbi illa beneficia quæ libere conferre poteſt, tamen non poteſt conferre niſi idoneis: multo fortius alia, in quibus habet tantũ optionem perſonarum.& iſtud eſt in conſcientia tenendũ, quicquid in foro ſeculi teneri poſſit. Vide Decium in c.dilecti nume.5.de iud.

¶ Nam etſi papa in beneficiis habet pleniſſimam poteſtatem.cap.2. de præbend. in.6. tamen non poteſt indiſcrete & ſine cauſa diſponere, vt notat.in c.quæ in eccleſiarum de conſtitut. Et dixi plene in illa concluſione, quam nuper ſuſtinui, videlicet, Plenaria beneficiorum diſpoſitio ad papam pertinet, in qua plene ſcribit Panor. in prima diſputa.incipien. epiſcopus.colũ. prima. imo rex Franciæ in beneficiis habet plenam poteſtatem, ne quis miretur in intellectu harũ concluſionum, declaro. de papa non dubitauit quidam theologus ordinis ſancti dominic vtriuſque cenſuræ etiam profeſſor Lancelotus Politus (vt dicebatur) nuncupatus, qui vehementibus argumentis mecum congreſsus eſt, & pluribus, partim iuris diuini, partim canonici, partim iuris ciuilis: cui deo adiutore optime reſpond. quin plenariam papa in beneficiis haberet poteſtatem, per clemen. primam vt lite pendente. & dicit gloſ. in cap. conſequens. 11. diſtin. papæ poteſtatem plenam, epiſcoporum ſemiplenam. Barb. in capitulo. quod tranſlationẽ, numero. 92. cum ſequent. de offic. legat. Vn de poteſt præuenire omnes ordinarios. capitulo ſecundo. de præbend. in.6. cap. quia diuerſitatem. & ibi Panor. de conceſsione præbendæ. Feder. in tracta. permuta. quæſt. 4. Ioann. de Selua in tracta. de beneficio in 2. parte. quæſt. 1. & in 3. parte. q. 46. & quæſtio. 65. quia papa eiſdem collatoribus conceſsit collationem per vim legis quam reuocare poteſt, ſicut legem. capitu. 1. de conſtitutio. in.6. cum tituli beneficiorum ſint de iure poſitiuo. cap. 1. 22. diſtin. Panor. in c. conſtitutus. de religio. domi. Io. de Selua in prima parte tract. de benefi. q. 4. tam plena poteſtas eſt, vt poſsit reſeruare beneficiorum collationes. cap. dudum. de præbẽ. in.6. In regno tamen Franciæ non reſeruat, cum in eo reſeruationes ſint prohibitæ, vt patet in concord. in rub. de reſeruationib. tam generalibus quam ſpecialibus ſublatis. & ibi dixi. Imo ſine reſeruatione poteſt concurrere cum omnibus collatoribus. cap. ſi a ſede. de præben. in.6. Ioan. Mona. in c. ſi eo tempore. de electio. in.6. Bal. in. c. 1. in prin. de his qui feu. dare poſſunt. & in rub. quis ſit comes, dux vel marchio. Et poteſt ad tempus & ſub conditione beneficia conferre, licet alius inferior non poſſit. cap. ſi gratioſæ de reſcrip. i. 6. & ibi gloſ.

Source : BIU Cujas

& in cap.2. de elect.in.6. Potest etiam dare ius ad vacatura.c. mandatum. de rescript. clemen.gratiæ.illo titu.cle. si Romanus. & ibi Bonifa.in prī ci.de præbē. ¶ fūdationesque beneficiorū ac hospitaliū immutare & declarare potest text.in cle. quia contingit & ibi glo.in verbo sedis apostolicæ de religio.domi.facit c.significatum.de præbend.

¶ Item in his beneficiis poterit sentētiam ferre contra non citatum ratione plenarie potestatis Panor.in c.inter quatuor,de maior.et obedien. sequitur Ioann. de Selua in tracta. de beneficio in. 3. parte.q.4. nu. 13. quod gallis durum esset. ¶ Poterit etiā episcopum suo beneficio priuare,glos.in.c. per principalem.9. quæst.3. quia tantum aufert administrationem.cap.2.de dona.omnes vero non posset,quia esset vniuersalem ecclesiam turbare.Do.in.c.in istis.4.dist.c.1. 10. dist. colum.3.& in c.si gratiose.de rescript. in.6.Panor.in c.1.de clerico ægroran.]

55 Sine causa non debet quis priuari bñficijs etiā a papa.

¶ Hoc tamen sine causa non debet.capitulo,conquerente.de restitutio. spoli. nam licet plenariam habeat potestatem,intelligitur suadente causa. Barb. consil. 13.a loue. col.5.volumi.3. qa debet esse fidelis seruus & prudens is,quem constituit dominus supra familiam suam, vt patet in Euangelio. Et satis peruersum est (inquit Gregorius) quod voluptatibus quorundam quis suis pri uetur officiis vel beneficiis. capitulo satis. 56.distincti.quia beneficia debent esse perpetua. capitulo præcepta. 55. distinctio. & plenissimam habet antequā cōferat, pōstea non vt auferat. Barb.in dict. capitul. quod translationem.numero.121.de offi.lega. per c.inuentum.16.q. 7.Panor. in c.fi.de confirma.vtili.glos.in verbo reseruationes de reser.in pragma.

56 Causa in principe præsumit

¶ Nec obstat quod causa in principe præsumatur.glos.in c.relegati.ff. de pœnis. Inno.& alii in c. quæ in ecclesiarum. de constitutio.quia hoc debet intelligi condendo legem generalem, secus quando scribit ad alicuius supplicationem.tunc enim per importunitatem videtur emanasse.l.1.C de petitis bonorum sublata.lib.x.Et quædam est ordinaria potestas, quædā absoluta, de qua Decius in cap.fina.de confirma.vtili. Sustinui etiam conclusionem videlicet.

¶ Imo rex Franciæ in beneficiis habet plenissimam potestatem. intellige quod aliud est beneficium spirituale, aliud temporale. tex.in.c.felicis.§.si qua vero.de pœnis,in.6. Et in beneficiis spiritualibus papa habet plenissimam potestatem,vt supra dixi in beneficiis temporalibus, vt in ducatibus, comitatibus & baroniis, & aliis feudis & beneficiis rex habet plenissimam potestatem, quia illa vendere potest: Papa vero non spiritualia. Bald. in d.cap.primo. qui feud.dare possunt. Et hæc feuda dicuntur beneficia,etiam de iure canoni co.c.ad audientiā. in fine de præscript. Bald. in.c. ex parte. a. col. 2.de testi.Ideo rex potest dare iō ad ista beneficia & officia etiam vacatura,& conferre,& tollere.Ioann.Fab. in §.cum autem. colum.2.insti.quib.mod.ius patriæ potesta. soluit. Bal.in.l.rescripta.circa fi.C. de precib.imperato.offerend.Et ideo habet rex in his beneficiis, sicut papa in aliis spiritualibus, plenam potestatem. Moder. in repet. cap. per vestras. in princi. colum. 2. de donat.inter virum & vxorem. & verbū istud beneficium,debet intelligi secundum qualitatem personarum ad quas refertur.l.plenum.§.equitii.ff.de vsu & habitatio.c. cum de beneficio. de præbend. in.6. facit quod not.Bar.in.l. si non sortem.§. libertus.ff.de condict.indebiti.Hippol.in rub. de probat. fo.3.Barba.in.c.abbatem.col.penul.nu. 17. de rescript.

¶ Vnde non obest tex. in cap. si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu laici susceperit,nulla audientia ei concedatur,& gratiam beati Petri,& introitum ecclesiæ interdicimus. Idem, si quis imperatorum vel regum, vel quilibet secularium

58 Laicus beneficia non confert

Source : BIU Cujas

poteſtatum inueſtituram epiſcopatus vel alicuius eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumpſerit.c. ſi quis deinceps.16.q.7. nam loquitur quando princeps ſecularis conferre præſumit propria auctoritate. ita loquitur.c. maſſana.c. ſacroſancta.& c.quiſquis de elect. tamen ſecus eſt ſi hoc habeat ex priuilegio, vt rex noſter Franciæ, & ſupra dixi in princip. huius tract. & pulchre do. Ruſeus in tract.de iure regalio.fo.7.& ſequen.vbi idem dicit ſi in fundatione collationem ſibi retinuerit, & illud approbauerit papa.c.Eleutherius.18.q.2.c.quando.de cenſib.& ibi Panor. Do.in c.cum ex eo. in vlti.nota.de elect.in.6. & iſta tanquã omnibus nota miſſa facio.

¶ Vnde dixi regem beneficia hæc, videlicet temporalia, vacantia, etiam in curia, cõferre poſſe: & papa iſta beneficia conferre non poteſt. & ſi papa contulerit, Rex qui eſt ordinarius, ea conferre iure poterit, quia pro non dato habetur, quod ab illo datur qui non poteſt de iure donare. c. quod autẽ.de iure patro. vel ſi papa contulerit inhabili beneficium etiam ſpirituale in curia vacans, poſt menſem ordinarius conferre poterit habili.d.c.ſtatutum. Vel etiam poteſt intelligi, quilibet ordinarius videlicet in curia exiſtens poteſt conferre beneficia vacãtia, ſcilicet extra curiam, vt not.Io. Franciſcus in tracta.de officio & poteſta. capituli ſede vacante, in.1.q.2.partis. & nota in d.c. 3. Vel poſt menſem in c.ſtatutum. de præb. in.6. Vel etiam ordinarius vacantia cõfert in curia, litigioſa.clemen. 1.vt lite pend. Et etiam confert, vacãte ſede vt in c.præſenti.& c.ſi apoſtolica. de præben.in.6.

¶ Sic etiam poteſt intelligi alia cõcluſio, videlicet, Laicos beneficiorũ eſſe capaces, iuris non eſt ambigui, videlicet temporaliũ, vt ſupra dixi.poteſt etiam habere præbendam cõſiſtentem in mera temporalitate, nõ quando eſt annexa canoniæ.gloſ.& Panor. in c.cum M. in verbo receperunt, de conſt i tutio.& Panor.in c. maioribus de præben.

¶ Et hæc beneficia temporalia, puta ducatus, clerici habere non poſſunt. c. vno an mutus vel imperfectus. ibi, quia ipſum ſeruire non valet, retinere non poteſt: & ſtatim atque efficitur clericus, hoc beneficium amittit.ſ. qui clericus. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter do. & agnat. vaſſal. c. 1. de beneficio fœminæ. Alex. conſil. 92.in.6. volu. Curtius conſil. 62. & ſequen. deciſio. Neapo. q. 320. Benedic. in verbo & vxor. nume. 522. de teſta. Vel etiam intellige clericos coniugatos non poſſe habere beneficia ſpiritualia. cap. diuerſis fallaciis. de cleri. coniuga. & per totum. vel clerici inhabiles, vtpote ſimoniaci & hæretici, non poſſunt habere beneficia, vt dico in tract. de pacifi. poſſeſſo.in.4.limitatio. Has concluſiones volui declarare, quia quibuſdam videbantur falſæ, & eas non potui plene inter diſputandum elucidare. Igitur hæc ſcripſi, ne ineptæ & terribiles videantur. tu lector boni conſule.

61 Cõcluſio Imo clerici beneficia habere nõ poſſunt.

¶VIGESIMASECVNDA ET TERTIA PRINCIPALIS QVAESTIO.

1 Opponi q̃ poſſint cõtra nominationes.

VIGESIMOSECVNDO & tertio principaliter quæritur, quæ poſſint opponi contra nominationes & gradus? & quomodo poſſint illa oppoſita euitari? Hæ duæ ſimul quæſtiones vno tenore decidentur. Reſpon. primo præmittendo, quod is q̃ opponit contra nominationes, debet probare. nam præſumptio eſt quod vniuerſitas legitime eas cõceſſerit. cap. vno in fin. de ſyndico. vbi Panor. tradit, quod quando actus habet debitam formam, habilitas perſonæ præſumitur. tex. notab. in. c. in præſentia. & ibi Panor. Decius & alii de probatio. Bal. per illum tex. in. l. cum te. col. 1. C. illo titu. & l. 1. circa finem de precib. imperat. offe. & omnis contrahens præſumitur eſſe legitimæ ætatis. tex. in. l. ab ea parte. ff.

Nominationes prę ſumunt legitimę.

Source : BIU Cujas

de proba.& in.l.1.& ibi Bald.C.si minor se ma orem dixe. vnde producens testamẽtũ factiũ a minore.25.annis, non tenetur probare quod esset maior.14.annis.ad testamẽ tũ enim quilibet habilis præsumitur authẽ. omnes peregrini.C. communia de succes sio.& ibi Bal.Panor.in ca.cum virum. not. 4.de regula.

2 Facultas nõ nomi nat.

¶Ideo in primis potest opponi ex parte cõ cedentis, videlicet quod nominationes fue runt concessæ a facultate,& non ab vniuer sitate, vt decet,quod probatur in.§.præfati. 1.ibi, & per vniuersitates nominatis. & §. monemus.ibidem.dixi supra in.6.q.princi pali.& istud non potest euitari,nisi contra riũ probetur.si primũ probatum fuerit.

3 ¶Secundo potest opponi, quod fuerũt con cessæ nominationes ab vniuersitate suspẽ sa priuilegio nominandi, vt habetur in.§. monemus.de colla.in corcord.

¶Et hoc debet probare opponẽs. Nec suf ficeret probare quod vniuersitas concesit nominationes inhabili. nam etsi priuilegiũ mereatur admittete,qui permissa sibi abu titur potestate.c. vt priuilegia. de priuileg. tamen vniuersitas non est ipso iure suspen sa per concessionem factam inhabili,sed de bet suspendi per sententiã. hoc probat ver bum suspendemus.d.§. monemus. quod est verbum futuri temporis, denotans per sen tentiam.glos.in.l.in criminali.C.de iurisd. omniũ iud.Feli. & alii in.c. Rodulphus. de rescrip.dixi in dict.§.monemus.Et hoc non posset euitari,quãdo verum esset,sed nun quam vidi vniuersitatem sic suspensam, li cet comminatio ponatur in concordatis.

4 ¶Tertio opponi potest,quod fuerunt con cessæ ab vniuersitate extra regnum,cui nõ est data potestas,vt dixi supra quæstio.6.& istud etiam non potest euitari, si hoc probe tur. Vel etiam potest opponi q̃ sunt datæ nominationes ab vniuersitate regni,ad be neficia tamen extra regnum: quod non po test esse,arg.c.fina. de cõstitu.Et istud etiã euitari non potest, vt dico.q.6.supra, si prõ betur. & ibi poteris alia elicere opponenda ex hac parte.

¶Quarto ex parte eius cui sunt cõcessæ,op poni potest quod est graduatus in alia vni uersitate quam in illa in qua fuit nomina tus,quod non debet esse, ne causæ continẽ tia diuidatur.l.nulli.C.de iud.glo.in §.item quod ad dictas.in verbo suorum. de collat. in prag. Vbi expresse tenet. quod gradua tus in vna vniuersitate,non potest nomina ri ab alia.& hoc an possit excusari si sit ag gregatus,vt dicitur,vel adoptatꝰ,vide quæ dico infra eodem.

¶Quinto opponitur quòd non est gradua tus,& non graduatus non est capax nomi nationum glos.in.§. insuper. in verbo gra duatis.de colla.in prag. & text.in concord. in.§.teneantur.eo.titu.& istud etiam vitari non potest,si verum sit,& probetur.

¶Sexto opponitur,quòd nominatus nõ est clericus,& sic beneficium non potuit obti nere.ca.cũ adeo.& c. capitulũ.& ibi Card. in.2.nota.de rescript.& istud non potest e uitari quando est verum,& fuit probatum. vide quæ dico in tracta.de pacific.possess. nume.188.

¶Septimo opponitur contra primũ nomi natum quod iam fuit eidẽ prouisum ab hoc episcopo,ideo debet permittere vt aliis pro uideatur nam dispositio debet intelligi de vno actu.l.boues.§.hoc sermone.ff. de ver bo.signific.& quia hoc casu collator imple uit mandatum sibi factum.c. ad audientiã. 2.de rescript.l.1.ff.qui satisda.cogãt.& quia vno beneficio quis debet esse regulariter contentus.cap.in nostra.& ibi Cardin. no tab.1.de rescript.sed hodie execrabilis am bitio omnes fere excæcat.

¶Saluari potest.quia ei fuit prouisũ in vim mandati, seu per viam collationis ordina riæ, quæ nihil commune habere videntur, argu.l. naturaliter.§. nihil commune.ff. de acqui.posse.cap.mandatum.ibi,per nostras

Source : BIU Cujas

literas obtinente. de reſcript.dixi ſupra.q. 21.limita.12.

Sexto opponitur, quod non expreſsit beneficia quæ habebat tẽpore impetrationis, vt debet.per.§.volumus. de colla. in cõcor.

Saluatur quãdo non erat beneficium eccleſiaſticum,ſed oratorium, vel feudum, vel acquiſitum poſt nominationum impetratio nem.tnnc ea exprimere nõ tenebatur in no minationibus, vt dixi in quæſt.9. vbi vide quæ ſint exprimenda.& ſi illa in nominatio nibus non ſint expreſsa, opponas: alioqui melius facies ſi te manibus expenſis & labo ribus non vexes,cum obtinere ſpem nõ labores.l.1.ff.de inoffic.teſta.& conſulo in cõ ſcientia nunquam aliquid opponere,niſi ve rum eſſe putes,alioqui periculum animæ in curris. Vel ſaluatur quando nomine alieno poſsidebat,vt dico in gloſ.poſſeſsa.in fine. in d.§.volumus.

Nono opponitur etiã quòd eſt eidem pro uiſum vltra ducẽtos aureos.§. volumus.eo. titu.in concord.& ibi dixi.

Saluatur,quando poſt acceptationem beneficii vigore nominationum factam, vel gradus, fuerunt ſibi collata alia beneficia, quia qualitas iũcta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.l.in delictis.§. ſi extraneus.ff.de noxa.actio.

Decimo opponitur quod litigabat ſuper alio beneficio incompatibili cum iſto, ideo gratiæ ſuæ renunciare videtur,qui aliud beneficium adeptus eſt,cle.gratiæ.de reſcrip. & ibi dicit glo. & Card.q.3.poſt Innocen. in ca.in noſtra.de reſcript.quod qui recipit vnam eccleſiam,videtur renũciare liti quã habet ſuper alia. quod euitatur, quando illud beneficium ſecũdum poteſt retineri cũ primo ſuper quo litigat,alioqui non.cap.ex parte.in.3.de decimis.

Itẽ non videtur liti renunciare, ſi pendente lite ſuper primo beneficio nominatus recepit ſecundum etiam incompatibile,ſuper quo etiam ſibi mouetur lis,cum hoc non ſit iure cautum, quia poſſeſsio pacifica requiritur.c. de multa.de præb. & d.cle. gratiæ. dixi tamen ſupra.q.9.

12 Ordinatꝰ a nõ ſuo epiſcopo non gaudet,priuilegus clericorum.

¶ Vndecimo opponitur, ꝙ erat ordinatus ab alio epiſcopo quàm a ſuo, & ſic ordinatio non valebat.cap.ſanctorum. & cap.neminẽ.70.diſt.nec in beneficialibus gaudebit ſic ordinatus priuilegio clericali. c.1.& ſequen.de tempore ordina.in.6.& ſic vidit iudicari Chaſsã. prout in conſuetudinibus Burgũ.refert in.§.6.glo.ſont creuz.in fine. per tex.& ibi Panor.in.c.nullus de paroch. licet contrarium teneat Guido papæ in deciſio.Delphina.q.449.

¶ Poteſt euitari quando de licentia ſui epiſcopi hoc fecit.Et notandum eſt quòd ſi alienus epiſcopus tonſurat alienum tãquam ſuum,tunc ordinatio eſt nulla. quia nititur eum vſurpare ex plebe aliena.tex.notab.in cap.primates.71.diſtinctio.& ibi hoc dicit Ioan.de turre crema.Si vero ordinauerit tã quam alienum,non eſt nulla,ſi ſuus epiſcopus ordinationem ratam habuerit,quod poteſt.c.nullus alterius.9.q.2.

¶ Quomodo cognoſcitur quod epiſcopus ordinauit tanquam alienum? Reſpõd. Si in literis tonſuræ dicat,talem. N.noſtræ diœceſis oriundum charactere clericali inſigniuimus.Si vero dicat.tali.N.oriundo diœceſis Magalonẽ. debite per ſuum epiſcopum remiſso,tonſuram contulimus clericalem. Refert & ſequitur d. Auriolus in addit. ad Guillermum de monte Laudu.in.c.fina.de tempo.ordina.in.6. quod facile impugnari poteſt,ſed in aliud tempus proferam.

13 An ſufficiat eſſe in poſſeſſione clericatus.

¶ Item non ſufficit eſse in poſſeſsione clericatus ad iuſtificationem.Bal.in.c.dudum in.1.colum.vltima.de electio. nec obſtat c. ſi iudex laicus.de ſenten.excommuni.in.6. quia nõ loquitur in iſto caſu,ſed in foro ſortiendo,quo caſu ſufficit vt quis dicatur eſse de foro eccleſiaſtico, quod antea fuerit in poſſeſsione clericatus, & tẽpore deprehenſionis,vt ibi.

Source : BIU Cujas

14 ¶Item clericatus potest probari per vnum testem. Bal. & Felin. in cap. licet. in. 1. de testi. Guido papæ. quæsti. 474. Iaſ. in repet. l. admonendi. colum. 71. nu. 198. ff. de iureiur. quod est notandum.

15 Duodecio opponitur cõtra nominatũ ꝙ est inhabilis, vtpote hæreticus, simoniacus, & alia quæ trado in trac. de pacifi. possess. in 4. limi. nec potest euitari si probatũ fuerit.

16 Decimotertio opponitur, ꝙ is qui impetrauit nominatiões, erat Italus, vel exterus, & sic nõ potuit beneficia vel nominatiões in hoc regno impetrare. glo. in verbo exterorũ. in proœmio prag. sanct. dixi supra. q. 6. versi. 25. Hoc euitari potest quando literas naturalitatis ante nominationes a rege obtinuerat, vt patet in rub. des præsidẽs in ordi. regiis. Adhuc tamẽ esset cogitãdũ, quia hæc priuilegia sunt introducta pro oriũdis regni, vt patet supra in proœ. concord. tam in literis summi pontificis, q̃ regis, ergo aliis non proderunt, videlicet exteris.

17 ¶Decimoquarto cõtra nominatum etiam opponitur quod nõ est graduatus, vel ante tẽpus, & sic per saltũ (vt declaraui supra. q. 10. & q. 21.) vel est graduatus sub bulla, cõtra ea quæ dixi in. 10. q. principali. per glos. in. §. itẽ quòd ad dictas. in verbo suorum. de col. in prag. Et hæc nõ possunt euitari, si cõtrarium non fuerit probatũ, videlicet quod post gradum studuit per tempus requisitum in. §. præterea. de coll. & ibi dixi. vel nisi fuerit graduatus in ista vniuersitate, in qua obtinuit nominationes. & ista est cautela, vt si fueris graduatus in iure ciuili Tholosæ. & vis hic Parisiis sumere nominationes, vt suscipias hic gradum in iure canonico, & postea facile impetrabis nominationes, & idem in alia vniuersitate dicendum est.

Cautela notabilis

18 ¶Decimoquinto opponitur ꝙ licet fuerit matriculatus, tamẽ stetit per quinquenniũ extra studium, & sic perdidit priuilegium. l. fina. de primicer. & not. C. lib. 12. l. 3. de domesti. ibidem Bar. in. l. penul. ff. de testa. milit. & doct. in. l. scriniarios. C. illo tit. Aret. & Bauer. in. §. sed hactenus. insti. de testa. milit. & sic non studuit continuo.

¶Euitari potest si scholaris ante quinquenniũ fuerit reuersus. & iterum cõtinuauerit studiũ, quia id tẽpus quo primo studuit, debet coniungi cũ isto tẽpore nouissimo, per text. in argu. in. l. penul. C. de cõsul. Roma. singu. 336. vbi dicit quòd si post quinquenniũ scholaris reuertatur, debet reponi iterũ in matricula, & nil debet soluere. sic etiã illud tẽpus poterit iungi, vt supra dico, siue venerit, ante siue post cõputatur tẽpo, & cõ iungitur ex cõsuetudine seruata in Frãcia.

¶Itẽ facit glo. in regula, eũ qui certus est. de regu. iur. in. 6. vbi si quis ingrediatur religionẽ, & ibi steterit per sex mẽses, postea egrediatur, si postea iterum ingrediatur, & stet ibi per alios sex mẽses, tunc primi sex menses cõiunguntur cũ vltimis. Specul. in tit. de statu monacho. in. §. 1. versi. 38. Alex consil. 54. viso puncto. colũ. 2. in. 4. volu.

¶Præterea cui cõueniũt verba, & dispositio. l. 4. §. totiens. ff. de damno infect. sed verba concordatorũ cõueniunt, cũ tantũ requirant quinquenniũ, non dicunt continuum, ergo continuum tempus non requiretur. 19

¶Decimosexto opponitur contra graduatum, & nominatum, quod non est graduatus in vniuersitate famosa, quod requiritur in. §. præterea. de colla. in concord.

¶Euitari potest, quod omnis vniuersitas regni, in qua publice iura profitẽtur, est famosa, vt not. d. Ioã. dayma in verbo famosa. in rub. de elect. in concord. & dixi supra in cõcorda. d. §. præterea. 20 Famosa vniuersitas quæ dicatur.

¶Decimoseptimo opponitur quòd nõ insi nuauerit illo anno, vt debet fieri, & literas tã gradus q̃ nominationũ, & tẽporis studii. §. teneãtur. de col. in cõcord. & plena manu scripsi. q. 14. & istud probatũ nõ potest euitari nisi probaret procuratorem insinuasse.

¶Decimooctauo opponitur, ꝙ extra tẽpus quadragesimæ insinuauit. d. §. teneãtur. & hoc 21

nō vitatur, si fuerit probatū, vt dixi.d.q.14.

¶Decimonono quòd insinuauit ei cui non debuit, & sic nō valet insinuatio. §. præfati. 2.de colla.in cōcor. Saluatur vt dixi in.d.q. 14. vbi elici possūt vltra quinquaginta quæ cōtra insinuationes opponi possunt.

¶ Vltimo possunt opponi illa triginta quæ dixi in.16.principali.q.nā postq̄ illa beneficia in nominationibus nō cōprehēduntur, si nominat 9 acceptauerit illa, opponetur cō tra eū illa sibi nō deberi. & vix possunt illa probata euitari. vide ibi alia multa. Adderē hic alia etiā sexcenta quæ possunt opponi, sed ea de industria missa facio, ne materiā calumniandi & opponendi præbeam. Quicunq; viderit quæ supra dixi, poterit rectè opponere, & nō rectè oppositā vitare. Rogo ne quid contra conscientiā opponas, ne animā perdas, quā deus optimus maximus suo sanguine precioso redemit, eā ergo illi conseruare debemus. ☞ Vide quæ possunt opponi cōtra prouisiones apostolicas, & dispēsatiōes minoribus cōcessas, per Oldra. consi.325.thema. & consil.seq. & pro minoribus. vide consil.329. has allegationes. ☜

¶ VLTIMA QVAESTIO PRINCIPALIS.

¶VLTIMO quæritur, quomodo perdantur nominationes vel gradus: Respon. primo si nominatus aut graduatus in mēsibus deputatis collatoribus beneficiū vacās in processu posuerit, vel taliter molestauerit ordinarium §. vlt. de colla.in cōcord. vt puniātur in quo deliquerunt, vt dixi in respet.c.postulastis.in vl.notab.per illum tex. de cleri.excommu.ministran. licet in ordina.regiis Lud.12.primo publica.arti.10.mitius puniantur, tamen quod hic statuitur, tanquam nouissimum tenendum est.

Dubitaret quis, quando dicatur positus in processu? Videtur quando sententia est lata.capit. vt super. de appella.in.6. Respō. tunc dicitur in processu positus, videlicet per citationem, & litis contestationē, quam uis sententia non sit lata. Bar. & alii in rubri. ff. de in ius vocand. & Paul. in.l.libertus. illo titu. vbi dicunt processum non esse inchoatum per citationem, quādo actor non comparuit, quia citatio est circunducta. l. & post edictum. §. quod si is. ff. de iud. & quia actor non comparendo, videtur tali citationi renunciare. Bal. in capit. consuluit. col.2. de offic. deleg. & quia citatio nō habet suum perfectum esse, secūdum eum: si comparuerit. & in causa processerit, tunc processus dicetur inchoatus. nota. in capit. si iudex. de senten. excommunica. in.6. tamen nō dicetur in processu positus ad hoc vt nominationibus vel gradu sit priuandus & ideo si nominatus in primo termino liti renunciauerit, non perdit nominationes, quia non dicitur posuisse in processu, sed ponere voluisse. l. amplius. ff. rem ratam haberi. probatur in.l.quidam hyberus. & ibi dixi. ff. de ser. vr. præb. vbi si in primo termino quis confiteatur, non debet in expensis cōdemnari. Feli. in capit. licet Hely. col.3. de simonia. Ias. in. §. sic itaque de actio. insti. & in.l. certi. in princip. ff. si cert. peta. & in.l. properandum. §. finautem alterutra. col.3. in 7. limita. C. de iudi. Licet appellatione processus veniat tam processus iudicis quàm partis. Bal. in d.c. consuluit. col.3. tamē ante litem contestatam non punietur nominatus vel graduatus.

Nec obstat. d.c. vt super. vbi appellatiōe processus venit sententia diffinitiua, quando profertur in materia quæ ipsi sententiæ adaptatur. Domi. & alii in d.c. vt super. per glo. in clemen. appellāti. de appella. Et etiam cōprehendit oīa quæ ante sentētiam fiunt. Feli. in cap. quoniā contra. col.4. de probat.

Item quando in constitutione est facta mentio processus, non venit sententia. De cius per illum tex. capit. prudentiam. in vlti. notab. de offi. deleg.

Source : BIU Cujas

¶ Item in tex. concordatorum habetur, & taliter moleſtauerit & intelligerem de moleſtia quæ fit per proceſsum, videlicet ſi nominatus moleſtauerit ordinarium per proceſſum, quòd fructu ſuarum nominationũ vel gradus priuetur. Et ſi nominatus vel graduatus moleſtauerit ordinarium de facto extra proceſsum, non perdet ſuas nominationes, ſecundum hunc intellectum, quia in tex. dicitur, in proceſsu poſuerit, & taliter moleſtauerit, videlicet per proceſsum. argu. cap. 2. de tempo. ordinand. & capit. ex frequentibus. de inſtitu.

Item ſi moleſtauerit etiã per proceſſum, iure tamen, quia impetrauit beneficium inhabili collatũ, non priuabitur ſuo gradu vel nominationibus, quia hic tex. debet intelligi de moleſtia facti, & quando nominatus vel graduatus in vim nominationum moleſtat vt puniatur in quo deliquit, ſecus ſi alia ratione moleſtaret, quod probatur in ca. in præſentia. de probatio. & l. quidam. ff. de verbo. obliga. per dictum Bal. in l. 1. C. de vſufruc. vbi ſi teſtator priuet hæredẽ ſi moleſtauerit vxorẽ ſuã in vſufructu, nihilominus poterit hæres exigere cautionẽ ab ea de vtẽdo fruendo arbitrio boni viri, quia teſtator de moleſtia tãtũ facti intellexit ſecũdũ eũ.

Idem ſi hæres priuetur hæreditate ſi moleſtauerit vxorem teſtatoris, intelligitur de moleſtia facti. non iuris. Bal. in l. 1. C. de his que pœnæ nomine. per glo. ſing. in l. ſi ſeruum. §. prætor. in verb. abſtinet. ff. de acquiren. hæred. ſequitur Corſetus in ſingu. inciente, moleſtia. Sic & in hoc §. intelligitur de moleſtia facti, ponderando verba dict. §. ſi quis autem. de colla. in cõcord. ibi, in vim gradus, aut nominationis. Ergo ſi in vim alterius imperationis, non perdit nominationes, nec gradum. alioqui nullus graduatus poſſet impetrare beneficia inhabilium, & eſſet in hoc deterioris conditionis, quã non graduatus. quod non eſt dicendum, quia in fauorem eorum eſt introductus gradus, ergo non debet in odium eorum retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. Et ideo multa priuilegia confert gradus, quæ licet videre per Barb. in proœmio clemen. per Alexa. in addit. ad Bar. in l. 1. C. de dignita. lib. 12. Feli. in rub. de magiſt. Bologni. in repet. authen. habita. C. ne filius pro patre. & per Petrum de leſnauderie, in opuſculo de doctor. per totum.

¶ Alii habent in eodem §. ſi quis, & aliter moleſtauerit. & tunc intelligetur aliter quã per proceſſum, quia text. dicit, in proceſſu poſuerit, & aliter moleſtauerit &c. ideo ſi nominatus de facto expulerit eum cui ordinarius contulit in ſuis menſibus, dicens beneficium ratione nominationis ſibi deberi, licet male, tunc priuabitur fructu ſuarum nominationũ. probatur in cap. primo. in c. cũ ſeculum. de iure patro. cap. prohibemus. de cenſib. & hoc ſecundũ hunc intellectum dixi in d. §. fina. Aliquando intelligitur de moleſtia tam iuris quam facti. l. vna. C. de nundi. Alex. conſil. 52. viſo teſtamẽto. in 2. volumi. & conſilio. 151. viſo themate. in fi. eo. volu. & conſili. 177. viſo teſtamento. in 5. volu. laſ. in l. vbi circa fi. C. de tranſact. & hoc ſtatutum eſſe reor, vt audacia graduatorum reprimatur tam in iudicio, quam extra, quia ſæpius perpetrant plurima mala, & abuſus. Nunquam tamen vidi ſeruari vt nominati fuerint ſuis nominationibus priuati, aut graduati ſuo gradu per hanc moleſtiam poſſet tamen fieri, ſi bonum videretur, & hoc intellige ſi in vim gradus vel nominationum vel vtriuſque in proceſſũ poneret ordinariũ, per. l. certi conditio. §. quoniam. ff. ſi cer. peta. & d. §. fi.

4 Nominatus an p. dat gradũ cum nominationibus.

¶ Dicerem etiam, quod licet nominatus (vt ſupra dixi) moleſtando ſuas perdat nominationes, vel graduatus ſuum gradum, tamen nominatus non perdet ſũas nominationes, & ſuum gradum ſimul, etſi text. dicat a fructibus ſui gradus, & nominationis priuandum eſſe: quia ſingula ſunt ſingulis

Source : BIU Cujas

referenda, vt videlicet nominatus ſua nominatione, graduatus ſuo gradu priuetur. gloſ.in.l.fina.C.de fideicom. capitulo cum ſingula. de præbend. in.6. & ſic poſtea nominatus ſuis nominationibus priuatus, beneficia ratione ſui gradus adhuc obtinere poſſet, videlicet beneficia in villis muratis, quia pœnæ molliendæ ſunt, & reſtringēdæ.l.interpretatione.ff. de pœnis. capitulo pœnæ. de pœniten. diſtinctio. 1. regula, in pœnis.de regulis iuris.in.6.Domi.conſi!io. 126. Martinus &c. & quia duplici pœna nō debet quis puniri, capitulo, atſi clerici.in fine.de iudi. & ibi gloſ. allegat alia iura quæ licet videre. dixi in.§. monemus. de colla. in concord.in gloſ.ſuſpendemus.nec ſi habeat plures nominationes, omnibus priuabitur, ſed tantum illis quibus abuſus eſt, ne pœna extra delictum extēdatur no. in.c.fraternitatis de hæreti.

¶ Item talis moleſtans eſt priuādus per ſententiā, & non eſt ipſo iure priuatus, per tex. in concord.in verbo priuādum, quod denotat ſententiā.capitulo vno de ſagitta. gloſ. & docto. in.l. in criminali. C. de iuriſdict. omniū iudi.Feli.in capitul.Rodulphus.verſicu.vltimo.de reſcrip.& dixi in.d.§.fina.

¶ Quæro an ſemel priuatus nominationibus (quod raro euenit) alias poſsit impetrare? Videtur quod nō, ne ludibrio fiat priuatio.capitulo.commiſſa.de electio.in.6.facit l.ſi prætor.ff.de iud.& ne lex verbis imponatur.l.ſecunda.C.communia de lega.

¶ Contrariū eſt verius, quod probatur per extrau.execrabilis.§.ſtatuimus.de præbend. in extra.Ioann. 22. vbi dicitur quod ſi quis fuerit adeptus beneficiū ſecundū incōptabile cum primo, ipſo iure eſt priuatus primo, ad quod nunquā poteſt redire ſine noua collatione. ergo ſumendo argu.a contrario, cū noua collatione poterit redire, per cap.2. de renuncia. ſic & cum nouis nominationibus poterit iterum impetrare beneficia.

¶ Item ſi quis renunciauerit bonis paternis cum iuramento, poterit illa petere non obſtante iuramēto, ſi inſtituatur hæres. Alexā. & alii in.l.ſtipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verbo.obliga.doct.in.l. pactum quod dotali. C.de pact.& de colla.& cap. quāuis. de pact.in.6.Benedict.in repeti.c.Raynutius. i verbo duas numero.286.cū ſequē.de teſt.

¶ Adde etiam quod priuatus beneficio in vna eccleſia, poterit ad aliud in eadem promoueri.capitulo literas. de conceſſio. præbend.& ibi Imol.nota.3.& ſi quis per ſubreptionem vel obreptionem priuetur reſcripto, tamen poſtea poterit aliud impetrare, in quo veritatem exprimet.l. ſecunda.C. ſi contra ius.cap.ſuper literis.& ibi not.de reſcrip.& reſcriptum ab excommunicato impetratum, licet ſit nullum, capitulo primo de reſcript.in.6. tamen eo abſoluto poterit aliud impetrare, vt ibidem not. Idem ergo in nominato, vt licet ſuis ſit priuatus nominationibus propter moleſtiā, vt poſſit alias impetrare, vt vna pœna contenti ſimus, prout dicitur in capitulo at ſi clerici.§.fina. li. de iud. & dupliciter puniretur, annullare nominationes, & prohibere ne amplius impetrentur, ideo quia hoc non dicit tex. ergo non extendetur. l. cum quidam.ff. de liber. & poſthu. igitur poterit alias impetrare, licet primis ſit priuatus. 6

¶ Nec obſtat.c.commiſſa.de electio. in.6. Quia reſpon.quod iſta priuatio non eſt ludibrio, licet alias nominationes impetret, quia perdet prioritatem temporis, quæ magna eſt. regula, qui prior. de regulis iuris. in.6.& poſtea vigore nominationum ſecūdo loco impetratarum forte nunquam obtinebit beneficium tāquam antiquior. Et ſic dicerem, quod licet quis ſuis priuetur nominationibus, vel gradu, tamen non perdet beneficiū, ſi quod ex illis alias conſecutus fuerat, argu.capitu.tibi.de reſcrip.in.6.& capitulo.ſi clericus.de præben.eodem libro. vbi quando clericus priuatur gratia propter negligentiā ſuam, tamen ſi ratione illius gra- 7

Source : BIU Cujas

tiæ fuerit in eccleſia canonicus receptus, illum non perdet, niſi fuerit ſibi collatus ad effectum præſentiũ duntaxat. ſic in nominationibus arbitror. facit quod dicit Ancha. in conſil. 171. caſus eſt talis, quidam. in fin. vbi concludit feudum poſſe concedi ei qui ſemel fuit priuatus propter inueſtiturã non petitam, vt ibi per eum.

8 Nominationibus priuatur habẽs duas eccleſia cathedrali prębendas

¶ Secundo priuatur quis ſuis nominationibus, quando habet in eccleſia metropolitana vel cathedrali ſeu collegiata duas præbendas, ſeu dignitatem cum præbenda, vel vnam præbendam, ſeu alia beneficia, quorum fructus aſcendunt vſque ad ducentos florenos auri de camera. §. volum 9. de colla. in cõcorda. quia gratiæ tuæ renunciare videris ſi beneficium pacifice adeptus es. cle. gratiæ de reſcrip. &. c. ſi pauper. de præben. in. 6. Nam mens eccleſiæ Gallicanæ, ac etiã papæ, & regis finit, vt prouideretur pauperibus ſcholaribus, q exhauſto ſuo patrimonio in acquirendo ſcientiam, ſumpſerunt nominationes & gradus. Et nõ dicitur pauper, q in redditibus habet ducentos florenos auri, ſiue habeat beneficia in titulum, ſiue in cõmendam, & ideo honeſte ex illis poterit viuere. nota. in cap. poſtulaſti. de reſcript.

Intellige tamẽ, vt dixi in §. declarãtes. in gloſ. proſequentes de manda. apoſto. ſupra.

9 ¶ Et intellige quando haberet duas præbẽdas in eccleſia cathedrali, vel metropolitana, etiam ſi non aſcenderent ad valorem ducentorum aureorum, tamen non poterit is nominationes impetrare, nec impetratis vti, vt tenet gloſ. in §. quod ſi quis ex dictis. in verbo duas. de collat. in pragma. quod raro contingit. Et hoc procedebat per pragma. ſed per concordatum poſſet nominationes impetrare, & eis vti, qui duas haberet præbendas minoris valoris, vt patet in concorda. in §. ſi quis vero ex dictis. vbi ſe refert ad dictam ſummam tam in præbendis, quam in aliis beneficiis. & hoc probatur in dict. §. volumus. ibi quorũ in ſimul. & quia ibi eſt tantum vna clauſula. in pragma. ſecus. quod notes, quia multa erant vera tempore pragma. quæ nunc non ſunt, ideo non confidas gloſ. pragma. quæ licet bene dicat ſecundum ſua tempora, & text. cui addidit gloſemata, non tamen nunc: & alias fecit me errare, dum ſequerer ſuam doctrinam ſimpliciter. ideo tu debes videre nunc text. concordatorum ſi diſſideat a pragma. & ſecundum tex. iudicare. 10

¶ Notandum eſt, quod ſi quiſquam haberet redditus in bonis ſecularibus vſque ad quadringentos aureos, vel vltra, poterit ad huc impetrare nominationes, & viuere ex fructibus beneficii, licet habeat amplum patrimonium, quia poſtquam altari ſeruit, de altari viuere poterit. c. cum ſecundum. de præbend. late Barb. in tracta. de præſtantia. cardina. in. 1. parte. q. 6. hic tantum excludit habentẽ redditus beneficiorum, ſecus ſi in patrimonio, vt patet in d. §. volumus. 11

¶ Tertio amittuntur nominationes, ſi non ſint expreſſa ea quæ debent exprimi, de quibus dixi ſupra. q. 9. & in d. §. volumus. & idẽ in mandatis aſſeritur in. c. ad aures. c. in noſtra de reſcrip. 12

Quarto quando nominatus vel graduatus efficitur inhabilis, vel irregularis, quia etiam ſic perditur mandatum. Ancha. conſil. 58. circunſcriptis. 13

Quinto quando nominatus contraheret matrimonium. aut ſponſalia de præſenti, tunc ſuis videtur renunciare nominationibus gloſ. & doct. in cap. vno. de cleric. coniuga. Panor. in c. 1. illo tit. Aufre. in ſuis deciſioni. quæſt. 239. laſ. in. l. vbi pactũ. columna penult. C. de tranſactio. Etiam ſi ſponſalia eſſent nulla. laſ. ibi, & in. l. cauſas. in fin. C. illo tit. Imo vxore mortua non licet vti mea gratia Io. And. in d. c. vnico Angel. & alii in §. 1. inſt. quib. mod. ius patriæ poteſta. ſoluitur. Et his fere modis amittũtur mandata apoſtolica, de quibus vide in tract. de mãda. apoſt. in vltima parte per domi. Ru-

Source : BIU Cujas

seum.dico in rub.de manda apostо. in concorda.§.declarantes.in glo.prosequentes.

¶ Sexto quando ex aliqua causa suo priuaretur gradu, quod potest fieri, vt probatur in c.ex literis.de constitu. & ibi plene traditur per Feli.& alios.

Septimo quando eas non insinuaret per triginta annos,quia tunc eas videtur habere pro derelicto,& eis renunciare. arg.l. licet.C. de iure deliberand. dixi supra in. 14. q.principali.vbi ample videre licet.

Octauo perduntur quando ex causa vniuersitas reuocaret nominationes. quod potest.vt tenet glos.§.item quod ad dictas.in verbo nominare.de collatio.in pragma.sed non est solitum fieri, & bonum est argumẽtum a solitis.l. si quis donaturus.ff.de vsufructu.l.certi condictio.§.si nummos.si certa. Ratio est, quia postulantes re integra a postulatione recedere possunt.cap. bonæ. in.2.de postulatio. prælato. Itẽ legatus qui reseruauit beneficium pro aliquo, potest reuocare,& alteri prouidere.Hostien.in c.cũ dilectus.de iure patro.Io.And.in c.præsenti.de offi.lega.in.6.& limitatur tribus modis per Perus.vt ibi cernere licet.& idem si papa reuocaret mandatum concessum.c. penulti.de præbend.in.6. & cap.vlti. de concessio.præben.illo lib.vide Hippolyt. sing. 166.inconstantia.

Nono,quando nominatus eis renunciauit,vt in cap.audita.de restitut.spoliat.facit text.in.l. filio præterito. ff. de iniusto rupt. nam potest quis priuilegio in fauorem suũ introducto renunciare.l.si quis in conscribendo.C.de episcopis & cler.&.C.de pact. c.si diligenti.de foro competen.Ioan.And. in cap.penult.de præbend.in.6.clemen.gratiæ.de rescript.Card.consil.105.super præmisso.glo.in verb.irritum.§.si quis cuiuscũque.de colla.in prag.

¶ Intellige siue expresse renunciauerit suis nominationibus, siue tacite, quia hoc casu tantum operatur tacitum, sicut expressum. arg.l. cum quid.ff. si cert.peta. & ibi ample lat.& alias consului pro venerabili viro domino Ioanne de Lausergio sacrista Magaloneñ.mihi consanguineo colendissimo,ac doctissimo,& obtinuit in senatu Tholosano.Et censetur renunciare, quando est sibi prouisum ab vno quo ad illum:quia ille qui semel vni prouidit,non tenetur amplius eidem prouidere. argu.l. boues.§. hoc sermone.ff.de verbo. significa. & supra dixi. Nec potest eum plenũ gratificare,alioqui omnia bñficia ei conferret episcopus,& ille ebrius esset,& alii esurirent:& si haberet nepotem graduatum,eidem conferret omnia beneficia,& ille semper ea resignaret, & alii nihil haberent,quod valde est absurdum vt dico in glos. gratificare.§. statuimus. 1.de collatio.supra.Item tacite dicitur renunciare, si fuerit effectus miles.argumẽ.51. distin.cap. 1.&.2.cap.eos.20.quæst. 3. nam tunc, si arma militaria exerceat,perdit priuilegiũ clericorum,quia facit actum contrarium cleri catui,quibus conuenit, nobis non licet interficere quenquam. not. Inno.in cap. 1.de apostat.& cap.in audientia.de senten.excõmunica.Chasa. in consuetu. Burgundi. in rubri.des iustices.§.quinto.glo.fil na grace. numero.52.& sequent.versic.quarto fallit. Vel habitũ clericalem reiecit.cap. 1.de apostа.l.professio.C.de munerib. patrimo. lib. 10. idem si sententia annullans nominationes contra nominatum lata fuit,cui acquieuit glos.sing.in cap.1.de cõcessio.præbend. Card.in c.mandatum.col.3.quæst.1. de rescript.dicens iisdem fere modis mandatum amitti, & ideo seruiet ad intellectum tituli de mandatis apostol.in concordatis.

Tacite dicitur renũciare.

19

Decimo perduntur nominationes.quando forma non est seruata quæ est posita in concordatis,quia factũ corruit non seruata forma.cap.cũ dilecta, de rescrip.l.cũ hi.§. si prætor.ff.de transact.Et illa est,quæ dat esse rei,& eam in esse conseruat.l.Iulia.§.1.ff. ad exhibẽd.Albert.Brunus in tracta.de forma

Forma nõ seruata corrumpit nominationes

Source : BIU Cujas

& solenita.actus. fol.3.rubr.de generali cognitio.formæ.& rub. de potentia & effectu formæ.fol.44.col.3.cum sequē.sic dixi quā do quis impetrauit mandatū nō seruata forma,vt fit nullū in forma. de manda.apost.

20 ¶ Vndecimo quando moritur nominatus. Ancha.consil.58.circunscriptis.vbi tradit sex modos finiendi rescriptum, quia mors omnia soluit.§.deinceps.in authen. de nup. collatio.4.Et si velis videre casus in quib9 mors soluit,vide per Hippo.in.l.fina.num. 30.cū sequen.ff. de quæstio. nec dubitatur hoc etiā casu solui mandatū, per prædicta.

21 Papa & rex an nominatiō es post sint reuocare. ¶ Duodecimo quando papa cū rege eas reuocaret,cum eorum sit destruere;quorū est cōdere.l.omni.C.de sacrosanctis ecclesiis. summus pōtifex reuocat gratias per eū concessas.c.penul.& final.de concess.præbē. in 6. Vnus vero sine altero nō posset, cū concordatū habeat vim contractus,vt patet in rubr.de robore & firmita.cōcorda.& vnus altero inuito a cōtractu nō discedit.l.sicut. C.de actio.& oblig.& rubr.C. ne liceat ab emptione discedere.tex.sing.in.ca.1. & ibi omnes doct.de probat.vbi Bal.ampliat etiā ad succesorē, vt solus contractū reuocare non possit. iam perfectū. Domi.consil.56. inter Roma.cōsil.352.quæritur.col.penult. & sequē.& cōsil.325.col.penult. Ias.consil. 1.in.1.volu.& consil.227.Carolus.in.2. volu.colū.5.dico in præfat.ad glos. concord. rub.de collat.vbi licet fusius videre.

22 Princeps recipiens p officio pecunias nō potest dantē destituere. ¶ Idem est in principe recipiente pecunias pro aliquo officio, vt nō possit dantē destituere.c.vno de natura feudi.Barb.in cap.1. numero.14.de prob.l.3.ff.de obsequiis. Anchar. consil.366.Ias.consil.56. in causa. in fi.volu.1.& consil.105.col.3.ibid.m.Benedict.in repe.c.Raynutius. in verbo duas habens.nume.36.cū seq.de testa.quia recipiēdo pecunias, videtur secū cōtrahere vt amplius eum non destituat. Et sic prodest dare pecunias pro officio, vt non possit destitui.sed a tali prodesse liberet nos deus,dicit glos.in simili in.l.si seruus.§.fina. in verbo. corii.ff.de condict.furtiua.l.si quis cū totū. §.plane.de excep.rei iud.Sic dicitur de pau pertate,quod prodest.l.si quis ad.C. de episco.& cleri.§.1.instit. quib.manu. licet vel non.sed a tali prodesse liberet nos pater & filius & spiritusanctus. & ab hoc munere vellem esse immunis,cum filiolis meis. ita in propriis terminis dicit Barb.in c. significauit.numero.22.de offic.delega.

¶ Vltimo perdūtur nominationes si ecclesia regularis erigatur in secularē, vt nuper ecclesia sancti Saturnini Tholosæ,tūc nominationes regularium expirant, & deinceps seculares poterūt illi ecclesiæ nominari.idē ecōtrario.tex.in.c.ad audientiā.2.de eccle. ædifi.late Per.us.f.in tract.de mutatio. status ecclesiæ capi.1. ☞Sic tēpore Caroli Calui regis Frāciæ ecclesia sancti Martini Turo. multis opibus abundās in secularem erecta fuit,cuius temeritatis canonici mox pœnas luerūt,nā missa in eos cælitus pestilētia oēs (præter vnū Vedastū qui in numerū sanctorū relatus est,& nomini eius ibidem sacellū dicatū) extincti fuere,quo facto audito canonici diui Martialis Lemouicē. relicto seculari habitu se ad monasticā vitā cōuerterūt.teste Gagui.lib.5. paulo post principiū,sic hoc anno.1536. ecclesia Magalonēsis Regularis redacta est in secularem,& trāslata ad Mōtepesulanū,quod Faustū felixque viris Pesulanē.sit, & eorum vxoribus. ☞Circa hoc tamē fusius dicēdū esset, sed multis obrutus negociis & lectionibus, non supereſt latius inuestigandi opportunitas.at dum per ocium licebit,hæc maturius forte digerentur. Interim lectores boni æquique consulite,vt animum meum ad maiora incendatis,adiuuante deo, qui in trinitate perfecta viuit in secula. Amen. 23

¶FINIS TRACTATVS NOMINATIONVM.

Source : BIU Cujas

TRACTATVS DE

PACIFICIS POSSESSORIBVS, HOC

In regno ac in toto orbe non minus frequens quàm vtilis, ab eodem Authore Do. Rebuffo editus.

Source : BIU Cujas

¶AMPLISSIMO VIRO, DOMINO FRANCISCO A SANcto Andrea, in senatu Parisiensi præsidi meritissimo,

Petrus Rebuffus I. V, doctor, S,



Athenienses Berosi astronomi sapientiam diu experti, post multa ab eo prædicta quæ tempus verissima declarauerat, statuá æneam lingua aurea in suo gymnasio ei posuerũt, vt quæ oracula verissima protulisset, ex auro velut emanata sibi quisque persuaderet. Quæ cum ego mente mea reuoluo, dignissime præses, quãquam vir ille fuerit clarissimus, cũ tamen eum tibi conferre statuo, muscam elephanti comparare videor. Ille enim fortuito vaticinabatur, vt Trasyllus & Ascletarion, vel cacodæmonũ aliquo. suggerente, & quæ a se prædicta fuerant, ad euentum perducente. Tu vero non casu, sed diuinis ac vtriusque iuris peritia instructus, hactenus vera ex tuis intimis semper deprõpsisti. Dicam ne a pueris q̃ magna expectationẽ omnibus de te præbebas? Quotusquisq; enim erat, qui te vel a prima ætate diuina quadã prouidẽtia genitum, ad hũc dignitatis, & maiorem gradũ venturum non iudicauerit? Iudicauerunt & præceptores, qui in dies tot sciẽtiæ fercula vix tibi, quin memoriæ omnia mãdares, porrigere sufficiẽtia poterãt. Iudicarunt (inquam) doctores iurũ Tholosates, quot argumentorũ iaculis eos in singulos dies impetebas. Quid referã, cũ ad iuris nodos explicandos peruenisses? Non vt Hercules gladio, sed iure optimo respõsa prudentũ tam facũde, q̃ subtiliter, & diserte, omnibus lucida tradebas. Scholasticos veluti quidã Orpheus, ita alliciebas, vt qui te semel audissent a tuis nemo vnus lectionibus discedere potuisset. Missa faciã quãto cum mœrore pubes scholastica tuũ tulerit discessum, & quãto cũ gaudio a Parisiẽs. hominibus receptus fueris. Fuit enim tuus adeo gratus, celebris, & notus aduentus, vt ad aures opti. maxi. principis nostri celeriter peruenerit, qui te primo quoque tẽpore senatorio munere decorauit. quo in munere collegis & aliis ita te probasti, vt omnibus gratissima & admiranda esset tua fides, integritas, atq; iustitia. quibus cõmotus princeps, ad te nõ ambientẽ neq; petẽtem præsidis officiũ (quod inquæstarũ dicũt) detulit demũ prospiciẽs quãta cũ industria & peritia id munus gereres ad præsidatũ lõge digniorẽ te extulit, multo maiora tibi debere arbitratus, quæ tẽpore demõstrabuntur. hoc enim meretur tua singularis atq; præclara iustitia, quã si laudandã pro dignitate susciperẽ, succũberem oneri, id tantũ dicã, Alexandrũ magnũ quidã summis attollunt laudibus, qui cũ in capitalibus causis iudex sederet, accusatori alterã anrẽ occludebat. rogatus quid illud faceret: alterã, inquit, integram seruo reo. Tu vero pro tua sapiẽtia ambas & actori & reo præbes, vt nihil præcipitatum, nihilq; nõ matura deliberatione decretũ ex te prolabatur. Asclepiadẽ medicũ alii commẽdant, cõmendant inquã, quòd aliquẽ qui pro mortuo ad funus efferebatur, sistere iussit, ve ræq; & pristinæ valetudini restituit. quod Erophilo Cleophanti medico etiã cõtigit. Tu vero, quot tua excellenti iuris prudentia pro mortuis habitos restituisti, nemo vnus ignorat, quot ve perditos homines pro bonis vulgo habitos profligasti. His igitur impulsus, etsi tua excellens dignitas omnia summa meretur, fretus tamen tua, qua semper erga me vsus es, humanitate, hunc breuẽ De Pacific. Possesso. tractatum tibi maxime conuenientem, nomini tuo nuncupare non sum veritus: quem si tuendum ab inuidis receperis, & album calculum adiiciendo, æqui bonique consuleris. spero complures tuum egregium iudicium secuturos. Vale.

Lutetiæ. 17. Calend. Iunii, anno domini sesquimillesimo trigesimosexto.

Source : BIU Cujas

¶TACTATVS DE PACIFIcis Posſeſsoribus.



EGVLA in hac materia eſt, q̃ qui cunq; poſsederit beneficiũ eccleſiaſticũ triennio, nõ poterit moleſtari in poſſeſſorio nec in petitorio, hoc ſtatutũ fuit etiã in pragma.eo.tit.& in reg.Cãcel.17. & nunc nuper in his concord.iſto.tit.

¶ Notandũ eſt, q̃ ſecũdũ theologos pacifici dicũtur tribus modis. Primo mãdatis dei obtẽperando.ad Roma.5.c.Iuſtificati ergo ex fide,pacẽ habeam9 ad deũ,quæ datur hominibus bonæ voluntatis. Lucæ.2.cap.

¶ Secundo dicitur is qui refrenat illicitos motus. Ioan.5.capit. Scias quod pacem habeat tabernaculum,id eſt corpus.& auguſt. ſuper Matth.5.cap.ibi,Beati pacifici,ait,Pacifici ſunt in ſeipſis,qui animi motus & carnales concupiſcentias habent edomitas, & rationi ſubiectas.

¶ Tertio,qui quærunt pacẽ cũ proximo.ad Roma.12.cap.Si fieri poteſt,quod ex vobis eſt,cum omnibus hominibus pacẽ habẽtes. & Chryſoſto.ſuper Matth.5.capi. Pacifici ſunt qui nec odiunt nec litigant, ſed litigãtes & diſcordes ad pacem reducunt. vt per belle facis,digniſsime præſes . & hi filii dei vocantur,quia vnigeniti fuit hoc opus,videlicet cõgregare diſperſa, & pacificare inter ſe prælíantia. Dauid pſal.119. Cum his qui oderunt pacem,erã pacificus.ita expreſſe tenet.Florent.in.4.parte ſummæ titu.7. c.6. Vnde pulchre dicit Auguſt. in.c.quiſquis. in primo.23.q.4 . Quiſquis vel quod poteſt arguendo corrigit.vel quod corrige re non poteſt,ſaluo pacis vinculo excludit, vel quod ſaluo pacis vinculo excludere nõ poteſt,æquitate improbat,firmitate ſuppor tat,hic eſt pacificus, vnde Chriſtus dicitur rex pacificus,quia vt pacẽ doceret,in hunc mundum venit. & pia miſeratiõe diſpoſuit ſibi ſubditos fore pudicos,pacificos,& modeſtos.i pœmio.decreta.rex pacificus.vide tex.in.ca.decet.in princi.de Immunita.eccle.in.6. plus dicens per os prophetæ. pſal. 36.Cuſtodi innocentiam , & vide æquitatem,quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico.Iſtæ igitur,nobilis & doctiſſime præſes, tuæ ſunt reliquiæ,quas paſsim ne dicam Pariſien.homines, verum & totus Galliæ populus te fouere prædicant. Quare pacificus, pacifico,pacificũ tractatum tibi dicare non erubui. Hic tamẽ loquimur de pacifico poſſeſsore beneficii, qui per triennium ſine lite poſsedit beneficium, vt dico infra numero.164.

¶ Licet videre differentiam inter quietũ & pacificum,per Floren. vbi ſupra.& Bald.in conſil.288.omnis qui rem.in.4.volumine. & not.in clemen.multorum.de pœnis.&.c. ſanctorum.de præſcrip. 2

¶ Primo amplia procedere etiam in mulíere, quia verbũ quicunq; in textu poſitum, tam maſculum q̃ fœminam comprehendit. tex. de iure melior & magis expreſsus in.l. ait diuus.ibi, quicunque accipere debemus tam maſculum q̃ fœminam.ff. de iure fiſci. l.quicunq;.& ibi Alber.& alii.C. de ſer.fugi.& Iohelis.2.cap.Quicunque inuocauerit nomen domini,ſaluus erit.& Actuum.2.capit.idem dicitur. & Matth.12.cap. dicitur, Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt,ipſe meus frater,& ſoror,& mater eſt gloſ.in clem.prima.in verb. quicunque.de decimis. & in cle.pa.de ſepultu. tex.in.l.prima.ff.de verb.ſignifi. & ibi plene dixi hoc anno interpretando illã legem extraordinarie gloſ.in.c.generali. de elect. lib.6.gloſ.in capi.primo.§.& cum humanæ in verb.abbatis.eodem titu.in pragma.Iaſ. plene in omni fere materia in. l. ſi quis id quod.ff.de iuriſdictio.omni.iudic. & Deci. 3

Fœmina poſt triennũ in beneficiis nõ debet moleſtari

Source : BIU Cujas

in regula,fœminæ.ff.de regu.iur.& diſpoſitum in monachis & abbatibus, extenditur ad moniales & abbatiſſas.text. in cap. fina. & ibi Panor.de ſtat.mona.Iaſ.refert conſil. primo.in.2.vol.col.2. quod eſt. 140. in numero impreſſo.

4 Ratio textus eſt, quia poſtquam poſſunt habere prælaturas & beneficia.cap. indemnitatibus. de electio. libr.6. cap. dilecta. de maior. & obedię. Ergo ſi eas poſſederint cũ colorato titulo per triennium, non poterũt ſuper eis moleſtari,quia q vult antecedens, vult & conſequens neceſſarium ad illud. l. illud.ff.de acqui. hæred.l.prima. & ibi Iaſ. colum.2.de tranſactio.

5 Præterea maſculinum concipit fœminium in fauoralibus.l.qui duos.ff. de lega.3. ſed hoc eſt valde fauorabile, vt patet,& maxime mulieribus,ne in iudicio moleſtentur. c. mulieres. de iudic. lib. 6. & eadem ratio ſubeſt in vtroque,imo fortior,vt dixi,i mulíere,ergo & deciſio.5.porro. ibi,ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis, ſeu maior, quæ fuit pri.cauſa benefi.amitten.

6 ¶ Secundo intellige procedere etiam ſi collegium,vel conuentus,ſeu capitulum beneficium poſſederit triennio,quia verbũ quicunque comprehẽdit etiam collegium, vel capitulum.l.metum.in magna.5.animaduertendum.ff.quod met. cauſa Alber expreſſe. in dict.l.quicunque.C.de ſer.fugi.columna 4.Item quia collegium & capitulum vicem perſonæ ſuſtinet.l.mortuo.ff.de fideiuſſo.tamen quia non poteſt habere in titulum beneficium,& hic titulus tantum loquitur de poſſidente colorato titulo, ideo nõ habebit locum forte in prædictis,& ſic nõ procedit hic tex.quando poſſidetur beneficium iure proprietatis,de quo no.in c. ad quæſtiones. de rer.permuta.& cap.cura.de iure patro.

7 In foro cõſciẽtiæ poſt triẽniũ an qs ¶ Tertio extende vt etiam in foro cõſcientiæ non teneatur reſtituere poſt triennium alioqui ſequeretur quod forma huius decreti deduceret ad inferos,& conſcientia legũ magis eſſet dánata,quam maleficiorum.ita in propriis terminis dicit Bald.in c.in omni negocio.de teſtib.& in conſilio.285.ſi quis iuris. col. 2.in. 3.volu. Maleret.in tract. de elect.fo.87.col.4.Et faciunt ea quæ dixi in cap.poſtulaſtis.in gloſ.nu.45.cum multis ſequent.de cler.excom.miniſt.

¶ Secundo ſic ſuadetur per ea quæ ibidem dixi in gloſ.1.vbi concluſi poſt præſcriptiõnem quem non teneri reſtituere rem etiam in conſcientia, contra Alcia.in.l. quinque pedum.C.finium regundo.cui reſpon. ibidem inſequendo glo.in c.vigilanti.de præſcriptio.& bonã iuriſconſultorum partem.

Sed hic per papam eſt ſtatutum tempus. ítra quod quis poſſit præſcribere, ergo poſt ea non tenebitur reſtituere in foro conſciẽtiæ. alioqui papa non ſic ſtatueret, & tutus autoritate canonis inducentis præſcriptionem,nõ debet dubitare de conſcientia.pulchre loquitur Inno. in cap. cura.de iur. patro.Bal.in.5.ſi quis per triginta. ſi de feudo fuerit cõtẽtio inter do.& agna.vaſſa.col. 1.

¶ Tertio non aliter videtur dicendum in foro iuſtitiæ,quam cõſcientiæ, quia vbi lex ciuilis ſtatuit,tale ſtatutũ etiam in foro canonico cauſarum,& etiam in foro pœnitentiali ſeruandum eſt, niſi inſit peccatum, & dolus.cap.quoniam.de præſcrip.ſed hoc lex ſtatuit condita tam a papa, qui habet plenã in beneficiis poteſtatem.c.2. de præben.in 6.clem.1.vt lite penden.quam a rege.

¶ Ergo etiam in foro conſciẽtiæ ſtatutum erit ſeruandum, vt in ſimili notant glo. & doct.in cap. quæ in eccleſiarum. de conſti. vbi eſt communis concluſio quod lex ciuilis iuſta obligat etiam in conſciẽtia. & hoc etiam tenent theologi fortius hoc decretũ, & hoc tenet Imol.in prooemio decreta.rex pacificus.in fi.prin.Iaſ.conſilio.180. commune.columna vltim.in.2.volumi. & in.5. ſed iſte,numero.126.inſtitu.de actio.Feli.in cap.1.nume.18.verſi.quarto fallit.deſpõſaſ. Leona. de vtino in ſermo. 44. de legibus.

Source : BIU Cujas

versi. secundo declaratur. facit text. in cap. quo iure. 8. distin. & c. imperatores. 9. dist. & c. de capitulis. seq. distin.

¶ Quinto probatur ex c. si a sede. de præb. lib. 6. vbi si cõferatur beneficium duobus a diuersis eodẽ die, ille qui possidet, est præferendus, licet non habeat forte meliorem titulum. sic & hic qui triennio possedit, licet non haberet nisi coloratum titulum.

Quia papa confirmando hunc coloratum titulum, videtur eidem de nouo dare post triennium, glos. in reg. cancella. 15. in prærogat. 3.

Et quando papa ex certa scientia confirmat inualidum, videtur validũ facere. glo. no. in. c. placuit. 16. q. 6. Sed R o. pontifex in hoc casu confirmat titulũ inualidũ ex certa scientia, cũ exprimat coloratũ habentẽ titulum nõ posse molestari, ergo facit validum.

¶ Nam tolerantia expressa approbationis papæ dat ius in beneficio. c. literas. de supplend. negl. præla. Ioan. And. in ca. michael. de filiis presbyt. Imo etiam tolerantia tacita approbationis papæ dat ius in beneficio, Et sufficit quod de sua voluntate constet glo. in cap. si aliquando, de sent. excommuni. cle. si summus. illo titu. Et ibi Ioan. And. Glos. in verbo tolerantes. §. Volens. de colla. in prag. Panor. in c. quod circa. de cõsangui. Maleret. in tracta. de elect. in fol. 14. ver sic. consuetudo quippe quantuncunque vetusta. Ioannes de Selua in tract. de benefi. in. 3. parte quæst. 9.

Quinto facit. c. cura. & ibi glo. & Panor de iur. patro. ibi, nisi legitima fuerit præscriptione munitus &c. glos. in. c. possessiones. 16. q. 4. glo. in regul. cancell. 33.

Sexto facit. c. literas de supplẽ. negli. præla. & ibi Bal. no. quod patientia papæ dat titulum ex tunc canonice possidendi. glos. & doct. in ca. contingit. de dolo.

Septimo probatur, papa potest antiquare titulum beneficii, & annullare. c. de multa cũ similibus de præbend. sic & coloratũ titulum bonũ & validum reddere. cap. proposui sti. de concessio. præb. etiam in cõscientia, quia datæ sunt ei claues a deo op. maximo. Matthæi. 16. cap. Quodcũque ligaueris &c.

¶ Octauo facit. c. cũ ecclesia. & ibi Panor. de cau. posses. & cap. consultationibus. de iur. patro. vbi si ille qui erat in possessione eligendi vel præsentandi, elegerit vel præsentauerit, licet ius ad eum non pertineret, tamẽ valebit præsentatio, nec electus destituetur. sic nec hic coloratum habens titulũ post triennium etiam in conscientia debet deserere beneficium nec destitui. 16

Nono cui conceditur vnum, videtur cõcedi aliud quod sequitur ex illo. l. seruitutes §. si domo. ff. de seruitu. vrba. præd. & l. item §. 1. de seruit. rusti. glos. in. l. quãuis. C. de fideicommiss. Sed hic concedit vt non debeat molestari post triennium, ergo etiã videtur concedere titulum verum, & sic ꝙ in conscientia possit retinere illud beneficium, alioqui hoc decretum duceret ad infe ros, vt dixi supra. 17

Decimo si papa mandet aliquem nõ molestari super fructibus & possessione alicuius beneficii, videtur sibi adiudicare beneficium, & ita rota iudicauit, teste glo. d. regula. 33. sed hic mandat non molestari. ergo beneficium post triennium videtur adiudicare habenti coloratum titulum, & sic illa sententia etiam in conscientia est tenenda. not. glos. & doct. in cap. primo de concessio. præbend. & in cap. plerique. de immunita. ecclesia. vide text. in c. ex parte. a. in fi. ibi non permittatis exinde molestari de testi. 18

¶ Vndecimo si ordinarius non præcedente collatione inuestiat aliquem de beneficio, tunc talis inuestitura idem est quod collatio. Panorm. in capitulo auctoritate. columna secunda de institutio. argu. cap. primi de consuetud. rect. feud. & idem tenet Panor. in c. 2. colum. penult. de consuetudi. Ioannes de Selua in tract. de beneficio 19

Source : BIU Cujas

3.parte quæſtio. 10. Fortius eſt hic in papa, qui vult aliquem non moleſtari poſt trien-nium, & ſic de nouo videtur conferre, vel ſaltem titulum inualidum facere validum. & ſic is qui poſsedit triennio, in conſcien-tia poterit illud retinere. facit glo. ca. pla-cuit.in.2.in.16.q.3.tex.in c.fi.17.q.2.

20 Declarat paragra-phus mo nem⁹ de pacific. poſſeſſ.

¶ Non obſtat verſi.vltimus de pacifi. poſ-ſeſso. vbi ſic dicitur, monemus ordinarios, vt diligenter inquirant, ne quis ſine titulo beneficium poſsideat: & ſi quem ſine titulo beneficium poſsidere repererint, declarent illi ius non competere, cuiuſuis temporis detentione non obſtante. Quia reſpondeo loqui de eo qui nullum habet titulum. Et præſcriptio ſine titulo regulariter non cur-rit.cap.ſi diligenti.de præſcrip.Bal.in.l.nec ex vera.C.de acqui.poſſeſsio.§.1.inſtitu.de vſucap. hic habet titulum licet inualidum, ſcilicet coloratum. Idem reſpõd.ad rub. de eo qui mittitur in poſſeſ. videlicet quanuis beneficium non poſsit haberi ſine titulo, ſe cus in poſſeſsione.glo.fing.in c.contingit. de dolo. & ibi dicit Panor. quod ſi clericus bona fide titulo colorato poſſederit benefi cium alterius per decennium inter præſen-tes, & viginti inter abſentes, præſcribit il-lud in præiudicium veri rectoris, licet ipſe ius prælaturæ ſibi non acquiſierit. Sequitur Ioannes Franciſ.in tract.de præſcript.in. 1. parte quintæ partis principal. q. 10. Minus refragatur regula.1.de reg.iur.lib.6. nã hic non tenet ſine canonica inſtitutione large, vt declaratur in mea repe. ad c. poſtulaſtis. de cleric.excom.miniſtran.

21 Poſſeſſio nõ induc. collationem.

¶ Nec obſtat quod traditio poſſeſsionis non inducat collationem, quia nec petitio operarum facit indictionem earum, ante-quam indictæ ſint.l.ſi quis hac lege.§. iudi-cium.ff.de opert.libert. Tamen dicit Com poſtella.in c.tranſmiſsam.de elect.quem re fert Oldra. cõſilio.143.thema tale eſt. d.b. quod inueſtitura facta ab eo ad quem perti-net collatio, inducit collationem? quia illi duo actus, videlicet inueſtitura, & collatio, iuris ſunt, & ideo faciliorem functionem re cipiunt, & facilius vnum vice alterius fun-gitur, quia eiuſdem ſunt generis. l. 2.§.1. ſi cert.pet.ff.l.ſed cum patrono. de bono poſ-ſeſ. l gitur poſſeſsio cum ſit facti.l.1.§.ſi vir. de acquir.poſſeſ.in re nõ tribuit ius, nec eſt eiuſdem generis cum collatione. ideo per eam ius non acquiritur. ſecus ſi fuerit titu-lus etiam coloratus cum triẽnali poſſeſsio-ne, vt hic. & ſic in conſcientia poſt trienniũ etiam cum colorato titulo poſſeſsor eſt tu tus, contra glo.in pragm. ſanct. quam ſequi tur Maleret.in tracta.de electio.fol. 89. qui bus per prædicta luculenter reſpon.

22 Poſt triẽ niũ nõ d bet mol ſtari etiã pdenũci tionẽ eu gelicam cõtra glo prag.

¶ Tertio procedit, vt non poſsit moleſtari etiam per viam denunciationis euangelicæ, cõtra glo.in d.verb.moleſtari. eodem titu. in pragma. quia denunciatio euangelica fit quando imminet peccatum. c. nouit. de iud. ſed hic non imminet peccatum, vt proxime probaui, ergo denunciatio euangelica non procedit. Et ita tenet Panor. in cap. final. de præſcript. licet ibi Imol. contra. ſed iſta opi nio eſt vera, & communis, teſte Ioanne Frã ciſ. in tracta. de præſcript. in. 2. parte. 3. par-tis. q. 10. col. 37. Bal. conſilio. 133. caſus ta-lis. in. 5. volu.

23 Denũcia tio euãg lica q bus ex cauſi fiat.

¶ Secundo denunciatio non procedit niſi contra detinentes aliena contra conſcien-tiam. Panor. in c. 1. de probat. ſed poſt trien-nium non detinet alienum beneficium, ſed ſuum factum huius decreti auctoritate. er-go non procedit denunciatio euangelica.

¶ Tertio denunciatio non procedit, quan-do denunciatus dicit ſe nõ habere conſciẽ-tiam læſam, & allegat cauſam probabilem: ſecũdum Bal. in authen. ad hæc. C. de vſur. Purpura. in. l. ſi me & titium. ff. ſi cert. peta. ſed ille qui poſſedit poteſt allegare cauſam probabilem, videlicet coloratum titulum, & poſſeſsionem triennalem huius decreti auctoritate roboratam. Ergo non poterit denunciari.

Source : BIU Cujas

¶Quarto denunciatio euangelica requirit quod agens probet non tantum ſuam læſionem, ſed etiam conuentum habere conſcientiam læſam. Corne. conſilio. 137. placet litera. l. in. 2. volu. quod poſt triennium non poteſt probare.

Quinto in actione reali eſt comminis opinio ex vtroque iure, quod denunciatio euangelica non procedit poſt ſententiam iniquam in reali latam, quia a primo eradicatur dominium, & attribuitur præſcribenti eius effectus, arg. nota. in. l. at qui natura. §. cum me abſente. ff. de nego. geſt. Secus in perſonali, quæ oſsibus inhæret, ideo non poteſt tolli. glo. in. l. 4. ff. pro ſocio. Bal. in authen. ad hæc. col. 4. verſi. item dubitatur de debito. C. de vſur. multo fortius in eo qui triennium poſsedit beneficium cum colorato titulo.

Sexto tex. prohibet poſt triennium moleſtari, ſed per denunciationem euangelicam moleſtaretur, vt patet cuilibet intuenti, ergo denunciari non poterit. & ſic affixi duas concluſiones ſequentes, videlicet, Pacificus poſſeſſor etiam cum colorato titulo poſt triennium in conſcientia eſt tutus. Ex quo infertur non poſſe moleſtari, etiam per denunciationem euangelicam. Quãuis hactenus contraria ſententia inualuerit, tamen quia iſta eſt vera, ideo tenenda.

Limitarem non procedere, quando mala fide poſsediſſet beneficium per trienniũ, tunc exiſtimarem illum in conſcientia non tutum, & ſic poſſe denunciari. Et ita intelligi poteſt glo. pragma. ſanctio. ſecus ſi bona fide. & intelliguntur ſupradicta & gloſ. & doct. in c. ex frequentibus de inſtit. Collect. in c. cura. col. 1. de iure patro. vel quando poſt triẽnium haberet conſcientiam remordentem, adhuc teneretur poſt trienniũ eam deponere. Floren. in regula. poſſeſſor. de reg. iur. in. 6. ſed illam deponere oportet poſt triẽnium. vide glo. in §. cui rei. in verb. uendicant. de colla. in pragma.

¶Dicerem quod bona fides præſumeretur ex illo colorato titulo, cũ regulariter præſumatur bona fides ex titulo vero, vel putatiuo etiam ex errore iniuſto. l. igitur. §. penul. ff. de liber. cauſa. l. penul. C. de euictio. gloſ. ſing. in. §. ſi quis a non domino. de rerum diuiſi. in lib. inſti. Alex. conſilio. 134. in cauſa. colum. 4. in. 2. volu. & ſic non expedit probare bonam fidem, quia præſumptio iuris ratione tituli tranſfert onus probandi in aduerſarium. l. ab ea parte. ff. de probat. plene doct. in. l. celſus. de vſucap. & cap. ſi diligenti. de præſcrip. vbi concludunt bonam fidẽ ſaltem debere allegari. arg. l. ſi adulteriũ cũ inceſtu. §. idem pollioni. ff. ad. l. Iul. de adul. alias non præſumitur. Iaſ. in. l. non hoc. col. vlt. C. vnde cogna. 29 Bona fides præſumitur ſi allegatur.

Quarto extende, ſiue habeat titulum verum, ſiue coloratum. habens enim verum titulum non eſt moleſtandus etiam ante triẽnium, quia iuſte poſsidet. l. iuſte. ff. de acqui. poſſeſ. Fortius ergo poſt triennium per hoc decretum. 30

Item hoc eſt introductũ ob bonũ publicum, ne lites ſuper beneficiis ſint immortales. c. finem. de dolo. c. diſpendia. de reſcrip. in. 6. & ne ſint in incerto ea poſsidẽtes. arg. l. 1. ff. de vſucap. ac propter libertatẽ ſubditorum, ne de iure ſuo ſemper dubitent. gloſ. ſin. 9. in authen. de tẽpo. non ſolut. pecu. §. 1. in verb. diligentia. collat. 7. quam approbat Bal. in §. ſi quis per triginta. col. 2. ſi de feud. fuerit content. inter do. & agnat. vaſſa. 31 Decretũ de' pacifi. poſſeſſor. quare eſt introductũ

Item ne beneficiati propter lites proſequendas cogantur deſerere eccleſias, ſicut quandoque patriã. in authen. vt differen. iudices. col. 9. Et interim gregẽ dominicũ lupus rapax inuadat. c. ne pro defectu. de. ele.

Quæro quãdo titulus dicatur coloratus? glo. in verb. coloratũ, eo. titu. in prag. plene declarat, nec indiget ſuppletiõe. Nota tamẽ quod coloratus dicitur titulus, quãdo eſt habitus ab eo qhabet poteſtatẽ cõferendi ſeu eligẽdi, ſiue de iure cõmuni, ſiue ſpeciali, & 32 Coloratus qñ dicatur titulus.

Source : BIU Cujas

nisi obstitisset aliquod impedimẽtũ, fuisset iustus. & dicitur coloratus, id est figuratus, quia tantum habet figuram tituli. sic exponit tex. in. l. fin. C. manda. nã quod in princi. dixerat coloratã donationẽ, postea vocat figuratam. Vel dicitur coloratus habẽs aliquem colorẽ. l. hoc colore. ff. de inoffi. testa. & l. iubemus. §. scientes. ibi, beneficii colorati. C. de sacrosanct. eccle. regula cancel. 33. Incoloratus, quãdo non habet aliquã causam seu titulũ. glo. in. l. minor autem. §. 1. in verb. incoloratæ. ff. de munerib. gl. in. c. auaritiæ. in verb. colore. de electio. in. 6.

¶ Item dicitur coloratus quando probatur institutio per episcopũ facta, licet non probetur præsentatio. Nicol. de milis in reper. in verb. possessio. q. 101. & Domi. cõsil. 117. in quæstione. col. 3. Et sufficit præsentato a laico si agat possessorio ad colorãdam suam possessionem docere de institutione omissa præsentatione, teste Aufre. in decisio. Tholosa. q. 431. Item &c. aliquis fuit electus &c. Vel coloratus dicitur quãdo habet titulũ a collatore ordinario, licet inutilem, vtpote quia eius manus erãt affectæ. Antho. & Imol. in. c. proposuit. col. 2. de cõcessio. præbẽ. Et breui dicendũ est collouratum dici titulũ, dũ tamẽ quis ex apostolica vel ordinaria collatiõe aut electione, aut electionis huiusmodi cõfirmatiõe, seu præsentatione & institutione illorum ad quos beneficiorũ huiusmodi collatio, & prouisio, electio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertinet, obtineat, vt declaratur in regula. 33. cãcel. licet ob aliquod vitiũ titulus nõ dicatur iustus, vt in d. glo. coloratum.

33 ¶ Vbi vide latius quòd post triennium nõ tenebitur possessor probare coloratum titulum, nisi cõtra possessorem aliquid probetur, vel ad iudicis instantiam. per. l. cogi. C. de peti. hære. Et Felin. in. c. licet Hely. de simo. vel nisi ius possidenti resisteret, vtpote quia habet duo beneficia incompatibilia. c. ordinarii. §. 1. de offic. ordina. lib. 6. Et potest dici titulus coloratus quando non est nullus ipso iure, sed venit annullandus. & quando est nullus, dici potest incoloratus. Feli. in cap. in nostra. correla. 36. versi. nono not. de rescript.

¶ Requiritur tamen quod habeat titulũ & coloratum a principio, quia si in initio haberet incoloratũ. & postea superueniret titulus colorat 9, nõ prodesset cũ præscriptio ista triennalis incipiat currere ab illo tẽpore quo habuit titulũ coloratũ. l. certe. §. penult. ibi, incipiet. ff. de preca. Etiam quia antequam habuerit titulum saltem coloratũ, est violẽtus, seu intrusus. glo. in d. verb. coloratum. circa fi. in prag. qui omni tempore possunt molestari, vt infra dicetur.

¶ Quinto extende, siue habuerit beneficiũ in titulum, siue in cõmẽdam ad vitam. glo. in pragma. sanctio. in verb. titulum. vbi dicit titulum large accipi pro quolibet modo obtinendi beneficia a iure approbato. Sequitur D. Boerius in addit. ad Dy. in regula 1. de regu. iur. lib. 6.

¶ Nam cõmẽda cẽsetur canonicus titulus ca. dudum. in. 2. de elect. c. qui plures. 21. q. 1. Archi. in. c. si propter. in fine de rescrip. lib. 6. c. nemo. de elect. co. lib. Feder. in tract. de permutatio. beneficio. q. 15. Nicolaus mili9 in verb. beneficiũ. §. 25. Guido papæ in deci. Delphina. q. 152. quinta. & ita tenetur in Francia, & fuit prolatum arrestum Parisiis, vt refert Ioan. gallus in quæstio. per arresta. q. 20. cum sequent. vbi dicit: Quãdo commenda fit ad vitam, dicitur verus titulus.

¶ Quod sic probatur, cõmẽdatarius potest constituere procuratorẽ ante litem cõtestatam, sicut is qui habet titulũ. Matheſſil. notab. 191. nota quòd licet procurator.

¶ Et potest permutare beneficium cõmendatum cum alio dato in titulum. c. fin. & ibi plene Imol. de rerum permuta.

¶ Item potest ex redditibus beneficii commendati viuere, sicut is qui habet in titulũ. d. cap. nemo.

34 35 36 De commenda no hic multa. 37 38 39

Source : BIU Cujas

¶Et ſuper illis tranſigere, ac eos vẽdere, poteſt. Domi. cõſi. 17. pro declaratiõe in fine.

¶Et habet liberam poteſtatem in temporalibus & ſpiritualibus. Panor. in. c. cum nobis olim. notab. vlti. de elect.

¶Item cõmendatarius abbatiæ cẽſetur verus abbas, ideo poteſt illi delegari cauſa a Roma. põtifice, ſicut abbati titulario, & habet locum. c. quoniam abbas. de oſtic. deleg. teſte Barb. conſil. 2. ſapienter. col. vlti. in. 2. volumi. Quod in Francia obſeruatur, teſte Chaſſa. in conſuet. Burg. in rub. des ſucceſſions des baſtardz. §. 3. nu. 58. in conſi. ibidẽ poſito. & ſicut tenetur intra annum promoueri is qui habet in titulum, ita is qui a papa habet in cõmendam, quia magis adſtringitur hic, q̃ ille. d. c. nemo. vide glo. in ca. licet in verbo cauſa. de electio. in prag.

¶Et ideo in commendis a Roma. pontifi. factis ſolent hæc verba inſeri, talẽ. N. prioratum cum omnibus iuribus & pertinẽtiis ſuis tibi auctoritate apoſtolica commendamus, per te quandiu vixeris, & dictum prioratum. N. obtinebis, tenẽdum, & etiam gubernandum, ita quod durante commenda huiuſmodi, de fructibus, redditibus, & prouẽtibus ipſius prioratus. N. diſponere & ordinare valeas, ſicut veri priores ipſius prioratus qui fuerunt pro tempore, ordinare & diſponere potuerunt, & etiã debuerũt. &c. En ergo quomodo papa æquiparat eos habentibus titulum, ergo eodem iure vti debent. c. de multa. de præb. licet glo. in regu. cancel. 33. contra teneat.

Imo hodie in Francia vacant beneficia per mortem cõmendatarii, & ſic impetrantur, ac ſi in titulum haberentur: licet de iure ſecus. Feder. in tract. permut. q. 15. Et per commẽdam habet quis ius in beneficio cõmendato. glo. in ca. licet. in verbo cauſa. de elect. in pragm. ideo poſtquam non habens principio plenũ ius in beneficio, vtpote habens coloratum titulum, nõ debet moleſtari poſt trienniũ, fortius is qui habet ius præ textu commendæ, vt dixi.

Nec obſtat ꝙ beneficia non debent cõmendari niſi vſq3 ad ſex menſes. d. c. nemo & iſte tex. debet intelligi de beneficiis perpetuis, vt infra dicam. c. ſanctorũ. 70. diſt. c. præcepta. 55. diſt. glo. in cap. paſtoralis. 7. q. 1. Reſpon. verum eſse ab ordinario in eccleſiis parochialib9, alia vero beneficia etiã ordinarii poterunt commendare ad vitam. c. qui plures. 21. q. 1. Domi. & Philip. in d. c. nemo. & in his' poſſet habere locũ iſte tex. & in commẽdatis a papa: ſecus in dictis parochialibus beneficiis datis ad tempus, per ſupradicta, & infra dicetur. 45

¶Nec refragatur ꝙ cõmendatarius ad nutum poteſt remoueri. c. obitum. & c. cathaneñſis. 61. diſtin. c. conſtitutum. 7. q. 1. quia non eſt niſi quoddam depoſitũ, quod ad deponentis voluntatem poteſt libere reuocari. etiam ſi fuerit dictum ꝙ duret vſque ad obitum. l. 1. §. ſi ſic depoſuero. ff. de depoſi. c. bona fides. depoſ. Quod intelligo verũ quãdo ad eccleſiæ vtilitatẽ facta eſt commẽda. ſecus ſi ad perſonæ vtilitatẽ, vt cõmuniter fit maxime in Frãcia, vt dixi, tũc nõ poterit reuocari durãte vtilitate, & ſic vita cõmendatarii: & hoc quando à papa, niſi tamen ex cauſa. & ita ſeruatur, prout cõſuluit. Rom. conſilio. 350. in caſu. ſicut procurator in rẽ ſuam non poteſt reuocari. l. procuratore. ff. de procura. gloſ. in. l. ſicut. §. ſi procurator. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. 46

Cõmẽdatarius an poſsit remoueri.

¶Sic nec commendatarius, qui dicitur procurator in rem ſuam. Bal. in. l. 1. col. 4. C, de actio. & obliga. Imo ſecundum do. Alcia. in l. pactum curatoris. C. de pac. poterit commẽdatari9 diſsipare fructus beneficii. quod dixi eſse a iure bene alienum, in repe. c. poſtulaſtis. 4. no. de cleric. excom. miniſtrant. prout dicit Archi. in ca. ſtatutũ. §. acceſſorẽ. de reſcrip. in. 6. ſequitur Barb. conſil. 19. vbi Chriſtus. col. 1. in. 3. vol. vbi dicũt hæreticũ eſſe in iure dicere beneficiatum facere fructus ſuos, ergo non poteſt eos diſsipare, cũ 47

Source : BIU Cujas

Vigeſima concluſio. Etiam bullis non ſeruatis tenetur ſoluere penſionem, is qui ita conuenit. Boer. in tract. de dignit. leg. in fi. quia renũciari poteſt regulæ apoſtolicæ, & priuilegio in fauorem ſuum introducto. l. ſi quis in conſcribẽdo. C. de epiſcopis & cler. Et iſta ſunt quæ frequentius in materia penſionis vſu veniũt, ideo ea duxi perſtringenda. Alia multa ponerẽ, quæ poſſent aſcende re ad iuſtum volumẽ, ſed extra oleas. & poſt quam hæc dictauerã, inueni tract. de pẽſio. Io. Bapti. Caccialupi, in quo triginta quæſtiones deciduntur. ibi vide ſi lubet, quia ſi prius vidiſſem, hæc non ſcripſiſſem.

138 Noua petrat poſt t nium prode

Decimonono amplia etiam ſi de nouo impetraret, quia illa noua impetratio poſt triennium eſt nulla, per text. in verb. impetrati. in pragma. licet in tex. concorda. habeatur, ratione iuris nouiter reperti. & idẽ poteſt eſſe ſenſus. Vel poteſt intelligi, ſicut tranſactio bona fide facta, non reſcinditur prætextu inſtrumẽti poſt reperti. l. ſub prætextu. C. de tranſactio. nec iuramentum voluntarium. l. admonendi. in fin. ff. de iureiurand. l. 1. C. illo titu. Sic nec reſcindetur triennalis poſſeſsio, etiam ſi iſte inuenerit impetrationem prius factam, & antiquiorem, quam ſi ante triennium completum in iudicium deduxiſſet, obtinuiſset. capit. eam te. de reſcript. & vterque intellectus poteſt ſuſtineri. vltimus melius conuenit text. concordatorum.

139 De re lari qui poſſedi bñficiu ſecular vel ec uerſo.

¶ Vigeſimo procedit etiam ſi ſecularis poſſediſſet triennio beneficiũ regulare, vel cõtra ſine diſpenſatione. per tex. in c. cũ de beneficio. de præbẽ. in. 6. vbi natura beneficii poteſt præſcribi, videlicet vt ſeculare fiat regulare, vel econuerſo, facit quod dicit Felin. in c. in noſtra. col. vlti. de reſcript. vbi ſi regularis habens beneficium ſeculare ſpolietur, licet ſit inhabilis reſpectu tituli, poterit tamen intentare remediũ poſſeſſorium reſtituendæ, & per conſequẽs facit fructus ſuos, cum poſsit præſcribere, vt d. cap. cum de beneficio. nec poteſt negari quin iſte habeat titulum ſaltem coloratum, ergo procedet hoc decretum, quod excipit tantum violentum, ergo in aliis firmat regulam. glo. & doct. in. l. 1. ff. de reg. iur. per text. in §. vt autem. in authent. de non alienand. reb. eccle. coll. 2. Nõ obſtat d. c. cũ de beneficio. quia dicit nõ eſſe ſolitum regi per regulares vel contra, niſi fuerit ſic poſſeſsum per quadra-

Source : BIU Cujas

ginta annos. sed de possidente non dicit an sit molestandus, & etiam quia ista regula est noua, & ita dixi ibidem, videlicet quod hæc triennalis possessio non alterat naturã beneficii, sed cõfirmat titulum coloratum, & sic post mortẽ illius secularis non debebi tur secularibus, si non fuerit per quadragin ta annos possessum, licet post tres annos nõ potuisset possidens molestari. vide tamen quæ dico infra eod. nu. 259.

¶ Vigesimoprimo procedit iste tex. vt quis non possit post trienniũ molestari, etiam si sine noua collatione vigore consuetudinis optasset beneficium, quod postea per trien nium possedit, iuxta tex. in c. fin. de cõsuet. in. 6. vbi dicit loã. And. & alii, quod ille qui optat vigore consuetudinis sine noua colla tione vel titulo, dimittit antiquam præben dam, & optatam recipit, vt sit in præbenda sicut in domo. antiquior enim cui ius optan di domũ competit, sine noua collatione an tiqua domo egreditur, & optatam ingredi tur. sic est in præbenda. & pro hoc facit tex. in l. fistulas. §. 1. ff. de contrahen. emp. Barb. consi. 60. præclare. col. penul. in. 4. vo.

Et est casus in quo ius in beneficiis pro pria auctoritate quærere possumus. Et sic sustinui conclusionem hanc, quæ etiam pro batur in cap. si tibi absenti. de præbend. lib. 6. & c. si pluribus. illo tit. & cap. licet episco pus. ibidẽ. & in extrauag. execrabilis. §. sta tuimus. de præbẽ. in extrauag. Io. 22. & cap. referẽte. illo titu. & capit. gratia. de rescrip. in. 6. quæ iura scienti inducere probant.

Nec obstat quod beneficiũ nõ potest ob tineri sine canonica institutione. reg. 1. de reg. iur. in. 6. c. 3. de insti. Respõ. his casibus canonicam posse dici institutionem, cũ iure canonico confirmetur. & illud canonicum dicitur, quod secundum ius canonicum fa ctum est, vel approbatum. c. causam. in fi. de rescrip. cap. cum olim. de dolo. ca. 1. de filiis presbyter. in. 6. sic dicitur legitimum, quod aliqua lege firmatur. l. legitima. ff. de pact. vel ibi prohibetur acquiri beneficium, sed non ius ad illud, & sic dixi in conclusione, ius in beneficiis propria auctoritate quære re possumus. Nota prædicta, quia videntur mirabilia. sed non posse facilius tuebitur di cit altera conclusio, quas hic pro virili tu tatus sum in secunda repetitione.

¶ Vigesimosecundo procedit, vt non de- 143
beat molestari, licet non possederit nunc ni si vnum annum beneficium, ad quod reuer sus fuerat, iuxta c. si beneficia, de præb. in. 6. quod ante possederat triẽnio vel biennio: quia postquam libere potest reuerti ad suũ beneficium, ergo non habito aliquo detri mento, vt dicit ibi text. ne talis ignorantia eis, cũ sint sine culpa, præiudicialis existat: & sine noua collatione, quia non videtur di misisse, q ad id statim redit. l. quicquid. de reg. iur. ff. & ista opinio est valde æqua, quã videtur tenere Collecta. in capit. relatum. colum. 2. de cleric. non resident. dicẽs quod is qui vult redire ad suum primum, potest, nec poterit sibi referri quæstio, quod nõ ha beat ius in eo. cõtraria tamen opinio de stri cto iure forte. videtur verior per text. in. l. denique. ff. ex quib. caus. maio. vbi possessio semel dimissa nõ restituitur nisi apprehẽda tur, & ideo erit necesse de nouo possidere per trienniũ. Nec obstat, quod non videtur dimisisse, quia cõtrariũ est verum, quod ve re dimisit. dic vt infra dicam in. 13. limita.

Sustinui tamen conclusionẽ hanc, quod 144
resignans beneficium, ad id sine noua col latione redire non potest. ratio est, quia per 145
resignationem quis perdit ius ad beneficiũ quod postea petere non potest sine noua collatione, cum beneficium non possit obti neri sine collatione, vel canonica institutio ne. regula. 1. de reg. iur. in. 6. Feder. consilio 156. punctus talis.

Cõclusio. Resignãs bñficium sine noua collatio ne ad id nõ potest redire.

¶ Imo resignans beneficium ex causa per mutationis, quæ non habuit effectum, non potest secundum vnam opinionem ad suum beneficium redire sine noua collatione.

Source : BIU Cujas

Panor.Felin.& alii in c.cum venerabilis.de except. Ioan.de Selua in tractat. de beneficio in.3.parte quæſt.24.quia per renunciationem dicitur beneficium vacare, per totum titu.de renuncia. Et beneficium vacãs non poteſt quis ſine noua collatione obtinere,vt dixi,& tenet d. Probus in addit. ad Mona.in capi.vno de rerum permuta.in.6. Item non poteſt inſtituere ſeipſum.cap.final.de inſtitu.

146 De clauſula poni ſolita in permutationibus beneficiorum.

Tamen quando beneficiũ reſignatur ex cauſa permutationis,& non alias, ſi non admittatur illa permutatio, poterit epiſcopus dare licentiã cuilibet reuertendi ad ſua beneficia etiã reſignata. Rota deciſio,101.& deciſio.363.in antiq.& iſta eſt cõmunis opinio teſte Soci.conſil.168.in primis.volu.2. Item quando quis renunciat vt conferatur tali.N.nec alias, nec alio modo,hæc verba habent vim conditionis.Bal.in authen.ingreſsi.col.4.C.de ſacroſanctis eccle. Et faciunt vt nihil tunc videatur actum. gloſ.& ibi Bal.in.l.ſiquidem.C.de exceptio.Bal.in .5.denique.col.vlti.quæ fuit prima cauſ.benefi.amitten.refert Iaſ.conſil.162.in cauſa. colũ.4.volu.2.Bertrand.cõſi.133. viſo proceſsu.verſ.præterea.in.2.volu.

147 Intellectus ca.ſi bñficia.

Nec refragatur d.c. ſi beneficia,quia ibi non reſignauit ſuum beneficium,ſed dimiſit, vt aliud melius forte haberet.ita probat tex.ibi,& poſt prædictorum adeptionem dimiſsa.& ibi,dimiſerint beneficia.& ibi,eũdem quoque modum in dimittẽdo recepta & recuperando dimiſsa, &c. quæ dimiſsio non habet vim reſignationis,quia ex futuro apparebit euentu, non eſse ius tranſlatũ in alium .de Rota deciſio.3. de rerum permut.Feder. conſil.156.per id quod habetur in c.ſi quis iam tranſlatus 21.q.1. & c.ſi qui epiſcopi.92.diſtin.ca.paſtoralis.& ſequent. 7.quæſtio.1.vbi quis poteſt redire ad primũ beneficium.quando iure nõ fuit tranſlatus, quia nõ videtur dimiſiſse, qui ad beneficiũ ſuum ſtatim redit,arg.l.diuortium.ff. de diuort.facilius quis abſque noua collatiõe reaſſumit ius in beneficio quod prius habebat,quod nõ reſignauit,quàm ſi nouiter acquireret,arg.c.cum acceſsiſſent.in glo.vlt. de conſtit.facit.l.filio.ff.de liber.& poſthu. vbi teſtamentum potius ſuas reaſsumit vires,quàm de nouo acquirat.l.2.C.de poſth. hæred.inſtitut.De rota deciſio.863.ſi.A & B.in antiq.

148 Factis declaratur voluntas.

Si replicetur,nil intereſse, ſuffragio populum voluntatem ſuã declarare,an rebus ipſis,& factis.l.de quibus.ff.de legib9. præter ea tam verbis quàm factis declaratur volũtas.l.final.ff.de diuort.ibi,intelligi eum hoc ipſo nolle nuptam ſibi,quòd actionem rerũ amotarum importet, quæ non ſolet niſi ex diuortio oriri &c. Ad hæc ratum haberi poteſt,non tantũ verbis,ſed etiam actu.l.Paulus.ff.rem ratã habe. & ſicut poteſt pars appellare quando verbo iudicis grauatur. ita quando facto.cap. ex parte M. de appellat. Imo fortior eſt appellatio,quæ ad papam facto interponitur,quàm verbo: vtpote ſi qs iter arripiat ad papam.capit.dilecti.1.& ca. vt debitus.de appella. & apoſtolus inquit, Confitentur ſe noſse deum,factis autẽ negant.& facta ſunt fortiora ad declarãdum voluntatem,quàm verba, quæ ſæpe contra mentẽ proferuntur.cap.exiſtimant.11.quæſtio.3.& d.cap.dilecti. multo enim amplius eſt,inquit iuriſconſultus,id facere,quàm in vinculis pronunciare fuiſse.l. ſi tamen.5.ei cui.ff.de ædilit.edict.& ſic plus erit renunciare facto quàm verbo. Archid.in cap.vno in fin.de cleric.coniugat.in.6. & in d.capi. ſi beneficia.per cap. meminimus. de appell. Lucas de penna in.l.1.C.de his qui ſponte publica munera ſubeunt.lib.10.cap.vno de cleric.peregrinãt.& ibi gloſ. Decius plene conſil.583.iuridicam.colũ.2.& conſil.586. in cauſa circa finem. Reſpon.qui reſignat beneficium & dimittit, re & verbis dimittit,ideo plus debet operari,quàm ſimplex dimiſsio, quia duo vincula ſunt vno poten-

Source : BIU Cujas

tiora.ca.vno de treuga.& not.in.l.baliſta. ff.ad treb.& ſic forte poſſent conciliari opiniones, vt videlicet quando dimittit ſuum beneficium ſine reſignatione, vt habeat melius, ſi ad id redeat, primum triennium profit ei per d.cap.ſi beneficia. vbi dimiſsio nō eſſe debet præiudicialis quod alias eſset, ſecus ſi reſignaſſet, quia tunc cum ex nouo in re veniat, requiretur nouum triennium, & noua poſſeſsio, & ſic primum trienniū non proderit. Cogita.

¶ Probatur nouiter intelligendo tex. in ca. quod in dubiis, de renunc. vbi ſunt hæc verba, hi præterea, qui beneficiū eccleſiaſticū ſibi collatū, ſponte in manū laicā reſignantes, illud denuo a laico ſuſceperunt, eodem ſunt beneficio ſpoliandi, licet reſignatio talium facta laico nullā obtineat firmitatē. & ſic patet renūciationē verbalē in manibus laici factā, ſi ob illam non dimiſerit beneficium, nō valere etiam quo ad præiudiciū reſignantis. hoc dicit tex. contra intellectum doctorū. Si tamē ob eam dimiſerit beneficium, & ſic tā facto quàm verbis ceſsit, valet. & hoc probatur ibi, denuo ſuſceperunt a ſimili probatur in.l.3.C. de fide inſtrum. ibi, denuo. & l.ſi vt proponis. 1.C. quomodo & quando iudex. & ſic patet quod dimiſerat beneficium, per illud verbū denuo. de quo in ca. tum ex literis. de in integ. reſtit. & iſte eſt nouus intellectus ad cap. quod in dubiis. qui tandiu iacuit ſepultus. Nec obeſt ſi replicetur de §. hoc amplius. inſtit. de rerum diuiſi. vbi dimiſsio priuat quem dominio rei ſuæ. ſed illud intelligitur, quando ea mente rem dimittit, vt nolit amplius eā in ſuo patrimonio eſse, quod apparet ex actu celebrato. Secus eſt in dimiſsione beneficii, quam quis facit vt beneficium melius habeat, quia ſi nó poſsit habere melius, non eſt veriſimile quod ſuum beneficium multis expēſis & laboribus acquiſitū, quo ſuſtētari debet, facile perdere velit, & reſignet. tex. in c. ſuper hoc. de renuncia. & ſic videtur quodāmodo habere poſſeſsionē ciuilē. de qua per doct. in.l. licet. C. de acq. poſſeſ.

¶ Nec refragatur ſi dicatur, paria ſunt renunciare, tacite vel expreſse. cap. quàm periculoſum. 7.q.1. quia fateor quo ad hoc, vt renuncians perdat quod renunciauit, ſi ad id non reuertatur. ſed in dimittente beneficium permittitur libere reuerti, per d.ca.ſi beneficia. quod non eſt in reſignante. Vel reſpond. ad tex. in d.ca.ſi beneficia. loqui in priuatione iuris, quæ non valet poſtquam adeptio non habuit effectum. Feder. in tra. de permut. benefi. q.8. Soci. cōſil. 168. in primis. colū. 2. volu. 2. per. l. Claudius. ff. de acqui. hæred. l. certi cōdictio. §. quoniā. ff. ſi certa. pet. ſecus in priuatione hominis expreſsa, quæ remanet firma. licet finis actus non ſequatur. l. plane. in princip. ff. de leg. 1. Bar. & Alexan. in. l. ſi cū dotē. in prin. ff. ſolu. matri. quia mitius agitur cū lege quā cum homine. l. Celſus. de arbitris. tene primam. 150 Paria ſūt tacite vel expreſſe remuncia re.

Nec refragātur iura ciuilia, videlicet tex. in. l. cum precibus. & l. rebus. C. de rerū permut. vbi quis poteſt repetere id quod dedit cauſa permutationis, ſi non fuerit ſortita effectū, quia in prophanis rebus loquitur, nos autem in ſpiritualibus, vt no. in c. penul. de rerum permut. quæ ſpiritualia ſemel perdita non poteſt quis adipiſci ſine nouo titulo. idem reſpond. ad totum titulum de condict. cauſ. dat. & ad. l. naturalis. §. 1. de præſcript. verb. gloſ. in c. cum inter R. de elect. ita in propriis terminis reſpondet. 151

¶ Minus obeſt tex. in c. 2. de renunciat. vbi poſt renunciationē quis pōt habere beneficiū ſine noua collatiōe cū ſimplici inueſtitura. Sed reſpon. cp inueſtitura habet vim collationis, imo ſumitur pro collatiōe qñ ante eam nō præceſserat aliqua collatio. gloſ. & Panor. in c. auctoritate. de inſtitu. & idē Panor. in c. 2. col. penul. de conſue. arg. ca. 1. de conſue. recti feud. text. in capi. pro illorum. & ibi Cardi. in. 3. notab. de præbend. vt alibi dixi.

Source : BIU Cujas

¶ Nec me mouet, c. ſane. illo titu. de renun cia. quia ibi fuit facta noua collatio per no uas literas, in quibus mandatur canonicis, quòd nõ obſtante renunciatione ipſum in canonicum & fratrem admittant. & ita illũ tex. intelligit ibi Bald.

¶ Nec facit cap. ſuper hoc, ibidem, quia dũ tex. dicit admittere nõ poſtponat, debet intelligi, quod iudex non poſtponat admittere cauſam ſpontaneæ abiurationis, & exceptionem, & ſic non loquitur de admiſsione ad beneficium ſine nõua collatione.

153 ¶ Præterea vrget valde tex. in ca. ex parte. in. i. de offic. deleg. vbi paria ſunt dimittere & reſignare, intellige vt vbi tex. exprimit, quando vellet omnino dimittere. Et ſic de notat totalem reſignationem, & abdicationẽ, ſecus ſi ſimpliciter dimitteret, vt aliud poſſet habere, vt d. ca. ſi beneficia. ☞ Ideo ſiquis renunciat liti, non videtur renuncia re titulo beneficii. Calder. conſil. 5. an habens. in fi. Rub. de præb. refert Decius conſil. 495. viſo nu. 20. ☜

154 ¶ Primo fallit quãdo reſignatio nõ tenuit: tunc ſine noua collatione redit etiam poſt renunciationem. cap. fin. de renuncia. & ibi plene doct. quia quotiens vitioſe cautũ eſt &c. l. quotiẽs. ff. qui ſatiſd. cog. Imo arreſto cautum eſt, renunciationes factas in fauorem, nullius eſſe momenti corã alio, quàm ſummo põtifice, nec etiam eſſe præiudicio reſignãti. anno. 1513. in cauſa Hardoin fornier appellantis à præpoſito Pariſien. contra Renatum Valin intimatum.

155 ¶ Secũdo fallit, quando coacte reſignauit: quia tunc permittitur miniſtrare in eadem eccleſia non obſtãte renũciatione. c. ſi vero. & ibi Feli. de iureiur. & hoc eſt introductum ad coercendũ iniquitatẽ eorũ qui eccleſiaſticos viros ad renunciandum, & præſtandum illud iuramẽtum cõpellunt. probatur. i c. 3. & ſequẽ. de his quæ vi met. ve cauſa fiunt. & ille renunciationes ſic factæ non valent. cle. multorum, de pœnis.

¶ Nec obeſt, ꝙ titulus ſemel extinctus per renunciationẽ. non reuiuiſcit ſine noua collatione. l. qui res. §. areã. ff. de ſolut. hoc procedit, niſi aliud interueniat, per quod ſequatur integra reſtitutio. facit. cap. ab exordio. 35. diſt. & res de facili ad ſuam naturam redit. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pac. 156

¶ Notandum eſt ꝙ in quibus caſibus poteſt redire ad ſuum beneficiũ ſine noua collatione, debet intelligi. quando illud beneficium dimiſſum non erat occupatum, alioqui non poterit redire ſine noua collatione. Rota deciſ. 23: & deciſio. 63. ſi quis permutauerit. & deciſio. 339. ſi illegitimus. in nouis. quia etiam hæres non poteſt propria authoritate res hæreditarias accipere quando ſunt per alium occupatæ. Innocen. in capit. tranſmiſſam. de elect. Alexan. & Iaſ. in. l. iuſte. ff. de acqui. poſſeſſ. Decius in. l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. Item victori nõ licet propria auctoritate ingredi poſſeſsionem, quãdo erat ab alio occupata. Panor. & Feli. in ca. de cætero. col. 5. & ſequen. de re iudi.

¶ Poſtremo amplia quod non poteſt moleſtari, nec directe, nec per indirectũ, regula cum quid vna via. de regu. iur. lib. 6. Alexã. conſil. 220. nume. 8. in. 6. volu. & conſi. 151. in fine volu. 7. gloſ. plena allegationibus in cap. conſtitutus. de conceſ. præb. nam etiã pœnalis conſtitutio habet locum non ſolũ contra venientem in iuris diſpoſitionẽ directe, ſed etiam contra venientem indirecte. tex. no. in. c. ad noſtram. & ibi Panor. & Barba. de emptio. & vendit. vide Dec. in regula. in iure. ff. de regu. iur. Ex quo infertur, quòd nedum is qui poſſedit beneficium pacifice per triennium, non poteſt moleſtari, ſed nec etiam is cum quo eſt facta permutatio. imo is qui de nouo habet beneficiũ triennio per permutantem poſſeſsum, poterit iuuari hoc decreto, & explere moleſtantem eum ſicut is poterat à quo habuit cauſam, quia ſucceſsor poteſt vti defenſionibus ſui auctoris, contra quem regreſſum habet de

15 Is qui bet be ficiũ p mutat an ho decre iuuetu

Source : BIU Cujas

euictione.l.emptor.C.de euict.

¶Item in beneficialibus licitum est succes sori vti iure prædecessoris.quod est exclusiuũ inrẽtionis agentis.Ioh. And. & Card. in cap.mandatum.de rescri.Imol. & Feli.in cap.capitulũ.ibidem.Sed prædecessor post triennium ante permutationem factam poterat excludere aduersariũ, ergo successor eius nomine poterit, cũ sufficiat excludere aduersarium per exceptionem iuris nõ sui. Io.And.& Cõpost.in d.c.mandatum.

¶Præterea si euinceretur ab eo cui fuit datum causa permutatiõis, posset is redire ad suum alterum beneficium, per c.si beneficia.& ibi not.de præb.in.6.c.pen.de rerum permu.& c.vno.illo tit. in 6.ideo molestaretur is qui dedit, vt no.in.l.si cõtrouersia. &.l.si permutationis.C.de euicto.

58 ¶Nec obstat quod successor in beneficio non potest vti accessione sui prædecessoris, quia nil de iure prædecessoris trãsit in successorem,glo.in eodẽ tit.in verbo possedit. *i* prag.hoc est verũ,qñ collatio fit libere,secus si quis subrogetur in ius alterius, vt quãdo confertur ex causa permutationis, quia si permutãs nil iuris habebat ad beneficiũ, sic nec habebit is cũ quo est facta permutatio,not.in d.c.vno.de rerũ permut.in.6.

¶Vel respon.q̃ nõ potest successor in beneficio vti accessione prædecessoris,quando successor ex titulo & possessione prædecessoris volebat ius suum fundare sine nouo titulo,secus ergo quãdo successor se fundat ex proprio titulo nouiter acquisito, & ad excludendũ alterius titulũ,excipit de iure sui prædecessoris, & hoc potest facere, prout concludit de ripa in lib.1.respond.de legibus.capit.17.in causa.& ista sunt valde notanda,& in eis sæpius vidi dubitari.

59 causa ouo post ium esta set.

LIMITA primo nisi ex causa de nouo orta, quia tunc impetrari posset beneficiũ, & triennalis possessor molestari, vtpote si simoniam committeret post triennium,argu.cap.cum inter.de renuncia.cap.1.& per totum titul.de cleric.non resident.Barb.cõsilio.11.in primo volu. quia quæ de nouo emergũt, nouo indigẽt auxilio.l.de atate.§. ex causa.ff.de interrog.actio. vel si haberet ecclesiam parochialem, & intra annũ post dispensationem ad bienniũ finitam nonest ad sacros ordines promotus, per capi.licet canõ.de elect.lib.6.Chasa.in cõsue.Burg. in rub.des successions. in §.3.glos. habille. Ergo cum non habeat coloratum titulũ.poterit molestari etiam post trienniũ, nec iuuat primus titulus, quia nullus effectus est. Idem si esset adeptus post triennium secundum beneficiũ incõpatibile cũ primo.Barb. d.cõsi.11.col.9.vol.1.per c.de multa.de præben.& ca.licet episcopus.eo.titu.in.6.& in extrauag.execrabilis.illo titul. 160

Sine titulo possidens nõ iuuat hoc decreto.

Secundo limita,quando sine titulo posse dissetvt hic dicitur in fine, & glo.in verb. possideat.eo.tit.in prag.Feli.in c.sicut. numero.30.versic.5.aduerte.de re iudi. etiam si post triennium superueniret titulus. glo. in fi.in verb.coloratum.eo.titu. Cardinal. consil.108.vacantibus.

Not. quod ad probandum titulũ non sufficit ostendere sententiam esse latam in palatio in petitorio,quia beneficium ex canonica institutiõe obtineri potest. non ex sententia.c.1.de reg.iur.in.6.Secus in possessorio, quia non est verisimile quod palatium pro aliquo iudicasset,nisi prius vidisset titulum.Egid. de bella mera decis.578.spoliatus.Feli.in capit.cum venerabilis.col.12.de exceptio.refert Hippo.in rub.de proba.fol. 20.col.2.Ego non video rationem diuersitatis,nisi diceret se perdidisse titulũ & probaret,quia etiam tunc in vtroque casu sufficeret ostendere sententiam,per no.in.l.testium.in fine.C.de testib. 161

Sic nec sufficit cõfessio aduersarii.Barb. consi.10.difficile.col.2.in.3.volu. quia non ex confessione, sed ex canonica institutione beneficium obtineri debet.capit.ex frequentibus.de instit.Domi. consilio.38.pro 162

Source : BIU Cujas

clariori. col. 2. Et hoc ad probandum titulum, secus ad iustificandum & coadiuuandum. glo. sing. in c. duobus. in verb. si nō appareat. de rescript. in. 6. & ibi multa addidi.

163 Si tamen collationes registrarentur in vno loco, & ostēderetur illa de qua agitur, non esse registratam, ille remouendus esset, quanuis diu possedisset. Fel. in c. sicut. nu. 31. versi. tertio. aduerte. in fine de re iud. nisi ostēderet collationē in forma. vt ibidē not.

164 Tertio fallit quando possedisset, sed non pacifice, vt hic text. requirit, quia quando verba non conueniunt, nec eius conuenit dispositio. l. 4. §. totiens. ff. de damno infec. & etiam quia hic requiritur illa qualitas.

Pacifice quādo dicatur. Quæro quando dicatur pacifice possidere? Respon. quando nullam patitur controuersiā iuris vel facti, nec in iudicio, nec extra iudicium. Card. & alii in clemen. gratiæ. de rescript. de Rota decis. 61. sufficit in no. Feli. in cap. cum Ioannes. nu. 33. de fide instru. Decius in ca. 2. no. 2. de confir. vtil. cap. fi. ne præla. vices suas.

165 Aliquādo pacifice dicitur, sine controuersia verbi, vel facti. c. cum olim. de dol. c. ex parte. de testi. c. vlt. ne præla. vices suas. Bal. consi. 288. omnis qui rē. col. 2. volu. 4.

Item pacifice dicitur sine vi. l. vim facit. ff. de vi. & vi arma.

Insuper pacifice dicitur sine quæstiōe. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. c. venerabili. de offi. deleg. c. cum ecclesiasticæ. de excep. c. dudū. in fi. de deci. c. 2. de renunc.

Aliquando sine reuocatione in dubium l. extat. & ibi glos. ff. quod met. caus. Bal. d. consil. 288. omnis qui rē. in. 4. vol. vel pacifice, id est amice. c. ex multiplici. de deci.

¶ Quandoque pacifice, id est, iure glo. in c. placuit. 1. 16. q. 6. hic tamen dicitur pacifice, id est, sine lite. & sic licet sit controuersia verbalis, si nō fuerit peruentū ad citationē, dicetur pacifice possidere, vt in tex. pacifice, id est, sine lite. Sic exponit glos. in clem. vna. de sequæst. poss. & fruct. glos. in regula cancella. 33. & sequent. allegans text. in ca. cum causam. de appell. Bonifa. in d. clemē. vna. col. 4. Guido papæ in decisio. Delphina. q. 85. curia. licet alibi dicat sufficere, si possideat de facto. & dicitur pacifice possidere, licet sibi moueatur controuersia de iure. Guido consil. 134. circa. in. 3. dubio. & sing. 365. & sequen. Rota decisio. 36. not. quod vbi, in antiq. Et hoc intelligerem quo ad alios qui non mouent controuersiam, licet sibi moueatur per aliquem. tamen si habeat coloratum titulum, illo iuuabitur.

☞ Item priuilegium concessum possessori, intelligitur de pacifico possessore. Præpos. in c. 1. col. pe. 33. dist. allegat glo. in verbo neutro. in cle. 1. vt lite penden. & d. Præpos. ibi multa dicit quæ hic bene seruiunt, vide si lubet. ☜

¶ Nec dicitur pacifice possidere qui habuerit recredentiam, etiam si obtinuerit in possessorio, & mouetur sibi lis in petitorio. gl. in. §. item quod vniuersitates. in verbo possidebunt. de colla. in pragma. vel si litigaret. etiam super possessorio. glo. sing. in c. commissa. de elect. lib. 6. secundum Feli. in cap. nec dei timorem. col. 2. de simo. Nec obstat glos. sing. in cap. 1. de confir. vtil. vbi res nō dicitur litigiosa, licet litigetur super possessione, tamen illa non dicitur pacifice possideri, nec hoc probat illa glo. 166

¶ Ex his infero, quod licet litigaret aduersus vnū per trienniū, & aduersus alios non, quod post trienniū non posset ab aliis molestari. quia fuit pacificus quo ad alios, & liberas habere ædes aduersus eos censetur. l. loci. §. pe. ff. si seruit. vend. Imo si adiudicata recredentia aduersarius taceat per trienniū, & permittat possidere partē aduersam, nō poterit possessor post triēniū etiā a parte aduersa molestari super possessorio. Arresto ita pronūciatū extitit in hoc senatu anno. 1509. in causa magistri Ioannis Tillon appellātis a seneschallo Andegauen. contra Bartholomeū Fo chier appellatū, & pro ap- 167

Source : BIU Cujas

pellato, qui poſſederat trienniũ poſt recredentiam.

¶ Item puto, quod ad hunc text. attinet, ſufficere ſi poſsideat maiorem partem reddituum beneficii, licet moueatur ſibi lis ſuper vno prædio, vel quibuſdam decimis, per glo. in d.c. commiſſa. Bal. in c. eccleſia. 1. in fi. de elec. gloſ. in d. regula. 33. Domi. conſil. 125. dubia. col. 2. verſic. ſuper tertio. Decius in d.c. 2. de cõfirma. vtil. Et iſta opinio fuit ſeruata in Rota teſte Guido. papæ in d. cõſ. 134. circa. in. 3. dubio, vbi dicit pacifice poſsidere quando habet liberum curæ exercitiũ, licet maioris partis poſſeſsionẽ nõ habeat. quod reprobat Imol. in d. cle. gratiæ. in fi. per c. ſi tibi conceſſo. de præb. in. 6. facit. cap. 1. de reſtitutio. ſpolia. eo. libr.

¶ Nec ſufficeret eſſe in poſſeſsione per triennium, ſi non poſsideret. Dec. c. conſultationibus. col. 2. de off. deleg. l. ſi quis ante. ff. de acqui. poſſeſ. vbi dicitur, longe aliud eſt poſsidere, aliud in poſſeſsione eſſe: & ſtudere, vel in ſtudio eſſe, ſecundum Alexan. ibidem. Tria tamen in tex. videntur requiri. Primũ, quod emanauerit citatio a iudice cõpetẽte, & quod illa ſit executioni demandata. ibi, ſi ad executionẽ citationis &c. Secundum, quod titulus agentis ſit in iudicio parti aduerſæ exhibitꝰ, ibi, iuriſque ſui in iudicio exhibitionẽ. nec ſufficeret extra iudiciũ, vt ibi. Tertiũ, quod omnes dilatiões ordinariæ iuris, vel ſtyli curiæ, quæ dantur ad litem conteſtandũ, ſint ante fluẽ triennalis poſſeſsionis lapſæ. gloſ. in verb. terminorũ eo. tit. in prag. alioqui dicitur quis pacifice poſsidere. Hodie omnia iſta nõ requirũtur.

Sed non diceretur pacifice poſſediſſe, qui ante annũ conuenitur ab aduerſario ſuper beneficio, & is declinat forũ, & antequam conſtituantur iudices, labitur trienniũ: tũc quia non ſtetit per actorem quo minus lis conteſtaretur, habetur pro conteſtata. text. ſing. in. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. in fi. ff. ſi quis cautio. & ad hoc ibi ponderat Bolod. in ſuis ſecundis interpretationibus. Nec requiritur litis conteſtatio quo ad hoc decretum, ſed tantũ vt non poſsideat pacifice, ergo ſufficeret citatio executa ante trienniũ. cle. fi. vt lite pend. & infra in verſi. lis autẽ. vide Bal. in Marga. in verb. mora. & Alex. conſil. 100. diſcuſsis. in. 5. volu.

Imo dicerẽ haberi pro conteſtata, vt non poſsit aduerſarius vti hoc decreto, imo etiã vt poſt triennium poſsit intentare interdictum vti poſsidetis, & res ſequeſtrari, quod poſt annum non datur. l. 1. §. 1. ff. vti poſsid. 171

¶ Quarto non procedit quando is qui poſſediſſet, non eſſet habilis, nec idoneus ad beneficia obtinenda, tũc poſſet poſt trienium moleſtari, quia verba generalia legis huius decreti debent intelligi de habilitate, etiam hoc verbum quicunque. text. in. l. emancipari. iuncta glo. ff. de adop. l. omnes C. ſine cenſu. & ibi glo. l. 1. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſca. libr. 10. l. 1. de ſacroſanc. eccle. l. 3. de fide inſtru. l. vt gradatim. ibi, ſi idonei ſunt. ff. de muneri. & hono. l. qui certo loco ſe debere exiſtimans ſoluit indebitum, quolibet loco repetet, ſcilicet idoneo, dicit glo. ff. de condict. indebit. l. 1. in fi. ff. manda. Feli. in cap. omnes leges. 1. diſtin. cap. in omni. de teſtib. plenius quam alibi per Hippoly. in. l. vnius §. cogniturum. ff. de quæſtio. dixi late in dict. l. 1. C. de ſacroſanct. eccl. Et hoc tenet expreſſe glo. in regula Cancel. 33. & d. Chaſſa. in conſuetu. Burgund. in rubr. des ſucceſſions. §. 3. gloſ. habille. Ratio eſt, quia poſſeſsio longi temporis non habilitat incapacem. ca. cauſam. & cap. accedentes. & ibi Panorm. & Feli. de præſcript. Ioann. Andr. in cap. 2. per illum tex. de præben. lib. 6. & etiam quia dum conceditur nouum ius, debet ſemper reſtringi, vt minus lædat ius cõmune, quam ſit poſsibile. l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. ca. cum dilectus. de conſuet. Iaſ. plene in. l. 1. §. nunciatio. col. 3. ff. de noui oper. nuncia. & quia inhabilitas præſcribi nõ poteſt, c. cum cau- 172 Inhabilis nõ iuuat hoc decreto.

Source : BIU Cujas

ſam,& ibi Petrus Ancha.de electio. ✣ nec ex diuturnitate temporis naſcitur. titulus i beneficialibus & ſpiritualibus Bal.per illum text.in c.ex parte ad.col.1.de teſtib.bene tamen eſt quædã preſtitutio Feli. ibi Idẽ in rebus prophanis.l.ſi filiuſſa.C. de petitio. hered.l.cum de in rem verſo.ff.de vſur. ✣

173 Quis dicatur inhabilis

¶ Quæro qs dicatur inhabilis ? quo cognito,cognoſcetur idoneus, & habilis:cum cõtrariorũ vno cognito, alterũ cognoſcatur l.1.ff.de his q ſunt ſui vel alieni iur. Et quo ad hoc quilibet præſumitur habilis niſi probetur inhabilis,arg.l. ſi quæramus. ff. de teſta.& per verbum quicunque hic poſitum, & per regulam,omnia cenſentur permiſſa, niſi fuerint prohibita.de qua glo.melior iuris in cap. inter corporalia. de transla. epiſco.Igitur dicam qui ſint inhabiles.

174 Infãs eſt inhabilis.

¶ Primo eſt inhabilis infans.indecorũ enĩ eſt ei concedere beneficiũ,qui nõ nouit regere ſeipſum.c.indecorũ. de ætate & quali, talis enim caret iudicio.l.cum prætor.ff. de iud.§.præterea.inſt.quib.non eſt permiſſum facere teſta. nec ſtabilem habet mentem. l. ſi.C.de teſta.mili.& quia nõ eſt rationis capax.c.firmiſsime. 15.q. 1.&.c. qui apud.1.q. 4.& quicquid videt, ignorat.l. 1.C. de falſ. moneta.nihil ſcit,vel ſcire præſumitur.l.ſi. ff.de iur.& fact.igno.nec ſentiunt vel cõſentiunt,nec charitatẽ habẽt.c.3.verſi. 1. de baptiſmo.neſciunt quid vtile ſit.§. eſt quoque in authen. de nupt. colla.4. Item non ſunt conſilii capaces.l. more.§. ſi. ff. de acq. hæred.infirmũ eſt illorum iudiciũ.l.ſi.ff.de manu.vindict. nec pleni ſunt animi.l. donatarum. C. de acq. poſſe. boni ac mali diſtantiã ignorant.Deutero.cap.1.in ſi. Addiſcat igitur prius,& in prudentia ſeneſcat.c.cum ex eo.de elect. libr. 6. Ergo per prædicta eſt cuiuſcũque eccleſiaſtici beneficiũ incapax, ſine apoſtolica diſpenſatione:& ideo ſi fuerit eidem collatum beneficium, & illud poſſederit triennium,poſtea poterit moleſtari, & ante,& quandocunque,cum iſte text. de habili tãtum intelligatur.vide Card. Alex. in ca.de his. 28. diſt. ☞ De diſpenſatione minorum ad beneficia vide Oldra. conſil. 329.& quæ poſſunt opponi contra prouiſiones apoſtolicas,& diſpenſationes minoribus conceſſas, tradit idẽ Oldra.conſil.325. cum duobus ſequent. ☜

17 Quãdo incia po infans bere.

¶ Poſt ſeptem annos recepta prima tonſura (quod poteſt cap. fina.de tempo. ordina. lib. 6.) erit habilis ad beneficia ſimplicia, quæ non ſonant in nomen rectoriæ, nec conſilii maturitatẽ requirunt, ſecus in aliis cap.de his.28.diſt.c.2.de æta. & quali. cap. ſi eo tempore.de reſcript. eodem lib. glo.in verb.rigoroſum.in rub.de numero & qualitate.Card.in prag.Panor. & alii in c. ſuper inordinata.de præb.gl.in regula cancel. 17. Io.de Selua in trac.de benefi.in. 3.parte. q. 5.Mandago. in tract.de elect.c. 7.partis. 1.

176

¶ Niſi illa beneficia ſimplicia de iure, conſuetudine,vel ſtatuto,haberent certum ordinem annexum,tunc ad illud etiã eſſet inhabilis.c.ei cui.de præb.in.6.cap. ſignificatum. illo tit. vel quando eſſent adminiſtratores eccleſiæ principales. Inno. in c. præterea.de æta.refert Imol.in cle.fi. illo titul. ordo enim naturalis ſeruandus eſt, vt qui ex defectu ætatis aut virtutisſub alterius tutela conſiſtere debet, alium ſub ſua gubernatione habere nõ poſſet.l. vlt. C. de legit. tute.Lucas in.l.fi.col.8.C.de tyro.lib.12.& poterit dici, Veh tibi eccleſia curata, cuius rector eſt puer.vt in ſimili dicitur Eccleſiaſtes.10. Veh tibi terra cuius rex eſt puer. in dignum eſt ad regimen potiſsime animarũ aſsumi,ne tanto periculoſius cadat, quanto citius ad altiora aſcendere feſtinat.§c. pueri. 1.q.1.cap.ſicut.48.diſtin. Imo etiam ſi neceſſitas cogeret,non ſunt admittendi.l.2.§. 1.ff.de iure immunita.

177

Diſpenſatiue poterit,vel ex cõſuetudine. c.ex eo.de elect.lib.6.Imo.in cle.fi.col. vlt. de æta.& qual.In his igitur ſimplicibus poterit poſt triẽniũ hoc iuuari decreto: in cura

Source : BIU Cujas

tis nō, cum sit inhabilis sine dispensatione, arg.l.1.§.fi.ff.quod cuiusque vniuersit. not.

¶ Ad canonicatus ecclesiarū collegiatarū post decē annos sunt habiles, vt est statutū in reg.Cancella.17.per quam tolluntur opiniōes positæ in c.superinordinata. de præb. & ca.ex insinuatione de simo.& ibi Ancha.dicit, quod impuberes possunt esse canonici in ecclesia cathedrali, licet hodie sit declaratum in d.regula. 17. quod admittatur &c. Ad canonicatus vero ecclesiarum cathedralium post quatuordecim annos. Panorm. in cap. præterea. de ætat. & qualita. Si ante hoc tempus adepti fuerint, cum sint incapaces, non iuuantur hoc decreto, ideo possunt molestari post trienniū. glo.in d.regula.17.

Fallit si a rege conferatur iure regali habenti septem annos, vt tenet D. Ruseus in trac.de iure regalio.in.24.priuile. vbi dicit interuenisse arrestum pro puero septem annorum, cui erat collata ecclesia cathedralis a rege. vide ibi quibus rationibus moueatur.nam parum me mouent.

¶ Idem in prioratibus regularibus, cum nō deputur nisi expresse professis.cap.nullus. de elec.lib.6.cle.ne in agro §.sane de statu monacho. Alexand.in d.c.de his.28. dist. quia ante quatuordecim annos non potest esse professus.ca.1.& per totum de regula. ergo nec illos obtinere.

¶ In prioratibus conuentualibus curatis, in quibus cura animarū regitur per alios, quā per priores, sufficiunt viginti anni completi.d.cle. ne in agro §. cæterum. Panorm.& Boic.in d.c.super. Sic in dignitate protonotariatus nisi sit de sublimioribus vel de filiis aut nepotibus principum, quia in. 16. anno admitti possunt teste Benedict.in repeti.cap. Raynutius in verbo adiecte. num. 13.de testa.papa tamen confert cui vult cū derogatione & dispensatione,& in hoc regno omnibus fere datur hoc nomen, si bene induti sint & diuites

¶ In dignitatibus minoribus, vt præpositu- 182
ris, decanatibus, & aliis, ac etiam in beneficiis curatis, ante vigesimūquintum annum cœptum quis est inhabilis.c. cum in cūctis. §.inferiora.de elect.Card.in clemen.generalem. de electio. Florent. in. 3. parte summæ, titu.15.cap.1.§.3.

In prioratibus electiuis, quando cura animarum per eos exercetur, ante. 25. annum 183
sunt inhabiles.d.§.cæterum. Ioan. de Selua in tractat.de benefic.3.parte.q.5. hodie per concordata sufficit vigesimustertius annus completus.§.monasteriis.de regia ad prælatur.nomina.facienda.

Ad episcopatus & alias dignitates maio- 184
res ante trigesimum annum completū quis non est habilis.d.c.cum in cunctis.in princi. Licet hodie in hoc regno sit præstitutū tempus recisius, videlicet vigintiseptem anni incepti, in d. titu. de electio.in concord. in quo vigesimoseptimo anno poterit esse archiepiscopus, episcopus, vel abbas, vt ibi patet.nec oportet reprehensibile dici, si variantibus temporibus iura varientur humana.c.non debet.de consangui. Vide Bertachi.in tract.de episcopo in lib.2.q. 31.vbi cumulat, quæ sint prohibita minoribus, & de ætate postulandi ad prælaturam vide ex trauag.dispendiis de postula.præla.in communibus.

¶ Secundo furiosus est inhabilis, ac cæteti 185
qui curatorum ope iuuantur, quia a pupilli conditione non multum abhorrent, dicit tex.in.l.fulcinius.§.plane.ff. ex quibus caus. in possess. eatur. & æquiparantur pupillis.l. pupillus.ff.de acquir.hæredit.l. 1.§.1.de acquir.posse. Et quæ de infante dixi, idem puto in furiosis.l.in negociis.ff.de regul.iur.& ibi Decius.l.infans.ad.l.corneliam.de sicar. Collatio illis facta, pro non facta habetur. Bonifa.in cle.vna.num.58,de homicid. Et indecorum est, vt qui non nouit regere seipsum, administrationi aliorum præponatur.c.indecorum.de ætat.& quali.ideo hoc

Furiosus est inca- pax ad beneficia

Source : BIU Cujas

decreto iuuatur minime, quantocunque tẽpore tenuerit, quia incipere posſidere, cum affectionem non habeat, non poteſt.l.1.§.1.
186 ff.de acqui.poſſe.
Cõiugatꝰ non iuuatur hoc decreto. ¶ Tertio cõiugatus.c.2.& ca. cum decorẽ. de cleri.coniugat.c.decernimus.& ibi glo. 28.diſt.& c. de ſyracuſanæ.ibidẽ. tum quia ordinari prohibetur.c.aſsumi. cum ſequen. 28.diſt.tum quia cogitat quomodo placere poſsit vxori,& ideo quæ dei ſunt, minus valet cogitare, cũ quaſi in duo diuiſus, plenam ſui non habeat poteſtatem, vt ei à quo ſtipẽdium accipit, plenius famuletur.ca. diuerſis fallaciis.de cler.coniugat.
187 ¶ Imo ſi contrahat tantũ ſponſalia per verba de præſenti, perdit beneficia quæ habebat, ſecus ſi ſponſalia de futuro.glo. in.ca.1. de cleri.cõiug.lib.6.extra.vna Ioan.22.rub. de voto.Panor. & alii in c.1.illo tit. Aufre. in deciſio. Tholoſa.q.239. Iaſ.in.l. vbi pactum.col.penul.C.de tranſact.vbi dicit vacare beneficia etiã ſi contrahat cũ conſanguinea, vel cum alia, etiam nulliter allegat Roma.conſilio.483.dubitatur.quia contraxit,& totũ fecit quod in eo fuit.Imol.in ca. Ioannes.colum.penult.de cleric.coniugat. Decius tenet cõtra in cõſilio.166.ego Philippus.vbi dicit priuari per ſentẽtiam, non ipſo iure.Et hoc propter tacitam renunciationẽ, quæ cauſatur ex contractu matrimonii, poſtquam ergo priuatur quando habet, ergo fortius prohibetur habere.cap.quẽadmodum.de iureiurand. plene Præpoſitus in cap.placuit, colũ.penulti.32.diſtinct.ideo ſi hic coniugatus poſsederit per tres annos, poterit moleſtari poſtea.
188 ¶ Quarto inhabilis eſt non tonſuratus.ca.
Nõ tõſuratus eſt incapax. cum adeo.de reſcrip.cap.ex literis. de tranſact.cum ſit laicus.& laici beneficia ecclefiaſtica obtinere non poſsunt.ca.2. de inſtitu. quia ſpiritualia ſpiritualibus ſunt commitrẽda perſonis.Bal.in.c.decernimus.de iud. per illum tex.nec ſanctum dari canibus debet, nec margaritæ porcis.capi.in mãdatis. 43.di.Etiam ſi ſit regularis cõuerſus, vel religioſus, quia licet gaudeat priuilegio canonis ſi quis ſuadente.17. quæſt.4. Antho.in d.c.2.tamen beneficia ſpiritualia habere nõ debet ante tonſuram.
¶ Et ſi papa mandaret Titio laico cupienti militiæ clericali adſcribi prouideri, tamen auteꝫ ſit clericus, non valebit beneficii collatio, licet mandatum valeat.Imol. in.ca.2. col.2.de inſti. Et ſic cum non valeat collatio, non habet titulum etiam coloratũ, ideo non iuuabitur decreto.
¶ Igitur petens beneficium debet ſe probare clericum. Archi.& Io. And.in c.ſi iudex laicus.de ſent.excõ.in.6.nec ſufficeret probare fuiſſe reputatum & toleratum clericũ, ſed oportet ordinationem probare. Domi. in conſi.91.præmitto.col.1.
¶ Imo ſi poſt beneficium adeptum acciperet tonſuram, non conualidaretur collatio, quæ in initio nulla fuit.regula, quod in initio.ff.de reg.iur.& regula, non firmatur, ilo tit.in.6.glo.& Ioan. And.in d.c.2.Peruſ. in c.ſi pro clericis.col.1.de præb.lib.6. Item etiã non valeret collatio laico facta, etiam ſi haberet propoſitum ordinandi,& deſtinatus eſset ad clericatum. ſic de facto ſeruauit Bonifa.8.in perſona nepotis ſui, vt refert Archidi.in cap.nulli.col.vlti.12.quæſt. 1.facit.c.religioſo.§.fin.de ſen.excõmu. lib. 6.vbi ante profeſsionem factam non debet dici quis religioſus, licet ſit per annum probatus.facit.l.ex eod.ff.de teſta. mili.Feli.& Decius in d.c.cum adeo. vbi plene. Quid ſi fuerit poſtulatus? tradit Inno.& alii in cap. fina.de elect.poſt gloſ.ibi & Lucas in.l.expertes.colum.1.de decurio.lib.10.Et quid ſi fuerit tantũ tõſuratus, & diuinũ officiũ ſicut ſacerdos exercuerit? vide tex.& ibi doct.in.c.1.de cleric.nõ ordina.miniſtran.
¶ Quinto eſt inhabilis ſi fuerit ordinatus, ſed non a ſuo antiſtite cũ priuilegio clericali non debeat gaudere.& ita vidit iudicari. d.Chaſsa.in cõſue.Bur.in rub.des iuſtices.

Source : BIU Cujas

§.6.in glo.ſont creuz.in fi.per text. in.c.1. & in.c.eos.de tempo.ordinan.lib.6.licet cõ trarium teneat Guido papæ in ſuis deciſio. q.449.laicus.alibi dixi.non repeto.

¶Idem ſi per ſaltum promotus ſit.rubr. de cleri. per ſaltũ promoto.ita expreſse tenuit Præpoſ.in c.ſolicitudo col.2.52.diſt. & hic ad beneficia curata vel dignitates eſt inhabilis,quia non habet executionem ordinis, & qui eam non habet,eſt eccleſiaſtici beneficii incapax.c.fina.de cler.excommuni.miniſt.Domi.cõſil.91.præmitto.col.2.vbi dicit nõ ſufficere ſi probet ſe ſacerdotẽ, quia oportet vt probet omnes alios ordines priores,cũ potuiſſet per ſaltũ promoueri, quod eſt notandum.fallit vt per Inno.in.ca.1. de cleric.pereg.& per Panor.in cap.niſi.1. no. de præb.Item eſt inhabilis,qui extra tempora recepit ordines.c. cum quidam. de tẽpo. ordina. vel qui plures ſacros ordines vno tẽpore recepit.c. dilectus.& c.literas.illo titu.quia eſt irregularis.Soci.in repet.cap.ad audientiam.§.ſeptimo.de homici. idẽ ſi fuerit promotus ante tempus a iure ſtatutum. cle.fi.de æta.& quali.Prouinciale om. eccl. ſo.60.verſ.nota quod &c.

¶Sexto bigamus,etiam ſi eſset tonſuratus capit.vno de biga.lib.6.tum quia reputatur mere laicus.d.cap.vno.& cap.vno de clericis coniuga.lib.6.quia non poteſt ordinari, Leuitici.21.cap. & in rub. de biga.nõ ordi. cap.1.& per totum titu.& ſic nec beneficiũ habere.glo.in dict.capi.de his.28. diſtinct. Imo ſi fuerit diſpenſatus ad tonſuram, non cenſetur diſpenſatus ad beneficiũ ſimplex.argumẽ.capi. primi & ſecundi de filiis preſbyterorum in.6. ſic fuit cõcluſum in ſenatu, inter Ioannem Nicolaum & Ioannẽ de la loue anno.1519.die.7.Februarii, Quia ſecundum Apoſtolum qui ſeruit altari,de eo viuere debet.capi.cum ſecundũ de præb.cui ipſe non poteſt ſeruire. & ſic nec beneficium habere.cap.fina. de reſcrip.lib. 6.quia prærogatiua ſacerdotis exutus eſt c. vna tantum.26.diſt. vide aliam rationẽ per Panor.in c.2.in fi.de cleri.coniugat. & quatuor per glo.in ſumma.26.diſtin.de Viaxio in tract. de electio.in.2.parte.q.20. & text. in cap.quomodo.31.quæſt.1.Siue fuerit Bigamus verus,ſiue interpretatiuus,cum non differant quo ad ordinem promotionis, ſecus quo ad priuilegium clericale.ca. nuper. de bigamis. Aufrer.in deciſio.capellæ Tholoſa.q.64. Item &c. ſi clericus. &.q. 234. altercationis.&.q.252.item &c.quidam clericus.&.q.ſequent.plene Ioan.Montaigne in ſuo tract.de bigamia.

194 Quotmodis bigamia contrahatur.

¶Et nota quòd bigamia contrahitur in ſeptem caſibus.Primus eſt, quando quis ſucceſsiue & diuerſis temporibus duas vxores legitimas habuit,& ambas cognouit.c. aperiant.31.q.1. Secundus caſus,quando diuerſis temporibus quis habuit plures vxores, vnam de iure,& alteram de facto,& ambas cognouit.d.cap.nuper.hic bigamus nõ reputatur,propter ſacramenti defectum,cum vere bigamus non exiſtat. ſed propter intẽtionis affectum. cum opere ſubſequuto, vt ibi dicitur in fin. Tertius quando eodẽ tempore plures habet vxores,vnam de iure,alteram de facto,vel ambas de facto,& vtrãque cognouit.d.capit.nuper.vel corruptam de facto,ca.quomodo.31.quæſtio.1.c. gaudemus.de diuort.Quartus eſt quando contrahit cum vidua ab altero marito cognita. ca.ſeriatim.32.diſt.&.33.diſt.c.maritum.c. debitum.de biga.Et hoc modo fuit deriſus Bulga.a ſuis auditoribus, vt gloſ.in.l. rem non nouam.C.de iud.refert. Quintus quãdo contrahit cum corrupta a quocunq; ſcienter aut ignoranter,& eam cognoſcit ca. curandum.& ca.præcipimus.34.diſtinct.& multi hodie eſſent huius farinæ homines,ſi Neuiſano credas in filua nuptiali. Sextus, quando vxorem propriam ab alio cognitã ſcienter cognouit.capit.ſi cuius & cap. ſequent.34.diſt. hi duo caſus poſtremi a maritis ludibrio habentur.

Source : BIU Cujas

¶ Septimus casus est cum aliquis in ordine sacro constitutus de facto cõtrahit, licet de iure non possit. c. nuper. & ca. vltimo. & c. super eo. de bigamis.

¶ Solus tamẽ primus casus est verus & prius, alii sex interpretatiue dicti sunt, vel propter aliquam similitudinem quã habent cum vero bigamo, aut ratione institutionis ecclesiæ, vt tenet Card. Alexan. in summa. 26. distinct. in fin. quos casus perpetuo notes, & vide eos etiam per Floren. in. 3. parte summæ, titu. 28. cap. 4. de irregularitate propter legitimationem.

195 De hæretico an sit habilis ad beneficia.

¶ Septimo hæreticus, quia extra ecclesiam est, ergo ad eam non debet præfici. c. excõmunicamus. & per totum de hæret. tũ etiã quia est excõmunicatus, vt ibidẽ dicitur, & est seruus diabolꝰ, nec est sub protectiõe papæ, sed beñe sub eius vindicta. Bal. in proœmio decreta. col. 3. nec potest acquirere ius patronatus ex fundatione. Paul. de Citad. in tra. iur. patro. 3. parte. q. 5. in prima causa acquirendi per text. in c. quicunque fidelũ. 16. q. 7. odit deus sacrificia hæreticorum, & à se proiecit, & quotiensc ũque congregati sunt in nomine eius, detestatur fœtorẽ eorum. & claudit nares suas, illi offerunt sacri legium panem, & dant eleemosynas, & sectari videntur humilitatem, nemo tamen illorũ suscipiat, quia magis sunt maledictiones quàm benedictiones, nec cum eis cibũ sumere debemus. c, odit. cum seq. & ca. non oportet. & cap. si quis in quit. 1. q. 1.

196 ¶ Et dicitur hæreticus, qui cõtra fidem aliquid pertinaciter asserit. alias non. cle. vna. 5. diffinientes. de summa trini. cap. ad abolendã. de hæret. probatur Neemiæ capi. 13. Inuentũ est scriptũ in volumine, quod non debeant introire Ammonites & Moabites in ecclesiam dei vsque in æternũ. Dec. consil. 137. & diligẽter, vbi concludit, quod absolutus ab hæresi à papa, nõ potest amplius puniri in iudicio seculari. Imo si habeat beneficiũ, per hæresim priuatur ipso iure etiã episcopatu. c. fina. & ibi Card. col. 1. dist. 19. quod intellige, nisi continuo ad matrem ecclesiam reuertatur, & hæresim abiuret. nam tunc ipso iure sua beneficia non perdit. ca. ad abolendam. de hæret. quia nõ videtur diuertisse, quæ statim reuertitur. l. diuortiũ. ff. de diuor. l. quicqd. de reg. iur. Sic nec fictione iuris videtur dimisisse beneficiũ, qui ad id statim redit. c. si beneficia. & ibi Franc. de præb. in. 6. quod est notandum: quia habui in facto, & ita respondi. Et propriæ dicitur hæresis prout est error in fide glo. pulchra in c. 3. de hæret. plenius declarat. Large simonia dicitur hæresis. glo. in ca. si quis pecunia. 79. dist. Feli. in cap. sciscitatus. col. 2. in fin. de rescrip. Quidam tamen vocant hæreticũ in iure, suapte natura refractariũ communi opinioni, & eligentem sibi singularem opinionem, per text. in. l. si duas. §. est autem. ff. de excusa, tutor. Item inhabilis est is, pro quo hæreticus supplicat. c. 2. §. penul. de hæret. in. 6.

19 Schismaticus habil.

¶ Octauo schismaticus. c. nos cõsuetudinẽ 12. dist. c. quia diligentia. de elect. quia dicitur hæreticus, cum nullum schisma sit, nisi sibi aliquã hæresim cõfingat, vt recte ab ecclesia recessisse videatur. ca. inter hæresim. 24. q. 3. etiã si ad ecclesiæ vnionẽ rediret. c. 1. & capit. conuenientibus. 1. q. 7. Et proprie est is qui diuidit se ab vnitate Romanæ ecclesiæ, constituendo sibi ecclesiam, & ordinãdo clericos, & sacerdotes. glo. in sum. 24 q. 1. Panor. in rub. de schisma. Itẽ sunt excõmunicati. cap. licet. de elec. doc. in d. rub. de schisma. c, ad abolẽdã. c. firmissime. de hæret. c. 1. 23. dist. ideo siue ante schisma posse derit beneficiũ triennio, siue post schisma, neutro casu iuuabitur hoc decreto, cũ sit inhabilis, vt dixi, nec põt eligi ad episcopatũ, Bertachi in trac. de episcopo in lib. 2. q. 45.

198 Simoniacus nõ uat hoc decreto

¶ Nono simoniacus. c. cũ clerici. & ibi Panor. de pact. c. nobis. & sequen. de simo. Si ue conferatur eidem beneficium post commissam simoniam, siue eligatur, vel alio mo

Source : BIU Cujas

do eidem prouideatur.c.ſi alicuius.de elec. melius in extrauag.cum ſit deteſtabile.de ſimo.in extrauag.cõmunibus,& illud beneficium poſſederit triẽnio,nõ iuuatur hoc decreto,ſiue poſſederit triẽnium ante cõmiſſam ſimoniã, & tunc eſt ipſo iure priuatus ſimul atq; ſimoniam cõmittit.Feli. in ca.2. col.3.de reſcri.& poteſt moleſtari etiã poſt triennium ſuper illo beneficio.

¶Idem ſi renunciatio fuerit ſimoniaca.ca. ordinationes.1.q.1.in glo.tex.in ca. ſicut.& in cap.Matthæus.de ſimo.Innocen.in cap. cum vniuerſorum.de rerum permut.Feli.in cap.inſinuatum.& cap. de ſimoniace.de ſimo.vt ſi ſit facta in fauorẽ nepotis.gloſ. & ibi Panor.& alii in cap.ex parte.1.de offi.de leg.& an legatus poſsit talem reſignationẽ in fauorem admittere q̃ nõ. D.Boer.in tra ctã.de dignita.lega.quæſt.vlti. vide tamen ibi dicta per eum.

¶Etiã ſi ſimonia fuerit cõmiſsa ignorante eo cui beneficiũ collatũ eſt.glo. in verb.ſimoniacã.in.§. ſi vero de elect.in prag. & d. c.ſi alicuius.& ibi Imol.niſi ab inimicis fuerit commiſsa.d.c.nobis.de ſimo.

¶Imo ſi litigans ſuper beneficio corruperit iudicem, propter connexitatẽ cauſæ iudicatur ſimoniacus.glo.in cap. vendentes. 1.q.3.Panor.& Feli.in c.tua nos.de ſimo. & Panor.in cap.cum ab omni.col.2.de vit. & honeſt.cleri.

Itẽ eſt ſimoniacus qui alicui laico dedit pecuniam vt obtineret epiſcopatũ aut abbatiam,ſeu vt alter renũciaret, vel vt à rege obtineret nominationẽ, vt interdum fit in curia.tex.in ca.de hoc.de ſimo.Barb.cõſil.13.à Ioue.col.pe.in.3.volu. & ſunt excommunicati qui aliquid dant vel promittunt pro aliqua gratia, vel iuſtitia obtinenda etia à papa,& gratia talis eſt nulla,& ſci enter vtentes talibus literis ſunt excõmunicati:& abſolutio papæ reſeruatur.Ioann. And.in cap.nemo.de ſimo.Ilioren.in.3.parte ſummæ titul.24.c.63.

Idem ſi renunciet nominationi aut electioni de ſe factæ pecunia recepta. Calder. conſil.vno de ſimo,vel ſi dat pecuniam,aut aliud, vt ſuffragium habeat, ſiue vocem ab alio canonico.ca.cum ſuper.& ibi Panor.3. no.de cõfeſſis.plene.Io. Dayma in rub. de conuento.approba.in verbo pactionibus. 200

Hodie ſunt excommunicati, qui aliquod pactum aut renũciationẽ fecerint, vel quicquam dederint, aut promiſerint, & omnibus exuti dignitatibus.cap.cum deteſtabile.eod.titul.in extrauag.cõmunibus.Et iſtorum hodie magnus eſt numerus, ſicut ſtultorum.Eccleſiaſtes.1.capi. vide quæ dixi in rub.de elect.deroga.in gl. ſimoniacis. 201 Committẽs crimẽ læſę maieſtatis eſt inhabilis

Decimo,irretitus crimine læſæ maieſtatis.gloſ.in capit.ſatis peruerſum.56.diſtin. quia bonum eſt argumẽtum de crimine hæreſeos ad hoc crimen.l. Manicheos.C. de hæret.gloſ.in cap.1. de reſti.lib.6. Alexã.in addi. ad Bar. in.l.ſi quis filio.§.hi autẽ.ff.de iniuſt.D.Igneus in tract. an rex Franciæ recognoſcat imperatorem.col.49.in.17. ſpeciali. vbi æquiparat crimen hæreſis ſimoniæ,& læſæ maieſtatis.gloſ.in.l.nullus. C. ad.l.Iuliam maieſt.ideo quod in vno exæquiparatis ſtatuitur, & in alio locum habebit.ca.de multa.de præbend. Dixi multa in practica mea,rub.de excep.in arti.24.gloſ. 1. maieſte, quia beneficius habitis ſunt ipſo iure priuati. capit. felicis, de pœnis.in.6. á fortiori & ab habendis prohibentur. argumen.cap.quenadmodum,de iureiuran.in 6.& ſic non iuuantur hoc decreto poſt triennium.

Vndecimo ſortilegus,quia hæretico cõparatur.c.1.& per totum de ſortileg.l.& ſi excepta.C.de malefi.& mathe.Et quia cõdemnati hoc crimine ſunt infames.c. epiſcopi.26.q.5.Et infideles ſunt, ideo beneficio & honore priuari debent,ibidem,& ca. quicunque.& ca. ſequen. Mandago.in tract.de elect.in.1.parte.c.27.Et facilius repellitur quis ab obtinendo,quã ab obtento. 202 Sortilegꝰ eſt ca pax ad beneficia

Source : BIU Cujas

ca.ſuper his.de accuſ.& ibi Feli.col.2. vide Barba.conſi.55.in nomine.volu.1.& ſi fieret collatio ſortilego, & is poſsideret trien nio, adhuc poſſet moleſtari, cum non cenſeatur habere coloratũ titulum,ſed nullum.

203 Sacrilegus eſt inhabilis ad bñficia. ¶ Duodecimo Sacrilegus. c.venerabilem. ibi,nunquid enim.de elect. & ibi nota, quia nõ debet quis conſequi ex eo fructum quod nixus eſt ſpoliare. Reg. ex eo.de reg. iur.in 6.& quia impeditur ne promoueatur ad ſacros ordines.c. ſi quis presbyter.50. diſtin. Et quia eſt infamis ſic condemnatus.cap.ſi. de furt.& a beneficio debet deponi poſtquã habet, ergo multo minus ad id, ſi non habet,debet admitti. c.quemadmodum de iureiur.glo.in cap.cum omnibus.81. diſtinc. eſt etiã ipſo iure excõmunicatus.ca. ſi quis ſuadente.17.q.4.quod an procedat in omnibus ſacrilegis,tradit Panorm.& alii in cap. conqueſtus.in fine,de foro compen.

204 Falſarius literarũ a papa eſt inhabilis ¶ Decimotertio falſarius literarum papæ, quia eſt excõmunicatus.c. ad falſariorũ. de crimi.falſi.vbi ſi habeãt beneficia, illis ſunt priuati.multo fortius ſunt inhabiles ad habendum.d.c.quemadmodum.

Sine falſum commiſerint in magno, ſiue in modico,etiam ſi tantum adderet vnum punctum. Hoſti. in ſumma de crimi. falſ.§. qualiter.verſi.ſed hodie. quid in alio falſario, vide in c.ad audientiã.& c.licet.illo tit. & per Hoſtien.in.§.fi.de crimine falſi.

205 Excõmunicato beneficia conferri non poſſunt. Decimoquarto.Excõmunicatus.c.poſtulaſtis,& ibi late dixi in.2.notab. de cler. excom.miniſt.quia ſp ritualia in eum non cadunt. & ibidem aſsignantur aliæ rationes in. 2. notab. ideo beneficia eidem conferri non poſſunt:& ſi conferantur, & poſsideat ea triennio,poterit poſtea moleſtari.

206 Suſpenſus eſt inhabilis. ¶ Decimoquinto ſuſpenſus ab officio & beneficio,eſt inhabilis.tex.iuncta glo. in c.cũ bonæ.de æta.& quali.& c. cum dilectus. de conſuet.c.præterea.& ibi glo.de vſur. quia irregularis cenſetur.not.in ca. 1. de poſtul. prælat.& c.ſi.de exceſsib.prælat.& ſic eſt in habilis & indignus,ſicut excommunicatus. & in iure æquiparantur. Antho. & Cardi. per illum text.in d.c.cum bonæ. Et quia nõ habent executionem ordinis.c.eos.de tempo.ordi.& qui non habet executionem ordinis,eſt inhabilis ad beneficium obtinendum glo.& doct.in cle.generalem. de æta. & qualita. ſequitur Domi. conſil. 133.iſtud dubium.Heric.Boic.in c.ſi de cler.excom. miniſt. Bertrachinus in trac. de epiſcopo. libr.2.q.5.in prima par.& in quibus conueniant & differant excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum, tradit Ioan. de Ana. in rub.de cler.excommu.miniſtran.de ſuſpenſione iuris & hominis, vide Barbar. in repet.cap.Raynaldus.cap. 101. cum ſequent. de teſta.

¶ Decimoſexto apoſtata, quia ad clericatus officium admitti non debet. c. pe. & ſi. 50.diſtin. Et pluſquam hæretici ſunt. Azo in ſumma.C.de apoſta. Suntque infames.c. infames. 6.q. 1. & prouerb.6.c.dicitur, homo apoſtata vir inutilis.& an de omni apoſtata,cum ſit triplex, intelligatur, vide Panor.& alios in rub.de apoſta. & Lucam de penna in.l.3.col.3.C.de exacto. & excepto. libr.12.Paul.de citad.in tract.de iure patro. in.3.parte.q.5.in.1.cauſa acquirendi. vbi dicit non poſſe etiam acquirere ius patronatus. & impetratio facta per eum de beneficio,non valet,quia eſt indignus contrariatiue,& priuatiue. verba ſunt Bald. in ca. ſi. col.vlti. de præſumpt. Fel. in c.ſciſcitatus. col.2.de reſcrip. 20 Apoſt non i tur h decre

¶ Decimoſeptimo is qui crimen Sodomiticum perpetrauit, cum homicidio ſit grauius.cap.mulier.15.q.1.& iura armantur cõtra eos.in.l.cum vir.C.ad leg. Iul.de adult. Lucas in d.l. 3. & ſequent. vocat apoſtaſiæ crimen a natura, vbi probat eſſe grauiſsimũ.c.clerici.de exceſsib.prælat.cõtra quos Scatinius legẽ tulit, q̃ vocata eſt Scatinia, de qua D. Ayma. Riuallius in hiſtoria iuris ciuilis li.3.Barb.cõſi. vlt.i primo volumine. 208 Sodomitic⁹ eſt habili

Source : BIU Cujas

¶ Decimooctauo publicus concubinarius qui fuerit per ſententiam ſuperioris monitus vt concubinam dimitteret, quam non dimiſit, tunc ad ſuſceptionem & dignitatē beneficiorum eſt inhabilis, vt patet in concordat. rub. de public. concubina. Et illius concubinarii miſſam quis prohibetur audire. cap. præter. 32. diſtin. & ipſe miniſtrare diuina. c. fi. 33. diſtin. ac prohibetur eligi. Bertach. in tract. de epiſcopo. in. 2. libr. q. 6. in. 1. parte. & collatio facta publico cōcubinario afferenti ſe velle domino famulari, eſt ipſo iure nulla, ſi perſeueret in concubinatu, quia cauſa impulſiua fuit falſa. Barba. cō ſil. 13. a Ioue. col. vlt. in. 5. vol. dixi plene in rub. de public. concubina. per totum.

¶ Decimonono homicida, vt habetur apocalyp. vlt. c. Foris autem canes & venefici, & impudici, & homicide. &c. quia non poteſt promoueri. 1. Paralipomenon. 28. cap. Non ædificabis domum nomini meo, eo quod ſis vir bellator, & ſanguinem effuderis. c. accedens. de accuſa. c. ſi quis omnem. 1. q. 7. c. ad aures. de ætat. & qualitat. c. fi. de tempo. ordina. Panor. & alii in cap. 2. de re ſcript. Aufre. in deciſio. ſuis. q. 207. Itē &c. ſi beneficiatus. quia eſt ad executionem ordinis inhabilis, probatur in c. fi. de cleric. pugnan. in duello. per locum a ſpeciali. Item qui non poteſt dicere officium, non debet recipere beneficium. c. quod a te. & c. diuerſis. de cleri. coniuga. c. cum ſecundum. de præbend. quia beneficium datur propter officium. c. fi. de reſcript. libr. 6. Fel. in c. inquiſitionis. col. 1. de accuſa. Item quia eſt irregularis. cap. ſuſcepimus. & ſequent. de homicid. cle. vna illo titu. nec poteſt ad epiſcopatum eligi. Bertachi. in tracta. de epiſcopo. lib. 2. q. 36.

Idem in milite qui frequentauit bellum. Late de Ripa in lib. 2. reſpon. de reſcript. c. 35. in hoc iudicio. vide Præpoſi. in cap. miror. 50. diſtinct. & c. ſtudeat. ibidem. & collatio facta homicidæ, non valet, vt late deducit D. Ruſeus in trac. iuris regalio. in. 12. priuileg. in fi. ideo non dicitur habere coloratum titulum, ſed nullum.

¶ Vigeſimo, detentus morbo comitiali, ſiue epileptico, quem vocamus le hault mal gallicè, Vaſcones vero vocant le mal de terre, Occitani le mal ſainct Iehan. de quo in cap. cum inter canonicos. & ibi Imol. de electio. vbi loquitur de morbo epileptico, quem vocant morbum caducum. cap. 1. & ſequent. de cleric. ægrotan. capitu. communiter. 33. diſtinct. quia prohibetur ordinari, vt ibi dicitur. & glo. in ſumma. 7. quæſti. 2. hic tamen ſi poſt triennium ſanus fieret, poſſet hoc decreto iuuari, quia collatio eidem facta, non erat penitus nulla, vt not. in d. cap. cum inter. 212 Morbo laboran caduco eſt inhabilis.

Vigeſimoprimo illiteratus. ca. fi. de æta. & quali. quia non poteſt ordinari. c. pœnitentes. 55. diſtin. ergo nec beneficium curatum habere. c. fi. de tempo. ordinā. lib. 6. Sic arguit glo. in c. de his. 28. diſtin. ca. 1. & per totum. 38. diſt. & qui habet ordines, debet habere beneficium. glo. in c. propoſuit. quæ allegat alia iura, de filiis presbyte. Illiteratus cæco comparatur. ca. poſt translationem. §. item ſi quis. de renuncia. & cæcum animal offert, qui ordinat indoctum in loco docti, magiſtrumque facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat. cap. fina. 49. diſtinct. & omnino illiteratus eſt nullus in eccleſia dei. Bal. in c. congregato. col. vl. de elect. Et perinde eſt ac ſi collatio eis facta non fuiſſet. Panor. in cap. cum noſtris. de conceſſ. præben. & collatio facta illiterato, eſt ipſo iure nulla. Inno. in cap. cum noſtris. de conceſſio. præben. Feli. in cap. per tuas. col. 1. de ſimo. Vnde dicitur Eccleſiaſtic. 8. cap. Non communices homini indocto, ne mala de progenie tua loquatur. 213 Illiterat⁹ eſt inhabilis. & qñ dicatur.

¶ Et dicitur illiteratus, quando nullas ſcit literas, aut modicas, vtpote quia ſcit tātum legere & ſcribere in vulgari. Bar. in authē. ſed nouo iure. C. ſi cert. peta. Qualis ſcien- 214

Source : BIU Cujas

tia requiratur, notatur per Innoc. & alios
215 in cap. cum in cunctis. de electio.
¶ Intellige collationem non valere quando esset penitus illiteratus, secus si haberet principia, & esset spes quod proficeret & ad disceret. quod est notādum secundū Card. in capitul. illiteratos. 36 distinct. facit quod notat Alexand. in addit. ad Bar. in. l. 1. C. de dignita. lib. 12. vbi dicit quod scholaris magni ingenii non est repellendus a doctoratu, etiam ante quinquennium, quando spes est quod addisceret, secus si sit omnino illiteratus. Feli. in cap. si quando. col. pen. de rescrip. Vide eum in cap. sciscitatus. col. 5. ver
216 sic. illiteratus. ibidem.
Illiterati infinitus est numerus & hodie habēt meliora beneficia.
Hodie istorum infinitus est numerus, vt in simili dicit Ecclesiastes capitul. 1. de stultis. Et sunt ii qui pinguiora & meliora habent beneficia, cum ad rapiendum tantum beneficia animum habeant, & non ad
217 literas, quibus eruditi inescati, bona negligunt, & pauperes moriuntur.
Exterus in regno beneficia habere nō potest
¶ Vigesimosecundo. Exterus est inhabilis ad obtinendum beneficia in regno, ex priuilegio dato regibus Franciæ, vt in proœmio prag. sanctio. continetur, in verb. exterorum. extat & Ludouici. XII. ordinatio rub. des presidens, & conseilliers. & in stilo perlamen. in. 7. parte, rub. de præbend. ordina. 3. facit regula cancel. 19. vbi collatio vel alia dispositio facta extero, non valet quando non potest loqui idiomate illius patriæ in qua recepit sacerdotium. facit. c. neminē. 70. distinct. l. in ecclesiis. C. de episcopis & cleric. Imo gratia est subreptitia, si exterus impetrat non facta mentione originis. glo. sing. in cap. si proponente. de rescript. secundum Panor. ibi, & Feli. in cap. sicut tuis. col. 2. de simo. Corsetus in sing. incipiente, surreptio. Ioan. de Selua in tracta. de benefi. in 3. parte, quæstio. 26. Roma. in. l. si vero. §. de viro. colum. 14. fal. eadem. ff. soluto matri. Barb. consilio. 23. scripsit. colum. 5. in. 1. volu. & consil. 57. præclare. in eodem volu. & consilio. 30. in fine. in. 3. volu. & alias consului pro quodā scholastico. & vocantur Albini, de quo est tex. in. l. cum ratio. §. si plures. ff. de bon. damnat. vide Ioannem dayma in verbo vendicabant. in proœmio concordat. fol. 69. & seq.
¶ Idem in præsentatione tenet Rochus de curte. in tracta. de iure patro. in verb. honorificum. quæst. 18. Panor. in cap. bonæ. in. 2. numero. 16. de postu. prælat. Tum quod in dandis beneficiis nihil contribuerunt, tum etiā ne secreta regni reuelent, & quia nō est bonū sumere panes filiorū regni, & dare canibus exteris, vt patet in euangelio. Bened. in repe. c. Raynutius. in verbo & vxorē. nu. 1044. cum sequē. de testa. Alibi multa dixi an valeret post impetrationē consensus regis. quod sic, concludit Soci. consil. 260. in causa. col. penul. versi. secūdo principaliter. in. 2. volu. quando collatio erat bona.
218 ¶ Vigesimotertio periurus, quia collatio facta eidem est nulla. c. querelam. ibi, non mePeriurus est beneficiorū ficapax, & collatio illi facta est nulla.
rentur ecclesias regere, qui crimine periurii sunt irretiti. de iureiur. ca. constitutus. in 2. de appella. & ibi Doct. cap. cū nostris. de concess. præbē & ibi Inno. & Panor. Aufre. in decisio. Tholosa. q. 17. in fi. Fel. in cap. 2. de rescri. 3. col. Nicola. millius in verbo per iurus. Decius in c. dilecti. col. 1. de excep. facit. c. accedens. de accusa. vbi periuro impo nitur silentiū super præbenda quā obtinuit post periuriū. facit c. fi. de iureiur. in. 6. quia ab ordine deponi debet. c. cū nō ab homine de iud. Et sine ordine beneficiū tenere non potest. c. licet canon. de elect. in. 6. Itē quia est infamis. l. Lucius. & ibi glos. ff. de his qui notan. infa. & c. infames. 6. q. 1. Et vide in c. testimonium. de testib. & Calder. consil. 5. an periurus de iureiur. & multa prohibētur fieri, quæ facta tenent. l. patre. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. Io. Dayma in rubr. de conuent. approbat. in glo. periurii. supra.
An habeat locum si sit periurus super iu- 219
ramento calumniæ, vide Feder. consilio. 23.

Source : BIU Cujas

Titius.quod non,Bal. consil.299. proponitur.in.5.vol.per glo.in verb.religione.inst. de pœna reme.litig.in princip. Bal.in Marga,in verb.iuramentum.in.32.q.

Et an habeat locum in veniente contra fidem, Rota decisio.138.no.quod posito. in antiq. & decisio. 1. de pact.vide doct.in.l.si quis maior.C.de transact.& in.§. itē si quis postulante.inst.de actio.cap.constitutus de fideiuso.

¶ Quod ego intelligerem quando esset per sententiam condemnatus,& periurus declaratus,& postea fieret eidem collatio,tūc esset nulla, per text.& no.in cap.cum non ab homine.de iud.quia ante sententiam nō dicitur plene apparere de periurio.ideo de his quæ non sunt,& non apparent,idem est iudiciū.l.duo sunt.ff.de testa.tutel.& in multis casibus hic positis sic possumus intelligere.& pro periurio papa non dat priuationem,nisi sit periurium iudiciale,vt in regulis Alexan.papæ.6.habetur in rub. de signatura gratiæ.

¶ Item intellige quando collatio facta esset virtute literarū mādati de prouidendo, vel aliarum ad beneficia,quia propter earum odium,collatio erit ipso iure nulla. Calder. consil.20.rub.de præbend. & consil.4. rub. de accusa. Fel.in.in c.2.colū.3.de rescript.& c.inquisitionis.col.2.de accusat.& ideo hoc anno. 1535. in mense Decembri die. 23.recredentia beneficii fuit per venerandum senatum adiudicata cuidam Langles contra quendam Grimault, qui quadriennium possederat beneficiū, & periurus dicebatur, ac aliis criminibus irretitus. An periurus possit eligi ad episcopatum, tradit Bertachi. in tracta.de episcopo in lib.2.q.34.

¶ Et sic sustinui conclusionē,quod collatio facta periuro est nulla.ex quo infertur, non iuuari decreto de pacific.possessoribus,cum non habeat coloratum titulum,sed nullum. Imo plus tenui,periurum esse ipso iure beneficiis priuatum.hoc probaui per cap.2. de rescrip.ibi, amoueretur. & cap.querelā.ibi, remouentes.de iureiurand.quæ verba denotant nudam executionem.c. Abbate sane.in princip. ibi, petiit adiudicari eidem monasterio, & vos exinde amoueri. de re iudi. in 6.Et quando verba executionē denotantia ponuntur in lege vel dispositione, tunc denotant executionē actualem,& inferunt priuationē ipso iure. Antho.Butri.in c. fi.col. 2.de postuland. c. Insinuatum decimo.

Item in d.cap.2.æquiparantur renuncia tio & iuramētum. sed in renūciatione ipso iure quis est priuatus, ergo & in periurio, cum in æquiparatis quod in vno disponitur, & in altero habeat locum.c. de multa. de præbend. Etiam in pœnalibus & correctoriis procedit argumentum ab æquiparatis. Bar. in authen.sed cum testator. col. 2. C. ad leg. Falcid. refert Ias. consilio.133.in casu colū.penult.volu.1.

¶ Præterea periurus est infamis.vt supra di xi.& infamia priuat militem terrestrem sua militia ipso iure.l.2.§.miles.ff.de his qui notant.infa. Ergo & cælestem militem priuabit,cum æquiparentur.l. miles.ff.de re iudi. text. in.l.infamia.ibi, quæsitum tibi adimit honorem.C.de decurio. libr.10.& pro hoc est text.formalis in.l.penult.C.de dignitat. libro.12.ibi,dignitate quoque,qua per suum videlicet periurium indignos sese probauerint,spolientur,vt in eos,vtpote illustri dignitate per suum facinus priuatos. ipso iure,dicit ibi glo. Postquam ergo a iure ciuili hoc est clare decisum, vt periurus ipso iure sit priuatus, & in iure canonico est dubiū, standum est decisioni iuris ciuilis,vt no. docto.in capit.Raynutius.de testa.Et hāc opinionem tenuit Barba. in d.cap.2. & cōsilio. 11.colum.9. volumi.2. licet opinio cōtraria sit communis,vt not.in d.cap.2.de rescrip. vbi plene docto. Tamen ista in puncto iuris potest sustineri.

¶ Nec obstat quod nunquam imponitur pœna priuationis,nisi a iure fuerit expresse

Source : BIU Cujas

impoſita gloſ.in capit.fina. de iure patrona. tex.in.§.ſin autem.de non eligend.ſecundo nubent.coll.2. nec in dubio ipſo iure pœna cenſetur appoſita.glo.in cap. vno de ſagitta. Bald.in.l.1.in fin.C.de legib.gloſ.in verbo ſuſpenſus.in clemen.vlti.de vita & honeſta.cleric. Reſpond.eſſe ſatis expreſſam in iuribus ſupra citatis. Oppoſuit D. Petrꝰ Clericus I.V.cognitione clarus, & doctor regens ac vicegerens huius almæ vniuerſitatis,cap.in noſtra.ibi,ipſum a Tullen. eccleſia per ſententiam remouendo.de procurat.cui reſpondi, Ibi de facto fuit proceſsū, lite videlicet non conteſtata.& iuris ordine prætermiſſo, ideo proceſsus & ſententia fuit irrita per appellatiõis iudicem. Vel ibi ſunt verba narratiua,quæ non diſponũt gloſ.ſingul.in.l.vna.C. quando nõ petent. part.petenti.accrefcant. Nec etiam obſtat cap.ad petitionem.ibi,per ſententiam amouentes,de accuſat.quia ibi non loquitur de periurio,& etiam verba amouere,& ſpoliari,debent intelligi ſecundum materiã ſubiectam.Feli.& alii in capi.Rodulphus.de reſcrip.& ca.cum non ab homine.de iud. per cap.literas.de ſupplend.negli.prælato. & c. cum dilecti.in fi.de accuſa.

¶ Nec me mouet capit.poſt electionem.in fin.de conceſsio.præbend.quia ibi non cõſtabat de periurio, cum in fine tex.dicat, ſi ſuper abiuratione quicquam duxerit proponendum,ordine poterit iudiciario expediri. Nec ibi probatur cõtrarium illius quod ſupra dictum extitit.

¶ Nec obeſt quòd homicida nõ eſt ipſo iure priuatus.ca.ex literis.de excelsib.prælat. cap.cum noſtris.de conceſſ.præb.Reſpon. ex diuerſis nõ fit bona illatio.l. Papinianus exuli.ff.de minor.& ſeparatorum eſse ratio ſeparata debet.l.fina.ff.de calũniato. Et homicidium eſt grauius periurio.c.miror.50. diſtin. tamen aliquando periurium quo ad quid eſt homicidio grauius.cap.ille.22.q.5. nec etiam facit quòd æquiparentur.in.d.c. cum non ab homine.quia ibi æquiparantur quo ad illam diſpoſitionem.

¶ Præterea nec meam concluſionem conturbat.ca.peruenit.de fideiuſſo.quia ibi priuatio reſultaret in dãnum fideiuſſorũ, vel ibi incidenter periuriũ obiiciebatur.Panor. in d.c.peruenit.in vl.no.Feli.ĩ d.c.querelã.

¶ Nec refragatur.c.tua.de iureiurand. vbi dicit excludatur, quia poteſt intelligi quo ad poſſeſsionem. nam eſt verbum denotãs priuationem ipſo iure factam. Et ſic non reſtat niſi de facto & de poſſeſsione excludere.text.in cap.conſulere.de ſimo.vt dicitur in cap.licet epiſcopus.de præbend.in.6. Itẽ ſi dicatur quod verbũ futuri temporis priuationem ipſe iure non inducit.l.in criminali.C. de iuriſd.omnium iu. quia hoc non procedit in verbis denotantibus executionem, vt ſupra dixi.

224 cõcluſ Iuramẽtũ ꝓm ſorium ducit ctionẽ

¶ Aliam concluſionem, quod iuramentum promiſſorium producit actionem,ſatis probaui in repett.l. ſi quis pro eo.in præſa.ff.de fideiuſſo.vbi dedi nouum intellectum ad leges de iuramento promiſſorio loquẽtes. ibi videre licet:non repeto hic.

225 Illegitimus eſt inhabilis ad beneficia

¶ Vigeſimoquarto illegitimus,quia ordinari non poteſt.ca.1.& cap.ad præſentiam. & ibi Card.& per totum de filiis preſbyterorum.c.cum in cunctis.& c.innotuit. de electio.Inno.in.c.conſtitutis.in.2.colum.2.de appellat. per id quod habetur Deutero.23. c. Nõ ingredietur manzer, hoc eſt de ſcorto natus,in eccleſiam domini, vſque ad decimam generationem.habetur in ca.per venerabilem.in fi. qui filii ſint legiti.tum propter incontinentiæ paternæ timorem.ca. literas.& cap.fi. de filiis preſbytero. tum in deteſtationem criminis, & quia ſunt infames.l.vna.C.de ſeruis qui propriis mulier. ſe iniunxerunt. Hoſtien.in ſumma de filiis preſbytero.§.quæ eſt cauſa.vnde dicitur Eccleſiaſtici.23.cap. Non trahent filii eius radices,& rami eius non dabunt fructum. Et ne infametur eccleſia. Card.in cap. præſen

Source : BIU Cujas

tium.de filiis presby. Vide glos. de his terminis in c.nisi cum pridem. in verbo manzeres.de renunciatio. ☞ Et per hoc fuit reprobata resignatio beneficii, facta per quẽdam sacerdotem in fauorem nepotis ex legitimo matrimonio procreati ex filia tamẽ spuria,per senatum Tholosanũ anno.1534 in vigilia penthecostes per glo.in.c. ad extirpãdas de filiis presbyterorũ.licet fuisset admissa per papã, & fuit hoc arrestum latũ pro domino Ioanne de nuptiis diocesis Albien.contra Rogerium magistri. ☜

¶ Vigesimoquinto irregularis, nam collatio illi facta est nulla.cap. cum in cunctis §. fina.de electio.Panor.in ca. cum nostris.& ibiIlmol.de concessio.præbend.Feli.in.c.2. col.2.& sequent.de rescrip. & c.de quarta. col.10.de præscrip.c.inquisitionis.2.no. de accusa. Panor.in ca.fina.de tempo. ordinã. & cap.clericis,ne clerici vel monachi.c. ex literis.de excessib.prælato. quia facta indigno, & inhabili ad executionem officii.ca. fina.de tempo. ordinand.ideo tractu tẽporis conualescere nõ potest.l.quod in initio. ff.de regu.iur. & regula, non firmatur,in.6. licet irregularitas non priuet quem beneficio iam habito.cap.clericis.ibi,honore priuetur.& loco.ne clerici vel monach.ca. ex literis.& cap.tanta,& ibi Panorm.de excessib.præla. ☞ Quid si fuerit probata irregularitas per solã famam,an sufficiat? Respõ. sic quo ad præsumptionem,& onus probandi innocentiam, vel saltem contrariam famam.nam onus probandi incumbit ei, contra quem facit præsumptio.ca. vnico vt ecclesia.benefic.nota.in.l.qui accusare. C.de edend.sic cõsuluit Calder.consil.9.an si probetur.rubr.de probatio. ☜

¶ Vigesimosexto vsurari9 publicus, & manifestus.c.de Petro.47.distin.& ibi Domi. quia sunt infames.c.quanquam. de vsur.in 6.Mathesilla.no.49.nota quod omnes. & notab.167.nota ꝙ vsurarii.Et collatio facta notorie infami infamia etiam facti,non tenet,quia non est bonis moribus præditus Panor.in c.super eo.in fi.de elect.capi. inter dilectos.de excessib.prælato. Prohibentur etiam eligi tam ad beneficia.de Viasio in tracta.de electio.in.2. parte.ca.33. quàm ad officia.Iaso.in.l.barbarius.colũ.4.numero.18.ff.de offic.prætoris. Et vsurarii, sicut os inferni,nõ satiantur.c.sicut hi.47. dist. Bald.consil.395.vol.5. Ante tamen declarationem putarem iuuari hoc decreto,ac quidam hic expressi.

¶ Vigesimoseptimo violentus, vt patet in hoc text.ibi,non violentus. Adde quod habetur Esaiæ.9.c. Omnis violenta prædatio cum tumultu,& vestimentũ mixtũ sanguine erit in combustiõe,& cibus ignis. Et intelligo hic de violento siue cum armis,siue sine armis,cum hic generaliter loquatur,& probatur in. l.1. & ibi Bar.& patruus meus Rebuf.D.de nauicula.lib.11.& hæc violentia dicitur leue delictũ.l.is qui in puteum. §. si tutoris.& ibi Bar.ff.quod vi aut clã.quod ego intelligerem iuxta materiam subiectã: quia vbi deficit titulus,non procedit vsucapio.§.1.instit.de vsucapio. 228 Violẽtus non iuuatur hoc decreto.

¶ Nolo transcribere quinque genera violentiarũ,quæ tradit glos.in.l.& l.1.extat.ff. quod metus causa.l.1.C.illo titul.glo. in c. ad audientiam.illo titul.Iaso.in.l. si quando. col.1.C.vnde vi.

¶ Nec intelligo hic loqui nisi de violentia expulsiua.l.si quis in tantam.C.vnde vi. 229

¶ Quid de compulsiua,si metu coactus renunciauit?an ille in cuius fauorem facta est resignatio metu, post triennium sit tutus? Et dicerem quod nõ,si per illud tempus duraret metus:tum primo quia resignatio facta metu, est nulla, in deci.rotæ.374. fuit dubitatum:in nou. Anthonius de butrio in cap.ad aures. de his quæ vi metusve causa fiunt,vel saltem annullanda.Calder.consilio.1.de renunciat.per cap. super hoc illo titul.& ibi Imol.Panorm.in cap.abbas.de eo quod met.causa.& cap.sequent.Maleret in 230

Source : BIU Cujas

tractat,de electio,fol,89,versic,secúdo fallit,& quæ metu gesta sunt, rata nullo tempore,vel modo prætor habet.l.1,&,l.si mulier,ff.quod met.caus. & illa beneficia sic resignata quis repetere potest.capit.2.&.3.de his quæ vi metusve causa fiunt.& non valenti agere non currit præscriptio.l,1.in fine.C.de annal.exceptio , & quandiu durat metus , non potest agere , ergo non curret præscriptio ista triennalis.glos.& docto.in capitul.2.& capitul.quia.de concessio. præbend.Sic non dicitur professa filia quæ per annum stetit in religione, si coacte ingressa sit, etiam si fecerit professionem . glos. sing.in capitu.præsens.20. quæstio.tertia. quam sing.notat Alex.in.l.si cum dotem.§. eo autem tempore.col.4.ff.solu.matri.glo. & Panorm.in capit.1.quod met.caus. quod est valde notandum secundum Ias.in.§.quadrupli.col.7.nume.62.insti.de actio.contra nobiles habentes filias claudas vel gibbosas aut aliter deformes, cogentes eas facere professionem , quia per hoc vitiatur ingressus & professio , secus in matrimonio carnali.Hippol.sing.347.

¶ Idem in procuratoris cõstitutione metu facta.Hostien.& Panor.in d.c.abbas.& ibi Imol.col.fi.facit.c . ad audiẽtiã. & ibi glo. & cap.cum dilectus.de his quæ vi metusve caus.fiunt.An metus purgetur.vide Bal.in l.2,C.quod met.caus.Card.cõsil.137.& Decium cõsil.219.viso. col.3.in.2.dubio. 4.q. cle.multorũ,de pœnis. ☞ Idem si per dolũ & fraudem quis fuerit inductus ad constituendum procuratores ad resignandũ,quia tale mandatum est nullum , cum dolus det causam contractui.l.& eleganter.ff.de dolo.& hoc expresse tenet.Oldra.consil.324. factum tale col.3.versic.6.

231 Violentꝰ pdit ius quod habet ī bñficio.fallit, vt infra.

¶ Ex hoc sit regula,quod violentus ipso iure perdit ius quod habebat in dignitatibus, personatibus,vel aliis quibuscũque beneficiis occupatis propria auctoritate , in odiũ violenti.d.c.eum qui.de præb.lib.6.ca.plaecuit.16.q.6.quia fur est & latro.Io.10.c. cũ non intret per ostium. 23

¶ Intellige quãdo quis apprehẽdit possessionem beneficii possessi per aliũ inuito & cõtradicente possessore,satis enim dicitur violentia illata,& quis spoliari,si alius propria auctoritate ingrediatur possessionẽ in qua sum.l.clam possidere.§.qui ad nũdinas. ff.de acqui.posse.& ibidẽ not.Bar.& alii. 23

¶ Siue is qui erat in possessione, eã dimisit dubitans se posse repelli,siue non,quia licet non dimiserit possessionem,tamẽ in ea passus est violẽtiam,& turbationem,& vbi solus erat in possessione libera,modo socia tus est,& turbatus, ob quam datur tædialis possessio,sicut tædio affectis, vt veniant re sponsuri.capi.quoniam. vt lite non contesta.hoc tenet Lappus allega.127. Anastasius in.4.quæstio.

¶ Intellige nisi quis apprehendisset possessionem per procuratorem generalem, quia non intelligitur datus ad illicita.l.si procurator.ff.de condict.indeb.c.cum in generali.de offic.vica.lib 6.Ideo per eum non priuabitur iure suo dominus, qui ad hoc potestatem procuratori non dedit. 23

¶ Fallit nisi expressum & speciale mandatum eidem dedisset, quia tunc perinde est ac si principalis fecisset.l.1.§.deiecisse.ff.de vi & vi arma.

¶ Secundo fallit quando ratum habuit expresse vel tacite postea,arg.ca.cum quis.de sentẽ.excõmu.lib.6.Et præsumitur ratũ habere,quando sciebat procuratorem suũ dicta possessione vti, vel suo nomine primũ possessorẽ molestare,si non prohibuerit.c. non est dubium.de senten.excõ. 236 237

¶ Intellige ergo quod quando quis violentiam non cõmisit, licet propria auctoritate ingrediatur beneficiũ, tamen non priuatur iure suo,si præcedat iustus & legitimus titulus Nico.de milis in reper. in verbo beneficium.in.§8.q.beneficii possessionẽ. Autor te ingredi bñficiũ sine vio tia est ista titu co nõ p uatur

¶ Item si sententiã habuerit quis pro se, & 238

Source : BIU Cujas

propria auctoritate ſine vi tamen occupauerit poſſeſsionē,nō priuatur iure quod habet.de Rota deciſio.417.ſi pro ſpoliato. in no.licet contrarium teneat Calder. in cap. cum noſtris.q.6. de conceſſio.præbend. & cogitandum reliquerit Peruſ.iu d.cap.eum qui.§.inſuper.Feli.in cap.de cætero.col.penult.de re iudic.

Limita quādo fieret violētia iudicis,vel ſuperioris auctoritate.Ioan.And.in d.c.eū qui.Aufre.i deciſ.capellæ Tholoſa.q.443. Item &c.an habens.vbi dicit pœnam capi. eum qui,non habere locum in hoc caſu.Itē priuatur violētus iure, etiam ſi is qui eſt in poſſeſsione,non reſiſteret,dum tamen non conſentiret expulſioni de ſe factæ.l.ſi quis. ff.ne vis fiat ei.l. is cui.§.miſſus.ff. vt in poſſeſ.lega.l.meminerint.C. vnde vi. Ita expreſse tenet Inno.in c.cum noſtris.in glo. credimus,de conceſsio.præb.Oldra.conſi. 319.ſuper executione.col.1.

Non tamen habet locum pœna.c.eū qui. quando quis ingereret ſe adminiſtrationi epiſcopatus, ſine expeditione bullarum, ad quem eſt tranſlatus.Ioan, And.in d.ca.eum cui.Dec.conſil.319.viſo puncto.col.vlti.vide Domi.& Philip.in cap. cum ſingula.§.1. de præben.lib.6.

Procedit etiam d.c.eum qui,in officiis regiis.nam dicitur in.l.fi.C.de off.magiſt.officio.Sed ſciat is,qui ſine ſacro reſcripto ad eandem peruenire militiam auſus fuerit,nō ſolum ea ſe priuari,verumetiam pœnæ. xx. librarum auri ſubiici.Io. de terra rubea in tract.contra rebelles regum.artic.2.ſecundi tracta.verſi.octauus effectus.quod in regno non vidi ſeruari.

Item non debet quis propria auctoritate apprehendere poſſeſsionem, etiam ſi habeat canonicum titulum, ſed debet auctoritate illius à quo habet cauſam,ſiue conceſsionē,ſiue habeat à papa.capitu.paſtoralis. de priuileg.ſiue ab epiſcopo.capit.cum veniſſēt.de reſtit.ſpolia.l.ſi ex ſtipulatione.ff. de acqui.poſſeſſ.d.cap.eum qui.l.fi.C. de agentib.in reb.lib.12.l.non aliter.C.de palat.ſacra.largi.eo.libr.l.neminē.de re milita.eodem.lib.de ripa.conſil.18.rub.de reſc. tamē ſi expeditis bullis quis ſine executore adipiſcatur poſſeſsionem,non eſt intruſus.Domi. & Philip.in capit.ſi tibi abſenti. & dicto capitu.eum qui. de præbend.in.6. & in regul.cancella.

Item in quantum glo.in verbo.violētus eodem titul. in prag.ſanct. tenet quod habens canonicum titulum,non poteſt apprehendere poſſeſsionem beneficii propria auctoritate. Salua eā procedere in caſibus ſequentibus,licet regulariter contra per textum in ca.tranſmiſſam.de elect.vbi electus & confirmatus adminiſtrat ſine alia poſſeſſione apprehenſa, & ibi hoc tenent Innoc. Card.Panor.idem in capi.noſti.illo titul.& vtrobique plene per doct.capit.auaritiæ. de elect.lib.6.& Aufre.in deciſ. Tholoſa.quæſtio.443.Item fuit quæſitū an habens,quia per electionem acquiritur ius adminiſtrandi,per confirmationem exercitium, alioqui nil prodeſset confirmatio,gloſ.in ca. quanto.63.diſtin.Nicola. de Milis in verbo beneficium.q.58.& in verbo poſſeſsio. q.103 poſſeſsionem beneficii. & in verbo poſſeſſorium.§.38.Card.in cle.vt hi qui.quæſt.8. de ætate & qualitate.Imo ſi cōfirmatus ceciderit à poſſeſsione,poterit eā propria auctoritate ingredi.ſi inuenerit eam vacantē. Innocen.Imol.& alii in cap.ex parte.col.penult.de arbitris.

243 Poſſeſſionem bñficii ā quis propria auctoritate apprehēdere poſſit.

Vide ſeptem caſus in quibus quis poteſt adminiſtrare ante cōfirmationem per Philippū Francū in c.auaritiæ.de elect.in.6. 244

Et ſi illa iura loquantur de electione & confirmatione,idem tamen eſt in collatione,quæ habet vim electionis & confirmationis, vt propria auctoritate ingredi poſſit poſſeſsionē beneficii ſibi collati. Federi. conſil.234. ſuper primo.colū.2. & idem de præſentatione facta de beneficio & inſtitu 245

Source : BIU Cujas

tione ſubſecuta, vt præſentatus poſsit poſ-
ſeſsionem ſua auctoritate apprehendere.
Rochus Curtius in tracta. de iure patro. in
verbo ius. quæſt. 5. Nicolaus de Milis, in
verbo poſſeſsorium. §. 48.

Simile ponitur in tutore, qui ſtatim ad-
miniſtrat. l. 1. ff. de adminiſtra. tutor. gloſ. in
dicto cap. cum ſuper. circa finem de cauſa
poſſeſ. & proprieta.

246 Nec obſtant iura quæ videtur requirere
inſtallationem, quia intelligi debent quo ad
ſolennitatem, non de ſubſtantia adminiſtra
tionis, vel debent intelligi quod requiritur
inſtallatio, quando hoc habet conſuetudo,
alias non. Innocen. & alii in cap. in literis,
de reſtitu. ſpolia.

247 Primo procedit quando eſset conſuetu-
do q̃ electus & confirmatus non poſſet ap
prehendere poſſeſsionem ſine ſuperioris au
ctoritate, quia ſicut poteſt acquiri conſuetu
dine poſſeſsio, ita poteſt operari ne acquira
tur niſi certo modo. c. 2. de conſue. Philip. in
d. c. auaritiæ. col. 2. facit c. in his. 11. diſt. ca.
in nomine. 23. diſt. Panor. & alii in d. c. cum
ſuper. circa finem. de cauſ. poſſeſ. facit glo.
ſing. in authen. vt præponat. no. impera. col
la. 2. §. 1. quæ vult omiſsionem ſolẽnitatis ex
ſola conſuetudine introductæ, vitiare actũ.

248 ¶ Secundo procedit glo. quando aliquis eſ-
ſet in poſſeſsione beneficii, tunc non licet
alicui propria auctoritate illud poſsidere,
quia ſecus faciendo eſſet ſpoliare poſſeſſo-
rem propria auctoritate, quod non licet, vt
in c. eum qui. de præb. in. 6. Bal. in. l. fin. q. 5.
C. de edicto diui Adria. tollẽ. Et iſta eſt cõ-
munis opinio, teſte Roch. de Curt. in tra-
cta de iure patro. in verbo ius. q. 5. de Ripa
in lib. 2. Reſponſo. de reſcript. c. 31. quæri-
tur. Panor. poſt Innocẽ. in cap. cum ſuper.
circa finem. de cauſa poſſeſ. cap. licet. in. 2.
de præbend. lib. 6.

Nec obſtat. l. ſi ex ſtipulatione. ff. de ac-
qui. poſſeſ. quia loquitur quando aliquis erat
in poſſeſsione, ſi vero res eſſet vacans, licis-
tum eſſet poſſeſsionem apprehendere pro-
pria auctoritate, vt dicit ibi Iaſ. limita. 4.
per. l. fiſtulas §. 1. ff. de contrahen. empt. glo.
in. l. 1. pro dote.

¶ Nec obſtat. d. c. eum qui. quia loquitur in
eo qui violentiam adhibuit. vide reſpon. ad
alia iura per Ioan. de Selua in tracta. de be-
nefic. in. 3. parte. q. 15. Fallit tamen in cle.
vna. §. 1. de ſequeſtra. poſſeſ. & fruct. & ſic
quando poſſeſsio hæreditatis a nemine de-
tinetur, non eſt neceſſe intentare remediũ.
l. fina. C. de edicto diui Adria. tollen. ſed po
teſt hæres propria auctoritate poſſeſsionẽ
capere. Iaſ. ibi, & Innoc. in cap. cum in offi-
ciis. de teſta. Petr. de Ferra. in ſua practic. in
forma libelli quo petitur hæreditas ex teſta.
in verbo, iniuſte occupauit.

¶ Nec obſtat. l. non dubium. C. de legat.
quæ etiam loquitur quando legatarius ap-
prehẽderet rem legatã ab alio occupatam.
ſecus ſi a nemine poſſideretur, quia tũc poſ
ſet doct. ibi. glo. no. in c. fi. in glo. penult. de
ſucceſſ. ab inteſta. Sic conſuluit Roma. de
legatario vſusfructus, conſil. 312. circa pro-
poſitam. Deci. conſil. 243. vt clarior. col. pe-
nult. & ſequent. & conſi. 424. proponitur.
col. vlti. & Benedict. in repet. cap. Raynu-
tius. in verbo ſi abſque. in. 2. de legatis. nu.
145. cum ſequent. de teſta. Facit quod not.
Innocen. Panor. & alii in cap. cum ſuper. in
fi. de cauſa poſſeſ.

249 ¶ Vbi dicunt beneficiatum poſſe agere no
mine eccleſiæ ſibi collatæ, antequam ade-
ptus ſit poſſeſsionẽ illius, quando illud bene
ficium a nemine detinebatur, alias contra,
quia eſſet ſpoliare poſſeſsorẽ propria auc-
ritate, quod eſt prohibitum in c. placuit. 16.
q. 6. & d. c. eum qui. Nicol. de Milis in ver-
bo poſſeſsio. §. 94. poſſeſsio quæ erat. & in
verbo poſſeſsorium. §. 47.

250 Item facit quod not. Inno. & Imol. in c.
inter quatuor. col. 2. de maiori. & obedien.
vbi dicũt quod eccleſia quæ labitur in hære-
ſim, vel ſchima, perdit iura ſua, & poſſeſsio

Source : BIU Cujas

nem illorum. si tamen redierit ad fidem, poterit possessionē apprehendere propria auctoritate si per alium non fuerit occupata.

¶ Idem si episcopus fuerit cōfirmatus, quia statim poterit beneficia conferre, vicarium facere, & alios actus exercere, si nemo sit in possessione illius diocesis. Ioan. de Selua in tract. de benefic. in. 2. parte. q. 15. de Ripa d. lib. 2. respon. c. 31. quæritur. videtur contrarium consulere. ibi licet cernere.

¶ Imo fortius habens canonicum titulum, si per vim occupet beneficium a nemine detentum, non priuatur iure suo, nec dicitur intrusus. Domi. & Philip. in d. c. eum qui. tum quia non dicitur temerarius, cū habeat titulum, licet largius sumatur quā violētus. glo. no. in cap. tua nos. de sentē. excommu. ita in Prouincial. fol. 60. versicul. habens canonicum. Temerarius est, qui actum a iure reprobatum committit. Domi. Archidia. & alii in dicto cap. auaritiæ. de electio. libr. 6. & dicto cap. eum qui. tum quia non est violentus, de quo loquitur ille text. ibi, violenti &c.

Tertio procedit dictum glo. quando ecclesia daretur ad proprios vsus, id est vniretur alteri ecclesiæ, tūc sine auctoritate superioris non licet ingredi possessionem, quam nunquam habuit. c. pastoralis, de priuileg. nisi ex licentia papæ, vt ibi. & papa vniendo non intendit præiudicare iuri episcopi. c. super eo. de offi. delega. Petrus de Perus. in tracta. de vnione ecclesia. capitul. 2. quæst. 2.

¶ Ratio diuersitatis est, quia quando conceditur beneficium ad proprios vsus, videtur concessum vt quædam proprietas, & causa possessionis & proprietatis est separata, & nihil habent cōmune. l. naturaliter. ¶ nihil cōmune. ff. de acqui. possess. Ideo non licet etiam domino intrare possessionem multo possessore. d. c. placuit. & d. l. si quis in tantam. C. vnde vi. Sed quando conceditur in titulum, videtur concedi potestas administrandi, & sic consistit illa concessio circa incorporalia, & in acquisitione istorum iurium incorporalium sufficit patientia domini. l. quotiens. ff. de seruit. quam patientiam & auctoritatem habuit statim atque superior confirmauit electionē de eo factam, vel sibi beneficium cōtulit. d. c. trāsmissam. & hoc est notandum secundum Panormita. in capitul. cum venissent. col. penult. de institut.

¶ Quarto procedit quando ecclesia concederetur in commendam, quia cum sit quasi depositarius, non poterit propria auctoritate possessionem apprehēdere. glo. & docto. in cap. nemo. de elect. lib. 6. Roma. consilio. 350. in casu. col. 1. & sequent. 254

Quinto procedit, quando non leuasset literas apostolicas, quia confirmatus ante nō poterit administrare. d. cap. auaritiæ. Alias incurreret illam pœnam. cap. iniuncte. de elect. in extrauag. communibus in maioribus dignitatibus.

Sexto procedit quando habuisset confirmationem ab eo qui nō est loci ordinarius. Antho. & Fel. in c. ne Dei. colum. 2. de fimo. dicens hanc opinionem in practica seruari, vt possit propria auctoritate apprehendi possessio. 255

¶ Quæro, quid si violentus petit a papa sibi confirmari beneficium per vim obtentum, & papa hoc facit, & postea possedit per triennium, & vltra, an possit molestari? Videtur quod non, quia videtur purgare violentiam a papa impetrando. Breui respon. contrarium, quia quando quis occupauit beneficium, vel aliam rem per vim, & postea facit sibi a superiore confirmari, & concedi, illa concessio non valet, nec tribuit ius. tex. aureus in. l. auctoritate. C. vnde vi. & tex. in. l. 2. & ibi glos. C. de fund. & salti. rei do. libr. 11. Alex. consi. 3. ex his quæ nume. 13. col. vlti. in. 5. vol. Barba. consi. 41. illud afferam. col. 4. & consil. 63. sapienter. col. 10. in. 1. volu. & consil. 24. clementissi- 256

Source : BIU Cujas

mi.col.2.in 2.volu.& conſi.13. à Ioue.col. 11.volu.3.conſil.55.clementiſsimum.col.1. in fine,& ſequent.in 4.volumi. Curtius in tracta.de feud.in 2.parte.q.3. Feli in c. poſtulaſti. col. 18. verſicul.circa quartum.de reſcript. ☞ Facit text. in c. ſi gratioſe de reſcript.in 6.in fine.c. dudum. 2.in fin.ibi, nec intentionis noſtræ fuerit aliquid ei de nouo concedere, ſed vt per indulgentiam poſſet habita licite retinere.de electio.nam iniuriam facit beneficio & dignitati,qui ea iniuſte detinet text. in capitul. multi & ibi Præpo.40.diſtinct. ☜

¶ Quia ea quæ ſunt iuri contraria, nunquam intelliguntur confirmata. Bald. in capi. 2.in princi. col. 2. per quos fiat inueſtitu. per gloſam.in dict.l. 2.de ſalti.rei donec confirmatio facta de intruſo nō valet. Bal. in c.in literis. col.fi.de reſtitu.ſpoliat. Itē gratia nō facies mētionē de illicita occupatione beneficii,non valet. Panorm. in cap.præterea.vlti.no. de iure patro. & in capi. quiſquis.de elect. Domi. in d.capitul. eum.de præbend. lib. 6. Felin.in cap.in noſtra.correl.2. de reſcript. & ſic titulus non eſt coloratus.

257 Limita quando papa ex certa ſcientia de nouo concederet inuaſori expreſſe habita mentione intruſionis,& violentiæ,quia tūc videtur illam violentiam remittere, & de nouo conferre. Salyce. in d. l. auctoritate. Panor.in c.quiſquis.de elect.& c.per inquiſitionem col.3.ibidem.facit quod not.Bart. in tracta.de tyrannia.q.10.Feli.late in cap. poſtulaſti.col.18.& ſeq. de reſcript. Barba. d.conſilio.55.col.3.

Et hic poſt triennium non poterit moleſtari,vt hoc tex.nec obſtat quod violentus ſemper poteſt moleſtari,verū eſt nō purgata violentia,ſed hic purgauit violentiā impetrando à papa, ergo amplius non dicetur violentus nec intruſus, quod eſt notādum.

258 Fratres minores ¶ Vigeſimoctauo ſunt inhabiles fratres minores,& alii mendicantes, quia hoc eſt pro prie contra regulam illorum,& mendicitatem. Benedict. in repet.c. Raynutius. in verbo & vxorem. nu. 218.& ſequ.de teſta. per cle.exiui de paradiſo.de verb. ſignifica. c.cum ad monaſterium. de ſtatu regula. & de hoc extat ordinatio regia in rub.de conceſsio.præbend.in ſtylo parla.7.parte, quæ bene ſeruatur in hoc regno, & fuit ſecundum eam prolatum arreſtum Tholoſæ nu per, vt habui ab egregio & doctrina admirabili, clariſsimo viro domino de Serta, olim ſenatore regio in dicto parlamento. ☞ nunc vero præſidente. Fallit in epiſcopatu & archiepiſcopatu,quos ad nominationem regis habere poſſunt, ideo in eis hoc vti poſſunt decreto, vt dico in.§.1.verſi.conſanguineis. de regia ad præla. nomina.faciend. ☜ benefi nō hal ant.

259 ¶ Vigeſimonono regularis eſt inhabilis ad beneficia ſecularia, & contra §. volumus. de colla. in concord. & dicit Ouid. Quam male inæquales veniunt ad aratra iuuenci. Io.Fabri in rub.inſt.de nup.& Bal.in c.cum cauſam.de elect.de Viaxio.in tract.de elec. c.7.2. partis. ✠ Item collatio facta monacho de parochiali eccleſia cōſueta regi per ſeculares ſine diſpenſatione ipſo iure non valet,& ſic ius conferendi ad ſuperiorē deuoluitur, Egidius bella mera deciſio.172. collatio.&.714.domi. de rota deciſio.262. in religioſo.& deciſio.483.collatio. in nouis.& ſic collatio non eſt colorata, cum ſit nulla,nec iuuatur hoc decreto, qui poſſedit per triennium. ✠

260 Trigeſimo mulier eſt inhabilis ad beneficia eccleſiaſtica.Innocen.& alii in c.cum noſtris.de conceſſ.præb.dixi ſupra in. 1.amplia. vbi poſſunt habere prælaturas.

Item non baptizatus,quia nō poteſt ordinari.c.fi.de presbytero non baptizat.

Item qui interdictum violauit, dicitur inhabilis.capitul.1.de poſtulat.prælat.quia eſt irregularis.cap.is cui.de ſenten. excommu. in 6.& religioſi ſiue ſint exempti, ſiue non,

Source : BIU Cujas

sunt excommunicati.clemen. 1. de sentenc. excommunica. & qui alios inuenerit, hic addere poterit.

¶ Notandũ est quod licet homicida & qui dam supra nominati sint inhabiles ad beneficia obtinenda,tamen non sunt ipso iure priuati beneficiis obtentis,sed per sentẽtiam sunt priuandi, nisi illi quos proxime referam. & hoc probatur per tex. in c.clericis. ibi, honore priuetur & loco. ne cleric. vel monach. quod loquitur de homicida. cap.ex literis.de excessib.prælato. Cardi.in clemen.constitutionem.5.cæterum. in fine. de electio.Panor.in cap.vlti. in 2.notab.de excessi.prælat. & in capi.item cum quis. in glo.2.de restitu:spolia. & cap. cum nostris. de concess.præb.col.vlti. Ioannes de Ana. in capi. 2.de cleric.pugnan. in duello. Feli. in cap.de quarta.col. 49.de præscript.facit cap.studeat.50.distinct.ibi,ecclesiæ suæ.Et ibi hoc tenet Præpos.col.2.c.si tibi absenti.de præbend.lib.6.Licet Archi. & Domi. inducant illum tex.contra.& Dec.in c. dilecti.col.1.de except. Soci. in c.postulasti. de foro competent. & ista est communis opinio teste Ferra.in cautel.44.canonicus.

¶ Imo homicida si esset per sententiam cõdemnatus pro homicidio,non est beneficio priuatus,nisi per sententiam priuetur. Præpos.in d.c.studeat.50.distinct.cap.fraternitati.de cleric.excommunic.minist.Bal.in.l. cum fratrem.col.3.C.de his quib.vt indig. Feli.& Decius in c.2.col.3.versi.circa de rescrip.& c.sciscitatus.col.1.&.2.ibidem Feli. d.ca.inquisitionis.col.1.& sequen. Aufre.in decisio.suis,quæst. 436. item & cætera.an si contra.De Viaxio in tract.de elect.2. parte. q.30.

¶ Etiam si esset homicidium ex industria perpetratum. Aufre. q. 207.Collecta.in d.ca.inquisitiõis.ideo cautela est, vt ante sententiam renunciet in fauorem amici sui, & postea impetret dispensationem à Roma. pontifice,& rehabilitationem,quam vocãt, demum is in cuius fauorem renunciauit,iterum resignet, & eidem papa conferat. Feli. in d.cap.inquisitionis.col.1. Thomas ferra. d.cautella.44.Et ideo facit fructus suos,donec priuetur.Panor.in c.item cum quis. de restitu.spoliat.Feli.in d.c.de quarta.Tamen si postea priuetur,eos restituit eo modo,quo prædo & intrusus.l.prædonis.ff. de petitio. hæred.& ibi Ang.& Paul.quod potest de facto milies contingere teste Hippoly. sing. 268.verus possessor.Secus est in illo qui est ipso iure priuatus, qui omnes fructus restituit a die commissi criminis. glo.fing.in authen.de incest.nupt.in verb.imminere.colla.2.Bald. in Margarit.in verbo priuatio.l. eum qui.ff.de his quibus vt indig.Multa cõgerit more suo.d. And. Tiraquel.in repet.l. si vnquam.in glo.reuertatur.nume.219. C. de reuocan.donatio.

264

¶ Regula ergo est,quod homicida vel alius delinquens non est ipso iure priuatus suis beneficiis.Io.de Ana.in c.fi.de homici.Panor.Feli.& alii in cap.quærelam. de iureiurand.nam priuatio non inducitur nisi in casibus à iure expressis,per glo.in c.fi. de iure patro.l.si seruũ.5.prætor.ibi,non dixit prætor.ff.de acqui.hæred l.at si quis 5. diuus. ff. de religio.5. sin autem.ibi, nec quælibet est lex aliquid tale dicens,in authen. de non eligen.se.nuben.colla.1.cap. si compromissarius.de electio.lib.6.

Ipso iure quis non priuatur bñficiis, fallit vt fra.

265

¶ Primo fallit in crimine hæresis.c.cum secundum leges.& ca.vt commissi.de hæret. lib.6.& dixi supra limitando per. c. ad abolendam.de hæret.

Secundo fallit in crimine simoniæ.Fel.in c.insinuatum.per illum text.de simo. & c.2. col.3.de rescrip.& in extrauag.cum detestabile.illo tit.in communibus glo.in verb.ipso iure.5.deinde de elect. in prag. vide glos. in c.nisi.in verb,sed duntaxat. de renunciat.

¶ Tertio in c.felicis.de pœnis.lib.6.vbi loquitur de percutiente cardinalem,vt sit ipso iure priuatus suo beneficio.

Source : BIU Cujas

¶ Quarto in cle. multorum, de pœnis, quæ loquitur in eo qui cepit clericum, & in carcerib⁹ detinuit, donec resignaret beneficiũ qa si inferior episcopo fuerit, ipso iure suis est beneficiis priuatus, vt ibi cernere licet.

¶ Quinto in violento in c. eum qui, de præbend. lib, 6. & supra dixi.

¶ Sexto in homicida qualificato, de quo in cap. 1. de homicid. lib. 6. Idem si interfecerit parentes, vel alterum, seu fratres, aut clericum. Feli. in d. ca. inquisitionis, vide Ioã. de Ana, consil. 63. præsuppositio.

¶ Septimo in falsario literarum papæ. c. ad falsariorum. de crimine falsi. vide tex. in c. in quibusdam, ibi, & beneficiati beneficiũ prorsus amittant. de pœnis, alios casus si in ueneris, hic addere poteris bone lector.

266 Trienniũ debet esse cõpletũ. ¶ Quinto regula prima fallit quando triennium non esset completum, etiam si parum restaret, tunc ante triennium completũ potest molestari, glo. eod. titu. in prag. in verbo triennio, argu. cap ad nostram, de regula. c. comissa. de elect. in 6. cle. vna, in verb. triennium. de sequest. posse. & fruct. l. fina. C. de repud. hæred. quia vbicunque lex requirit certum tempus, oportet quôd sit cõpletum, & computatur de momento ad momentũ. l. 3. §. minorem. ff. de minor. l. in omnibus. 1. de actio. & obligat. Nã hic duo requiruntur, videlicet cursus temporis, scilicet triennii, & possessio pacifica & continua. cap. cum de beneficio, & ibi Philip. Perus. no. 2. de præben. lib. 6. Bonifa. in clemẽ. vna, col. 4. de sequest. posse. & fruct. nisi lex declaret inceptũ tempus sufficere. l. qua æta te. ff. de testa. cap. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. cle. vlti. de æta. & qualita. & ibi glo. & doct. nam ista computatio est naturalis, & tempus est perfectum, quod ex omnibus suis momẽtis constat, quasi ex suarum partium aggregatione tam materiali quam formali, Bald. in capi. cum vicesimum. in fi. de offic. delega.

267 Tempus. ¶ Quæreret aliquis, quid si quis possedit biennio pacifice, & colorato titulo, demũ eo mortuo alter per annum pacifice, qui vult coniungere illum annum cum duobus annis sui prædecessoris, an possit? Breui respond. quod non, vt tenet glos. in pragmat. sanct. in verb. possedit, quia sicut in bonis ecclesiæ nõ succeditur iure hæreditario, ca. 1. de præbend. & capit. 1. & penul. de peculi. clerico. sic nec in titulo beneficii, qui debet haberi a superiore, succedetur. Panormi. & Decius in d. cap. 1. de test. tex. in c. Moyses, & cap. apostolica. 8. q. 1. Card. in cle. vna. q. 12. col. 4. de foro competen.

Succe risan fit cõ cũ tẽp ptæd soris.

Itẽ quia titulus prædecessoris morte fuit extinctus, cap. qui in viuorum. de concessio. præben. nam mors omnia soluit. §. deinceps, in authen. de nupt. colla. 4.

Ideo si beneficiatus miraculose resurgeret, non posset beneficiũ repetere, sicut nec vxorem, cum morte sit solutum matrimonium, glo. in verbo vacãtium, in extrauag. suscepti. ne sede vacan. in cõmuuibus. glo. in verb. nunquam, in cap. licite. 32. quæst. 7 facit tex. in. l. cum duæ. ff. de captiuit.

268 Miracu lose res gẽs be ficiũ nc recuper ret nec vxorem

Nec refragatur text. in. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acqui. poss. vbi successor succession sui autoris vtitur cum sua causa, suisque vitiis, siue sit generalis, siue singularis, etiam respectu possessionis. l. id tempus & ibi Paul. ff. de vsucap. l. emptori. C. de eui ctio. quia respon. loqui in prophanis, in quibus ius potest in successorem trãsferri: hic in beneficialib⁹, in quibus successio est prohibita, vt supra dixi.

Nec me mouet si replicetur de cap. cum de bñficio. ibi, ab vno, vel pluribus, de præbend. lib. 6, vbi in inducenda præscriptione vel consuetudine coniunguntur tẽpora incipiẽtis præscribere, & successoris. Respõ. non est ibi mirum, quia ad hoc vt beneficium dicatur regulare, vel seculare, oportet dispicere a quo fuerit possessum, & sic iungitur tempus, vt illa qualitas cognoscatur, secus quo ad præscribẽdum titulum bene-

Source : BIU Cujas

ficii, vt hic, nec coniungeretur etiam si successor esset subrogatus in ius & possessionem alterius per supradicta, quod potest fieri, vt not. Rota decis. 385. no. quod surrogatus. in antiq. & multa de hac surrogatione dixi in §. declarantes. in glo. successores. de manda. apostol.

Quæro insuper, an probatis extremis, id est probato quòd possedit primo anno & tertio, probetur possessio continua. Respō. sic, per glos. sing. in. c. volumus. 16. q. 4. vbi dicit sufficere probare quòd possedit ī principio & in fine, quia possessio præsumitur continuata, glo. & doct. in. l. siue possidetis. C. de proba. & sequitur Io. Fab. insti. de vsucap. in princi. Bar, & alii in. l. celsus, circa finem. ff. de vsucapio. Et Bal. in. l. fin. 15. oppo. C. de edict. diui Adria. tollen. Quod intellige & declara vt per Mathessilla. singu. 117. nota mirabilem doctrinam. & Corset. sing. incipiente possessio possessionis. Panor. & de Ripa in c. cum ecclesia. in glo. 3. de causa possessio. & Panor. in cap. accedentibus. de priuile. Felin. in ca. inter dilectos. col. 3. versi. ex quibus. de fide instru. Barb. consil. 8. sapienter. col. 10. & seq. in. 2. vol. & consi. 37. scribitur. col. 9. versic. præterea adduco rationē &c. ibidē. Alex. cōsi. 39. visis scripturis, col. 2. versi. vnde probato ītio. in. 2. volu. late Io. Frāc. in repet. d. l. celsus. quē vide.

¶ Insuper quæro quid si fuerit interrupta possessio, an possit coniungi tempus, vt pote si quis duos annos possederit pacifice, & postea resignauit, tamen resignatio non valuit, & sic reuersus est ad suum beneficium, per capi. si beneficia. de præben. lib. 6. An si per annum postea possederit, possit vti hoc decreto coniungēdo duos annos cum hoc vltimo? videtur quod sic, quia nō censetur diuertisse, qni statim reuertitur. l. quicquid ff. de regu. iur. §. pauonū. institu. de rerum diuisio. Crotus in. l. si is qui pro emptore. col. 2. ff. de vsucap.

¶ Contrariū videtur verū per tex. hic proximo. nam non videtur proximum, quando est interruptum, item possessio interrupta non continuatur. l. naturaliter. ff. de acqui. poss. l. Pomponius. §. cū quis. de acq. posses. Et ideo quando præscriptio interrumpitur, totum tempus præcedens in irritum cedit, adeo quòd opus est illam de nouo inchoare, & erit necessarius idem tēporis cursus, qui primo requirebatur. Panor. in. ca. illud. & in ca. cum non liceat. de præscrip. Bar. & alii in dict. l. naturaliter. probat text. in. l. si ædes §. libertas. & ibi Bald. ff. de seruit. vrba. prædio. 10. Francis. Balb. in tract. de præscript. in. 3. parte sextæ partis principalis. & hoc ex stricto iuris rigore verum est, licet opinio contraria æqua videatur, vt dixi supra amplia. 22. & infra limita. 13.

271 Resignās metu, an hoc decreto iuuetur.

¶ Idem puto si per metum coactus est resignare, & postea rediit ad suū beneficiū sine noua collatione, quod potest. c. abbas. in 2. not. de his quæ vi metusve causa fiunt, quod possedit per biēniū. nam si semel amiserit possessionē, non suffragatur eidem tēpus, secus si non amiserit possessionem.

¶ Arbitor tamē æquius esse, hunc metu renunciantē, si possederit ante metū per biennium, & postea per annum, quod possit cōiungi eo restituto istud tempus, tum primo quia nō est prohibita accessio temporis in vno & eodem, etiam in beneficialibus, licet in diuersis secus. tum etiam quia postq̄ restituitur sine noua collatiōe, quod est fortius, vt supra dixi: ideo non videtur amisisse titulum, nec possessionem, ergo nō est interrupta, vel habetur ac si non esset interrupta. item restitutio est facienda, vt vnusquisq3 in integrum ius suū recipiat. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. non reciperet renuncians ius suum, si possessio non continuaretur. præterea ciuilem possessionem, quæ in animo cōsistit. l. licet. C. de acqui. posses. non amisit sic renuncians, ideo cum restituitur ei naturalis, ius fingit nunq̄ alium possedisse, sed possessionem semper

Source : BIU Cujas

remãsisse penes istũ, saltem animo, qui animus probatur iuramẽto. glo. in §. sed iste. in sti. de actio. & ista opinio est æquior etiã in resignante causa permutationis, quæ nõ est sortita suum effectũ, & in terminis. c. si beneficia. de præ. lib. 6. & vide tex. no. ic. 1. 16. q. 6. vbi sic dicitur, si quãdoque a sacerdotibus & authoribus ecclesiæ quædam scripturæ quoquo modo per metũ aut fraudem aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint, quocunque ab eis cõscriptæ vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præiudicium vel nocumentũ valere censemus. sed si possessio interrumperetur, esset ei nocumento, ergo contra tex. not. bene & vide quæ dico in. 13. limita, infra.

272 Bñficiũ nõ perpetuum nõ cõprehẽditi hoc decreto.

¶ Sexto limita primam regulam non procedere, quando beneficiũ non esset alicui perpetuo datum, sed ad tẽpus, vt in abbate sancti Sulpitii Bituricen. qui ad triennium eligitur, si post triennium destituatur, non poterit hoc vti remedio.

273 ¶ Idem si religioso detur beneficiũ manuale. Domi. de rota decisio. 1. in antiq. vbi dicunt quod monacho habẽti administrationem seu prioratum ad nutum abbatis amouibilem, nõ competit aliquod remedium in causa restitutionis.

274 Monachus an possit post triẽniũ molestari sup manuali bñficio.

¶ Primo intellige contra suum abbatem & superiorem, quin illa beneficia ab eo nõ obstante triennio remoueantur. ca. cũ ad monasterium §. tales. de statu regula. capit. 1. in fi. de priuileg. in. 6. Innocẽ. & alii in c. olim. de accusa. & ideo monachus ab abbate spoliatus non potest agere contra illum possessorio recuperandæ. Bal. in. l. cum affirmes, C. de libera. cau. plene Felin. in cap. cum dilecta. colum. 19. vers. monachus. de rescrip. Imo si abbas conferret monacho tale beneficium manuale, & promitteret non auferre ei per vitam, adhuc posset auferre, quia talis promissio non valet. + tanq̃ facta inter dominum & seruum, nam monachus seruo equiparatur, Imo dicitur seruus. c. multos. 54. dist. glo. in regu. cancellaria. 37. Archi. & Do. in. c. præsenti. de offi. ordi. in. 6. Ioã. de Selua in tract. de benefi. in. 3. parte. q. 69. etiam si iuraret nõ reuocare Collecta. in. c. porrecta. de cõfirma. vtili. + Sed quo ad extraneum posset vti hoc decreto, & sic quo ad tertium. Bal. vbi supra. quia cẽsetur perpetuus, si a suo superiore nõ amoueatur, argu. l. sufficit. ff. de condict. indebit. cũ liberas ædes contra alios habeat. glo. in. l. loci. §. penult. ff. si seruit. vend. nec sua obedientia respectu abbatis debet esse monacho detrimẽto quo ad alios, alioq religiosus esset deterioris cõditionis q̃ nõ religiosus. ca. eũ qui. de præben. in. 6. & contra id quod dicitur, quod optimam partem elegit sibi.

275 ¶ Secundo intellige, quòd si abbas sine causa monachum remoueret etiam a prioratu manuali, posset idem implorare officium superioris, vt sine causa nõ remoueatur, & ex sola malitia abbatis, instar serui. l. 1. C. de precib. imper. offeren. Innocen. in capit. insinuante. qui clerici vel vouentes. quod bene seruatur in Francia, prout innuit Decius in capit. ad nostram. circa fi. de confir. vtili. quia Frãci adeo sunt iustitiæ addicti, vt nullam personam ex malitia molestari permittant, vide Ioan. de Selua in tract. de benefi cio. q. 68. & pauci apud Gallos religiosi ex suis beneficiis sine causa destituuntur, sine magna causa.

276 ¶ Tertio intellige, quòd licet prior manualis possit ad nutum abbatis expresse reuocari, tamen per mortem abbatis nõ censetur reuocatus tacite. Panor. in cap. fina. notab. 3. col. 1. versi. ex quo infero. de preca. & Decius in d. cap. ad nostram. in fi.

277 ¶ Quarto intellige, quòd non potest induci cõsuetudo, quòd beneficium manuale efficiatur irreuocabile, quia cũ illud fit in facultate abbatis, si non est vsus tali facultate, consuetudo non inducitur, nec præscriptio, quia in actibus mere facultatis consuetudo induci non potest. Panor. & alii in d.

Source : BIU Cujas

cap.ad nostrã.& in cap.Ioãnes. in fi.de clericis coniugatis.

278 ¶ Sic nec statutum ligat successorem, quo cauetur quod solus abbas non possit reuocare beneficiatos ad claustrum, quia abbas in præindicium successoris nihil potest facere sine auctoritate episcopi, nec alienare nec locare, nec statuta monasterii alterare.c.abbatibus. & c.alienationes.12.q.2. sic consuluit Federi.consil.259.casus talis.

279 ¶ Quinto intellige, quòd si illud beneficiũ manuale esset per papam confirmatum, nõ poterit remoueri etiam ab abbate.Io.And. Domi.& alii in cap. præsenti.de offic.ord. lib.6.& in cap.cum singula de præbend.eo. lib.Imol.in capi.nisi.colum.penul.de præb. quia quando princeps concedit aliquod beneficium, intelligitur concedere pleno iure.Bal.in.l.beneficium.ff.de consti.princip. allegat §.illud.in authen. cõstitutio quæ de dignita.colla.6.✠ beneficiũ tamen per hoc non mutat suã naturam, sed eo vacante reassumit ipsam teste.Antho.Butrio.in.capi. porrecta.col.2.de confirma.vtili Feli.in ca. In nostra.col.vlti.de rescript. ✠

¶ Quod intellige, quando esset facta cõfirmatio ex certa scientia papæ, quia tunc efficitur obediẽtiarius papæ, secus si conrfimatio fuerit facta simpliciter.Panor. in capit, nisi essent.in fine de præben. Card.in clem. 1.in verbo reuocari. de supplend. negli.prælato.facit quod dicit Archi.in d.c.præsenti. quod si papa conferat prioratum monacho, non tenebitur renũciare ad præceptum abbatis, quia quantum ad hoc est emancipatus. cap.si monachus. 16.questi. 1. sequitur Barba. in c. cum accessissent. numero.85. cum sequent.de constitutio.Et sic etiã hoc decreto iuuaretur contra superiorem hodie tamẽ monachi beati Benedicti possunt constitutione benedictina dictante remoueri, etiam si à papa confirmati vel instituti fuerint, & hoc causa rationabili, perinde ac si à suis superioribus eisdem esset prouisum, vt patet in constitu.Benedict.cap.32. de obtinentibus benefi. ex colla.apostol. & sicut alii subiecti sunt.

¶ Sexto intellige, quando beneficiũ sui natura esset perpetuũ, tunc per abbatẽ nõ posset remoueri, quia talis collatio intelligitur facta cũ sua qualitate.cle.vna de supple.neglig.præla.& ca.vno de capellis monacho. not.Philip.Perus.in.d.ca. præsenti.& tunc nõ posset molestari. dissimile est si papa ad tempus concederet, quia post tẽpus posset molestari, quia actus agentium vltra intentionem non operabuntur.l.non omnis.ff.si cert.pet. & quod papa ad tempus concedere possit, probatur in ca.pastoralis.7.q.1.& ibi glo.& in c.si gratiose.de resc.in.6.glos. in.§.item ordo.in verbo perpetuis.de colla. in prag. & in regu.cãcella.37.Corneus cõsil.223.visis.in primo vol.si tamen per expectatiuã seu mandatũ papæ beneficiũ manuale obtineatur, non efficitur perpetuũ.Feli.in cap.constitutus.col.5.versic.authoritas. in fi.de rescrip.quia illa collatio censetur esse facta cũ sua qualitate.intellige vt supra dixi, & proxime dicetur. 280

¶ Septimo intellige, ꝙ si papa concederet monacho.vt toto tempore vitæ prioratum retinere possit, tunc non poterit molestari per abbatẽ, imo ex potestate ordinaria & sine causa papa non posset eundem remouere, quia beneficium perpetuũ reputatur.Innoc.& Panor.in c.cum inter.R.de electio. in.3.not.& glo.in c.porrecta. de confirma. vtili. Et postquam constat de voluntate & potestate papæ, illa erit seruanda.tex. in ca. siquando.de rescrip. 281

¶ Vltimo intellige, quod licet in aliquibus casibus supra expressis monachus non possit remoueri à suo beneficio, tamen in aliis remanet sub iurisdictione ordinarii, vnde poterit in manibus eius renunciare, & permutare per tex. in cap.per tuas. de maio.& obedien.Panor.& Deci.in ca.ad nostrã.de confirma. vbi dicunt ꝙ si collatio facta sit 282

Source : BIU Cujas

à ſummo pontifice immediate de prioratu manuali, an is prior poſsit per abbatem remoueri? & ſic concludunt. Fallit tamen, vt ibidem per eos, quos vide. Et an religioſis poſsint conferri beneficia ſecularia, vide text. in cap. quod dei timorem. de ſtatu mona. Ioan. de Selua in tract. de benefi. 3. parte. q. 70. vide ſupra amplia. 11.

283 Collatorem bñficiorũ poſſeſſ nõ iuuatur hoc decreto.

Septimo principaliter reſtringitur in eo qui poſſediſſet collationem beneficiorum per triẽnium, quia poterit etiam poſtea moleſtari. cle. 1. vt lite pend. vbi dicitur in glo. 1. quod illa clemẽ. loquens in beneficio, non procedit ſi agatur ſuper pluralitate, vel ſuper inſtitutione, vel collatione, dicẽdo eam non eſſe canonicã, quia is qui præſentauit, non erat patronus. Item dum agitur de beneficio, vt de proprietate. non procedit ille tex. clemen. diſpendioſam. de iud. vbi dicitur in gloſ. quod cauſa dicitur beneficialis, quando agitur de beneficio vt de titulo, ſecus quando agitur de beneficio vt de proprietate, vtpote quia dico illud beneficium ſpectare ad collationem meam, vel præſentationem. c. cum eccleſia. de cauſa poſſeſ. & quia hoc decretum tantum loquitur de poſſidente beneficium, ergo non intelligitur de poſſidente collationem beneficiorum. & ita teneo, quia non conueniunt verba text. & ſic nec diſpoſitio.

284 Collationem pro ifecta papa habe. ſe poteſt.

¶ Octauo fallit quando papa ex aliqua cauſa haberet collationẽ pro infecta poſt trienium, tunc poſſet moleſtari, quia cum in beneficiis habeat pleniſſimam poteſtatem clemen. prima. vt lit. pend. illam clauſulam apponere poterit. capi. quæ in eccleſiarum. de conſti. vbi papa caſſauit nedum conſtitutiones, verum & venditiones ex eis factas. facit gloſ. reputata ſing. in clementi. vna de immu. eccleſia. in verbo pro infectis, quæ dicit, Vide quanta eſt papalis poteſtas circa ea quæ ſimpliciter ſunt de iure poſitiuo, quia reuocat illa vt ex tunc: & ſi excommunicatus indigeat abſolutione, tamen quam do antiqua lex ex qua fuerat excommunicatus, eſt habita pro infecta, tunc non indiget abſolutione. Ita tenet Addit. ad Panorm. in cap. quia. in 1. de electio. per dictam gloſ. ſequitur Barb. in clement. 1. col. 8. de electio. & conſilio. 9. ſupremi. col. penul. in primo volumi. & conſil. 3. clementiſsimi. colum. 3. in. 2. volu. & conſil. 48. præclare. in fine. & conſil. 60. illud colum. 12. ibidem. & conſil. 13. a Ioue. colum. 4. & ſequent in 3. volumine. & conſilio. 42 deum inuocent. & conſil. 78. illud. col. 3. & ſequent. in eodem volu. Panorm. in conſil. 84. illud. col. 2. in. 1. volu. Feli. in cap. fina. de conſtitutio. Moder. in ca. 1. de iud, vide. l. ſi ex pretio. ibi, ſimulatis pro infectis habitis C. ſi cert. pet. l. non dubium. de legib. l. creditor. de dona. inter vir. & vxor. §. fina. de non alienan. reb. eccle. collatio. 2. Quod non procedit in præiudicium tertii. Cardinal. & Felin. in capi. fina. columna. 4. de conſtitu. & capitul. ad petitionem. col. 2. de accuſa. Barb. conſilio. 13. col. 6. in. 3. volu. Calder. colſil. 12. an ſi opponatur. rub. de reſcript. & licet iſta iuris ſint, in practica tamen vix poſſent obtineri in hoc regno ſine magna cauſa, & iuris priuatione.

285

¶ Nono limita vt per regulam. 34. in regulis cancella. vbi ſi quis reſignauerit beneficium in curia, quod fuit mihi collatum, ſi reſignans publicatione non facta intra ſex menſes remanſerit in poſſeſsione, poſtea poſt tres annos adhuc poterit moleſtari, qa nullum habet titulum. Imo ſi moriatur reſignans non facta publicatione, & non peti ta poſſeſsione per me, cui fuit collatum beneficium, dicitur vacare per mortem, & nõ per reſignationem, etiam ſi reſignans moriatur intra ſex menſes, cum ſit eadem ratio regulæ. Auriol. in repet. c. cam te. nume. 267. de reſcript. & in addi. ad de monte Laudano. in c. fi. de filiis presbyte. in 6. Pro intellectu huius regulæ vide Domi. conſi. 75. in 2. q. Panor. conſi. 99. in. 1. volu. Dec. in c.

Source : BIU Cujas

cõsultationibus.nu.5.de offi.deleg. Albert. Brunum in tract. de forma & solennita. actus.fol.63.col.3.& quia nullum habet titulum resignans,& sic non coloratum,non iuuatur hoc decreto. Vnio vero non debet insinuari illis qui possident beneficia. Ioan. Gallus in quæst.per arrestа.q.147.

¶ Decimo restringitur non procedere in oratorio,quia non est beneficium ecclesiasticum.Bonifa.de vital.in clemen.dispendiosam.colum.1.& sequent.de iud.Feder.consilio. 130.factum tale.& consil. 151.thema. colum. 3. Deci. consilio.148.reuerende.& tex.hic loquitur de beneficio ecclesiastico. Postquam ergo non conueniunt verba,nec conueniet dispositio.c.indemnitatibus.§.supradicta.de electio.in 6.Felin.in capitu.nõnulli.colum.31.de rescrip. ☞ & dicitur oratorium ecclesia,seu altare orandi causa constructum.cap.fi.de eccles.ædificand.Calca. consil.31.Antonius colum.2. ☜

¶ Beneficium enim ecclesiasticum cognoscitur ex *multis*. Primo ex persona prouidẽ*tis*, quando conferens est persona ecclesiastica,quia ad laicum non potest spectare ius conferendi beneficia.cap. si quis deinceps. c.si quis.c.nullus.16.q.7.& ibi glo. in summa. nisi ex priuilegio. capi. dilectus.in 3. de præben.Bal.in.l.rescripta.circa finem.C.de precib.impera.offeren.sed oratorium datur laico,ergo non est beneficium ecclesiasticum,de quo loquitur tex.concord. vide glo.in cap.quidam.18.q.2.& glo.in cap. authoritate.de priuileg.in 6.

¶ Secundo cognoscitur ratione personæ cui assignatur,quia beneficium ecclesiasticum confertur soli clerico. cap. cum adeo. de rescript.& c.ex literis.de transact.vbi eo ipso quod mandatur prouideri clerico,intelligitur de officio ecclesiastico. capi. fina. de præben.in 6.cle.vt hi qui.de ætate. Ancha. in cle.per literas.de præben.cap. si quis episcopus.& c. saluator. 1.q.3.Antho. de Butrio in c.in nostra.col.5.q.2.de rescript.

¶ Tertio cognoscitur beneficium ecclesiasticum ex qualitate beneficii, vtpote quãdo habet aliquid spiritualitatis annexũ, vt quia propter diuinũ officium datur beneficium ecclesiasticũ.cap.fi.de rescrip.in 6.Barb.in d.cap.in nostra.nume.74.cum sequen.

¶ Quarto cognoscitur ex modo prouidendi,quia pure conferri debet, & nõ sub conditione,nec cũ pacto, nec pro cõmodo temporali,alioqui esset simonia.ca.si quis dator. & seq.c.si quis obiecerit. 1.q.3. ca.ex parte. in.1.de offi.deleg.c.cõsulere.de simo.Nico. de milis in verb.beneficium.§.75.Ancha.in regula.1.de reg.iur.in 6.col.1.facit tex.in.l. naturali.§.1.ff.de confirman.tutor.vbi sic dicitur,Si quæratur, an ex inquisitione tutor recte datus sit, quatuor hæc considerandа sunt,an hic dederit,qui dare potuerit:& ille acceperit, cui fuerat dandus: & is datus, cuius dandi facultas erat, & pro tribunali decretum interpositum est.dixi in præfa.ad rubr.de colla.in concorda.

¶ Quinto dignoscitur eo ipso quod est perpetuum,& ad vitam eius cui confertur,durat.c.præcepta.55.distin. c.sanctorum. 70. distin.c.veniens.de filiis presbyterorum. c. postulasti.de rescript. cap. penulti. de cleri ægro. Non ad tempus, vel sub conditione conferẽdum est beneficium ecclesiasticum regulariter.ca.si gratiose.de rescript.lib. 6. Barb.in clemen.causam.colum. 51.cum sequent. de elect. ☞ & ista oratoria si honeste non tractentur potest episcopus destrui facere.Panor.in c.fi.de censi. vbi plus dicit quod licet episcopus ea non possit visitare, tamen ad illa accedere potest, vt videat quomodo se habeant,& si præter formam iuris cõstructa sint,& an honeste tractentur.quod est notandũ. ☜ & sic etiam non procedit in hospitalitatibus, quæ non dantur in titulum. glo. in verbo beneficiũ. eo.titul.in pragma.dixi supra amplia.12.vide Calder consil.4.de religios dom.& consil.vlti.ibidem.

Source : BIU Cujas

288 Possidēs beneficiū i curia vacās p collationem ordinarii an possit post triēnium molestari.

¶ Vndecimo limitatur non procedere in beneficio quod in curia vacauit, & ante mē sem fuit collatum per ordinariū, quia cum collatio sit nulla, & sic incolorata. cap. 2. de præb. lib. 6. nam titulus datus a nō habente potestatem, habetur pro non titulo. l. Sulpitius. ff. de donat inter vir. & vxor. & collatio facta a non habente potestatē non videtur imprimere colorem tenendi ei, cui collatum est. not. in cap. cum nostris. de concessio. præbend. l. minor autē. versic. denique. ff. de minor. & d. l. hoc colore. ff. de inoffi. testa. ideo collatio facta per ordinariū de beneficio reseruato, reseruatione in corpore iuris clausa, vt est ista, non est colorata, vt glos. tenet in d. regula cancella. & glos. in verbo. coloratum. eo. titul. in pragma.

289 De beneficio iure regali debito.

¶ Duodecimo non procedit in beneficio debito iure regali, quia intra triginta annos poterit molestari possidens. glo. in verbo coloratum. in fi. eodem titul. in pragma. quia reseruata principi in signum superioritatis, nō præscribuntur. l. comperit. C. de præscri. trig. vel quadra. anno. & ibi addidi post Io. Francis. in trac. de præscriptio. in. 2. parte quintæ partis prin. col. 40. q. 1.

¶ Fallit quando collatio esset facta a rege duobus, tunc si vnus contra alium possideret per triennium, posset hoc decreto vti. glos. in. l. cum sponsus. ff. de public. in rem actio. & cap. ad audientiam. de præscriptio. refert D. Ruseus in tract. regalio. in. 4. priuilegio. &. 23.

290 Permutās suum beneficiū potest ad diredire altero sibi euicto

¶ Decimotertio fallit in illo qui permutauit beneficium suum cum alio, quod post trienniū euictum est, licet is qui dederit nō suum beneficiū, possiderit pacifice per triē nium beneficium alterius, tamē euicto dato potest libere reuerti ad suum primum, non obstante triennio, & decreto de pacificis possessoribus. cap. si beneficia. de præben. in 6. tum quia episcopus qui confert isti beneficium, intendit sibi conferre hoc beneficiū loco dimissi. Sed iste nihil dimittit, ex quo non habet ius, ergo etiam nil consequitur, quia episcopus non contulit simpliciter, sed ex causa permutationis, & habet locum illa regula, quod potuit noluit, & quod voluit implere nequiuit. cap. cum super. de officio delega. l. multum. C. si quis alteri vel sibi. tū etiam quia sequeretur absurdum, quod quis per phas & nephas acquireret beneficium, & videns se non posse tenere illud salua cō scientia, permutaret cum habēte ius in alio, quod est iuri contrarium. Ioannes And. in cap. vno de rerum permuta. lib. 6. Feder. in tractatu de permutat. beneficio. q. 10. Ioannes de Selua in tract. de benefic. in. 3. parte. q. 24. Item resoluto iure datoris, resoluetur ius acceptoris. l. lex vectigali. ff. de pigno. facit. l. empti actio. C. de euictio. vbi emptor non impeditur agere, licet post longa tempora res sit euicta. sic non impedietur agere permutans, licet aduersarius triennium suum beneficium possederit, vel cum alio permutauerit, & is etiam per simile tempus possederit, & hoc est iuri & æquitati cōforme. & quia neutri permutantium ius acquiritur, nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato. regula cancella. 38. vide quæ dixi supra in. 22. amplia. & in. 5. limita.

¶ Nec obstat quod habens coloratum titulū, non potest post trienniū molestari, quia verum est quando ille titulus durat, secus quādo de titulo fit non titulus, vt in eo qui libere ad suum beneficiū potest reuerti, vt in permutante dicitur in c. penult. de rerum permuta. & in c. si beneficia. de præbend. in 6. Et idē in eo qui adipiscitur secundum beneficium curatū. c. de multa. de præbend. vt possit molestari etiam post triennium. 291

Fallit quando aliquis litigaret super beneficio cum alio, & ille resignaret beneficium, vt alter resignaret ius si quod haberet, tunc si nullum habeat, non poterit ad suum beneficium reuerti, quia is poterat præuidere an ius habeat, antequam per-

Source : BIU Cujas

mutaret. Feli. & alii in ca. cum venerabilis. de exceptio.

¶ Intellige tamen, quod si aliquis resignasset suum beneficium facta sibi promissione, quod ille iterum postea sibi resignaret dictum beneficium, quod tantum volebat pro titulo, vt ordines ibidem posset assumere sine literis dimissoriis, is qui habet beneficium ex hac resignatione, possedit triennio, non vult nunc reddere, an possit molestari? dicerem quod non, tum quia is cui facta erat promissio, debebat venire intra tẽpus præstitutum, vtpote intra triennium, ideo videtur illi reliquisse, postquam intra tempus a iure statutum non venit, & etiam quia ab illo resignante non habet ius, sed a superiore. caueas ergo sic resignare. ita vidi de facto. nil allegaui ex tempore, sed istæ promissiones sunt simoniacæ. cap. ex parte. de offic. deleg. + c. per tuas de simo. Io. Nanclerus in tracta. de simo. in prima parte. §. 8. +

¶ Decimoquarto non procedit quãdo partes intra triennium fecissent cõpromissum, & interim alter possedit, quia durante compromisso nõ dicitur pacifice possidere, cle. quandiu. de appel. vbi tẽpus prosequendi appellationem non currit durante compromisso. facit quod si alter ex litigantibus per subter fugia causam protelat, non currit instantia alteri, in quo culpa cessat. glo. in cap. venerabilis. de iud. sequitur Alex. consil. 72. viderur. 1. col. in. 3. volu. etiam si decies milies plusquam biennii tempus excesserit. text. in authen. de appella. colla. 8. Ratio ibi traditur, quia partes confidebant quod arbiter terminaret causam. text. in authen. si tamen. C. de tempo. appella. Soci. consil. 39. capio. circa fi. in 4. vol. quia non potuit pars durãte compromisso ire ad iudicem, & prosequi causam sine pœnæ incursione in compromisso adpositæ. l. si quis rem. &. l. diem. §. stari. ff. de recept. arbit. vel saltem sine violatione fidei & promissionis. l. 1. &. l. iurisgentiũ. §. prætor. ff. de pact. quod graue est. l. 1. ff. de consti. pecu. præterea cõpromittere fuit factũ licitũ & honestum, videlicet vt lites & eius anfractus vitarentur. c. dispẽdia. de reseri. in. 6. Ideo nõ debet pati pœnã qui sic cõpromisit, quia legitime fecit. l. Gracchus. C. ad leg. Iuliam de adult. siue cõpromissum fuerit factum pendẽte prima instantia, siue in causa appellationis. Bal. in. l. eos. §. apostolos. in fi. C. de appella. Refert Anto. Tremolius in addit. ad Hubert. de Bona curso, rub. de impedi. execut. & causæ nullita. versicu. idem est si appellatione. in verbo compromittatur. vide glo. in §. & ne sub vmbra. in verb. prorogationem. de causis in pragma. Item si quis fecit quod potuit, vt lis contestaretur, reus tamen suis subterfugiis & cauillationibus fecit vt nõ contestaretur, tunc actio perpetuatur tam respectu temporis, quam etiam vt transeat ad heredes, ac si lis esset contestata. tex. sing. secundum Bolog. ibi in secundis interpretationibus, in. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Alexand. consilio. 100. discussis. colum. 1. in. 5. volumi. Ias. consilio 35. in quæstione. colum. 2. in. 1. volumi. & cum hoc triennii tempus sit introductum in fauorem vtriusque partis, poterit vtraque pars renũciare, sicut tacite si non opponatur, poterit molestari, ergo & expresse conueniendo & compromittẽdo. Facit etiam quod si partes compromiserint in prima instantia, cõpromissum duret per triennium, tamen non perit instantia, cum sit eadem ratio, quæ in appellatione, ergo & idem ius. l. illud. ff. ad leg. aquil. & idem si exprimatur certum tempus in rescripto, intra quod causa sit finienda, iuxta capitul. super eo. 2. de appella. tamen si partes compromittant, non curret interim tẽpus in rescripto expressum. Bonifa. in d. cle. quandiu. col. 3. & seq.

¶ Nec refragatur quod partes non possunt expresse prorogare illud tempus, nec triennium. l. properandum. C. de iudi. quia fa-

Source : BIU Cujas

teor, quando altera pars prosequeretur, vel ambæ. secus si ambæ vellẽt supersedere, vt not. in. l. post quam. C. de pact. Pro prædicto rum intellectu, & d. cle, quandiu, vide Mathesilla. no. 24. nota quod tempus &c. Iohan. Masuer. in rubr. de arbit. in sua practi. Guido papæ in statuto, si quis per literas. in verbo appellatione. colum. 18. cũ seq. & cõsil. 184. in causa. & decisio. 115. compromissum. Bal. consilio. 290. volu. 1. Ancha. consil. 284. Ioannes. Panor. consilio. 77. in quæstione. 2. quæst. volumi. 2. Alexand. consil. 72. videtur. in. 2. volu. & consilio. 68. in causa. in. 7. volu. Socin. consil. 39. capio. nume. 14. in. 4. volumi. Georg. Nathan in repet. clement. sæpe. in princip. colla. 18. & in. §. & quia. colum. 9. cum sequent. de verbo. significa. & addidi ad d. cle. quãdiu. alia· vide per Berthachi. in tracta. de episcopo in. 13. quæstio. 1. partis libri primi.

293 Sup reb⁹ beneficii post tri. ẽniũ molestatur.

¶ Decimoquinto nõ procedit quando molestaretur super aliqua re beneficii, vtpote super decimis vel aliis rebus, tunc non posset iuuari hoc decreto, quia titulus de pacificis possessoribus, tantum intelligitur quãdo molestaretur super titulo beneficii, secus si super aliis, hoc videtur innuere text. ibi dum dicit, coloratum habens titulum, & sic fundat se super titulo, secus super rebus beneficii, hoc etiam probat verbum beneficium, prælaturam &c. nam cuius est beneficium, non vtique omnes res quæ sunt in beneficio. tex. in. l. si quis cum totum §. si ancilla. ibi, etenim cuius insula est, nõ vtique cœmẽta sunt. ff. de exceptio. rei iudi. & qui vniuersas ædes possidet, singulas res quæ in ædificio sunt, non videtur possidere. text. in l. qui vniuersas. ff. de acqui. possess. facit. l. fundi. de actio. empti.

294 ¶ Decimosexto limita, vt non possit molestari post triennium, poterit tamẽ is qui est in processu cũ alio, se iuuare titulo illius qui nil dicit per triennium, & suam iustificare possessionem ex isto titulo habito, licet is qui eum haberet, non posset se illo iuuare, arg. c. post electionem. & c. ex parte. de cõcess. præbẽ. & sæpius vidi sic in possessorio iudicari. ☞ Et nouissime anno. 1536. die. 27. Martii ante pascha in magno consilio inter D. Petrum Vigueri contra Petrũ de lescure & alios collitigantes. ☜ Nam contra eum qui tacuerat per triennium, poterat opponi hoc decretum. sed contra eum qui est in processu, non poterit, & sic hoc iuuabitur titulo, nec prohibet iste tex. dicẽs tantũ quod possessor triẽnalis nõ molestetur. ✣ Nec nouam possessionẽ in uim huius nouæ tituli adipisci tenetur, nec nouas citationes facere, sed tantum petere se subrogari, iuxta. c. fi. vt lite penden. in. 6. vide glo. in. §. declarantes. in verbo successores de manda. apostolo. in concord. ✣ ☞ Habens tamen collationem a rege, nõ potest se iuuare alia collatiõe, etiam si à papa emanata fuerit, vt fuit in hoc senatu decisum inter magistrũ Robertum le gay & Guillelmum de Machicolo, ratione præbendæ Rothomagen. anno. 1338. die. 3. Iulii, quod est mirabile. nec id quidem approbo. ☜

295 Qñ collationes facẽ sint eo dẽ die ab vno, quę valeat.

¶ Decimoseptimo forte nõ procedit in eo qui possedit per triennium vigore collationis factæ ab ordinario, qui contulerat eodẽ die alteri, & sic vtraque collatio erat nulla, quia non apparebat de prioritate, ideo non colorata, vt not. in. c. cum nostris. de cõcess. præb. vbi quando collatio est nulla penitus, non dicitur colorata, sed incolorata, & sic hoc titulo non iuuatur. posset tamen dici titulus coloratus, per ea quæ supra dixi in amplia. & sic iuuari hoc decreto, quia non est omnino nulla collatio. vt infra dicetur. Sciendum tamẽ est quòd collationes factæ ab vno & eodem ordinario, eodem die, mutuo se impediunt, argu. l. duo sunt. ff. de testa. tutela. Io. And. in. c. si a sede. de præben. lib. 6. Panor. in ca. capitulum. de rescript. si partes instare velint, consulendus est collator Panor. in cap. 2. de offi. deleg. per illũ tex. Bal.

Source : BIU Cujas

in cap.15.1.de lege Conrad.vbi dicit quòd quando vterque vessalus allegat vnum eundem dominũ, potest dominus alteri feudũ assignare, vt ibi text.dicit.facit text.in.l.si quis seruum.5.si inter duos.ff.de leg.2.

☞Quid si duobus facta sit collatio ab vno nec apparere potest aliquo modo de prioritate, ideo tertius qui postea impetrauit petit beneficiũ, duo primi cõueniunt, & vnus non petit, an ille possit vincere tertiũ, quod videtur, quia est primus respectu tertii, & postquam consocius eiusdem datæ non cõqueritur, videtur ac si non esset scriptũ pro eo, vt dixi in forma mãda. in glo.si pro alio. in contrarium videtur quod neutra collatio valeat. argu.l.duo sunt Titii.ff.de testa. tutela. interim cogita. ☞ Quia aut vnus cõtulit duobus eodẽ verbo, vt, vobis duobus tale beneficium cõfero. & tunc neutrius collatio valet, quia esset diuidere beneficium, quod est a iure prohibitum. cap. maioribus. & cap. cum non ignores. c. dilecto. de præbend. Si vero fiat diuerso tempore, & diuersis, tũc prima valebit. c. post electionem. de concessio. præbẽ. & primo nominatus præfertur. c. mãdato. de præb. in. 6. Igitur oportet q̃ appareat vtra prior fuerit, non potest melius apparere quàm per eum qui eas fecit, ideo ad eum recurritur, & si non cõstet de prioritate, neutra valebit per supradicta, & potest constare ex ordine scripturæ, quã do in libro curiæ Romanæ vel episcopi fũt collationes ambæ descriptæ, tũc prior scripta censetur prior. cap. mandato. de præbẽ. in. 6. sic fuit iudicatum per senatum Tholosanum super possessorio cancellariæ Caturcen. teste Bened. in c. Raynutius. in verbo testamentum. 2. nu. 28. de testa.

¶ Primo fallit quando collatio fuit facta in fraudem ab vno eodemque, videlicet vt an nullaret collationem primam, secundo contulit, tunc valebit illa quæ declarabitur ex ordine literæ procedere in libro, & tenebitur episcopus alteri prouidere, iuxta c. inter cætera. de præbẽ. ne præbeatur materia delinquẽdi. l. cõuenire. ff. de pact. dota. Et hoc ideo est, quia quãdo episcopus vellet annullare primam collationem a se factã, iterum conferret alteri, & sic indulgeretur fraudibus, & malitiis, quod est a iure improbatũ. ca. sedes. de rescri. l. in fundo. ff. de rei vend. Et præsumitur fraus nisi causa appareat cur secũdo cõtulit. nam ignorãtia in facto proprio recenti nõ est tolerabilis. l. fi. ff. pro suo.

¶ Secũdo fallit quãdo agitur de prouisione facienda vigore literarum ad beneficia, per quas mandatur duobus conferri, tunc habebit locũ id quod habetur in capit. duobus. de rescrip. libro. 6. secus in gratia facta, vt hic, & tunc altera tantum valere potest, licet aliter intelligat Decius in capit. 2. nota 1. de offic. deleg.

¶ Tertio fallit, quando collatio fuit facta inhabili & habili eodẽ die ab vno, tunc collatio facta idoneo valebit, nec illa collatio facta inhabili reuocabit primam, sicut testamentum nullum non reuocat validum. l. sancimus. & l. nolumus. C. de testa. doct. in l. pacta nouissima. C. de pact. Et quid si sint duodecim canonici, & sex vni nominato eligendo conferant, sex alteri, an valeat collatio? & vtra valeat? cogita.

297 Declaratio ap. c. si a sede.

¶ Notandum est tamen quod quando collatio est facta duob⁹ a diuersis eodẽ die, nec apparet cui prius fuerit facta, potior est cõditio possidentis. d. capit. si a sede + quia præsumitur quot is qui prius adipiscitur possessionem priorem habuerit collationem & hec est præsumptio iuris & de iure contra quam nõ admittitur probatio in contrariũ l. fi. ff. quod met. caus. c. is qui fidem de sponsa. + sicut quando duo sunt iudices ordinarii, & vn⁹ præoccupauit, ille est potior. lege. si quis posteaquam. ff. de iudic. Idem in procuratoribus dicit tex. in capit. si duo. de procura. in. 6. & si vterque eodem momento acciperet possessionem, præfertur is qui habet a papa propter maiorẽ prærogatiuã.

Source : BIU Cujas

glos.in dict.capi.si a sede. quam sequuntur ibidem doctor.

¶ Amplia procedere etiã in prophanis, vt in duobus instrumentis quorum vnum est liberationis,alterum cessionis, vt possidẽs præferatur.Bald.consi.274.licet.in.2. vol. Item in pari delicto vel causa, potior est cõ ditio possidentis. regula iuris in.6. in pari.

¶ Secundo amplia,siue collatio fuerit facta à papa, & ordinario, siue à papa & legato, vel à legato & ordinario.glos.in.d.capi.si a sede. vel a papa & abbate, vel alio potestatem habente,cum sit eadem ratio.Domi.in d.c.si a sede.

¶ Tertio extende etiam si colorato possideret titulo,in regula cancella.15. Et si caderet a possessione, posset petere dictum beneficium a quocunque possessore,etiam ab habente titulum,secundum glo.ibi,quia illa regula concedit titulum,vt dicitur ibidẽ. & supra dixi.in.3.amplia.

¶ Quarto etiã procedit.d.c.si a sede,si collatio esset facta ab episcopo,& eius vicario. Philip.Perus.in d.c. si a sede. nec in hoc casu videtur reuocasse potestatem episcopus, quando non apparet quis prius contulerit, sicut dicitur de papa,& cõmissario speciali. in d.c.si a sede.nec potest assignari ratio diuersitatis, ergo idẽ ius erit.l. illud.ff.ad leg. aqui.nã etsi dicatur quod collatio facta per episcopum est maioris prærogatiuæ, ergo præferenda,c.dudum.de præben.in.6. Bru nel.in tract.de dignita.leg.conclu.22. in.3. declara.quia verũ est, quando ille cui est facta per legatum,nõ esset in possessione,sed esset æqualis, secus quando non æquo iure procedunt, & sic vna nõ reuocat aliam, cũ præsumptiue constet de prioritate, nec dubitatur quod episcopus non possit reuocare,sed oportet quod iure reuocet, videlicet antequã sit collatum per vicarium, postea non posset collationẽ factã reuocare, quia ius tertii auferre non posset. not. in capit. quanuis.de rescript.in.6. Imo quia prouisus à vicario est in possessione,præsumitur prius institutus, & sic non reuocatus,& sicut papa conferendo,videtur aliis potestatem abstuliss.cap.vt nostrum. vt ecclesia. benefic.tamen si papa & ordinarius eodem die conferant,& is cui contulit ordinarius, est in possessione, præfertur: sic quando is cui contulit vicarius,erit in possessiõe,præferetur.nec refragatur.cap.si quem.de procura.in.6.vbi dominus tractãdo causam videtur reuocare procuratorẽ, quia fateor eo quod venit ante causam finitam,secus si esset finita. sic episcopus conferendo ante vicarium reuocat, sed postea non,per prædicta.vide infra in.5.limita.

¶ Quinto amplia etiam si collatio esset facta à tribus,per glos.in d.cap. si à sede.quia quod in duobus dicitur, & in tribus procedit.nota.in.l.singularia.per illum tex.in fin. ff.si cert.peta. & quia eadem ratio est in tribus,quæ est in duobus.Io.Brunel.in tracta. de dignita.lega.conclu.22.

¶ Sexto procedit,ꝙ præferatur possidens, etiam si non haberet possessionem tempore litis inchoatæ,sed sufficit quod semel habuerit.Do.& Perus. in d.capi.si a sede.per tex.in.l.1.§.semel.ff. de bono.possess. secundum tab.quia ex quo possessio validat ius illius qui primo eam adeptus est, sequitur extinctio iuris alterius, cum duo simul nõ possint habere vnum beneficium.cap. cum nõ ignores.de præbend. Et ideo postquã erat per primam adeptionem possessionis extinctum ius alterius,licet alter postea acquirat possessionem, & primus perdat, non debet reuiuiscere ius vltimi iã extincti.l. qui res. §.aream.ff.de solu.c.quàm periculosum.7. q.1.etiam quia daretur materia spoliãdi primum, vt secundus obtineret. & sic daretur via delinquendi, quæ maxime est iuri exosa.l.iurisgentium §.si pactscar.ff.de pac.l.cõuenire.de pac.dotal.

¶ Septimo amplia in duobus officiis collatis eodem die duobus, vel feudis,tũc is qui

Source : BIU Cujas

in poſſeſsione primo fuerit obtinere debet, quia præſumitur prius habuiſſe donationē, poſtquam prius habuit poſſeſsionem. Bald. in cap. capitulum. col. 1. de reſcript. Barb. in repet. rub. C. qui admitti. colum. 2. Catellia. Cotta in. 2. parte memoralium, in verbo hora. in fine.

¶ Octauo amplia, ſiue beneficia ſint regularia, ſiue ſecularia, ſiue dignitates, ſiue perſonatus, vel quæcunque alia beneficia eccleſiaſtica, cum appellatione beneficii hæc veniant. glo. in regula. 1. de reg. iur. in. 6. Fel. in cap. poſtulaſti. de reſcrip.

¶ Nono amplia etiam quando ignoratur an bona rectoris mortui ſint eccleſiaſtica, vel patrimonialia, quia ſi quiſquam poſſideat, præſumitur pro poſſeſſore, glo. ſing in cap. nulli. 12. quæſt. 5. quam ſing. dicit Barb. in repet. rub. C. qui admitti. col. 2. & conſil. 23. ſcripſit. col. 11. & conſilio 50. illud aſſeram. col. 1. in. 1. volu.

¶ Decimo amplia in duobus teſtamentis eodem die confectis. quando non apparet vtrum prius fuerit confectum, tunc poſſeſſor præferetur. l. 1 §. non autem. & ibi Bar. ff. de bono. poſſe. ſecundum tab. Barb. d. cōſil. 23. ſcripſit propheta. colum. 11. in. 1. volu. D. de ripa in cap. ſæpe. col. 1. de reſtitutio. ſpoliat. & ſic poteſt dici. Beatus, qui tenebit. ſicut dicit glo. in §. ſi tres. de pace tenend. & eius violat. Et in duobus inſtrumēti s eodem die confectis cōcludit Bald. conſil. 274. in. 2. volu. vide Alex. conſilio. 19. ad modum. in. 2. volu.

Vndecimo procedit in caſu ſequenti, vi delicet quod ſi vir & vxor moriantur, nec appareat vter prius deceſserit, & hæredes vxoris petunt bona vxoris, hæredes viri bona viri, illi debent obtinere, qui poſsident. Bar. in. l. ſi inter. ff. de rebus dub, & poſſeſſor abſoluetur. l. fina. C. de rei vend. vbi vide plenius.

